Epistole sancti
Hieronymi

N°. Inv. 1371.

900
900

[illegible]

1398 Augusti 10 1423 Januarii ultima 1431 Junii 5 1433 Septembris xvi

Iste liber est magistri Thome de Champmo professoris sacre theologie decretorum doctoris canonici Bituricensis ... emptus in concilio Basiliensi 1437°

Pro collegio ... ad liberandum in ...

Liber thome de Strzampino doctoris

85

1.5

Incipit Epistola damasi pape ad sanctum Jeronimum in supradictis questionibus libri Genesis incipit sic et cetera



Dormientem te et longo iam tempore legentem potius quam scribentem questiunculis ad te missis excitare disposui non quo et legere non debeas. Hoc enim veluti cottidiano cibo alitur et pinguescat oratio. sed quo lectionis fructus sit iste si scribas. Itaque quia heri tabellario ad me remisso nullas te iam epistolas habere dixisti exceptis his quas aliquando in heremo dictaveras. quas certe tota aviditate legi atque descripsi. que vltro polliceatus es / de furtivis noctium operibus aliqua si vellem posse dictare libenter accipio ab offerente. quod rogare volueram si negasses. Neque illam puto digniorem disputationis nostre confabulationem fore quam si de scriptis sermocinemur inter nos. id est ut et ego interrogem et tu respondeas. Qua vita nichil puto in hac luce iocundius quo anime pabulo. omnia mella superant. Quam dulcia inquit propheta gutturi meo eloquia tua super mel ori meo. Nam cum idcirco ut ait precipuus orator homines a bestiis differamus quod loqui possimus / qua laude dignus est. qui in ea re ceteros superat. in qua homines bestias antecellunt. Accingere igitur. et michi que subiecta sunt dissere. servans vtrumque moderamen / ut nec proposita solucionem desiderent nec epistole brevitatem/ fateor quippe tibi. eos libros quos michi iectitanti dederas/ ideo non libenter lego / quia et plurime epistole eius usque ad mille spatia non sunt spatia tendunt. et raro de nostro dogmate disputant. Quo fit ut et legenti fastidium generet longitudo. et si qua brevia sunt scolasticis magis sunt apta quam nobis. de metris et regionum situ et philosophicis disputandis. Quid sibi vult quod in genesi scriptum est. Omnis qui occiderit cayn septem vindictas exsolvet. Cur omnia fecit

deus bona valde. quare noe de mundis et immundis animalibus preceptum immundum nichil esse bonum possit. et in novo testamento que petro fuerat ostensa dicenti. Absit domine a me quia comune et immundum nunquam introivit in os meum. vox de celo respondit. quod deus mundavit. tu ne comune dixeris. Cur deus loquitur ad abraham quod quarta progenie filii israel essent de egipto exituri. et postea moyses scribit: quinta autem progenie exierunt filii israel de terra egipti. Quod utique nisi exponatur. videtur esse contrarium. Cur abraham fidei sue signum in circumcisione suscepit. Cur ysaac vir iustus et deo carus non illi cui voluit sed cui noluit deceptus errore benedixit. Epistola beati Jeronimi presbiteri ad damasum papam de septem vindictis cayn et incipit sic et cetera

Beatissimo pape damaso. Jeronimus. postquam per epistolam tue sanctitatis accepi. confestim accito notario ut excipet imperavi. Quo ad officium preparato. quod eram voce prompturus. ante michi cogitatione pingebam. Interim iam et ego linguam et ille articulum movebat. Cum subito hebreus intervenit. deferens non pauca volumina. que de synagoga quasi lectura acceperat. Et illico inquit habes quod postulaveras. meque dubium et quid facerem nescientem / ita festinus exterruit ut omnibus pretermissis ad scribendum transvolarem quod quidem usque ad presens facio. heri quia ad te diacono ad me misso. ut tu putas epistolam ut ego sentio commentarium te expectare dixisti. brevem responsione ad ea desiderans que singula magnorum voluminum indiget latitudine. Itaque tantum duabus tantum questiunculis pretermissis non quod potuerim et ad illas aliquid respondere sed quod ab eloquentissimis viris tertulliano nostro scilicet et novatiano latino sermone sint edite. Et si nova voluerim afferre sit latius disputandum. Certe expecto quid placeat. utrum ne epistolari brevitate sentencias tibi velis digeri. aut singulorum librorum commentarii fieri. Nam et origenes in quarto pauli ad romanos thomo de circumcisione magnifice disputavit. et de mundis et immundis animalibus in levitico plura disseruit ut si ipse invenire nichil possem de eius tamen fontibus mutuarer. Et ut

Marginalia: a. — antiqui in tabulis vel partibus scribebant ad quos et cetera — cf. in regula / scola pauli / et cetera — b. — quis pro abstracto / quia videlicet / et latius — sed quod adquarta et eam non ... / dicitur infirmissime ut ... se — 3a questio — 2a questio — 4a questio — 2a et cetera — de qua eciam se posita fecit textus ut prima / de circumcisione — .2.

uetus loquar. Didimi de spiritu sancto librum
in manibus hebeo. que translatum tibi cu
pio dedicare. ne me estimes tantummodo
dormitare qui lectionem sine stilo somnum
putas. Ante latis itaque problematibus
quas epistole tue subiecteras. quid michi
uideatur adnexui. neniam postulans et
festinationis pariter et more. festina
tionis quia ad unam lucubratiunculam
dictare uolueram opus dicentium. Tar
ditatis quia alio opere detentus. non
statim ad interrogata respondi. Quid
sibi uult quod in genesi scriptum est. omnis
qui occiderit caym septem uindictas
exsoluet. Antequam de questione dicam
recte uidetur. ut editiones interpretum
singulorum cum ipso hebraico digeram.
quo facilius sensus scripture possit intel
ligi. LAKEN COL HOREG CAIN SOBATHAIM IOCCAMO.
Aquila et dixit ei dominus propterea
omnis qui occidit caym septemplicitate
ulciscetur. Symmachus. et dixit ei dominus
non sic. sed omnis qui occidit cayn eb
domadas siue septimus uindicabitur.
Septuaginta et theodotio et dixit ei
dominus. non sic. sed omnis qui occiderit cay
n. ebdomedas septem uindictis exsol
uet. Postquam cayn occidit fratrem inter
rogatus a domino ubi est abel frater tuus co
tumeliose respondat. Nescio. numquid cus
tos fratris mei sum. Qua obrem ma
ledictione damnatus. ut gemens et tre
mens uiueret super terram noluit ueniam
desperasset. sed peccatis peccata congeminans tm
putauit nephas. cui a domino non posset
ignosci. Denique rudit domino. Maior cau
sa mea est quam ut dimittar. id est plus
peccaui quam ut merear absolui. Ecce ei
cis me hodie a facie terre et a facie
tua abscondar. et ero gemens et tre
mens super terram. et erit omnis qui in
uenerit me occidet me. Eiciar inquit a
conspectu tuo. et conscientia sceleris lucem ipsam
ferre non sustinens absconder et lati
tem. eritque omnis qui inuenerit me oc
cidet me. dum extremi corporis et fu
ate mentis agitatu cum se esse intelli
git qui mereatur interfici. Verum deus
nolens eum compendiose morte finire
cruciatus. nec tradens pene qua se
ipse damnaret. ait. Non sic. Ecce id est non
tu estimas moriturus ut morte pro re
medio accipies. Verum uiues usque ad sep
timam generationem et conscientie tue igne
torquebens. Ita ut quicumque te occide
rit secundum duplicem intelligentiam aut
in septima generatione aut septimo te
liberet cruciatu. Non quod ipse qui oc
ciderit cayn septem ultionibus subiaceb

sit. sed quod septem uindictis que in
cayn tanto tempore cucurrerant soluat
interfector. occidens enim qui uite fu
erat derelictus ad penam. Vt autem
quod dicimus manifestius fiat. cot
tidiane consuetudinis ponamus exem
plum. loquebatur inter uerbera seruus ad
dominum. Domine quia incendi domum tuam et
uniuersam substantiam tuam dissipaui. i
efitere me. Dominus quippe respondeat
non ut uis morieris et tamen morte sup
plicia. Vim longo tempore custodieris
ad uitam et infelicem inhac luce uer
saberis. ut quicumque te occidit beneficium
prestet occiso dum te de tam multis libet
cruciatibus. Et secundum lxx quidem e
ditionem. hic nobis sensus uidetur.
Deeo autem quod aquila posuit sep
templicatur. et symmachus ebdomadas
siue septimus ulciscetur. maiorum nos
trorum ista sententia est. quod putat in septi
ma generatione. a lameth interfectum
cain. Adam quippe genuit cayn.
Cain genuit enoch. Enoch genuit Cay
nan. Caynan genuit malalehel.
Malalehel genuit matusalam. Ma
tusalam genuit lameth qui septimus
ab adam non sponte ut in quodam he
breo uolumine scribitur interfecit caym et ipse
postea confitetur. quia uirum occidi
in uulnere meo. quia septies uindica
bitur de caym. de lameth autem septua
gies septies. Hec quidem de cain quod
in septima generatione interfectus sit
et iuxta aliam editionem penam sceleribus
sceleribus dedit nichil obscuri arbitror
remansisse. Nunc illud quod non inter
rogauias. dum aliud agimus inrepsit
que sint septuaginta septem uindicte
que in lameth exsoluende sint. Aiunt
ab adam usque ad christum generationes lx
xvii lege lucam ewangelistam et i
uenies ita esse ut dicimus. Sicut er
go septima generatione caym peccatum esse
dissolutum. non enim uindicabit dominus
bis in idipsum. et qui semel recepit ma
la in uita sua. non eosdem cruciatus
patietur in morte quos est passus
in uita. ita lameth peccatum id est totius
mundi atque sanguinis qui effusus est christi
soluetur aduentu. qui tollit peccata mundi
. qui lauit amictum suum in sanguine uue
. et tortular calcauit solus. qui de e
dom adtectos rubicundus ascendens
clamantibus angelis miracula pre
bunt. Eleuate portas principes uestras
et introibit rex glorie et cetera. Re
ferebat michi quidam hebreus
in apochriforum libris lxxvii animas
ex lameth progenie reperiri que

x an[...] q[...]
ad euangelia
[...] caym
[...]
generationes ab adam usque ad caym
et [...]
[...]
generationes ab adam usque ad christum sunt lxxvii

diluuio delete sunt et in hoc numero
de lamech factam esse vindictam quod
genus ipsius usque ad cataclismum per
seuerauit. Alij de septem vindic
tam varia suspicantur. Primum eius
asserunt fuisse peccatum quod non recte
diuiserit. Secundum quod inuiderit fratri. Ter
cium quod dolose egerit dicens tran
seamus in campum. Quartum quod
interfecit. Quintum quod procaciter nega
uerit. Nescio nunquid custos fratris mei
sum. Sextum quod seipsum dampna
uerit maior culpa mea est quam ut
dimittar. Septimum quia nec dana
tus egerit penitenciam secundum niniui
tas et ezechiam regem iuda qui im
minentem mortem lacrimis distulerit
Et dicunt illum a clementissimo deo secundo
ad septem generationes fuisse dilatum
ut saltem malis ipsis et longeuitatis
merore compulsus penitentiam ageret ut me
reretur absolui. Nonnulli septena
rium numerum plenum et perfectum interpreta
tur de multis scripturarum locis testimo
nia contrahentes et hunc esse sensum
que supra perstrinximus quod qui interfe
cerit caim abnigenti eum et omnia sup
plicia transeunte libet pena sunt
aut qui de euangelio interrogationem
petri repleuerunt. Domine quotiens pecca
bit in me frater meus et dimittam ei
usque septies. Dicit ei ihesus non dico
tibi usque septies. sed usque septuagies
septies. Et putant mortem atque peccatum
in septima progenie sublatum asse
qui enoch raptus est et non inueni
ebatur quia transtulit illum deus
de lxx. autem et vii illam expositionem
sequuntur. in aduentum christi mortis atque
peccati aculeum esse confractum. ponam
et aliam opinionem ne quid videar
pretergressus. Quidam septimum illum an
num remissionis et quinquagesimum iu
bilei et quadringentesimum nona
gesimum quod voluit intelligi septua
gies septies. multis modis interpretantur
assentes ob hanc tam quinquagesi
mi et quingentesimi numeri sacti
in euangelio positum debitorem. Et quin
quagesimum psalmum penitentie qui sep
tem conficiatur septimanis et in prin
cipium ogdoadis erupit. Verum ne lon
gius sermo procedat / hucusque super
hoc locutum esse sufficiat quia et ex
hiis que respondimus / ingente tibi
disputationis siluam poteris ipse con
ficere sciens origenem duodecimum
et tredecimum in genesim librum de
hac tantum questione dictasse etc.

Interrogacio damasi pape sequitur

Cur deus loquitur
ad abraham quod quarta
progenie filij israel essent de
egipto reuersuri / et pos
tea moises scribit quinta autem progenie
ascenderunt filij israel de terra egipti.
quod vtique nisi exponatur videtur
esse contrarium etc. Jeronimi respon
sio de quarta generatione filiorum israel etc.

Hoc vero pro
blemma cum legissem
recepi meam tacitus estua
re et euestigio genesim
exodum que per uices repperi loca in qui
bus scripta sunt que inderent facere quo
niam ac primo estimabam spiritualibus
bus spiritualia comparanda et in
dissolubilia esse. similiter et multa sunt
alia Nam et matusalam quatuor
decim annis post diluuium uixisse scri
bitur. nec tamen archam ingressus est
cum noe. Et cum ipse deus locutus est ad
abraham sciendo sciens. quia peregri
num erit semen tuum in terra non sua et in
seruitute redigent eos. et affligent
et humiliabunt annis quadringentis /
postea moyses scribit in exodo et factum
est post quadringentos et xxx annos
exiuit omnis potentia domini de terra
egipti. Agar quoque ismahelem quem
lactantem et tenerum portat in humeris
cum xviii ferme et amplius reperiatur
annorum et ridiculum sit. tam gran
dem iuuenem matris sedisse ceruicibus
. Roboam vero filium salomonis qua
dragesimo primo sue etatis anno reg
ni sumpsit exordium: et regnauit
in ierusalem annis x et viii cum vtique pater
eius regnare incipiens annis xl reg
nauit et in duodecimo filium generare
nequiuerit / Dum hec et multa huius
modi sollicitus voluerem. aperuit
michi ostium qui habet clauem dauid et
introduxit me in cubiculum suum posuit
que in foramine petre. ut post spiritum se
uientem post terre mee motum. post
incendium ignorantie quo urebar
uox ad me aure leniore accederet
dicens inueni quem quesiuit a
nima mea. tenebo eum et non dimit
tam. Et enim cum videatur scriptura inter
se esse contraria utrumque. verum est Cum
diuersum sit. Egressi sunt iiii^ta generatione
filij israel de terra egipti. Replica gene
alogiam leui leui genuit caath. Ca
ath genuit amram. Amram ge
nuit aaron. Aaron genuit eleazar
. Eleazar genuit finees Caathum

Hic ponit multe difficultates et apparentes contrarietates insolubiles

patre suo levi ingressus est egiptum.
Rursus eleazar cum patre suo aaron e
gressus est egiptum Rursus a caath
usque ad eleazar computantur generationes
iiij. Licet quidam velint ab amram
incipere et ad finees usque in eleazarum
fortium pervenire. Si vero velis dis
parem numerum ostendere quomodo
secundum exodum quarta generacione egressi sunt
filij israel de terra egipti in tribus tibi inde
et ordo numeretur. Juda genuit fares
fares genuit esrom Esrom genuit
aram. Aram genuit amina
dab. Aminadab genuit naason Na
ason genuit salmon / fares autem patre
suo juda ingressus est egiptum Na
ason princeps iuda fratribus iuda in deserto
describitur cuius filius salmon terram repro
missionis intravit Computa a fares
usque naason et invenies generaciones
quatuor. Tam et si nonnulli ut in libro nu
merorum ostendimus in esrom Initium fa
ciant et ad salmon usque perveniat pu
to probleuma dissolutum. Quod si
displicet et ad compendium veniam et
dicam in hebreo non esse dictum / A
quila namque non contenciosius ut qui
dam putant sed studiosius verbum
interpretatur ad verbum in eo loco ubi
lxx posuerunt quarta autem generacione
ascenderunt filij israel in egipto de terra
egipti ita transtulit ΚΑΙ ΠΕΜΠΤΑΖΟΜΕ
ΝΟΙ ΑΝΕΒΗCΑΝ ΟΙ ΥΙΟΙ ΙCΡΑΗΛ ΑΠΟ
ΤΗC ΓΗC ΑΙΓΥΠΤΟΥ id est armati
ascenderunt filij israel de terra egipti licet
pro eo quod armati nos dicimus secundum
greci sermonis ambiguitatem instruc
ti sive muniti propter supellectilem qua
egiptios spoliavit possit intelligi
estimas curiositatem esse finitam ma
ior querendi ardor exoritur et ad
similitudinem Jeremie dissolvor undi
que et ferre non possum quare lxx quin
tam generacionem et Aquila transtulit
armatos Volumen hebreum replico
quod paulus poenolen iuxta quos
dam vocat et ipsos caracteres solli
citius attendens scriptum repperio ΟΥ
ΑΜΥCΙΜ ΑΛΥ ΒΗΝΕ ΙCΡΑΗΛ meed
rez meedrami in reliqua parte in
terpretatio non discordat omnis pugna de
verbo est AMUSIM quod hiis litteris
scribitur heth mem sin iod mem
utrum nam quinque An munitos so
net dubium est et quidem quinque hoc
sermone dici negare non possimus.
Verumque pluralis numeri non quarta et
alij interpretati sunt singulari sed nec
generatio invenitur adiuncta que lingua
hebrea dor dicitur ut sit et quinta

generacio sermone legeretur ΑΜΩΡ ΑΜΕ
ΣΑ ΔΩΡ Nunc autem Amasim idest quinque
Immo quarta tantum scripti sunt et est quarta
si sensus quarta autem ascenderunt filij
israel de terra egipti Quod quia minus
videbatur intelligi adiuncta generacio
est. Aquilam vero et in ceteris et in hoc
maxime loco proprie transtulisse omnis
Judea conclamat et synagogarum
consonat universa subsellia Quod
videlicet idem sermo et eisdem litteris
scriptus diversas apud eos et voces et
intelligencias habet Et quibus ex
empli causa unum ponimus ut quod di
cimus perspicuum fiat / pastores et ama
tores eisdem litteris scribuntur Res
ΔΙΗ. ΙΩΔ. ΜΕΜ. sed pastores Roim
amatores loquuntur reim Unde evenit
ut ubi nos legimus in prophetis cum amatoribus
suis fornicatoribus scelere arguitur
ibi in nostris codicibus pro amatori
bus pastorum nomen sit commutatum
Sed hec molesta esse lectori sed de
hebraicas disputantem non decet A
ristotelis argumenta conquirere nec
ex flumine tulliane eloquencie du
cendus est rivulus. nec aures quinti
liani flosculis et scolari declamacione
mulcende pedestris et cotidiane si
milis et nulla lucubracione redolens
oracio necessaria est que rem explicet
sensum edisserat obscura manifestet
neque verborum composicione frondescat
Sint alij diserti laudentur ut volunt
et inflatis buccis spumancia verba tru
tinent michi sufficiat sic loqui ut in
telligar et ut de scripturis disputans
scripturarum imiter simplicitatem Inter
rogacio damasi ad Jeronimum et est talis

Cur ysaac vir iustus et deo ca
rus non illi cui voluit sed
illi cui noluit deceptus er
rore benedixit Responsio Jeronimi
ad que supra et est talis Incipit

Differo paulisper
typos et ea que a maiori
bus nostris super hoc loco sunt
interpretata preterea non quo opinioni
eorum non acquiescam sed quo tu tantum que
ras. quare vir iustus aliquid igno
ravit et contra suam fecit voluntatem Ad
quod districta responsio est Nullum ho
minem excepto eo qui ob nostram salutem
carnem est dignatus induere plenam
habuisse scienciam et certissimam verita
tem denique paulus ex parte cognoscit
et ex parte prophetat et nunc per speculum videt
in enigmate et secundum quod oportet orare

sciam perfectum nemo habebit nisi solus deus

nesare nos dicit quia cum uenit quod
pfani est tunc quod ex pte est destruetur
Samuhel ppha connumeratus moisi in
psalterio ad unguendum regem missus cum
maximum filiorum yesse uidisset eliab ait
Forte coram dno xpus eius Et dixit dns
ad samuhelem Noli respicere faciem
eius neque staturam. quia reprobaui
eum quia non quomodo uidet deus homo
uidet. homo enim uidet in facie deus
aut inspicit cor Et per singulos semper
ignorans usque ad dauid nesciit heli
zeus quoque qui duplici glorificatus est
spu cuius ossa uitam ex animi cadaue
ri reddiderunt cum sunamitis ad eum ue
nisset in montem et ad pedes eius
flebiliter corruisset giezi prohibente
ne faceret. ait dimitte eam quia
anima eius in amaritudine est et
dns abscondit a me. et non indicauit
michi plura sunt quam ut exemplis
debeamus docere. scos uiros et deo
caros ea tantummodo scisse. que eis a dno
reuelata sunt. ignorasse uero. que eis
reuelata non fuerunt Et a singulas visi
ones zachariam et danihelem interro
gare angelum. et suppliciter deprecari ut
exponat sibi que sunt illa que uidant
Unde non mirum est et ysaac in sua max
ime utilitatem nescisse quid faceret
cum magis eo tempore erraret quo fi
lium sanguinarie deditum uoluptati ei
eum qui postea fratrem posset occidere p
missso illo qui innocenter habitat do
mi uellet efferre et suam magis quam
dei facere uolutatem Ego puto diuine
dispensacionis fuisse ut oculis cecare
tur. et ipse diceret. uox hec uox iacob
est. manus aut manus esau cum non
intelligeret minorem esse filium. qui ad
benedictionem fris preceptor extiterat
. Nimium aut polluti sumus et de eo
quid significaret in figura adiunge
ypoliti uerba ponamus. A quo et uictori
nus noster. non plurimum discrepat Non
quo omnia plenius executus sit sed
quo posset occasionem prebere lectori
ad intelligentiam latiorem Ysaac
portat imaginem dei pris. rebecca
spus sancti. esau populi prioris et dia
boli. Iacob ecclie. siue xpi Senuisse y
saac. consumacionem orbis ostendit ocu
lis caligasse fidem perisse de mundo
et religionis lumen neglectum esse sig
nificat. Quod filius maior uocatur
. acceptio legis est iudeorum quod esca
tas eius atque captura diligit pater ho
mines sunt ab errore saluati quos per
doctrinam iustus quisque venatur. Sermo
dei. benedictionis est repromissio et spes regni

futuri in quo cum xpo sancti sunt regnaturi
et uerum sabbatum celebraturi. Rebecca
plena spu sancto. et sciens quid audisset
antequam pareret. quia maior seruiet
minori magis autem forma spus sanc
ti que futura norat in xpo. in iacob
ante meditatur. loquitur ad filium minorem
uade ad gregem. et accipe michi inde
duos edos prefigurantes carneum salua
toris aduentum in quo eos uel maxime
liberaret qui peccatis tenebantur obnoxii
Siquidem in omnibus scripturis hedi pro
peccatoribus accipiuntur. Quod autem
duos iubetur afferre duorum populorum
significatur assumptio. quod tene
ros et bonos dociles et innocentes a
nime stola uel uestimentum esau. fides
hebreorum et scripture quibus gentilis in
dutus est populus pelles quibus eius
brachia circumdata sunt peccata sunt ut
usque plebis que xpus in extensione
manuum crucis secum pariter affixit. Quod
ysaac querit ad iacob cur tam cito ue
nerit Admiratur et loquitur celerem
credencium fidem. Quod cibi delecta
biles offeruntur. hostia placens deo. sa
lus est peccatorum. post enim. sequitur benedictio
et eius odore per fructum uirtutem resurrec
tionis et regni apta uoce pronunctians
quomodo etiam adorent eum fres sui et s
uiant ei credentes ex isrl Quia ma
iniquitas est inimica iusticie. esau in
discordiam concitatur et necem frau
dulentus excogitat. dicens in corde
suo Appropinquet dies passionis pris
mei et occidam iacob fratrem meum. Di
abolus fraudas iudeos in cain. ante
premeditans. in esau manifestissime
confitetur. Tempus quoque interfecti
onis ostendens. Appropinquet inquit
dies passionis ut interficiam fratrem me
um Quapropter rebecca id est prima nun
ciauit viro fris insidias Qui uoca
to iacob precepit ei ut in mesopotamiam
pergeret et inde acciperet vxorem de genere
laban syri fris matris sue Quod ita
quam fris dolos fugiens in mesopotamiam
tendit iacob ita et xpus iudeorum in cre
dulitate conpulsus proficiscitur in
galileam inde sibi ex gentibus sponsa
sumptus ecclam habet sup dictus vir.
Nos aut dicimus. non uenisse dnm
nisi ad oues perditas domus isrl. nec uo
luisse panem accipe filiorum et dare cu
nibus et benedictionem prima iudeorum
populo detulisse quibus sunt credita e
loquia dei et repromissio et legis lacio
et confessio testamenti uerum quia illi
credere noluerunt ad iacob minorem
populum benedictionem esse translata

Neque tamen maiorem filium penitus fuisse despectum quia cum subintrauit multitudo gencium tunc omnis israel saluus fiet

De prefatione translacionis origenis super cantica ad damasum sequitur et est talis

Beatissime pape [damaso]

Jeronimus. Origenes cum in ceteris libris omnes vicit in cantico canticorum ipse se uicit. Nam decem uoluminibus explicatis que ad xx^ti usque versuum milia pene peruenit primum lxx interpretes, deinde aquilam et simachum et theodocionem et ad extremum quintam editionem quam in actiaco littore inuenisse se scribit. ita magnifice aperteque disseruit, vnde michi videtur in eo completum esse quod dicitur introduxit me rex in cubiculum suum. Itaque illo opere pretermisso quia ingentis est ocij laboris et sumptuum tantas res tamque dignas in latinum transferre sermone. hos duos tractatus quos in morem cottidiani eloquij paruulis adhuc lactentibus composuit, fideliter magis quam ornate interpretatus sum. gustum tibi sensuum eius non cibum offerens. Tu animaduertas quanta sint illa estimanda que magna sunt. cum sic possint placere que parua sunt. Incipit translacio sancti jeronimi de tractatu origenis in epithalamijs et est talis ac cetera

Quomodo didicimus per moysen esse quedam non solum sancta sed et sancta sanctorum, et in alia non tantum sabbata. sed et sabbata sabbatorum sic nunc docemur. scribente salomone esse quedam non solum cantica sed et cantica canticorum. Beatus quidem et is qui ingreditur sancta sed beatior ille qui ingreditur sancta sanctorum. Beatus qui sabbata sabbatizat sed beatior qui sabbatizat sabbata sabbatorum. Beatus similiter et is qui intelligit cantica et canit ea. Nemo quippe nisi in solempnitatibus canit. sed multo beatior est qui canit cantica canticorum. Et sicut is qui ingreditur in sancta pluribus adhuc indigent ut valeat introire in sancta sanctorum et qui sabbatum celebrat quod a domino populo constitutum est multa adhuc necessaria habet ut agat sabbata sabbatorum, eodem modo difficile reperitur qui omnia que in scripturis continentur cantica peragrans valeat ascendere ad cantica canticorum. Egredi te oportet ex egipto, et egressum de terra egipti pertransire mare rubrum ut possis primum canticum canere dicens. Cantemus domino gloriose enim honorificatus est. licet autem primum dixeris canticum. adhuc longe es a cantico canticorum. per ambula terram deserti spiritualiter, donec venias ad puteum quem foderunt reges. ut ibi secundum canticum canas. post hec uenies ad vicinia terre sancte ut super jordanis ripam constitutus cantes canticum moysi dicens. Attende celum et loquar. et audiat terra verba oris mei. Rursum hostes necesse est ut milites et terram sanctam hereditate possideas et apis tibi prophetet, et apis te iudicet. debora quippe apis interpretatur ut possis et illud carmen quod in libro iudicum continetur edicere, ad regnorum deinceps uolumen ascendens. ueni ad canticum quod dauid fugit de manu omnium inimicorum suorum et de manu saul. et dixit dominus firmamentum meum et fortitudo mea et refugium meum et liberator meus. Peruenie[n]dum est tibi ad ysaiam ut cum illo dicas Cantabo canticum dilecte uinee mee. Et cum uniuersa transieris, ad altiora conscende ut possis anima decora cum sponsa et hoc canere canticum canticorum. Quod ex personis constet in cantum sum orantibus autem uobis et reuelante domino. quatuor in hys michi uideor inuenisse personas virum et sponsam cum sponsa: adulescentulas cum sponso. sodalium greges. Alia dicuntur a sponsa alia a sponso nonnulla a iuuenculis. quedam a sodalibus sponsi. Congruum quippe est ut in nupcijs adolescentularum sit multitudo cum sponsa iuuenum turba cum sponso. hec omnia noli foris querere. noli extra eos qui predicatione euangelij saluati sunt, xpm sponsum intellige, ecclesiam sponsam sine macula et ruga de qua scriptum est. ut exhiberet sibi gloriosam ecclesiam non habentem maculam neque rugam. aut aliquid eiusmodi sed ut sit sancta et inmaculata. Eos uero qui cum sint fideles non sunt tamen istiusmodi quales sermo prefatus est, sed iuxta modum quendam adepti uidentur salutem animas duce ^tre^ dictum animas et adulescentulas esse cum sponsa. Angelos vero et eos qui uenerunt in virum perfectum intellige uiros esse cum sponso. Vnde igitur mihi videtur iiij^or ordines uiuunt est una. duos choros inter se continentes sponsam canere cum iuuenculis. sponsum canere cum socijs. Et cum hoc intellexeris Audi canticum canticorum et festina intelligere illud et cum sponsa dicere ea que

[Margin, left: Epithalamium est proprie canticum nuptiale. Ego epithalamium dicitur sponsi et sponse christi viz et ecclesie]

[Margin, right: Interpretatio quatuor sit in cantico canticorum]

sponsa dixit / Vt audias que audiuit et
sponsa Si autem nō potueris dicere
cum sponsa que dixit ut audias ea q
dicta sūt sponse festina uel cum spō
si sodalibus fieri / porro si et illis in
ferior es esto cū adolescentulis que in
sponse delicijs commorant'. Nec q̄p
pe in hoc libro fabule pariter et e
pithalamion sūt psone Exquo et gen
tiles sibi epithalamion uendicarunt
Et istius gñis carmē assūptū est. Epi
thalamion siquidem canit' canticorū
primū sponsa oritur et statim in medi
is patribus auditur / Videt p̄ntem spō
sum uidet adolescentulas suo comita
tui copulatas / Deinde respondet ei
sponsus et post sponsi eloquia dū ie
procinis patitur salute / respondent so
dales donec sponsus sit in recubitu et
a passione consurgat / sue quedam spō
se ornamēta facturis / Verū iam ipa v
ba ponenda sūt in quib; p̄mus uox spō
se deprecantis auditur. Osculetur me
osculis oris sui Quorū iste sensus est
Quousq; michi sponsus meus mittit
oscula p moysen ; mittit oscula p pphe
tas / iam ipius cupio ora contingere
ipe ueniat ipe descendat. Orat igi'
sponsi prem et dicat ad eū osculetur
me osculis oris sui Et quia talis est
ut compleatur sup eam ppheticū illud
in quo dicitur Adhuc te loquente dicā
ecce adsum sponsam sponsi pr exau
dit mittit filiū suū / Videns illa eum
cuius depcatur aduētū. orare desistit
ad ipm comminus loqu'. Qm bona v
bera tua sup uinū et odor vngentorū
tuorū sup omīa aromata Sponsus
igitur xpus missus a p're / uenit uncti;
ad sponsam et dic' ad eam / dilexisti
iusticiam et odisti iniquitatem pp'tā
vnxit te deus deus tuus oleo exulta
cionis p p'ticipibus tuis Si me tetige
rit sponsus et ego boni odoris ero
et ego liniar vnguent' et ad me usq;
eius vnguenta puenient. ut possim
dicere cū Aplis xpi bonus odor sum;
in omni loco Nos autem cū hec audi;
adhuc peccatis uicijsq; fetemus de q
bus ppheta penitens loqu'. putruerūt
et corrupte s' cicatrices mee / peccati; odo
ris est putidi. Virtus inspirat vng
ūeta. quorū typus in exodo inuenies
Quippe et ibi stacten omcam gal
banen et r'lq; / hec quidem in incen
sum deinde ad opus unguentarij ua
ria sumu'. vnguēta in quib; & nard;
et stactem Et deus qui celum fecit
et t'ram loqu' ad moysen dicens Ego
impleui eos spū sapiencie et intellc̄s

ut opa artis vnguentarie. Et vngue
tarios deus docet hec si nō spālit' in
telligantur. nonne fabule sunt. nisi a
liquid habeant secreti nonne indig
na sūt deo. / Nec est igitur eum qui
semp audire sc'ptuias spūalit' nouit
aut certe qui nō nouit. et desiderat nos
se. omi labore contendere ut nō iuxta
carnem et sanguinem conuersetur. quo
possit dignus spūaliū fieri secreto
rum Et ut aliquid audentius dicam
spūali cupidine uel amore siquidem
est et spūalis amor Et quō ē quidā
carnalis cibus et alius spūalis. et a
lia carnis potio. Alia spūs / sic est qui
dam amor carnalis a sathana ueniēs /
Alius amor spūs a deo exordiū habēs
et nemo potest duobus amoribus pos
sideri Si carnis amator es / amorem
spūs nō capis / si omīa corpalia despex
isti. nō dico carnem et sanguinem / sed
argentum et possessiones sed ipam
t'ram ipmq; celum / hec quippe p
transibunt si ista omīa contempsisti
et ad nullū horum anima tua obli
gata est / neq; quoquā uiciorū amore
retineris / potes amorem capere spā
lem Ista quia euenit occasio ut de
amore spāli aliqua dicemus. Expe
dit autem nobis salomonis custodire
preceptum et magis illius qui p salo
mone loquebatur de sapiencia ista di
cens. Ama illam et s'uabit te Circū
da illam. et exaltabit te / honora illā
. et te amplectetur / Est quidam spāl'
amplexus atq; utinā contingat ut
meam sponsam altior sponsi amplex
us includat / ut ego quoq; possim dicē
quod in eodem libro sc'ptum est Sinistra
sub capite meo et dext'a eius amplex
abitur me. Osculet' me ergo ab oscu
lis oris sui. Moris est sc'ptuiarū imperā
tiuū modū pro optatiuo ponere ut ibi
pr nr. qui es in celis sc'ificet' nomē tuū
. pro vtinā sc'ificetur nomē tuū. Et nūc
est in p'nti. osculetur me osculis oris
sui pro eo quod est vtinam osculetur
. Deinde conspicit sponsum Venit de
libanus vnguentis. Nec alit' ad spon
sam poterat uenire nec decebat a
lit' prem ad nupcias filiū destinare
. Varijs eum vnxit vnguentis fecit
illū xpm Venit diuisis odoribus spi
rans. et audit quia bona vbera tua
sup uinū Congrue sermo diuinus eā
dem rem pro locorū qualitate. diuisis
uocabulis nuncupat Quō hostia offe
rūt in lege et uult intelligi ꝯ unde pec
tusculū sepat / bonos affatur. Quā
do uō recumbit aliquis cū ihu et sciūn

eius communione pfruitur· nō pectusculū
ut sup· sed pectus alloquitur porro aūt
sponsa loquit̄ ad sponsum· quia in preca
le circune induatur / nō pectusculū ut in
sacrificio· nō pectus ut in iohē discipulo
sed ubera nominat· dicens quia bona ube
ra tua sup uinū Comunicata ut sponsa
cū sensibus sponsi et stees quia inebriat
atq; letificant istiusmodi cogitatus Quo
aūt calix dn̄i inebrians quā optimus ē
sic ubera sponsi omī meliora sūt vino
Quia bona ubera tua sup uinū· In
medys fratribus ad sponsum uerba conuer
tit et odor unguentorum tuorum sup omīa
aromata Non uno sed omībus sponsus
uenit unctus unguentis Si aūt et ad
meam animam factam sponsam suā
uenire dignabitur· quā oz ee formo
sam· ut illum de celo ad se trahat / ut
descendere faciat ad terras / ut ueniat
ad amatam· quali pulcritudine decora
da est· Quali debet amore feruere / ut
ea loquatur Ad illam que ad pfectam
locutus est sponsam / quia ceruix tua quia
oculi tui / quia gene tue· quia manus
tue· quia uenter tuus / quia humeri tui /
quia pedes tui de quibus si concesserit
dn̄s disputabimus quō sponse membra
uarientur et singularum partium laus diui
sa dicatur ut post disputatione· etiā
ad nram dici aīam similiter laboremus
· Bona igitur ubera tua sup uinū Si in
decus sponsum· tūc intelliges uerū esse
quod dicitur· Quā bona ubera tua sup
uinū et odor unguentorum tuorum sup oīa
aromata / salomoni et plures alij aroma
tarij / multi habuerunt aromata· Regina
austri detulit aromata salomoni et
plures alij Aromata possiderunt Sed ha
buerit quis quātalibet· nō possunt x̄
adoribus comparari· de quo nunc spo
sa ait odor unguentorum tuorum sup oīa
aromata Ergo arbitror quia et moy
ses habuit aromata et aaron et sin
guli pphetarum Uerū si uidero xp̄m et sn
auem unguenti eius odorem precepero
statim sniam fero dicens· deus odor
unguentorum tuorum sup omīa Aromata
Oleum effusum nomē tuū / propheti
cum sacrm̄ est tūnc nomē ihesu uenit
in mundū et unguentum pdicat effusum /
in ewangelio quoq; mulier Accipiens
alabastrum unguenti nardi pistici pta
osi caput ihū pedesq; pfudit dilig̃
ter obserua que de duabus sup caput
fuderit unguentū saluatoris siquidē
peccatrix sup pedes et ea que dicitur nō
fuisse peccatrix sup caput eius fudisse
monstratur· Obserua inquā et inuenies
es in ewangelica lectione nō fabulas
et narrationes ab euangelistis sed mi
steria ee conscripta Impleta est itaq;
odore unguenti domus· Sz quid peccatri
trix huic. Ad pedes referendū est Si
quidē ea que nō peccatrix Ad caput un
minus domū fuisse odore completam
cū hoc odore mundus completus sit Scri
bitur in eodem loco de symone leproso
et domo eius· Ego puto leprosum mū
di istius ee principem et huc leprosum
simone nuncupari Cuius domus ad ad
uentum xp̄i suam odore completa sit
Agente pniam peccatrice et scā caput
ihesu unguenta odoribus pfundente·
Unguentum effusum nomē tuū Quo
modo unguentum quod effusione sua
odorem longe lateq; dispgit sic xp̄i
nomē effusum est In uniuersa terra xp̄c
nominatur In omī mundo pdicatur dn̄s
Unguentum eius effusum est nomen eius
nunc moysi nomē auditur quod prius
iudee tm̄ claudebatur Augustus· Ne
q; grecorum quispiam meminit eius ne
q; ulla gentilium literarum historia / de illo
seu ceteris scriptum aliquid inuenimus Sta
tim ut ihūs radiauit in mundo duxit
secum legem et pphetas et uere cōpletum
est unguentum effusum nomē tuū ppterea
iuuencule dilexerunt te Quia p spm̄ sn̄
caritas di diffusa est in corda nrā· co
grue nomē effusionis infertur· Ung
uentū effusum est nomē tuū· Hec dicens
sponsa Adolescentulas conspicit quā
do illa sponsi preminogabat et adipm̄
sponsum cominus loquebatur· Nec dū
adolescentule aderant In medys uero
fratribus ingreditur iuuenculariū cho
rus et sponse laudatur eloquijs· prop
terea iuuencule dilexerunt te et attraxerunt
te Adolescentule q; respondent post
te in odorem unguentorum tuorum curre
mus· Quam pulchre sponsi pedisse
que nec dū habent fiduciam sponse
Sponsa nō post tergum sequitur sed iux
ta ingreditur lateri Apphendit dextram
sponsi et manus eius sponsi dextera
continetur / famule uero ingrediuntur
post eam· Sexaginta sunt regine et oc
tuaginta concubine et iuuencule quarum
nō est nūs / Una est columba mea p
fecta mea· una est / matris sue electa
una est ei que concepit illū / post te
ergo in odore ungentorum tuorum curre
mus / Cum omī honestate de ambu
lantibus dcm̄ est· post te in odore ung
uentorum tuorum curremus· Scdm̄ illud cur
sum consumaui· Et illud qui in stadio
currunt· omīs quidem currunt unus aūt
accipit brauium· Brauium xp̄c est Et hoc
quidem adolescentule quas prope a dis

exordium foris stare cognoscimus. Iuxta
illud exemplum. Amicus autem sponsi stans
et audiens eum gaudio gaudet propter vocem
sponsi. Tale quiddam et adolescentule
sustinent. Introeunte sponso. foris secus
remanent. Sponsa non speciosa. perfecta
sine macula sine ruga. in sponsi cubi
culum. in regium penu ingressa revertitur
ad iuvenculas innocians eis que sola con
spexit dicens. Introduxit me rex in cubi
culum suum. Non autem introduxit nos plures
in cubiculum suum. plures foris remanent/
in cubiculum suum sola ingreditur sponsa. ut
videat thezauros tenebrosos et abscon
ditos remittetque iuvenculis. Introduxit
me rex in cubiculum suum. Rursus adoles
centule. idest sponsarum incipientium turba
conplurima ingressa sponsa in cubiculum
sponsi. et videntes divicias viri sui dum
illius prestolantur adventum lete concinunt
Exultabimus et letabimur in te. pro spon
se perfectione letantur. Non est emulatio
in virtutibus. Amor iste mundus amor iste
sine vicio est. Exultabimus et letabimur in te
diligemus ubera tua. Illa que maior
est iam tuorum uberum lacte perfruitur et
loquitur exultans bona verba tua super vi
num. Iste vero exultacionem et leticiam defe
runt adolescentule quippe sunt. deferunt
caritatem et dicunt exultabimus et letabi
mur in te. diligemus non dicit diligimus
sed diligemus ubera tua super vinum. Deinde
loquuntur ad sponsum. Equitas dilexit te
laudant sponsam/ nomen illi equitatis
appositis virtutibus imponentes/ equitas di
lexit te. Rursum ad adolescentulas spon
sa respondet. Nigra sum et speciosa fi
lie ierusalem ut tabernacula cedar. ut pellis sa
lomonis. Nolite intueri me quia ego sum
denigrata. quia despexit me sol. Specio
sa quidem est. Et possum invenire quo
speciosa sit sponsa. Queramus autem quo
nigra et sine candore sit pulcra. primam
egit penitentiam spem ei largita est/ conversio
et ideo speciosa cantatur. Quia non nunc dum
omni peccatorum sorde purgata. nec dum lota
est. in salutem/ nigra dicitur sed in atro
colore non permanet. fit itaque candida.
quando ad maiora consurgit et ab humilibus
incipit ad alta conscendere. dicitur de ea que
est ista que ascendit dealbata. Et quomo
manifestius perfecte misterium describatur. non
ait ut plerique legitur innixa super fratru
elem suum idem ENTIT EPIRO. MEHE
SEDEMIRO ETIRO MEEH idest super
pectus eius recumbens. significantque de
anima sponse. vel sermone dicit supra
pectus illius recumbens. quia ibi principa
le cordis est. Unde a carnalibus rece
dentes spiritalia sentire debemus et intellige

multo melius esse sit amare quam amare
desistere. Ascendit igitur recumbens super
pectus fratruelis sui et que in initio in exor
dio cantici nigra ponitur in epithalamii
fine de ea cantatur. Que est ista que
ascendit dealbata. Intelleximus quomodo
et nigra et formosa sit sponsa si autem
et tu non egeris penitenciam. Cave ne
anima tua et nigra dicatur et turpis
et duplici feditate turperis. Nigra propter
peccata preterita turpis propter hoc. quia in hys
dem viciis perseveras. Si vero penitenciam egeris
nigra erit anima tua propter antiqua
delicta/ propter penitenciam non habebit aliquid
ut ita dicam ethiopici decoris. Et
quia semel ethiopem nominavi.
volo testem scripturam super hoc advoca
re sermone. Aaron et maria mur
murant quia moises ethiopissam
habet uxorem. Et tunc moyses ethio
pissam duxit uxorem siquidem lex eius
Ad hanc nostram ethiopissam transing
unt. Murmuret et aaron sacerdotium
iudeorum/ murmuret et maria synago
ga eorum/ moyses de murmuracione non
curat. amat ethiopissam suam/ de
qua et alibi dicitur per prophetam. Ab extre
mis fluminum afferent hostias. Et
rursum Ethiopia preveniet manus
eius deo pulchre prevenit. Quomodo
enim in evangelio mulier illa que sang
winem defluebat archisynagogi fi
liam curacione prevenit sic ethiopia
israel egrotante sanata est. Illorum de
licto. salus gentibus facta est. Ad emu
landum eos. Nigra sum et speciosa fi
lie ierusalem. Et tu ecclesiastica anima. Ad
filias ierusalem converte sermonem et dic.
Me plus amat sponsus me magis di
ligit quam vos que multe filie ierusalem
vos foris statis et sponsam cubiculum
videtis intrantem/ Nemo dubitat ni
gram vocatam. nigram esse formosam
Qui nos sumus ut cognoscamus deum
ut cantica canticorum predicemus. Ut ab e
thiopie finibus. ut ab extremo terre ve
niremus sapientiam veri audire salomonis
Et quod salvatoris vox intonantis au
ditur. Regina austri veniet in iudicium
et condempnabit homines generationis
huius/ quia venit a finibus terre audire
sapientiam salomonis. Et ecce plus quam
salomon hic. audi mistica que dicantur
Regina austri venit a finibus terre. ecc
clesia scilicet. et condempnat homines generaci
ones huius. idest iudeos. Carni et
sanguini deditos. Venit a finibus terre
Audire sapientiam salomonis. non illius
qui testamento veteri predicatur. sed huius
qui in evangelio salomone maior est

Nigra sum et speciosa filie irlm nigra
vero ut tabnacula cedar ut pelles sa
lomonis quas eo tempore in tabnaculi
ornamento composuit. Ipa quoque noia
cu sponse decore conveniunt. Quit hebrei
cedar interptari tenebras. Nigra sum er
go ut tabernacula cedar ut ethiopes.
speciosa ut pelles salomonis. quas
eo tempore in tabnaculi ornamento co
posuit quo templu summo studio et la
bore fabricatus est. dives quippe salo
mon et in omni sapia eius nemo pre
cessit illu sicut unu hoim. Nigra sum et
speciosa filia irlm ut tabnacula cedar
sicut pelles salomonis. Ne intueamini
me quia ego sum denigrata. Satis fe
cit denigratore suo. et p pmam ad me
liora conversa. Amittiat se filiabus ie
rlm nigram quidem ee sed pulchra
sedm quod supius exposuimus et dicat
Ne intueamini me quia ego sum deni
grata. Ne inquit ammiremini colo
ris ee. me tetri sol despexit me. pleo
quippe radio in me luminis sui fulgor
illuxit ut eius sum colore fuscata. Ne
qz enim ut decuerat. ut solis dignitas
expetebat illius in me lumen excepi. de
licto eorum salus gentibus facta est. et
rursum incredulitate gentium sctcia
isrl. habes utrumqz apud aplm. filij mris
mee pugnaverunt adversum me.
Considandu quod sponsa dicat. filij mr
mee pugnaverunt adusum me. Et qn
adusus ea fratrum pugna surrexit. vi
de paulu eccle psecutorem et intel
liges quo filius mris eius pugnavit
contra eam. persecutores eccle ege
runt pmam. et adusarij eius rur
sum ad sororis signa conversi pdica
verunt fidem. quam ante destruebant. hc
pphetico spu sponsa intr tantum ait
dimicaverunt in me posuerunt me cus
todem in vineis. vineam mea no cus
todivi. Ego eccla ego sponsa ego sine
macula. plurimarum custos sum posita vi
nearum a filijs mris mee quia contra
me aliqn pugnaverant. Qua solli
citudine curaqz districta dum plures
custodio vineas. vinea meam cons
vavi. Intellige hoc de paulo et alio quo
cunqz sanctorum qui pro omni sit salute
sollicitus et videbis quo vinea mea
no custodieris. alienorum vineas custo
dit quo ut alios lucri faciat. ipe i
quibusdam damna sustineat. Et cum
fuit liber ex omnibus seipm suum fecit
ut omnes lucri faceret. factus sum infir
mus judeis iudeus. hijs qui sub lege
erant quasi sub lege essem. Et cetera.
dicatqz vineam meam no custodivi

deinde conspicit sponsum qui conspec
tus abscessit et frequenter hoc in toto
carmine facit. Quod nisi ipe quis pa
tiatur no potest intelligere. Sepe
deus testis est sponsu michi advien
tare conspexi. et mecu esse quam plu
mu. Quo subito recedente invenire
no potui quod querebam. Rursum
igitur desidero eius adventu. Et no mi
tquam iterum venit et cum apparuerit me
isqz manibus fuit comphensus. rursu
elabitur. Et cum fuit elapsus a me. rur
sum inquiritur. Et hoc crebro facit. do
nec illu vere teneam. Ascendam in myr
siqz fratruelem meu amicia mi quem
dilexit aia mea. ubi pascis. ubi cubas
in meridie. No quero alia tempora. qn
diluculo. quando in solis pascis occu
bitu. Illud tempus inquiro. quando in
florente die. quando plena luce in ma
iestatis tue splendore versaris. Ani
mcia michi quem dilexit aia mea
ubi pascis. ubi cubas in meridie. Dili
obserua ubi meridiem legeris. Apud
ioseph meridie fratres prandiu celebrant
Angeli meridie abrahe suscipiuntur hos
picio. et cetera istiusmodi. Quere et inve
nies scripturam divina no frustra seu
fortuitu unumquemqz usurpare sermone.
Quis putas e dignus e nobis ut ad
meridiem usqz pveniat et videat
ubi pascat ubi cubet sponsus. Anu
cia mi quem dilexit aia mea ubi pas
cis ubi cubas in meridie. Nisi enim tu mi
Annunciaveris. incipio errabunda iactari
Et dum te quero an aliorum greges incurro
Et quia aliorum erubesco. faciem mea
ac ora contego. Sum quippe spon
sa formosa et alijs nudam faciem me
am no ostendam nisi tibi soli. quem ia
pridem deosculata sum. Anuntia michi
quem dilexit aia mea. ubi pascis. ubi
cubas in meridie. nequando fiam sicut
coopta sup greges sodaliu tuorum. ut
ista no patiar ut no fiam sicut coopta
ut ora no contegam. et alios usqz p
veniens. incipiam forsitan et eos a
mare quos nescio. idcirco anuncia
michi ubi te queram. et inveniam
in meridie. ne forte fiam quasi coop
ta sup greges sodaliu tuorum. post hec
verba sponsus ei comminatur et dicit
Aut cognoscas temetipam. qm reg
es sponsa. et formosa et a me facta
formosa. Siquidem ego michi exhibui
gloriosam eccliam no hntem maclam
neqz rugam. Aut scito quia si te no
cognoveris et tua sceris dignitate pa
tieris hec que sequuntur. Que nam ista
sunt. Sino cognoveris temetipam o

pulchra in mulieribus egredere tu in
uestigijs gregum et pasce non greges
ouium non agnorum sed hedos tuos. Sta
tuit quippe oues a dextris et hedos
a sinistris. Si non cognouis te ipsam
o pulchra in mulieribus egredere tu
in uestigijs gregum et pasce hedos
tuos in tabernaculis pastorum. In ues
tigijs inquit pastorum nouissima si
es non inter oues sed inter edos tuos. Cum
quibus habitans non poteris mecum
id est cum bono esse pastore. Equitatui
meo in curribus pharaonis assimila
ui te. Si uis intelligere o sponsa quare
te debeas cognoscere cui te compara
uerim et cum uideris te talem esse que
turpari non debeas tum tuam speciem
cognouis. Quid igitur equitatui
meo in curribus pharaonis assimu
laui te. Scio equitem sponsum propheta
dicente et equitatio eius salus. As
similata es ergo equitatui meo in
curribus pharaonis. Quantum differt
equitatus meus qui sum dominus et demergo
in fluctibus pharaonem et tristatos
eius et ascensores eius et equos eius
et currus eius quantum inquam differt equi
tatus meus ab equis pharaonis tanto
melior es omnibus filiabus. Tu spon
sa tu ecclesiastica anima omnibus
animabus que non sunt ecclesiastice. Igitur
si ecclesiastica anima es omnibus
animabus es melior. Si non es me
lior non es ecclesiastica. Equitatui meo
in curribus pharaonis assimulaui te
proxima mea. Deinde pulchritudinem
sponse spirituali amore describit. Gene tue
ut turturis faciem illius laudat et
genarum rubore succenditur. Pulchritu
do quippe mulierum in genis dicitur
esse quam plurima. Itaque et nos pulchri
tudinem anime intelligamus in genis
labia uero eius et linguam intellige
ntiam predicationis. Collum tuum ut mo
nile. Ut ornamentum quod solet uirgi
num pendere collo et nuncupatur ormis
cos ita hoc sine decore tuus ipse col
lus est ad ornamentum. Post hec fit
sponsus in recubitu. Requieuit ut leo
et ut catulus leonis obdormiuit ut
deinceps possis audire quis suscita
bit eum. Quo interim dormiente ap
parent sponse sponsi sodales an
geli et hijs eam sermonibus consolan
tur. Nos tibi aurea ornamenta facere non
possumus. Nec sumus tam diuites ut
sponsus tuus qui aurum tibi monile
largiatur. Nos similitudinem auri fa
ciemus non habemus aurum. Et hoc
quoque letandum est si similitudines
auri faciamus tibi si stigmata faciamus
argenti. Similitudines auri faciemus
tibi cum stigmatibus argenti. Non in
omni tempore sed donec sponsus tuus
surgat ex accubitu. Cum enim ille surrexit
ipse tibi aurum ipse faciet argentum. Ipse
tuam mentem sensumque decorabit ut
eris uere diues in sponsi domo spon
sa formosa. Cui est gloria in secula seculo
rum Amen. Explicit omelia prima super
cantica canticorum origenis translata
a sancto Jeronimo. Incipit secunda ab eo loco
in quo scriptum est. Nardus mea dedit
odorem suum usque ad eum locum in quo
ait quia vox tua suauis et forma tua
speciosa

Omnes anime motiones
uniuersitatis conditor deus
creauit ad bonum sed prouisum mo
fit sepe ut res que bone sunt per naturam
dum male hijs abutimur nos ad peccata de
ducant. Unus de anime motibus amor
est quo bene utimur ad amandum si sapi
entiam amemus et ueritatem. Quando
uero amor noster in peiora corruerit amamus
carnem et sanguinem. Tu igitur ut spiritualis
audi spiritualiter amatoria uerba caritatis et
disce motum anime tue et naturalis amo
ris incendium ad meliora transferre secundum
illud ama illam et seruabit te circumda
illam et exaltabit te. Viri diligite
uxores uestras ait apostolus sed non stetit in
eo quod dixerat uiri diligite uxores. Verum
sciens esse non placentem deo docuit
quomodo uiri uxores suas amare de
berent in filijs. Viri diligite uxores ues
tras sicut et christus ecclesiam. Et hec
quidem in prohemio eorum que postea
dissenda sunt diximus. Quia amici
sponsi dum rex in accubitu suo est requi
escens enim dormiuit ut leo et ut catu
lus leonis sponse promiserant donec
ille consurget similitudines auri et
argenti se esse facturos. Pro his uerbis autem
ut sponsus et quodammodo alijs uerbis
sponsi passio predicata est. Non irrati
onabiliter ad hec sponsa rudet et ipsam
dispensationem quandam passionis
intelligens ad id quod audierat simi
litudines auri faciemus tibi cum stigma
tibus argenti donec rex in accubitu suo
est ait nardus mea dedit odorem
suum fasciculus gutte fratruelis meus
michi in medio uberum meorum demora
bitur. Quo igitur aptabimus ei quod
premisit donec rex in accubitu suo id quod
sequitur nardus mea dedit odorem suum
loquitur euangelium quia ueniens mulier
habuit alabastrum unguenti nardi pis
tici preciosi. Non illa peccatrix sed sancta

dilectione virorum quomodo in filijs uxoribus uero ... esse

ix
a

dequa nunc l'iu s'mo est. s'cio quippe luca
de pctrice. matheum uero et iohanem et
marcu no de pctrice dixisse. Venit ergo
no pctrix illa sed scta cui' nom quoqz
iohanes inseruit maria quippe erat huius
alabastru unguenti nardi pistici p'ciosi
et effudit sup caput ihu / deinde sup h'
indignantib' no omnibus discipulis sed
iuda solo dicente potuit venundari trece
tis denariis et dari paupib' / respondit
m'gr a't saluator / semp pauperes hebi
t' uobiscum / me u'o no semp / puenies
quippe hec in diem sepulture mee fe
cit ideo ubicuqz p'dicatu fuit euangeliu
illud. dicetur et quod hec fecit in me
moriam eius. In figura ergo istius q'
nunc loqu' nardus mea dedit odore
suu. illa sup caput dni fudit unguen
tum. Et tu ig' assume nardu ut postq'
caput ihu suaui odore pfuderis. poss'
audenter affari nardus mea dedit o
dorem suu et ihu reciproc' audies ser
monem quia ubicuqz p'dicatu fuerit
hoc euangeliu in toto mundo dicet' q' fe
cit hec in memoriam eius. Tua quoqz
fama totis gentibus p'dicabit'. Qua
do aut hoc facis si factus fu's ut ap'ls
et dixeris xpi bonus odor sum' deo
in omni loco in his qui saluant' et in
hys qui peunt bona opa tua nardus
sunt. Si u'o peccaueris peccata tua teto
odore redolebunt. dicit quippe peni
tens. Conputruerunt et corrupte sunt
cicatrices mee a facie insipie mee.
Non de nardo expositu est in' de spu s'co
dicere neqz de hoc quod o'ilis intuent'
euangelia scripsit unguento / sed de nardo
que dedit odorem suu fasciculus stac
tes. idest gutte siue stille fratruelis
meus michi. Gutta unguenti cassia
galbani in exodo legim' p'cepto dni
in thimiana et in sac'dotale crisma
confectum. Si ergo videris saluatore
meu ad cena aut humilia descendere
uidebis quo de v'tute magna / et
maiestate diuina / ad nos modica
quedam stilla defluxit / de hac stilla
et ppha cecinit dicens. Et erit stilla
populi huius congregandus congregabi'
iacob. Et sicuti s'cundu aliu sensum
lapis erat p'cisus de monte sine mani
bus in' in carne saluatoris aduentus.
Neqz em totus mons fuit qui des
cendit ad t'ras. Nec potuit huana f'
gilitas totius montis magnitudine
cape sed lapis ex monte lapis offensi
onis et petra scandali descendit in
mundu // Sic s'cdm aliu intellectu. stilla
nuncupatur / Oportebat quippe ut
quia o'ms gentes in stillam situle

reputate sunt / ib' qui pro o'im salute
factus est o'ia. etiam stilla fieret
ad eas libandas // Quid em pro nra
salute no factus est. Nos inanes et
ille exinaniuit semetipm forma
s'ui accipiens. Nos populus stultus
et no sapiens / et ille factus est stul
ticia predicationis ut fatuu dei /
sapientius fieret hominibus et q' infirmi
infirmu dei fortius hominibus factu est.
Quia ig' vniu'se gentes. ut stilla
situle et ut in momentu stactere reputa
te sunt. ideo factus est stilla ut p' eu
a uestimentis n'ris odor stille procedet.
Iuxta illud mirra et stilla et cassia
a uestimentis tuis a domib' elephan
tinis. ex quibus letificauerunt te filie
regu in honore tuo. Que in quadra
gesimo quarto psalmo dicunt' ad spo
sam fasciculus stille fratruelis meus
michi. Considemus quid sibi et fra
truelis nomen velit. Eccl'ia quippe que
hoc loquit' de fratruele nos sum' ex
gentibus congregati / saluator n'r soro
ris eius est filius id est synagoge. Sdu
e quippe sorores sunt eccl'ia et synago
ga. Saluator ergo ut diximus filius
synagoge sororis / vir eccl'sie sponsus
eccl'ie fratruelis est sponse sue / fas
ciculus stille fratruelis meus michi
in medio uber' meor' commorabit' / q'a
ita beata est ut habeat hospitem i'
principali corde. in medio uber' in
pectore suo sermone di. Tale quippe
quod tam' in medio vb'm meor' con
morabi'. Si no fuerint fracte mame tue
in medio ear' habitabit sermo diui
nus. Dicebat in carmine nuptiali ma=
minas potius appellare q' pectus. Et
p'spicuu est. cur ad expositione eius que
dicit in medio uber' tuor' commorabi'
s'mo diuinus. Unde dixi si no fuerint
fracte mame tue de ezechiele. In eo
quippe loco ubi ier'lm domica corripi'
uoce in p'fecti di' ad eam. In egipto fracte
sunt mame tue. Castaru ubera no fra
gunt'. sed meretricum ubera / laxis
pellibus irrugant' / pudicar' erecta
sunt ubera / et uirginali robore tu
mecia suscipiunt s'monem sponsi et
dicunt in medio uber' meor' commora
bit'. Botrus cypri fratruelis meus
m'. ~~No omnibus~~ Initiu est s'monis in
germine. Et initiu Cipri id est floritio
nis in v'bo / unde et ait Botrus cypri
id est floritionis fratruelis meus m'.
No omnibus est botrus cypri sed hys
qui eius flore digni sunt. alys v'na
uaria est. huic soli que nigra est
et formosa in floris decore se pbet

Botrus cypri fratruhelis meus michi
non simpliciter ait botrus cypri fratru
helis meus / sed cum additamento michi /
ut doceret non omnibus eum esse botrum cyp
d. Videamus autem in quibus regionibus
botrus iste est sponse In vineis engad
di quod interpretatur temptationis In vi
neis igitur oculi temptationis Botrus
cypri fratruhelis meus michi Temp//
tationis oculus in ipse uti est / siquidem
in temptatione moramur in hoc mundo
et temptatio est vita humana super terra
dum in hac luce versamur in vineis sumus
engaddi Si autem meruerimus postea
transplantabimur a nostro agricola transfe
rem Nec dubites quin possis de en
gaddi vineis ad loca meliora transferri /
agricola noster ad transferendam vineam
crebra meditatione iam tallat Vi
neam ex egipto transtulisti eiecisti gen//
tes et plantasti eam / operuit montes
umbra eius et arbusta eius cedros
dei Et hec quidem que exposuimus
locuta sit sponsa sit de sponso significans
tans amorem suum et sponsi venientis
hospitium / quomodo in medio uberum et sui
cordis archano sponsus veniens com
moretur Rursum sponsi ad eam ser
mo dirigitur et dicit Ecce speciosa me
a proxima mea ecce speciosa oculi tui
columbe Illa sic dicit ad sponsum Ecce
speciosus fratruhelis meus non adiun
git et proximus Hic autem qui loquitur
ad eam ecce sponsa adiungit et proxi
ma mea Quare autem illa non dicit ec//
ce sponsus meus proxime michi sed
tantum ecce speciosus / quare ille non
solum speciosa es dicit sed speciosa
es proxima mea Sponsa si longe fu
erit a sponso non est speciosa Tunc
pulchra fit cum dei verbo coniungitur Et
merito tunc vocetur a sponso ut proxima
sit et a suo latere non recedat Ecce spe
ciosa proxima mea ecce speciosa Incipis
quidem esse speciosa ex eo quod proxima
michi es postquam tempus esse speciosa eti
am sine adiuncto proxime absolute spe
ciosa eris Ecce speciosa proxima mea ec
ce speciosa / videamus et aliam lau
dem speciose ut et nos emulemur spon
se fieri Oculi tui columbe Qui vidit
mulierem ad concupiscendum eam iam
mechatus est eam in corde suo et ocu
los non habet columbe Si quis vero oculos
non habet columbe domum fratris sui ingredi
infelix Non obseruas illud quod in proverbiis
est preceptum In domum autem fratris tui ne
intres infelix pro eo quod lxx interpreta
ti sunt infelix Aquilam hebream
exprimens veritatem ait p e o ? sir·

id est stulti posuit Qui autem habet
oculos columbe videt recta et misericor
diam promeretur Videns quippe recta
miam consequitur Porro quis videt recta
nisi qui casto conspectu et puris in
tuetur oculis Noli igitur michi de hiis tan
tummodo oculis intelligere que dicta sunt
licet et de hiis intellexisse non inutile
sit sed ingrediens ad interiora cordis
tui et alios oculos mente perquirens quos
et a dei mandato illuminatur / manda
tum quippe domini illuminans oculos Illud enim
tene labora contende ut scias intelli
gas universa que dicta sunt et simili
a spiritu qui in specie descendit columbe
audias quia oculi tui columbe Si intel
ligas legem spiritualiter oculi tui columbe
sunt Si intelligas evangelium ut se vult
intelligi evangelium et predicari videns
ihesum omnem languorem et omnem in
firmitatem non solum eo tempore quo
carnaliter factum sunt fuisse medicatum sed
hodieque medicantem / et non tantum tunc
ad homines descendisse sed hodieque
descendere et esse presentem ecce enim vobiscum
sum omnibus diebus usque ad consumationem
seculi oculi tui columbe sunt Ecce speci
osa proxima mea ecce speciosa ocu
b. li tui columbe Has dese sponsa audi
ens laudes sponsi vicem in laudibus
reddit non quo ei quod non habet suo preco
nio largiatur sed intelligentes deco
rem eius atque conspiciens ait Ecce
speciosus fratruelis meus et quod
pulcher lectus noster umbrosus Queo
lectum in quo sponsus cum sponsa re
quiescat Et ni fallor corpus humanum
est Siquidem ille in evangelio paraliticus
qui iacebat in lecto et abire in domum
suam sublato grabato voce iussus est
salvatoris Antequam sanaretur sub
debile membrorum suorum corpus iacebat
Sed postea per dei virtutem solidatum
est Sic ergo intelligo tolle grabatum
tuum et vade in domum tuam Neque enim
ad hoc filius dei de celestibus ad terrena
descendat ut de lectulis Imperaret ut
consurgentem ab egrotatione sua
sine lectulo non pateretur abscedere
Tolle inquit grabatum tuum et vade in
domum tuam dixit Et tu igitur a salva
tore sanatus tolle grabatum et vade
in domum tuam et cum ad te cum sponsa spon
sus venit et tecum fuit reclinat
dicas Ecce speciosus fratruelis meus
Et quidem pulchre acclinatio nostra um
brosa Ecce speciosus fratruhelis meus
Ipse et speciosus est et umbrosus per
diem quippe sol non uret te neque luna
per noctem Trabes domorum nostrarum

cedri. Multitudinis ubi ba sunt. videntur
michi vi hoc dicere qui cum sponso sunt
de quibus supius sermo pfatus est / domus
nostras cedrinis trabibus intextas et cy
pssis contiguatas. Siquidem pro stibie
ascenderit cypssus et pro tomiza ascen
dit myrtus. Requirens igitur cuius
nature ista sunt ligna. et cedrum imputribi
le. et cypressum odoris optimi dephen
des. labora et tu ita contiguare domum
tuam ut de te quoque possit dici / trabes
domorum nrarum cedri. et contiguaciones
nre cypressi. post hoc sponsus loquitur
Ego flos campi et lilium conuallium. propter
me qui eram in ualle. descendit in
uallem Et in uallem ueniens sit lilium
pro ligno uite quod plantatum est in
padiso dei et totius campi et vniuerse
terre flos factus est Quid enim sit pot
est flos mundi ut uocabulum xpi vngue
tum effusum nomen eius Aliter idipsum dicitur
ego flos campi et lilium conuallium Et
quod de semetipso. deinde sponsam
laudans ait Vt lilium in medio spinarum
sic proxima mea inter medio siluarum Sicut
lilium spinis non pt conparari inter quas
semper exoritur eodem modo proxima me
a semper super omnes filias lilium est in medio
spinarum Istud audiens sponsa uicem
reddit sponso / et senciens illius eciam
suauitatem in uocem laudantis eru
pit Vnguentorum quippe odor licet sua
uiter spiret et sensum odore demulceat
non tamen einsmodi est ut suaue sit ade
dendum Est tamen aliquid quod opti
mi et saporis sit et odoris idem ut fau
ces dulcore delectet et spm mulceat
odoratu Tale est malum et istius modi
est nature ut in se utrumque possideat ideo
co uolens non solum bene olentium sermo
nes sed et dulcorem eius sponsa lau
dare. ait Vt malum in lignis silue
ita fratruhelis meus in medio filiorum /
omnia ligna. omnes arbores ad compa
cionem sermonis dei silue inferates
existimantur. ad xpm. salutis tuis est omne
quod dixeris et infructuosa sunt omnia
Que enim possunt dici. ad eum compa
rata fructifera Etiam ligna quidebantur
tur fructibus inchoati. ad collationem
aduentus eius infructuosa monstrata
sunt Adeo ut malum in lignis silue. ita
fratruelis meus in medio filiorum In
vmbra eius concupiui et sedi Quam
pulchre non ait in vmbra illius concu
pisco sed in vmbra eius concupiui et
non sedeo sed sedi Siquidem in principio non
possumus cum eo pprium conferre sermonem
vm in principio ut ita dicam quadam ma
iestatis illius vmbra pfruimur Vnde

et in pphetis legitur Spus faciei nre xpus
dns. inquit cui diximus In vmbra eius uiue
mus in gentibus Et ab malicie vmbra
Ad vmbram illius transmigramus. sede
tibus enim in regione ad vmbram mor
tis. lux orta est eis Et transeamus ab
vmbra mortis ab vmbra uite Semper
istiusmodi sint profectus ut in exor
dio desidet quispiam saltim in virtu
tum vmbra consistere Ego puto. ideo
et natiuitatem xpi ihu ab vmbra ce
pisse et non in vmbra sed in veritate
finitam Spus inquit scs superueniet
in te et virtus altissimi obvmbrabit
tibi Natiuitas xpi ab vmbra sump
sit exordium. Non solum autem in maria
ab vmbra eius natiuitas cepit et sed
et vite dignatus fuit nascitur sermo
dei. fac igitur ut possit capere te vm
bra eius et cum vmbra fueris dignus
effectus / ueniat ad te ut ita dicam
corpus eius ex quo vmbra nascitur
Nam in modico fidelis et in maiori
bus erit fidelis In vmbra eius con
cupiui et sedi / vides quia non semper
in vmbra stetit. sed inde ad meliora
transierit dicens Et fructus eius dulcis
in gutture meo Ego inquit desidera
ui in vmbra eius requiescere sed post
quam sua me protexit vmbra eciam
fructibus illius saciata sum Et dico
Et fructus eius dulcis in gutture meo
Introducite me in domum uini foris
stetit sponsus et a sponsa susceptus
est In medio quippe uberum illius requi
escit proxime iuuentule non sunt is
tiusmodi ut sponsum hospitem recipere me
reantur Multitudini foris in parabolis
loquitur. Quam uereor ne multe adu
lescentule forte nos simus Introdu
cite me in domum uini Cur tam diu
foris manes. Ecce sto ante ostium et
pulso. si quis michi apuerit ingre
diar ad eum et cenabo cum eo et ipse
mecum Introducite me Et inter eadem
dicit sermo diuinus Ecce xpus loquitur
introducite me / vobis quoque cathe
cuminis loquitur Introducite me Non
solum in domum sed in domum vini.
Impleatur uino leticie. uino spus
sancti anima nra et sic introduca
te in domum uram sponsum vbum. sapi
enciam / veritatem. potest autem et ad
eos dici qui nondum pfecti sunt Intro
ducite me in domum uini / ordinate in
me caritatem Eleganter locutus est
ordinate plurimorum quippe inordina
ta est caritas. Quod in primo loco de
bent diligere. diligunt in secundo Quod
in secundo diligunt in primo Et quod oportet

amare quarto. Amant tertio et rursu
tertio quod in quarto Et est impleus
q3 caritatis ordo p̄fusus. Eorum uero
caritas ordinata est uolo ad intellige
dum hoc quod dictum est / ordinate in
me caritatem. Aliqua exempla repli
care / Vult te s̄mo diuinus diligere
prem. filium. filiam uult te s̄mo di
uinus dilige xpm nec dicit tibi / ne
diligas liberos. ne inordinatam heas
caritatem ne parentibus caritate inuga
ris. Sed quid dicit tibi: ne inordina
tam heas caritatem Ne primu prem a
mrem deinde me diligas. Ne filij a
filie plusquam mei caritate tenearis
Qui amat prem. aut p̄ mrem sup
me non est me dignus Qui amat fi
lium aut filiam sup me non e me dignus
Recole consciētiam tuam de p̄tis mris
fris ne affectu Considera qualem cir
ca s̄monem di et ihm habeas carita
tem / statim deprehendes magis te fim
et filiam diligere quam v̄bum magis te
parentes amare quam xpm Quis putas
ita proficit e nobis ut principuam et
s̄mam / int omis s̄monis dei habeat
caritatem Qui in s̄cdo liberos poat

b Iuxta hunc modum ama uxorem tuam
Nullus quippe aliqn suam carnem o//
dio hūit Sed ama ut carnem et erunt
inquit duo in carne vna non vno i spu
Ama et dim sed ama illum non ut carnem
et erunt inquit d/ sanguinem sed ut spm
Quid em adheret do vnus spus est / S3
ordinata est caritas in p̄fectis vt
quut post deum etiam int nos odor poa
primum mandatum est ut diligamus pa
rentes. s̄cdm ut filios. t̄tium ut domes
ticos nros Si aut filius malus est
et domesticus bonus domesticus in
caritate filij tollocetur et ita fiet ut
s̄cdz ordinata sit caritas. Magr quoq3
nr et dns in euangelio p̄cepta de cari
tate constitues ad vnum sanc̄9 q3 dilec
tionem p̄ximi apposuit aliquid et
dedit intelligentiam ordinis his qui
possunt audire scripturam dicentem or
dinate in me caritatem / Diliges dnm
deum tuum ex toto corde tuo ·l ex tota
mente tua et ex tota anima tua / et ex
tota v̄tute tua. diliges proximum tuum
ut te ipm Non dixit p̄ximum ex toto
corde. ex tota anima. ex tota v̄tute
ex tota mente Rursum inquit diligi
te inimicos nros et non apposuit ex
toto corde. Non est inordinatus s̄
mo diuinus nec impossibilia precapt
Nec dixit diligite inimicos uros ut
uosmetipsos sed tm diligite inimicos
uros Sufficit eis ut diligimus et odio

non habeamus / p̄ximum uo ut te metipm
porro dnm ex toto corde et ex tota ani
ma et ex tota mente et ex tota v̄tute Si
hec intellexeris et intellecta cōpleuis
fecisti quod sponsi s̄mone precipitur
Introducite me in domum uini ordinate
in me caritate. Quis putas e nobis e
caritatis ordinate. Confirmate me in
unguentis Vnus de int̄ pretibus posuit
oitta h o a, Hec aut sponsa loquitur Sti
pate me in malis. In quibus malis. Vt
malum in lignis silue ita fratruelis meus
in medio filiorum. Idcirco in malis eius
stipate me quia uulnerate caritatis
ego sum Qua pulchre. quam decorum
est a caritate uulneris accipe Alius ia
culum carnei amoris excepit Alius t̄
rena cupidine uulneratus est Tu nu
da mebra tua et p̄be te iaculo electo
iaculo formoso siquidem deus sagitta
rius est Audi scripturam de hoc eodem ia
culo loquentem immo ut tu amplius
ammireris audi ipm iaculum quod lo
quatur posuit me ut sagittam electam
et in pharetra s̄uauit me et dixit m̄
magnum est tibi hoc uocari puerum meum
Intellige sagittam quid dicat et quo
adeo sit electa. Quam bonum est hoc ia
culo uulnerari. hac sagitta illi fuerunt
uulnerati qui int se in vite conferebant
Cor nrm ardens erat in via dum ap̄i
ret nobis scripturas / siquis s̄mone meo
siquis scripture diuine magisterio uulne
ratur et pt dicere. quia uulnerate cari
tatis ego sum hic et illud forsitan se
quitur. Quid forsitan dico. Manifes
tam promo s̄nam Sinistra eius sub
capite et dextra eius amplexabitur
me. Habet in sinistra et in dextera
sermo di sapientiam Cuiq3 p intellect9
varietate sit multiplex. in s̄ubiacti ti
vna est ipe salomo. de leua et dextera
sapientie docuit dicens longitudo em
et anni uite in dextra eius in sinistra
aut illius diuitie et glorie / S3 leua ei9
sub capite meo ut me faciat requies
cere. et brachium sponsi fiat ceruical me
um ·l reclinetur anime sup s̄monem
di. leua eius sub capite meo. non expe
dit tibi habere ceruicalia que lamentao
sequitur In ezechiele scriptum est Ve eis
qui consuunt ceruicalia sub omni cu
bita manus Noli consuere ceruicalia
noli capiti aliunde requiem querere
habes sponsi leuam sit sub capite tuo
et dic leua eius sub capite meo. Que
cum habueris. omnia tibi que sunt in le
ua p̄buentur dices quippe. In sinistra
eius diuitie et glorie. et dextra eius
complexabitur me. Totum te sponsi

Docs̄itus bonus diligis e ult mali filiu

dextera complectatur· longitudo quippe
et anni uite in dextera eius· et obid
longe uite et multorum annorum eris
super terram bonam quam dominus deus tuus
dabit tibi Adiuraui uos filie ierusalem in
virtutibus et in uiribus agri· Quid
adiurat sponsa filias ierusalem· Si leua
ueritis et suscitaueritis caritatem· Qua
diu caritas dormit in nobis· o filie ierusalem
o adulescentule Que in me non dormit
quia uulnerata sum caritate in nobis autem
que plures estis et adulescentule et filie
ierusalem· dormit caritas sponsi· Adiuram
ergo uos filie ierusalem si leuaueritis sed et
suscitaueritis que in nobis est caritatem
Creator uniuersitatis cum uos conderet in
seruit cordibus uestris semina caritatis
Nunc autem sicut alibi dicitur iusticia
dormit in ea sic dilectio dormitat in uo
bis· Iuxta quod et alibi sponsus requi
euit ut leo et ut catulus leonis· Et ad
huc in infidelibus et hiis qui corde sunt
dubio· dormitat sermo diuinus / vigi
lat in sanctis dormit in hiis qui tem
pestatibus fluctuant· Suscitatur uero eo
rum uocibus qui sponso uigilante sal
uari statim fit eo uigilante tranquil
litas / statim undarum moles conquiescunt
contrariis spiritalibus increpatis fluctuum
rabies silet· Illo dormiente tempestas
mors et desperatio est· Adiuro ergo
uos filie ierusalem in uirtutibus et in uiribus
agri Cuius agri nempe illius cuius odor
agri pleni quem benedixit dominus Si leuaue
ritis et suscitaueritis caritatem quo adus
que uelit· Vox fratruelis mei ecce hic
uenit saliens super montes / hec adhuc
loquitur ecclesia exhortans Adulescentu
las ut ad sponsi preparentur aduentum
si tamen uenire uoluerint et sum illis pro
bera / ut ad sponsi preparentur aduentum
si tamen uenire uoluerint / est eloquium
Adhuc igitur loquente ea aduenit sponsus
quem digito demonstrat et dicit Ecce hic
uenit saliens super montes Intellige sponsam
animam beatam atque perfectam que ci
tius uideat citius sermonis contempletur
aduentum Que sibi sapientiam· sibi
uenisse sentiat caritatem et dicat non
uidentibus ecce hic uenit· orate ut et
ego possim dicere ecce hic uenit· Si enim
potuero dei disserere sermone quodammodo
et ego dico· ecce hic uenit Quo non
utique ubi uallis non ubi humilia loca· Quomodo
uenit saliens super montes et transiliens
colles Si fueris mons saliet in te sermo
dei Si non uolueris esse mons sed fueris collis
secundarie a monte· transiliet super te Quam
uero pulchra et conuenientia rebus uo
cabula· salit super montes quia maiores
sunt Transilit super colles quia minores
sunt non transilit super montes non salit
super colles Ecce hic uenit saliens super
montes et transiliens super colles· Si
milis fratruelis meus capree aut
hynnulo ceruorum in montibus bethel· hec
duo animalia in scripturis frequenter
nominantur Et quo amplius animaduer
tas sepius iuncta ponuntur et hec sunt
ait que manducabis post paululum infe
rens capream et ceruum in principio quoque libri
pariter appellatur ceruus et caprea· quo
dammodo enim cognata sibi et uicina sunt
ista animalia Caprea idem dorcas a
cutissime uidet Ceruus interfector ser
pentium est· Quis putas est dignus
e nobis qui iuxta dignitatem loci atque
misteriis plenam possit explicare ratio
onem· Oremus deum ut nobis largi
atur sensum ad percipiendas scripturas
et possimus dicere· quomodo aperiebat nobis
ihesus scripturas· Quid igitur dicimus quia
dorcas hoc est caprea secundum eorum
physyologiam qui de naturis omnium
animalium disputant ex insita sibi in nomine
accepit Abeo enim quod acutius uideat
idem ΟΞΥΔΕΡΚΕΣΤΕΡΟΝ· dor
cas appellata est· Ceruus uero serpen
tium inimicus atque bellator est ita ut
spiritu narium eos ex hiis de cauernis et su
perata pernicie ueneni eorum pabulo de
lectetur· forsitan saluator meus capra
sit iuxta ΘΕΩΡΙΑΝ ceruus iuxta
opera Que nam ista sunt opera interficit
ipse serpentes contrarias fortitudines iu
gulat· ideo dictum ei Tu contriuisti caput
draconum super aquas· tu contriuisti caput
draconis Similis est fratruelis meus
capree uel hynnulo ceruorum super montes
bethel· Bethel quippe interpretatur domus
dei non omnes montes domus dei sunt Sed
hii qui montes ecclesie sunt Inueniuntur quippe
et alii montes erecti et consurgentes
aduersus scienciam dei / montes egipti
orum et allophilorum / vis scire quia similis
est fratruelis capree aut hynnulo cer
uorum super montes bethel· Esto mons
ecclesiasticus mons domus dei et ueniet
ad te sponsus similis capree uel hyn
nulo ceruorum super montes bethel· Cernit
sponsum appropinquasse uicinis quia antea
super montes uersabatur et colles assi
mulans eum transilienti atque salienti et
post hec ad se et alias adulescentulas
aduenisse cognoscens dicat Ecce hic
retro post parietem nostrum Si edificaueris
parietem· et feceris edificationem dei
ueniet post parietem tuum / prospiciens
per fenestras / vna fenestra unus est sensus
per hunc prospicit sponsus Alia fenestra

Alius est sensus et per hunc sponsus sollicite contuetur per quos enim sensus non prospiciat sermo dei. Quid sit autem prospicere per fenestras et quomodo per eas sponsus aspiciat sequens docebit exemplum ubi non prospiciat sponsus ibi mors invenitur ascendens Ut legimus in ieremia. Ecce mors ascendit per fenestras nostras. Quando videris mulierem ad concupiscendum eam iam mors ascendit per fenestras tuas eminens per recia In tellige quia in medio laqueorum ambulas et subtus machinas transeas imminentes omnia retibus plena sunt diabolus laqueis cuncta conplevit. Si autem venerit tibi sermo dei et ceperit eminere de retibus dices. anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venancium laqueus contritus est et nos liberati sumus Benedicti vos domino qui fecit celum et terram Eminens igitur sponsus per recia vitiorum tibi in via mundi. videns magnum hominum gregem retibus impeditum nec cum ab alio nisi a se posse conscindi. venit ad recia adsumens corpus humanum quod inimicorum fortitudini laqueis tenebatur. Et a tibi dirupit et loquitur Ecce hic retro post parietem nostrum. prospiciens per fenestras eminens per recia. Cum eminuerit dicet tibi qui (?) fratruelis meus et dicit surge et veni proxima mea. quam tibi feci. Considera Sit veni ad me proxima mea Surge veni proxima mea. speciosa mea. columba mea. Cur ait surge. Cur propera. Ego pro te sustinui rabiem tempestatum et fluctus qui tibi debebantur excepi Tristis facta est anima mea propter te usque ad mortem. surrexi a mortuis fractis mortis aculeis et inferni vinculis dissolutis. ideo tibi dico. surge veni proxima mea. speciosa mea columba mea. quia ecce hyemps transiit pluvia abiit sibi flores sunt in terra nostra Ego amor tuus surgens tempestate compressa tranquillitatem reddidi Et quia secundum dispensacionem carnis ex virgine et voluntate patris crevi et sapientia atque etate profeci. flores visi sunt in terra Tempus sectionis adest Sectio remissio peccatorum est omnem enim ait ramum in me manentem et afferentem fructum pater meus mundat ut fructus maiores afferat. Habeo fructus et poma que mecum sunt infructuosa auferentur Tempus quippe sectionis adest Vox turturis audita est in terra nostra Non sine causam sacrificiis assumitur par turturum Aut duo pulli columbarum nam idem valent et mirum dictum est separatim par tantummodo columbarum sed par turturum vel duos pullos columbarum Columba spiritus sanctus est Spiritus autem sanctus qui de magnis et occultioribus sacramentis et que multi capere non possunt loquitur in turturis appellacione signatur idem in secretis avis que semper in nodum iugis et in arborum verticibus commoratur. In vallibus autem et hiis que ad homines usque perveniunt columba adsumitur. Denique salvator quia hominem dignatus est assumere et venit ad terras multique tunc circa Iordanem erant peccatores ideo spiritus sanctus non in turturem vertitur sed columba fit que inter nos propter hominum multitudinem avis mansuecior conversatur. Turtur autem videtur verbi gratia moysen et unum quemlibet intelligere prophetarum recedentium inter montes et deserta qui tantum ibi accipiebant sermones dei. Vox ergo turturis audita est in terra nostra ficus produxit grossos suos. A ficu dominus fecit parabolam Cum ramus eius tener factus fuerit et folia inserit scitote quia iuxta est estas multum nobis dei eloquium nunciare post hyemem post procellas animarum appropinquasse messem Et ait ficus produxit grossos suos vites florescunt dederunt odorem suum Que iam rupperunt in florem. tempus advenit et erunt uve Surge veni proxima mea speciosa mea columba mea Hec que superius exposuimus sponsam non audientibus adulescentulus et sola sponsa audientis loquitur Volumus autem et ipsius audire sermonem loquentis ad sponsam Surge proxima mea columba mea et veni Columba mea sub tegmine petre. et moyses in tegmine petre positus ut videat posteriora dei in tegmine antemuralis. primum veni ad id quod ante murum est. et postea poteris introire ubi murus est petre. Ostende michi faciem tuam usque ad presentem diem similia dicuntur a sponsa Nec dum enim habeat fiduciam ut revelata facie gloriam domini contemplaretur. Quia vero iam ornata est atque composita dicitur ei Ostende mihi faciem tuam. Nondum erat vox ipsius ita suavis ut mereretur ei dici Audire me fac vocem tuam. Quando ergo didiciat loqui. Tace et audi israel et scies quid loquatur et suavis vox facta est eius sponso Secundum illud propheticum suavis sit ei postulatio mea Tunc ad eam sponsus effatur Et audire me fac vocem tuam quia vox tua suavis est Si aperueris os tuum verbo dei dicet tibi sponsus vox tua suavis est et aspectus tuus speciosus. Quapropter consurgentes deprecemur deum ut digni efficiamur sponsi sermone

et sapientia et virtus. Cui est honor et gloria et imperium in secula seculorum amen.

Epistola Jeronimi ad tranquillum quomodo origenem legere debeat et cetera

Maiora spiritus vincula esse quam corporis si olim ambigebamus nunc probavimus dum et michi sanctitas tua haeret animo et ego tibi Christi amore coniungor. Vere et simplici candidissimo pectori tuo loquor. Ipsa cedula et muti apices litterarum inspirant in nos tue mentis affectum. Quod dicis origenis multos errore deceptos et sanctum filium meum Octeanum [?] eorum insanie repugnare et doleo simul et gaudeo dum aut supplantati sunt simplices aut ab erudito viro errantibus subvenitur. Et quia mee parvitatis queris sententiam utrum secundum fratrem faustinum penitus respuendus sit an secundum quosdam legendus ex parte, ego origenem propter eruditionem interdum legendum sit arbitror quomodo tertullianum et novatum arnobium et apollinarem et nonnullos ecclesiasticos scriptores grecos pariter et latinos ut bona eorum eligamus vitemusque contraria, iuxta apostolum dicentem: omnia probate que bona sunt retinete. Ceterum qui vel in amorem eius nimium vel in odium stomachi sui perversitate ducuntur videntur michi illi maledicto prophetico subiacere: Ve eis qui dicunt bonum malum et malum bonum. Qui faciunt amarum dulce et dulce amarum. Nec enim propter doctrinam eius prava suscipienda sunt dogmata nec propter dogmatum pravitatem si quos commentarios in scripturas sanctas utiles edidit penitus respuendi sunt. Quod si contentiosi inter se amatores eius et obtrectatores funem duxerint ut nichil medium appetant nec servant modum sed totum aut probent aut improbent, liberatius piam rusticitatem quam doctam blasphemiam eligam. Sanctus frater tatianus impendio te re [?] vos salutat.

(margin: sive impendio te salutat)

Jeronimus ad damasum papam de osanna et cetera

Multi super hoc sermone diversa finxerunt. E quibus noster hylarius in commentariis mathei ita posuit: Osanna hebraico sermone significatur redemptio domus david. Primum redemptio lingua hebrea ephot interpretatur, deinde domus beth, david vero in hoc loco non esse nomen insertum omnibus patet. Alii opinati sunt osanna gloriam dici, porro gloria caboth appellatur. Nonnulli gratiam cum gratia thoda sive anna nuncupetur. Restat ergo ut omissis opinionum rivulis ad ipsum fontem unde ab evangelistis sumpti est recurramus. Nam quomodo illud neque in grecis neque in latinis codicibus possumus invenire ut compleretur id quod dictum est per prophetas quoniam nazareus vocabitur et illud ex egipto vocavi filium meum, ita et nunc in hebreis codicibus veritas exprimenda est. Unde in hanc vocem vulgus et maxime consona inter se puerorum turba prorupit dicente matheo: Turbe autem que precedebant et que sequebantur clamabant dicentes: Osanna filio david benedictus qui venit in nomine domini osanna in excelsis. Marcus vero ita posuit: clamabant dicentes osanna benedictus qui venit in nomine domini. Benedictum quod venit in nomine domini regnum patris nostri david osanna in excelsis. Johannes quoque pari voce consentit et clamabat osanna, non posuit in reliqua interpretationis parte consentiens: benedictus qui venit rex in nomine domini. Pax in celo et gloria in excelsis. Igitur ut diximus ipsa hebrea verba ponenda sunt et omnium interpretum opinio digerenda quo facilius quid super hoc sentiendum sit ex retractatione eorum ipse sibi lector inveniat. In centesimo xvii psalmo ubi nos legimus: O domine salvum me fac, o domine bene prosperare, benedictus qui venit in nomine domini, in hebreo legitur: anna adonay osianna, anna adonay alliena, baruch abba basem adonay. Quod aquila symachus theodotion et quinta editio ne quid inter eos mutare videantur ita exprimunt: ΩΑ ΕΧΥΡΙΕ Σ ΩΣΗ Ε ΩΑ ΕΧΥΡΙΕ ΕΥΟ ΔΩΣΟΝ ΔΗ ΕΥΛΟΓΗΜΕΝΟΣ Ο ΕΡΧΟΜΕΝΟΣ ΕΝ ΟΝΟΜΑΤΙ ΚΥΡΙΟΥ [?]. Sola sexta editio cum interpretibus lxx ita concinit ut ubi ceteri posuerunt ΩΑ, illi scripserunt ΩΗ. Et quia osanna quod nos corrupte propter ignorantiam dicimus osanna salvifica sive salvum fac exprimatur omnium interpretatione signatum est, nunc illud in cura est quid sine adiectione salvandi solus anna sermo significet. Sciendum quia in hoc loco ter dicatur anna et primum quidem et secundum eisdem litteris scribitur aleph nun he, tertium vero heth nun he. Symmachus ergo qui in centesimo xvii psalmo cum omnium interpretatione consenserat ut nobis manifestiorem tribueret intellectum in centesimo xv psalmo ubi dicitur O domine libera animam meam ita interpretatus est: obsecro domine libera animam meam. Ubi autem

(margin notes: osanna benedictus qui venit in nomine domini ...; osanna quid sit et quomodo dici debet osanna; anna)

lxx. ac illi obsecro transtulerunt. Aquila et ceteris editionibus ita eam interpretantibus in hebreo scribitur anna. verum ita ut in principio aleph habeat, non eth. Ex quo animadvertimus si ex aleph scribatur anna significari obsecro, si autem ex eth coniunctionem sive interiectionem que apud grecos ponitur ΑΛΗΘΕΙΑΝ, cuius interpretationem latinus sermo non exprimit. Sed quia hec minutie et huiusmodi disputationis arcana propter barbariem lingue pariter ac litterarum legenti molestiam tribuunt, ad explanandi compendium venio ut dicam de centesimo xvii. psalmo qui manifeste de Christo prophetat et in synagogis iudeorum creberrime legebatur. Unde et populis notior erat hos versus esse assumptos quod ille qui repromittebatur de genere David veniret salvaturus israel dicente David: Lapidem quem reprobaverunt edificantes hic factus est in caput anguli. A domino factum est hoc et est mirabile in oculis nostris. Hec dies quam fecit dominus, exultemus et letemur in ea. O domine salvum me fac, o domine bene prosperare. Benedictus qui venit in nomine domini. Benediximus vobis de domo domini. Deus dominus et illuxit nobis. Unde et evangelistarum scriptura commemorat phariseos et scribas adhoc indignatos quod viderunt psalmi prophetiam super Christo intelligere completam et clamantes parvulos osanna filio David dixisse ei: Audis quid isti loquuntur? Et Ihesum respondisse eis: Numquam legistis quia ex ore infantium et lactantium perfecisti laudem? Centesimum septimum decimum psalmum octavi psalmi asserente firmitatem. Et de eo quidem quod facile exprimi poterat: Benedictus qui venit in nomine domini, omnium evangelistarum scriptura consentit. De verbo vero osanna quia in grecum non poterant transferre sermonem sicut in alleluya et in amen et in pleurisque factum videmus, ipsum penitus hebreum posuerunt dicentes osanna. Lucas igitur qui inter cetera evangelistas grece sermonis eruditissimus fuit quippe ut medicus et qui in grecia evangelium scripserit, quia se vidit proprietatem sermonis non posse transferre, quam id ponere, melius arbitratus est tacere quam id ponere quod legenti faceret questionem. Ad summam sicut nos in lingua latina habemus interiectiones quasdam ut in exultando dicamus va, et in admirando pape, et in dolendo heu, et quando silentium volumus imperare strictis dentibus spiritum coartamus et cogimus in sonandum st, ita hebrei inter reliquas proprietates lingue sue habent interiectionem ut quando volunt dominum deprecari ponant verbum petentis affectum et dicant verbum anna domine quod lxx. dixerunt o domine. Osi ergo salvifica interpretatur, anna interiectio deprecantis est. Si ex duobus velis compositum verbum facere, dices osianna sive ut nos loquimur osanna, media vocali littera elisa sicut facere solemus in versibus idem Virgilius. Quam mene incepto desistere victam scandimus men incepto. Aleph namque littera prima ubi sequentis extrema pocius verbi loth inveniens exclusit. Quapropter ut ad questionis originem revertamur, ubi nos legimus in latino o domine salvum me fac, o domine bene complacere, benedictus qui venit in nomine domini, iuxta ebreum sensum legere possumus: obsecro domine salvum me fac, obsecro idem prosperare, benedictus qui venit in nomine domini. Salvum autem dicit fac ut subaudiamus populum tuum israel sive generaliter mundum. Denique Matheus qui evangelium hebreo sermone conscripsit ita posuit osanna barrama, idem osanna in excelsis. Quod salvatore nascente salus in celum usque etiam ad excelsa pervenerit patefacta, non solum in terra sed etiam in celo ut iam dici aliquando cessaret: inebriatus est gladius meus in celo. Hec interim iuxta mediocritatem sensus mei breviter strictimque dictavi. Ceterum sciat beatitudo tua in huiusmodi disputationibus molestiam in legendo non debere surripere, quia facile et nos poteramus aliquid dare ementiri quod ex una voce solveret questionem sicut et ceteros fecisse monstravimus. Sed magis condecet ob veritatem laborare paulisper et peregrino aurem accommodare sermoni quam de aliena lingua falsam referre sententiam.

Jeronimus ad Damasum de fide an in antiochia communicare debeat alias de nomine trium ypostaseon etc.

Quoniam vetus oriens inter se populorum furore collisus indiscissam domini tunicam et desuper textam minutatim per frusta discerpit et Christi vineam exterminant vulpes et inter lacus contritos qui aquam non habent difficile ubi fons signatus et ortus ille conclusus sit possit intelligi, ideo michi cathedram Petri et fidem apostolico ore laudatam censui consulendam. Inde nunc meae animae postulans cibum unde olim Christi vestimenta suscepi. Neque vero tanta vastitas elementi liquentis et interiacens longitudo terrarum me a preciose margarite potuit inquisitione prohibere. Ubicumque fuerit corpus illuc congregabuntur aquile. Profligato a sobole mala pa

patrimonio: apud vos solos incorrupta patrum servatur auctoritas. Ibi cespite terra fecundo dominici seminis puritatem centenos fructus refert. hic obruta sulcis frumenta in lolium avenasque degenerant. Nunc in occidente sol iustitie oritur. in oriente autem lucifer ille qui ceciderat super sidera posuit thronum suum. Vos estis lux mundi vos estis sal terre vos vasa aurea et argentea. hic testacia vasa virgam ferream et eternum operiuntur incendium. Quamquam igitur tui me terreat magnitudo tamen invitat humanitas. A sacerdote victime salutem a pastore presidium ovis flagito. Facessat invidia Romani culminis recedat ambitio. Cum successore piscatoris et discipulo crucis loquor. Ego nullum primum nisi Christum sequens beatitudini tue id est cathedre Petri communione consocior. Super illam petram edificatam ecclesiam scio. Quicumque extra hanc domum agnum comederit prophanus est. Si quis in Noe archa non fuerit peribit regnante diluvio. Et quia pro facinoribus meis ad eam solitudinem commigravi que Syriam iuncto barbarie fine determinat nec possum sanctum domini tot interiacentibus spaciis semper expetere ideo hic collegas tuos egyptios confessores sequor et sub onerariis parva navicula delitesco. Non novi Vitalem, Meletium respuo, ignoro Paulinum. Quicumque tecum non colligit spargit. hoc est qui Christi non est antichristi est. Nunc igitur pro dolor post Nicenam fidem post Alexandrinum iuncto pariter occidente decretum trium ypostaseon ab Arrianorum prole campensibus novellum a me homine Romano nomen exigitur. Qui ista queso apostoli prodidere? Quis novus magister gentium Paulus hoc docuit? Interrogamus quid tres ypostasis posse arbitrentur intelligi. Tres persone subsistentes aiunt. Respondemus nos ita credere. Non sufficit sensus ipsum nomen efflagitant quia nescio quid veneni in sillabis latet. Clamamus si quis tres ypostasis aut tria ypostasia hoc est tres subsistentes personas non confitetur anathema sit. et quia vocabula non edidicimus heretici iudicamur. Si quis autem ypostasim usiam intelliges non in tribus personis unam ypostasim dicit alienus a Christo est. Et sub hac confessione vobiscum pariter cauterio unionis inurimur. Discernite obsecro si placet. non timebo tres ypostasis dicere si iubetis. Condatur nova post Nicenam fides et similibus verbis cum Arrianis confiteamur orthodoxi. Tota secularium litterarum scola nichil aliud ypostasim nisi usiam novit. Et quis tam rogo ore sacrilego tres substancias predicabit? Una est dei sola natura que vere est. Id enim quod subsistit non habet aliunde sed suum est. Cetera que creata sunt etiam si videntur esse non sunt. Quia aliquando non fuerunt et potest rursus non esse quod non fuit. Deus solus qui eternus est, hoc est qui exordium non habet essencie nomen vere tenet. Ideo et ad Moysen de rubo loquitur Ego sum qui sum. Et rursum qui est misit me. Erant utique tunc angeli celum et terra vel maria. Et quomodo commune nomen essencie proprium sibi vendicat deus? Sed quia illa est perfecta natura et in tribus personis deitas una subsistit que et vere una natura naturas conatur asserere. Et si ita est cur ab Arrio parietibus separamur perfidia copulati? Iungatur cum beatitudine tua Ursinus cum Ambrosio societur Auxentius. Absit hoc a Romana fide. Sacrilegium tantum religiosa corda non hauriant. Sufficiat nobis dicere unam substantiam tres personas subsistentes perfectas equales coeternas. Taceantur tres ypostasis si placet et una teneatur. Non bone suspitionis est cum in eodem sensu verba dissentiunt. Sufficiat nobis memorata credulitas. Aut si rectum putatis tres ypostasis cum interpretationibus suis debere nos dicere non negamus. Sed michi credite venenum sub melle latet. Transfiguravit se angelus Sathane in angelum lucis. Bene interpretantur ypostasim et cum id quod ipsi exprimunt habere me dicant hereticum iudicant. Quid tam anxie unum verbum tenent? Quid sub ambiguo sermone latitant? Si sic credunt ut interpretantur non damno quod retinent. Si sic credo ut ipsi sentire se simulant permittant michi meis verbis suum sensum loqui. Quamobrem obtestor beatitudinem tuam per crucifixam mundi salutem per homousiam trinitatem ut michi epistolis tuis sive tacendarum sive dicendarum ypostaseon detur auctoritas. Et ne forte obscuritas in quo dego loci fallat baiulos litterarum ad Evagrium presbiterum quem optime nosti dignare scripturam transmittere. Simul etiam cui apud Antiochiam debeam communicare significes. Quia campenses cum tarsensibus hereticis copulantur nichil aliud ambiunt quam ut auctoritate communionis vestre fulti tres ypostasis cum antiquo sensu predicent.

Ieronimus ad Damasum secundum quosdam scismaticis cui consortio debeat in fide

Importuna in evangelio mulier tandem meruit audiri et clauso cum servis ostio media lic[et]

nocte ab amico panes amicus accepit.
deus ipse qui nullis contra se supari
viribus potest publicanorum precibus vinci.
Niniue ciuitas que peccato perijt fletibus
stetit. Quorsum ista tam longo repe
tita principio. videlicet ut paruum
magnus aspicias ut diues pastor mor
bidam / non contempnas ouem. xpus in
paradisum de cruce latronem intulit et
nequis aliquando seram conuersionem pu
taret fecit homicidij penam martirium. xpus
inquam prodigum filium reuertentem letus am
plectitur / et nonaginta nouem pecudibus
derelictis vna ouicula que remanserat hu
meris boni pastoris aduehitur. paulus
ex persecutore fit predicator / oculis carna
libus excecatur ut mente plus videat
et qui vinctos xpi famulos deducebat
ad concilium iudeorum ipse postea de xpi
vinculis gloriatur. Ego igitur ut ante
iam scripsi xpi vestimenta in romana urbe
suscipiens nunc barbaro syrie limite te
neor. Et ne putes alterius hanc de me
fuisse sententiam / quid merear ipse con
stitui. Non ut ait gentilis poeta celum
non animum // qui transmare currit. Ita
me incessabilis inimicus post tergum
persecutus est ut maiora in solitudine
bella nunc patiar / hinc enim presidijs ful
ta mundi rabies arriana fremit. hinc
in tres partes scissa ecclesia ad se rapere
festinat. Monachorum circa commanen
tium antiqua in me surgit auctoritas.
Ego interim clamito si quis cathedre
iungitur petri meus est. Melesius in
tales atque paulinus tibi herere se di
cunt possem credere si hoc vnus assereret
Nunc aut duo mentiuntur aut omnes. Ideo
obtestor beatitudinem tuam per crucem domini
per necessarium fidei nostre decus passionem ita qui
apostolos honore sequeris // et merito ita in
solio cum duodecim iudicaturus sedeas. ita
te alius senex cum petro cingat ita mu
nicipatum celi cum paulo consequeris. ut
michi litteris tuis apud quem in syria de
beam communicare significes. noli de
spicere animam pro qua xpus mortuus
est. Jeronimus ad damasum papam
de seraphin et calculo et est talis etc.

Septuaginta
Et missus est ad me v
nus de seraphim. Aqui
la et theodocion et vo
lauit ad me vnus de seraphim. Cottidie
ad nos mittitur seraphim. Cottidie in ge
miscentium atque dicentium. Ego miser ego
qui compunctus sum. ora purgantur
et cum captiuis fuerint liberati preparant
se ministerio dei. Quod ceteri interpretes

pressum esse uoluisse dixerunt intellige
uelocem diuini sermonis adventum. super eos qui
digni societate illius iudicantur. In genere
quoque diuersitas est. Septuaginta. aqui
la et theodocion seraphin neutro genere
transtulerunt. Symachus masculino. Nec
putandum sexum esse in virtutibus dei. Cum
etiam spiritus sanctus secundum proprietatem lin
gue hebree femineo genere proferatur ruah
grece neutro το πνευμα latino mas
culino spiritus. Ex quo intelligendum est quando de
de supernis disputatur et masculinum aliquid
seu femininum ponitur non tam sexum significari
quam ideoma (proprietas) sonare lingue. Siquidem
ipse deus inuisibilis et incorruptibilis
omnibus pene linguis profitetur genere
masculino. Et cum in eum non cadat sexus
illorum quoque prius licet attamen coargu
endus est error qui orationibus et
oblationibus suis audet dicere qui
sedes super cherubin et seraphin. Nam
et super cherubin scriptum est sedere deum
ut ibi. Qui sedes super cherubin oste
dere / super seraphin vero sedere deum nulla
scriptura commemorat. Et nec ipsa quoque
de seraphin circa deum stantia. excepto
in presenti loco in scripturis omnibus inuenimus.
Septuaginta et in manu habebat car
bonem quem forcipe acceperat de altari
et tetigit os meum // Theodocion. Et in
manu eius calculus in forcipe quem
acceperat de altari. et tetigit os meum.
Theodocion / Symachus et in manu
eius calculus in forcipibus quem sup
serat de altari et detulit ad os meum. Cer
tum ad historiam pertinet videre deus
sedere in templo ierusalem et ante eum de
altari secundum septuaginta ad ysaiam
carbo deferri de altari uero incensi siue
holocaustorum. Quantum autem ad misticos
intellectus ille eis ignis mittitur quem
Jeremias ferre non poterat. Qui cum ad re
nes archana penetrarit. ita nos dissol
uit ita auctum hominem in nouum excoquit
ut nullam uocem erumpere possimus. vino
antiquam non ego / sed gratia dei que in me
est. forcipes quoque secundum interpretes cete
ros licet in sacerdotali semper suppellecti
le fuerint diuersas gratias debemus acci
pere quibus multipharie et multi
modis olim deus locutus est nostris pa
tribus in prophetis. Quia in hebreo pro
carbone calculus legitur ceteris quoque super
hoc consonantibus / uidetur in sermo di
uinus calculi appellatione signari. Si
cut enim calculus genus est lapidis durissi
simi et rotundi et omni puritate leuis
simi ita sermo dei qui neque hereticorum
neque omnium aduersariorum potest contradic
tionibus cedere calculus dicitur. de hoc

Aquila et in manu eius calculus in forcipe quem acceperat de altari et tetigit os meum

calculo sepphora filium suum circumcidit et
ihesus populum purgat a vitiis Et in
apocalipsi dominus pollicetur vincentibus
ut accipiant calculum et scriba super
eum nouum Videntur autem mihi et
lxx in eo quod antea transtulerunt idem
sensisse quod ceteri ανθ[ρακα] per dyr quip-
pe que carbunculum interpretantur genus
lapidis fulgidi atque lucentis quem eti-
am in xii lapidibus inuenimus Siue
igitur calculum siue carbunculum lapidem
accipimus In calculo diuini sermonis
ul' ueritas
uarietas et rigor In carbunculo lucens
doctrina et manifesta monstratur Eloquia
enim domini eloquia casta Argentum
igne probatum purgatum septuplum Et
alibi mandatum domini lucidum illuminans
oculos Quod autem ait in manu
habebat carbonem manum intelligamus
operationem Vt ubi in manu
lingue mors et vita Et in psalmo
cadent in manu gladii Aut certe
uere manus apparuit ut per similitudinem
humane forme dum manus cernitur
porrigentis propheta non timeat
Iuxta quod et ipsum deum et angelos
in humanas in diuinis mutasse formas
ut metus uidentibus demeretur
Septuaginta Et dixit Ecce tetigit
hoc labia mea tua et auferet iniquitates
tuas et peccata tua purgabit Aquila
Ecce tetigit hoc labia tua et recedet
iniquitas tua et peccatum tuum propitiabitur
Ceteri interpretes in Aquile uerba
consentiunt Primum necesse est ut labia
nostra tangantur deinde cum tacta fuerint
fugetur iniquitas et cum iniquitas fuerit
effugata propitiatur dominus quia apud ipsum
est propitiatio pro peccatis nostris purgatis autem
peccatis nostris Audiemus uocem domini dicentis
quem mittam Et quis ibit ad
populum istum Aquila et theodotion et
symachus Et audiui uocem domini dicentis
quem mittam Et quis ibit nobis de
comparatione ysaie et moysi quod
alius ministerium recusarit alius ultro
se offerens durius processus sit in alio
loco disputauimus Sed ne uideamur aliquid
preterisse eorum quas iudei uocant
deuteroseis et in quibus uniuersam scientiam
ponunt illud breuiter attingimus
quare in hebreo sit positum et quis
ibit nobis Sicut enim in genesi dicitur
faciamus hominem ad imaginem et
similitudinem nostram ita et hic puto
dictum quis ibit nobis Nobis autem
quibus aliis estimandum est nisi patri
et filio et spiritui sancto Quibus uadit quicumque
eorum obsequitur uoluntati In eo quidem
quod unius loquentis persona pro-

ponitur diuinitatis unitas In eo uero
quod dicitur nobis personarum diuersitas
indicatur legimus in cantica canticorum
uocem sponsi dicentis ad sponsam
surge ueni proxima mea sponsa
mea columba mea quia ecce hyemps
transiit pluuia abiit sibi Cuius
enim anima in cogitationum tranquillitate
consedit qui super petram fundata
scribit[ur] p[ro] melech. huic sensui co[n]uenit
Siquidem melech chorus in n[ost]ram
co[n]uertitur lingua[m]. male aut[em] quidam
de latinis simphonia[m] putant esse ge-
nus organi. cu[m] chorus in laude co[n]-
centus ex hoc vocabulo significat[ur]
Symphonia quippe consonantia
exp[ri]mitur in latino. Et uocauit unu[m]
de pueris et interrogauit quid nam
essent hec. Et nu[n]c int[er]rogat isr[ae]l q[ua]-
re deus in genera[m] assumptio[n]e let[etur]
et emulatio[n]e cruciatus. p[at]ernam no[n]
p[otes]t scire uolu[n]tatem. Qui ait illi. Q[uonia]m fr-
at[er] tuus uenit et occidit p[ate]r tuus
vitulu[m] saginatu[m]. q[uonia]m incolume[m] illu[m]
recepit. Causa leticie quod pari[ter] in
d[e]i laude toto orbe nu[n]c co[n]cinitur.
salus est gentiu[m]. salus e[st] p[e]ccatoris. leta[n]-
tur angeli. om[n]is in gaudiu[m] creatura
consentit et de solo dicit isr[ae]l. Ira-
tus autem noluit intrare. Irascitur
se absente fratre[m] esse susceptu[m]. irascitur
eum uiuere que[m] putabat extinctu[m].
Et nu[n]c foris stat israhel et nu[n]c dis-
cipulis eu[an]g[e]lia in eccl[es]ia audientibus
mat[er] eius et f[rat]res foris stant quere[n]-
tes eum. Egressus aut[em] p[ate]r illius cep[it]
rogare eum. Qua[m] clemens et beni-
gnus pat[er] rogat filiu[m] ut leticie dom[us]
p[ar]ticeps fiat. Rogat aut[em] p[ate]r per
ap[osto]los eu[an]g[e]lij p[re]dicatores e quibus
paulus ait p[re]cam[ur] pro xp[ist]o reco[n]cilia-
mini deo. Et alibi uobis p[ri]mu[m] opor-
tebat annu[n]ciare verbu[m] d[e]i sed quia in-
dignos uos iudicastis. ecce co[n]uertim[ur]
ad gentes. Ipse aut[em] respondens ait p[at]ri
suo. Ecce tot annis seruio tibi. pater
supplex ad misericordiam de p[re]catur. Ille iu[s]-
ticiam que in lege e[st] sequens d[e]i iusti-
cie no[n] subiacet. porro que maior iusti-
cia dei quam ignoscere penitentibus
filiu[m] suscip[er]e redeuntem. Ecce tot a[n]nos
seruio tibi et nu[n]qua[m] mandatu[m] tuu[m] p[re]-
teriui. Quasi hoc ip[su]m no[n] sit p[re]terire
mandatu[m]. saluti alterius inuidere.
Ante deu[m] se iactare iusticie cu[m] ne[m]o
coram eo mu[n]dus sit. Quis e[n]i[m] leta-
bitur castu[m] se h[abe]re cor. nec si unius
quidem fuerit diei. dauid co[n]fitetur
in iniquitatibus co[n]ceptus sum et male-
dictis concepit me m[ate]r mea. Et in
alio loco. Si iniquitatem attendis
d[omi]ne quis sustinebit. Et hic dicit nu[n]-
qua[m] p[re]terisse mandatum. Totiens ad
ydolatriam captiuitatib[us] tradi[tur]. Ecce
tot annis seruio tibi et nu[n]qua[m] ma[n]-
datu[m] tuu[m] p[re]teriui. hoc est quod paul[us]
loquit[ur] ap[osto]l[u]s. Quid ergo dicemus. Quia
gentes que no[n] sectabant[ur] iusticiam
app[re]henderunt iusticiam. iusticia[m] que
ex fide est. isr[ae]l u[er]o sectando legem ad
legem iusticie no[n] p[er]uenit. Quare
Quia no[n] ex fide sed quasi ex op[er]ib[us]
legis. potest ergo et ex eius p[er]sona di-
ci qui iuxta eundem ap[osto]l[u]m in iusti-
cia que ex lege est sine rep[re]hensio[n]e
uersatus sit. licet michi videatur
magis se iactare uidens qua[m] vera
dicere. ad exemplum illius pharizei
dicentis deus gr[ati]as ago tibi quia
no[n] sum sicut ceteri hominu[m] rapto-
res iniusti adulteri sicut et hic publi-
canus. Oro te. Nonne tibi uidetur ea
que ille de publicano dixerat dicere
iste de fr[atr]e. hic qui com[m]edit omne[m]
substantiam suam cu[m] meretricibus. ad id aut[em]
quod ait mandatu[m] tuu[m] nu[n]qua[m] p[re]te-
riui. p[at]ris s[er]mo no[n] congruit. Non ei
confirmauit uera esse que dixerat
filius sed irascentem alia ratione con-
pescuit. fili tu mecu[m] es semp[er]. Non d[ixit]
ait. Bene quidem dicis et fecisti cu[n]c-
ta que iusseram. Non. Sed mecum
inquid es semp[er]. Mecu[m] es lege qua
p[ro]tegeris. mecum es du[m] michi et in
captiuitatibus erudiris. mecu[m] es no[n]
quia p[re]cepta mea compleuisti sed q[uo]d
te in longinqua[m] regione[m] abire non
passus sum. Mecu[m] es ad ex[em]plu[m] secundum
illud quod locutus sum ad dauid. Si
dereliquerint filij eius lege[m] meam
et in iudiciis meis no[n] ambulauerint
si iustificationes meas prophanauerit

De seniori filio hic p[ro]sequit[ur]

XXIIII a

b

filio prodigo ... intelligit[ur] ... duplicit[er] ... hic

et mandata mea nō custodierit · visi
tabo · in virga iniquitates eorum miam
autem meam nō auferam ab eis · Q°
testimonio · et id in quo filius glatr
falsum ēē convincit dū in p̄i iudiciis nō
ambulat · et eius mādata nō facit
Et quomō ista nō faciens cū p̄re semp
fuisse docetur · dū peccans visitatur
in virga · et visitato mīa nō negetur
Hoc mirandū patriciorum ausum fu=
isse mentiri · quia fratri potuit mun
dere · Maxime cū in die iudicii qui
dam impudencius mentiantur · Non
ne in nomine tuo comedimus et bibi
mus v̄tutes multas fecimus demoni
a eiecimus · Quid vero sit et omnia
mea tua sunt suo loco congruencius
explicabitur · Et nūquā dedisti michi e
dum · ut cum amicis meis epularer · Tan
tis inquit isrl' sanguis effusus est ·
tot hominum cesa sunt milia et nullus
corporis nrē extitit salutis redemptor
Ipse iosias qui complacuit in conspectu
tuo Et nuper machabei qui pro tua
hereditate pugnabant contra fas sat
titatis · hostium gladiis interempti sunt
et nullus cruor nobis reddidit liberta
tem · Ecce adhuc romano imperio sub
iacemus nō p̄pheta nō sacerdos nō iustus
qui sicut agnus imolatus est nobis et pro
luxurioso filio id est pro gentibus pro
peccatoribus · totius carnis gloriosus sag
uis effusus Cumque merentibus mi
nora nō dederis · inimicis maiora tri
buisti Nūquā dedisti michi edum ut
cū amicis meis epuler Erras isrl' ·
dic potius ut tecū epuler · Aut pot
tibi ēē aliqua iocunditas · nisi pat̄re
tecum celebrante convivium · Saltem
exemplo docere p̄nti · Reverso filio
in more et pat' letatur et pueri · Mā
ducemus ait et epulemur · Nō manduca
te et epulamini · At tu ea mente
qua in vides fr̄i qua ap̄ris recedis
aspectu · et semp magis es nunc quoque
ius absente communi convivium · Numquam
dedisti michi edum · Nūquā pater di
cora dat munera · Habes vitulū imo
latum ingredere manduca cū fr̄e ·
Quid edum queris cum agnus est
missus · Et ne simules te nescire quod
missus est iohanes tibi cū in heremo
demonstravit · Ecce agnus dī ecce qui
tollit peccata mūdi Et pr̄ quidam quasi
clemens et p̄niam tribuens te hortatur
ad vitulū nō imolans edū · que stare
sit a sinistris · Tu vero in fine seculi ipse
tibi es edū imolatus antixpm et cū
amicis tuis sp̄itibus inmūdis eius
carne satiandus Expleto vaticinio

tu confregisti caput draconis et de
disti eū in escam populis ethiopum
Cum aut̄ filius tuus hic qui comedit
omnē facultatem suam vivens cū
meretricibus venit et occidisti ei vitulū
saginatū Confitetur et nūc isrl' sa
ginatū vitulū fuisse qui cesus est
et intelliget venisse xpm · sed torque
tur in vidia et nolūt fr̄e nō pereunte
salvari Ipse aut̄ dixit illi fili tu semp
mecū es et omnia mea tua sūt filiū vo
cat · filiū vocat licet intrare nolentē
Quomō aut̄ dī omnia iudeorum sint
Numquid angeli throni dominaciones
ceterque v̄tutes · omnia ergo intelligamus
legem p̄phas eloquia divina · hec ei de
dit ut in lege eius meditaretur die ac
nocte scdm illud nomē quod sepe ex
posuimus scripturarum · omnia nō ad totum
referenda ēē sed ad ptem maximam
ut ibi omnes declinaverūt simul inuti
les facti sunt Et alibi omnes qui vene
rūt ante me · fures fuerūt et latrones
Et paulus ad corinthios omnibus
inquit omnia factus sum ut omnes lu
cri facerem · Et ad philipenses omnes
que sua sūt querūt · nō ea que sunt
xpi ihu · Unquā michil umquā illi
negasse credendū sit que ad suū intu
lum hortatur edendū · Epulari nos oportet
et gaudere quia hic fr̄ tuus mortuus
fuerat et revixit et perierat et inve
tus est Confidamus igitur et nos vi
vere posse p̄ p̄niam qui fueramus
mortui p̄ delicta Et hic quidem ipse fi
lius revertitur · In superioribus vero mone
te et in dragma quod errarat asseritur
et quod perierat invenitur Et sic simili
tius parabole finē claudere dum in
ista ponitur perierat · et inventus est
ut intelligamus dulsis similitudibus
decadem peccatorum susceptione signatū
Et hec quidem in ethnica p̄sona dicta
sunt et iudi / Videamus aut̄ quomodo
sup sco et peccatore p̄abola ista possit in
telligi Et ceteris quū iusto conveniant
nō ambigitur · Illud est in quo legenti
scrupulus commovetur iustus saluti
peccatoris invideat et intantum iracundia
repleatur · ut nec fr̄is misericordia nec
p̄ris precibus nec totius domus iocu
ditate superetur Ad quod breviter respo
demus Omnem mūdi istius iusticiam
add̄i comparacione nō ēē iusticiam
Quomō enim ex peccatis ierlm sodoma
iustificatur · nō quo ipa sit iusta · sed quo
maioribus delictis fiant minora de
licta ita et hominum universa iusticia
nō est deo collata iusticia / Demeque

XXV
a

b

Expo p̄cedens de filio
p̄digo et semor est
est in p̄sos ethnici
et in seqūilla in p̄
sonis peccatoris et iusti

De iusticie dei et
mundi op̄a n̄e

Edus antixpc ex iudis
p̄fidis in molanda

paulus qui dixerat. quot qt ergo pfecti
hoc sapimus in alio loco confitetur et
clamat O profundu diuiciaru sapie
et scie di quam inscrutabilia sut iu
dicia eius. et inuestigabiles uie eius
Et alibi ex pte cognoscimus et ex pte p
phetizamus et nuc p speculu uidemus
et in enigmate Et ad romanos Misere
homo. quis me liberabit de corpore
mortis huius Ex quibus omnibus edoce
mur. di solius pfectam ee iusticia qui so
lem suu oriri facit sup iustos et iniu
tos Et dat pluuiam serotina et matu
tinam merentibus prius et no merentibus
Qui de uiciis Angulis et plateis inui
tat ad nupcias et oue q ad exemplu
filii pereuntis ipa redire no poterat. uel
nolebat. quesiuit et inuenit. et inuo
tam suis humeris reportat multu ei
errando laborauerat Vt aut doceani
nicos quoque cadere posse in uideam
et soli deo puram clemencia derelinq
filiorum zebedei consideremus exemplu
pro quibus cu mr mota pietatis affectu
nimis grandia postulasset reliqui de
cem discipuli indignati sunt et ihus ad
uocans eos dixit Scitis quia principes
gentium dominan eorum et qui maiores
sut ptatem exercent in eis. Non ita
erit int uos sz quicumque uult uolunt int
uos. sed quicumque ee primus fiat uester ser
uus. Quomo filius homis no uenit
ministrari sz ministrare et dare animam
suam redemptionem pro multis Multi
periculosum. multi uidear ee blasphemu
. quod in aplos in inuidie malu diximus
potuisse subripe cu eciam de angelis
hoc putemus Sydera quippe sunt no
munda in conspectu eius Et ideo ee an
gelos suos puissim quid intellexit Et
in psalmis dicit no iustificabit in con
spectu tuo omnis uiuens Non ait no iusti
ficabitur omnis homo. sed omnis homo
uiuens id no euangelista no aplus
no ppha no dominationes. no potesta
tes ad maiora conscendo no throni
no dominacones no ptates cetereque uirtu
tes. Solus deus e in quo pctm no cadit
Cetera cu sint liberi arbitrii iuxta quod
homo ad ymaginem et similitudinem
di factus e in utramque ptem possunt su
am flectere uoluntatem. Quod si hac
sma no aduertis saltem illius aucto
ritate parabole commouere in qua p
totum diem operarii mittuntur ad uine
am. et pma hora uocant Adam. abel
seth. In tercia noe. In sexta Abraham
In nona. moyses. In undecima gencium
populus iudicatur. Quid hic statis to
ta die ociosi. Et ille respondent Nemo nos co

duxit. Quod aut extrema hora mundi sit
saluatoris aduentus. testis est iohes
aplus dicens. filii nouissima hora est
et eni sicut audistis quia antixpus
uenit. nuc antixpi multi facti sut
propter quod cognoscimus. quia no
uissima hora est Si hoc displicet int
ptacio sequor quocumque duxeris. Ita
tamen ut eos qui uocati sut primi hois
iustos ee fatearis. Quod cu optime
ero. illud inferam Et quod iusti murmu
rauerit aduersus prem familias dicen
tes hii qui nouissimi uenerit et una
hora fecerit. equales illos nobis fecis
ti qui portauimus pondus diei et ar
doris Videntur quidem iuste dicere no
equalem debere ee mercedem eius
quia prima hora ad noctem usque suda
uerit. et eius qui una hora sit in la
bore gilsatus Sz ipa iusticia habet
in se liuorem. cur altius in uideat fe
licitati. denique et dns in eis arguit
inuidentem dicens An oculus tuus ne
quam est quia ego bonus sum. Vnde
et aplus solus iustus. solus dicitur
et inmortalis Non quo angeli et iusti
sunt et mortales sed quo ipe sit in
mortalis et iustus cui collata uniu
sa iusticia iniquitas inuenitur. Vt aut
in hac eadem parabola qua nuc ppo
nimus in iusticiam intelligas condu
torum. attende paulisper qui prima
hora conductus est plus meretur ab
eo qui hora tercia est missus ad uine
am. Rursus hore tercie operarius
sexte hore none hore. uincit opa
riu Quomodo igitur nouissimo os
inuident et eandem in se iusticiam
no requirut Tu qui hora nona con
ductus es cur inuides ei qui undeci
ma hora e missus in uinea. Quod
cumque responderis. quamuis diuersimas
seueres laborem ut et primu maius
in diuiso labore merearis. eidem apt
sextum sine subiacebis. et tu qui ho
sexta conductus es nouissimo inuides
cur tecu denarium idem equalem eo
sequatur salutem licet salutis pro labo
re diuisa sit gla. eadem pot de te ter
cius dicere Et de tercio rursum primus
. Vnum int se ipi obno equalem labore
et uocacionis spacia diuisa. equale
primu libenter accipiunt In nouissimo
tm opario idest in gencium salute dis
cordant et dno iniuria faciunt. et sub
omnibus parabolis arguunt inuidia.
Non ambigo quin mihi parata tibi me
putatis uideatur oracio Sed sepe
causatus sum extoli no posse sermo
nem nisi que ppa manus limauit

de antixpo

Itaq ignosce dolentibus oculis idest ig
nosce dictanti maxime cum ecclesias
ticis rebus nō quererunt verba sed
sensus idest panibus sit vita suste
da. non siliquis Epistola Augustini

Ad Jeronimū exposcentis et exhortātis

Domino Carissi

mo et desiderantissimo
et honorando fri et co
pbro Jheronimo Augus
tinus in dnō salute. Audivi pvenisse
in manus tuas lras meas sed quod
adhuc rescripta nō merui nequaquā
imputaverim dilectioni tue. Aliquid
procul dubio impedimēti fuit. Unde
agnosco dnm a me potius dep̄candū
ut tue voluntati det facultatem mit
tendi quod rescripseris. Nam rescribē
di iam dedit quia cū volueris facilli
me poteris. Etiam hoc ad me sane
prelatum est utrū quidem credentem
dubitavi. Sz huic quoq tibi aliquid
utrū scriberem dubitare nō debui hoc
aut breve suggestum est caritati tue.
A nescio quibus fribus ut dcm est m
quod librū adversus te scripserim. ro
mamq miserim hoc falsum ee nove
ris dnm dm testor hoc me nō fecisse
Sz si forte aliqua in aliquibus scriptis
meis reperiuntur in quibus videbar a me
scriptum ee puto te debere cognoscere
aut si cognosti nō pt scire debere. Ita
sane hoc dixerim ut ego nō tm para
tissimus sim si quid te in meis scriptis
moverit fratne accipere quod contra
senciās aut de correctione mea aut de
ipa tua benivolencia gavisurus. Verum
etiam hoc a te postulem ac flagitem
O si michi liceret. et si nō cohabita
te. saltim vicino te in dnō pfrui ad
crebrum et dulce colloquiū Sed qa
id nō est datū. peto ut hoc ipm quod
in dnō quo possumus simul sumus con
sari studeas et augeri ac perfici et
scripta quamvis rara nō spernere Saluta
obsequio meo scm frm palinianū et
omēs fres qui tecū ac per te in dnō gaudent.

Epla sancti Jeronimi ad Augustinum,
ut iterum scribat hortantis. Ceterā

Domino vere

sancto et beatissimo pa
pe Augustino. Jeronimus
in cristo salutem In ipso
profectionis articulo sancti filij nri as
terij ypodiaconi. beatitudinis tue
ad me lre pervenerunt quibus satis
facis te contra pvitatem meam librū
romam non misisse. Hoc nec ego
factum audieram. sed eplē cuiusdā
quasi ad me scripte p frem meū sisin
nium diaconum. huc exemplaria
pervenerunt. in qua hortaris me ut cātā
dinodiam (palinodiam) super quosdam apli
capitulo canam et imiter stersicorū
inter vituperationes et laudes helene
fluctuantem. ut qui detrahendo
oculos pdiderat laudando recuperat.
Ego simpliciter fateor dignationi tue
licet stilus et epicerimata (argumentationes) tua michi
videntur tamē nō temere exemplari
bus harum respondendū putavi Ne
forte me respondente lesus iuste ex
postulares. quod probare ante de
buissem tuū ee sermonem et sic rescri
bere. Accessit ad morā scē et venera
bilis paule longa infirmitas. Dum
enim languescenti (multo) longo tempore
adsedimus pene eplē tue vel eius q
sub tuo nomine scripserat oblitus sum
memor illius versiculi musica in luctu
importuna narratio est. Itaq si tua
est epistola aperte scribe. vel mitte ex
emplaria veriora. ut absq ulla ran
core stomachi in scripturarum disputatione
versemur et vel nrm emendemus erro
rem vel aliū frustra reprehendisse do
ceamus. Absit autem a me ut quid
quā de libris beatitudinis tue attin
gere audeam. Sufficiat enim michi p
bare mea et aliena nō carpere. Ce
terum optime novit prudencia vrā unū que
q in suo sensu habundare. et puerilis
ee iactancie. quod olim adolescentuli
facere consueverant accusando illustres
viros suo nomini famam querere. Nō
tam stultus sum. ut diversitate expla
nationum tuarum me ledi putem quia
nec tu lederis si nos contraria senserimus.
Sed illa est vera inter amicos reprehē
sio si nrā opera nō videntes. Aliorum
iuxta psium manticam (tergum) consideremus.
Sup est ut diligas diligentem et in
scripturarum campo iuvenis senē nō pro
voces. Nos nrā habuimus tempora
ut cucurrimus quantū potuimus. Nunc
te currente et longa spacia transme
ante. nobis debetur ocium. simulq ut
cū venia honori tuo dixerim ne solus
michi de poetis aliquid pposuisse vi
dearis. memento daretis et entelli et
vulgaris pverbij quod bos lassus
forcius figat pedem. Tristes hec dic
tavimus. utinā mereremur complexus

tuos et collacione mutua uel doceremus aliqua uel disceremus. Rescriptum Jeronimus ad augustinum pro recomendacione presbiteri

Domino [Sy diaconi] vere sancto et beatissimo pape Augustino Jeronimus in christo salutem. Anno preterito per fratrem nostrum asterium ypodiaconum dignationi tue epistolam miseram promptum reddens salutacionis officium quam tibi arbitror redditam. Nunc quoque per sanctum fratrem meum presidium diaconum obsecro primum ut memineris mei deinde baiulum litterarum habeas comendatum et michi scias germanissimum et in quibuscumque necessitas postulaverit foveas atque sustentes. Non quo aliquid a christo tribuente indigeat sed quod bonorum amicitias avidissime expetat et se in hijs coniungendis maximum putet beneficium consecutum. Cur autem ad occidentem navigaverit ipso poteris narrante cognoscere. Nos in monasterio constituti varijs hinc inde fluctibus quatimur et peregrinationis molestias sustinemus. Sed credimus in eum qui dixit confidite ego vici mundum quod ipso ipso tribuente et presule contra hostem diabolum victoriam consequemur. Sanctum et venerabilem fratrem nostrum papam alippium ut meo obsequio salutes precor. Fratres qui nobiscum in monasterio domino servire festinant oppido te salutant. Incolumem te et memorem mei christus deus noster tueatur omnipotens domine vere valde sancte et suscipiende papa.

Epistola Augustini ad Jeronimum. Rescriptum

Domino venerando et desiderantissimo fratri et conpresbitero Jeronimo Augustinus in domino salutem. Quamvis existimem antequam istas sumeres venisse in manus tuas litteras quas per dei servum filium nostrum cyprianum diaconum misi quibus certissime agnosceres meam esse epistolam cuius exemplaria illuc pervenisse commemorasti. Unde iam me arbitror rescriptis tuis velut entellinis grandibus atque acribus cestibus tanquam audacem darem tamen cepisse pulsari atque versari. Nunc tamen eis ipsis respondeo litteris tuis quas michi per sanctum filium nostrum asterium iam mittere dignatus es in quibus multa in me comperi tue benivolentissime caritatis et rursus quedam non nullius erga me tue offensionis indicia. Itaque ubi mulcebar legens ibi continuo feriebar. Hoc sane vel maxime admirans quod cum ne forte

|| cum in litteris exemplaribus litterarum mearum ... temere non putasti crederetur

te respondente lesus iuste expostulare quod probare ante debuisses meum esse sermonem et sic rescribere. Postea iubes si mea est epistola aperte me scribere aut mittere exemplaria veriora ut absque ullo rancore stomachi in scripturarum disputatione versemur. Quo pacto enim possimus in hac disputatione sine rancore versari si me ledere paras. Aut si non paras quomodo ego te non ledente abs te lesus iuste expostularem quod probare ante debuisses meum esse sermonem et sic scribere. Hoc est et sic ledere. Nisi enim rescribendo lesisses ego iuste expostulare non possem. Proinde cum ita rescribis ut ledas quid nobis locus relinquitur in disputatione scripturarum sine ullo rancore versandi. Ego quidem absit ut ledar si michi certa ratione volueris et potueris demonstrare illud ex epistola apostoli vel quid aliud scripturarum sanctarum te verius intellexisse quam me. Immo vero absit ut non cum gratiarum actione lucris meis deputem instructus aut te emendante correctus. Verumtamen tu mi frater carissime nisi te putares lesum scriptis meis non me putares ledi posse rescriptis tuis. Nullo enim modo id de te opinatus fuero quod non te arbitreris lesum si sic tamen rescribis ut ledas. Aut si te non sic rescribente ego per nimiam stulticiam meam ledi posse putatus sum hoc ipso lesisti plane quod de me ita sensisti. Sed nullo modo tu me quem numquam talem expertus es temere talem crederes qui litterarum mearum exemplaribus et iam tuum stilum meum nosse temere credere noluisti. Si enim non inmerito vidisti me iuste expostulaturum fuisse si temere crederes esse litteras meas que non essent mee quanto iustius expostularem me ipsum temere putatum talem qualem me non nosset qui putavisset. Nequaquam ergo ita probabis ut te non scribente quo lederer me tamen existimares nimis insipientem etiam tali tuo rescripto ledi potuisse. Restat igitur ut ledere me rescribendo disponeres sic ergo documentis meas esse illas nosses. Atque ita quia non credo te iuste me ledendum putares superest ut agnoscam peccatum meum quod prior te illis litteris leserim quas meas esse non possum negare. Cur itaque conor contra fluminis tractum et non potius veniam deprecor. Obsecro si te lesi dimittas nec me vicissim ledendo malum pro malo reddas. Ledes enim si michi tacueris

pulcra huiusmodi viris doctoribus ad alterutrum que sentiunt scribunt

Dum tamen absit aliud non sciat quam caritas habet

Dolor capitis +

errorem meum quem forte inuenis in dic
tis meis. Nam si ea in me reprehendis
que reprehendenda non sunt te potius ledis
quam me. Quod absit a moribus et
studio proposito tuo ut hoc facias. Potest eius
fieri ut tibi uideatur aliud quam ueritas
habet. Nam et ego amicissimam rep
rehensionem tuam si tranquillus acce
pero non ledar. Melius timor capitis
dolet cum curatur. Nam dum ei compatitur
non sanatur. Hoc est enim quod acute
uidit qui dixit: utiliores esse plerumque in
imicos iurgantes quam amicos obiur
gare metuentes. Illi enim dum rixantur
dicunt aliquando uera que corrigantur
isti autem minorem quam oportet exhibent
iustitie libertatem dum amicitie timent
exasperare dulcedinem. Quapropter et
si bos ut tibi uideris lassus senectute
forte corporis non uigore animi tamen
in area dominica fructuoso labore desu
das. Ecce sum si quid reprehensibilem perperam dixi. For
tius fige pedem. Non michi molestum
esse debet pondus etatis tue dummodo con
teratur palea culpe mee. Proinde illud
quod in extremo epistole tue posuisti cum magno
desiderii suspirio uel lego uel recolo
Utinam mereremur amplexus tuos et
collatione mutua uel doceremus a
liqua uel disceremus. Ego autem dico
Utinam saltem propinquis terrarum spa
ciis habitaremus ut si non possunt mis
ceri nostra colloquia crebra possent esse cre
briores. Nunc uero tanto locorum interuallo
absumus absentibus nostris ut de illis
uerbis apostoli ad galathas in iuuene me ad
tuam sanctitatem scripsisse meminerim
et ecce iam senex non dum rescripta meru
erim. Faciliusque ad te exemplaria epistole
tue peruenerint nescio qua occasione
peruenerit quam ipsa epistola me curante.
Homo enim qui eam tunc acceperat nec ad
te pertulit nec ad me retulit. Tante
enim michi in litteris tuis que in manus
meas uenire potuerunt apparent res
ut nichil studiorum meorum mallem si
possem quam inherere lateri tuo.
Quod ego quia non possum aliquem
nostrorum in domino filiorum erudiendum no
bis ad te mittere cogito si etiam de hac
re tua rescripta meruero. Nam neque
in me tantum scientie diuinarum scriptu
rarum est aut esse iam poterit quantum
in te tibi uideo. Et si quid in hac re
habeo facultatis utcumque impendo
populo dei. Uacare autem studiis dili
gentius quam populi audiunt instruendis
propter ecclesiasticas occupationes omnino non
possum. Nescio quenam scriptura maledi
ca super tuo nomine ad affricam peruenerit

acceperimus tamen quod dignatus es
mittere illis respondens maledictis.
Quo perlecto fateor multum dolui inter
tam caras familiaresque personas cunc
tis que pene ecclesiis notissime amicitie
uinculo copulatas tantum malum extitisse
discordie. Et quidem quantum ibi moderer
quantumque teneas aculeos indignati
onis tue ne reddas maledictum pro
maledicto satis in tuis litteris eminet.
Verumtamen eas ipsas cum legissem con
tabui dolore et obrigui timore. Quid
de me illa facerent que in te illa scripsit
si in manus meas forte peruenissent.
Ve mundo ab scandalis. Ecce fit ecce pror
sus impletur quod ueritas ait: Quoniam ha
bundauit iniquitas refrigescit caritas
multorum. Que sibi enim fida pectora
toto orbe effundant. In cuius sinum
tuto se proiciat secura dilectio. Quis
denique amicus non formidetur quasi
futurus inimicus si potuit inter Ieron
imum et rufinum hoc quod plangimus
exoriri. O misera et miseranda con
ditio. O infida in uoluntatibus ami
corum presentium scientia ubi nulla est
prescientia futurorum. Sed quid hoc alteri
de altero gemendum putem quando nec
ipse quidem sibi homo est notus in pos
terum. Nouit enim utcumque uix forte nunc
qualis sit qualis autem postea sit fu
turus ignorat. Hec porro non tantum
qualis quisque sit uerum etiam prescientie
qualis futurus sit si est in sanctis et bea
tis angelis quomodo fuerit beatus
diabolus aliquando cum adhuc angelus
bonus esset sciens futuram iniquitatem
suam et sempiternum supplicium omnino
non uideo. De qua re si tamen ea nos
se opus est uellem audire quid sen
tias. Unde quid faciant terre et maria
que nos temporaliter dirimunt. Si hec epistola
mea quam legis ego essem iam michi
diceres quod quesiui. Nunc quando rescribes.
Quando mittes. Quando perueniet.
Quando accipiam. Et tamen utinam
quandocumque fiat quod tam cito fieri
non posse quam uolumus quanta possumus
tollerancia sustinemus. Unde decur
ro ad illa uerba epistole tue dulcissima sed
desiderii plenissima et ea facio ui
cissim mea. Utinam mereremur com
plexus tuos et collatione mutua uel
doceremus aliqua uel disceremus. Si
tamen esse ullo modo posset quod ego
te docerem. In his autem uerbis non iam
tuis tantum sed etiam meis ubi de
lector et reficior et ipso quamuis pen
dente et non attingente utriusque nostrum
desiderio non parua ex parte consolor ubi

Discordia que audiuerat inter rufinum et illum respondi

XXVIII a

posse ||

rursus acrimi doloris stimulis fo-
dior. dum cogito inter nos quibus deus
hoc ipsum quod utrique nostrum optauit.
largum prolixumque concesserat ut con-
iunctissimi et familiarissimi in cella
scripturarum sanctarum pariter lamberetis.
sit tante amaritudinis in repsisse
primitiem. quando non ubi. non cui, homi-
ni formidandum cum eo tempore quo
abiectis sarcinis secularibus iam expe-
diti dominum sequebamini et ea terra vi-
uebatis simul in qua dominus humanis pe-
dibus ambulans. pacem meam in-
quit do vobis pacem meam relinquo
uobis. uiris etate maturis et in elo-
quio domini habitantibus uobis accide-
potuit. vere temptatio est vita hu-
mana super terram. Heu michi quia uos
alicubi simul inuenire non possum
forte ut moueor ut doleo ut quanti
timeo. procidem ad pedes uros fle-
rem quantum ualerem. rogarem quantum
amarem. nunc unumquemque uestrum pro
seipso. nunc utrumque pro alterutro et pro
alijs ac maxime infirmis. pro qui-
bus xpus mortuus est. qui uos tanquam
in theatro uite huius cum magno sui
periculo expectant ne de vobis ea co-
scribendo spargatis. que quandoque
concordantes delere non poteritis. qui
nunc cum concordare nolitis. Aut que
concordes legere timeatis. ne iterum li-
tigetis. Verum dico caritati tue. nichil
me magis quam hoc exemplo tremuisse.
cum quedam ad me in epistola tua le-
gerem tue indignacionis indicia. Non
tam illa de caucello et de bone lasso
ubi michi tam hylariter iocari. quam
iratum de minari visus es quam illud
quod scriptore scripsisse satis apparet.
Unde super locutus sum plus fortas-
se quam debui sed non plus quam timui
ubi audisti ne forte lesus iuste expos-
tulares. Rogo te si fieri potest ut inter
nos queramus. et disseramus aliquid
quo sine amaritudinis discordia cor-
da nostra pascantur uberius. Si autem
non possum dicere quid michi emen-
dandum videatur in scriptis tuis nec
tu in meis nisi cum suspicione inuidie
aut lesione amicitie. quiescamus ab hiis
et nostre uite salutique parcamus. Mi-
nus certe assequatur illa que inflat dum
non offendatur illa que edificat. Ego
me longe esse sencio ab illa perfectione
de qua scriptum est. Si quis in verbo non
offendit hic perfectus est vir. Sed plane
in misericordia dei puto me facile abs te pe-
tere ueniam. si quid offendi quod

quod michi aperire debes. ut cum te au-
diero lucreris fratrem tuum. Neque enim
quia hoc propter longinquitatem terrarum
non potes fieri inter me et te. propterea
debes sinere errare me. Prorsus quod
ad ipsas res quas nosse uolumus atti-
net. si quid veri me tenere uel scio me
uel credo uel puto in quo tu aliter sentis.
quantum dat dominus sine tua iniuria co-
nabor asserere. Quod autem pertinet ad
offensionem tuam tu te indignatum se-
sero. nichil aliud quam ueniam deprecabor
Nec omnino arbitror te succensere po- (l. irasci)
tuisse. nisi hoc dicerem quod non debui
Quia nec miror minus nos scire inui-
cem quam scimus inuicem. quam scimus a
coniunctissimis et familiarissimis nostris
In quorum ego caritate fateor facile me
totum proicio. presertim fatigatum scan-
dalis seculi et in ea sine ulla sollicitudine
requiesco. deum quippe illic esse sencio
in quem securus proicio et in quo se-
curus requiesco. Nec in hac mea securi-
tate crastinum illud humane fragilitatis
metum de quo superius gemui. omnino
formido. Cum enim hominem xpiana cari-
tate flagrantem atque michi fidelem
amicum factum esse sencio quicquid ei con-
siliorum meorum cogitacionumque committo
non homini committo sed illi in quo ma-
net in caritate in deo manet ut talis sit.
deus enim caritas est et qui manet in
caritate in deo manet. Que si deseru-
erit. tantum faciat necesse est dolorem
quantum manens fecerat gaudium. verum tamen
ex amico intimo factus inimicus querat
sibi pocius quod fingat astutus non in-
ueniat quod prodat iratus. hoc autem
unusquisque facile adsequitur. non occul-
tando quod fecerit. sed non faciendo quod
occultare uelit. Quod misericordia dei. bonis
pijsque concedit ut inter amicos quosli-
bet futuros liberi securique uersentur.
Aliena peccata sibi commissa non prodant
que prodi timent. ipsi nulla committant
Cum enim falsum quiddam a maledico fingitur
Aut omnino non creditur Aut certa integra
salute sola fama uexatur. Qui autem
malum perpetrat hostis est intimus e-
tiam si nullus intimi loquacitate
aut lite uulgetur. Qua propter quis pru-
dentium non videat. etiam tu quam tolle-
rabiliter feras amicissimi quondam
et familiarissimi incredibiles nunc in
inimicitias consolante conscientia. Et que-
admodum uel quod iactitat uel quod
a quibusdam forsitan creditur. in sinis-
tris armis deputes. quibus non minus
quam dextris contra diabolum dimicatur.
Verumtamen. illum maluerim aliquo

intiorem in micatorem quam te isto modo
armatiorem. hoc magnum et terreni-
zatulum e ex amiciciis tabulis ad has
inimicicias peruenisse. letum erit et mul-
tomagis ex inimiciciis talibus. ad pri-
stinam concordiam reuertisse. Jeroni-
mus ad Augustinum apologeticum etc.

19

Domino vere
sancto et beatissimo pa-
pe Augustino Jheroni-
mus in xpo salutem. Cum
a sancto fratre nostro Sollitite quererem
quid ageres sospitem te letus audi-
ui. Rursum cum tuas litteras non dico spa-
rem sed exigerem nesciente te de affri-
ca profectum esse se dixit. Itaque reddo
tibi per eum salutacionis officium qui te
vnito amore complectimur simulque ob-
secro ut ignoscas pudori meo quod diu
precipienti ut rescriberem negare non po-
tui. Nec ego tibi sed causa cause respondit.
Et si culpa est respondisse queso pa-
cienter audias multo maior est prouo-
casse. Sed facessant istiusmodi queri-
monie. sit inter nos pura germanitas
et deinceps non questionum sed caritatis ad
nos scripta mittamus. Sancti fratres qui
nobiscum domino seruiunt affatim te
salutant. Sanctos qui tecum xpi leue
trahunt iugum precipue sanctum sus-
cipiendum papam alipium ut in obse-
quio salutes precor. Incolumem te et me-
morem mei xpus dominus noster tueatur
omnipotens. sancte et beatissime papa.
Si legisti librum explanacionum in
ionam. puto quod ridiculum cucurbite
non recipias in questionem. Sin autem
amicus qui me primo gladio peciit sti-
lo repulsus est sit humanitatis tue
atque iusticie accusantem reprehendere
non respondentem. et in scripturarum si
placet campo sine nostro inuicem dolore
ludamus. Epistola Augustini ad pre-
sidium ut destinatas litteras Jeronimo sancto
mittere non grauetur et cetera etc.

20

Domino beatis-
simo et merito venerando
fratri et consacerdoti presidio
Augustinus in domino salutem. Si-
cut presens rogaui sinceritatem tuam nunc
quoque commoneo ut litteras meas sancto fratri
et conpresbitero nostro Jeronimo mittere non
graueris. Ut autem nouerit caritas tua
quemadmodum eciam tu illi pro mea
causa scribere debeas misi tibi exem-
plaria litterarum et mearum ad ipsum. et ad me
ipsius. Quibus lectis pro tua sancta
prudencia facile videbis et modum meum
quem seruandum putaui. et motum eius
quem non frustra timui. Aut si ego quod
non debui aliquid scripsi. non ad illum de
me sed ad me ipsum potius fraterna dileccione
mitte sermonem quo correctus petam
ut ignoscat si meam culpam ipse cog-
nouero. Epistola Augustini ad sanctum Jeronimum
pro lxx interpretum sigillacione recta

21

B.

Domino dilec-
tissimo et cultu sincerissimo
caritatis obsequendo atque
amplectendo fratri et com-
presbitero Jeronimo. Augusti-
nus. Numquam facile quisquam cuilibet
innotuit quam michi tuorum in domino stu-
diorum quieta leta et uera exercitacio
in domino liberalis. Quamquam ego percupi-
am omnino te nosse. tamen exiguum quid-
dam munus tui habeo presenciam uidelicet
corporis quam ipse eciam postea quam
te beatissimus nunc episcopus tunc vero iam
episcopatu dignus frater alipius uidit reme-
ansque a me visus est negare non pos-
sum magna michi ex parte esse relatu
eius impressam. et ante reditum cum te
ille ibi uidebat ego uidebam sed o-
culis eius. Non enim animo me atque
illum sed corpore duos qui nouerit
dixit. Concordia dumtaxat et fami-
liaritate fidelissima non meritis quibus
ipse me excellit. Quia ergo me primitus
communione spiritus quo in vnum nitimur
deinde illius ex ore iam diligis. nequaquam
Impudenter quasi aliquis ignotus commen-
do germanitati tue fratrem profuturum. quem
nostris conatibus deinde adiutorio tuo
uere profuturum speramus. Nisi forte ergo
talis est ut ipse tibi per eum fiam comme-
dacior quam ille per me. Hactenus fortas-
se scribere deberem si esse vellem epistola-
rum solempnium more contentus. Sed scatet
animus in loquelas communicandas
tecum de studiis nostris. que habemus
in xpo ihesu domino nostro qui nobis multas
vtilitates et uiatica quedam inuicem
itineris eciam per tuam caritatem non me-
diocriter ministrare dignatur. Petimus ergo
et nobiscum petit omnis affricanarum ec-
clesiarum studiosa societas ut interpreta-
dis eorum libris qui grece scripturas nostras
quam optime tractauerunt curam atque
operam impendere non graueris. potes
enim efficere ut nos quoque habeamus
illos tales viros et vnum potissimum quem
tu libencius in tuis litteris sonas. deuer-
tendis autem in linguam latinam sanctis
litteris canonicis laborare te nollem nisi

eodem modo quo Iob interpretatus es ut
signis adhibitis quid inter hanc tuam
et lxx quorum est gravissima auctori
tas interpretationem distet appareat
Satis autem nequeo mirari si ali
quid adhuc in hebraicis litteris et ex
emplaribus invenitur quod tot interpretes
illius lingue peritissimos effugerit
Omitto enim lxx de quorum vel consiliis
vel maiori spiritus concordia quam si unus
homo esset non audeo in aliquam partem
certe ferre sententiam nisi quod eis preemi
nentem auctoritatem in hoc munere
sine controversia tribuendam existimo
Illi me plus movent qui cum posteriores
res interpretarentur et verborum locucionumque
hebrearum viam atque regulas mordacius
ut fertur tenerent non solum aute inter
se consenserunt sed etiam dereliquerunt
multa que tanto post eruenda et pro
denda remanerent Si enim obscura sunt
te quoque in illis falli posse creditur
Si manifesta illos in eis falli potu
isse creditur. hinc igitur rei pro tua
caritate expositis causis certum me
facias obsecraverim. legi etiam que
dam scripta que tua dicerentur in e
pistolas apostoli pauli. Quarum ad galathas
cum enodare velles venit in manus
locus ille quo apostolus petrus a perniciosa
simulatione revocaretur. Ubi
patrocinium mendacii susceptum esse vel
a te tali viro vel a quopiam si alius
illa scripsit fateor non mediocriter dole
o donec refellantur si forte refelli
possunt ea que me movent. Michi enim
videtur exitiosissime credi aliquod
in sanctis libris haberi mendacium id est
eos homines per quos nobis illa scrip
tura ministrata est atque conscripta ali
quid in libris suis fuisse mentitos. A
lia quippe questio est sitne aliquando
mentiri viri boni. Et alia questio est
utrum scriptorem sacrarum scripturarum mentiri
oportuerit. Immo vero non alia sed nul
la questio est. Admisso enim semel in
tantum auctoritatis fastigium officioso a
liquo mendacio. nulla illorum librorum
particula remanebit que non ut cuique
videbitur vel ad mores difficilis vel
ad fidem incredibilis eadem perniciosis
sima regula vel admentientis auc
toris consilium officiumque referatur Si
enim mentiebatur paulus apostolus petrum
obiurgans dicit si tu cum sis iudeus
gentiliter et non iudaice vivis quemadmo
dum cogis gentes iudaizare. Et recte
illi videbatur petrus fecisse quem non
recte fecisse et dixit scripsit ut quasi animos
tumultuancium deliniretur. Quid re

spondebimus cum exurrexerint perversi homines
prohibentes nuptias quos futuros ipse
pronunciavit. Et dixerint totum illud
quod idem apostolus de matrimoniorum iure
firmando locutus est. propter homines qui
dilectionem coniugum tumultuari poterant
fuisse mentitum. Scilicet non quod hoc se
senserit. sed ut illorum placaretur adversi
tas. Non enim opus est multa commemo
rare. Possunt enim videri etiam de lau
dibus dei esse officiosa mendacia ut
apud homines pigriores dilectio eius
ardesceret. atque ita nusquam certa erit in
sanctis libris caste veritatis auctoritas.
Nonne attendimus eundem apostolum cum
ingenti cura veritatis commendande
gratia dicere. Si autem christus non resur
rexit inanis est predicatio nostra inanis
est et fides nostra. Invenimur autem et falsi
testes dei. quia testimonium diximus
adversum deum quod suscitavit christum quem
non suscitavit. Si quis huic diceret quid in
hoc mendacio perhorrescis cum dixeris quod
etiam si falsum sit. ad laudem dei maxime
pertinet. Nonne huius detestaretur in
saniam. Quibus posset verbis et signifi
cationibus in lucem penetrabilia sui
cordis aperire clamans non minore
aut fortasse etiam maiori scelere
in deo laudari falsitatem quam veritatem
vituperari. Agendum est igitur ut ad
cognitionem divinarum scripturarum talis
homo accedat qui de sanctis libris. tam
sancte et veraciter existimet ut nolit a
liqua eorum parte delectari per officiosa men
dacia. potiusque id quod non intelligit
transeat quam cor suum preferat veritati
Profecto enim cum hoc dicit credi sibi ex
petit et id agit ut divinarum scripturarum
auctoritatibus non credamus. Et ego qui
dem qualiscumque viribus quas dominus sug
gerit omnia illa testimonia que adhibi
ta sunt ad struende utilitatis mendacii
aliter oportere intelligi ostenderem ut
ubique eorum firma veritas doceretur. Quam
enim testimonia mendacia esse non debent
tam non debent favere mendacio. Sed
hoc intelligentie tue relinquo. Admo
ta enim lectione et diligentiori conside
ratione multo id fortasse facilius vi
debis quam ego. Ad hanc autem con
sideracionem coget te pietas qua cog
noscis fluctuare auctoritatem divinarum
scripturarum ut in eis quod vult quis credat
quod non vult non credat si semel fuerit
persuasum aliquo illos viros per quos no
bis hec ministrata sunt in scripturis suis
officiose potuisse mentiri. nisi forte re
gulas quasdam daturus es quibus no
veras ubi oporteat mentiri et ubi non

XXX
a

b oportcat. Quod si fieri potest nullomodo me
datis dubiisque rombus id explites. Ces
so. nec me honerosum. aut impude
tem iudices per humanitatem veritatem
domini nostri. Nam ut non dicam nulla. cer
te non magna culpa. mens error veri
tati favet si recte inte veritas potest
favere mendacio. Multa alia cum si
carissimo corde tuo loqui cupiam et de
xpiano studio conferre. sed huic de
siderio meo nulla epistola satis est. desi
derium meum quod inte est. nulla epistola
ad te missa saciare potest. liberius id
possim per fratrem quem mittendum et a
lendum dulcibus atque utilibus sermocio
cinationibus tuis misisse me gaudeo
et tamen quantum vellem nec ipse quod
eius pace dixerim forsitan capit. quam
quam in nichilo me illi pretulerim. Ego
enim me fateor tui capaciorem sed ip
sum video fieri pleniorem quo me sine
dubitatione antecellit et postea quam
redierit quod domino adiuvante prospera
to fiat cursu. tunc eius pectoris abs te
cumulati particeps fileo non erit imple
turus quod in me adhuc vacuum erit atque
avidum sensuum tuorum. Ita fiet ut ego etiam
egenior sim ille copiosior. Sane idem
frater. aliqua scripta nostra fert secum qui
bus legendis si dignationem adhibu
eris etiam fraternam queque severitatem
adhibeas queso. Non enim aliter intelli
go quod scriptum est emendabit me iu
stus in misericordia et arguet me oleum autem
peccatoris non impinguet caput meum. ni
si quia amat obiurgator sanans. quam
adulator ungens caput. Ego autem
difficillime bonus iudex lego quod scrip
serim. sed aut timidior retineo aut
cupidior video interdum vitia mea
. sed ea malo audire a melioribus. Ite
rum me recte fortasse reprehendero
rursus michi blandiar et meticulosa (l. timida)
michi videar in me potius. quam iu
stam tulisse sententiam. Epistola sancti Ieronimi Ad Augustinum super missas epistolas ar/guentis

Domino vere sancto
et beatissimo pape au
gustino Ieronimus. Crebras
ad me epistolas dirigis. et sepe
compellis ut respondeam cuidam
epistole tue. cuius ad me ut ante iam
scripsi per fratrem sisinium diaconum exem
plaria pervenerunt absque subscriptione tua
et que primum per fratrem profuturum. secundo per quen
dam alium te misisse significas et in
terim profuturum retractum de itinere
et episcopum constitutum veloci morte subtra
ctum. illum cuius nomen reticens maris

timuisse discrimina et navigationis
mutasse consilium. Que cum ita sint
satis mirari nequeo quomodo ipsa
epistola et rome et in ytalia haberi a plerisque
dicatur et ad me solum non pervene
rit. cui soli missa est. presertim cum idem
frater sisinnius inter ceteros tractatus tuos dix
erit eam se non in affrica non apud te
sed in insula adrie ante hoc ferme quin
quennium repperisse. De amicicia omnis
tollenda suspicio est et sic cum amico quasi
cum altero esse loquendum. Nonnulli fa
miliares mei et vasa xpi quorum iherosolimis
et in sanctis locis permagna
copia est suggerebant non simplici
animo ad te factum sed laudem atque ru
musculos et gloriam populi requirente
tem. ut de nobis cresceres ut multi
cognoscerent te provocare me timere
te scribere ut doctum me tacere ut
imperitum et tandem repperisse qui
garrulitati mee modum imponeret.
Ego autem ut simpliciter fatear digna
tioni tue primum idcirco respondere no
lui. quia tuam epistolam liquido non cre
debam. Nec ut vulgi de quibusdam
proverbium est. linitum melle gladium.
. deinde illud cavebam ne episcopo co
munionis mee viderer procaciter re
spondere et aliqua in reprehendentis
epistola reprehenderem. presertim cum que
dam in illa heretica iudicarem. Ad
extremum ne tu iure expostulares et
diceres. quid enim. epistolam meam vi
deras. et note tibi manus in subscrip
tione signa deprehenderas ut ne tam
facile amicum lederes et alterius ma
liciam in meam verteres contumeliam.
Igitur ut ante iam scripsi. Aut mit
te eandem epistolam tua subscriptam
manu aut senem latitantem in cel
lula desine lacessere (l. provocare). Sin autem tuam
vis vel exercere vel (l. ex) ostendere doctrinam
quere iuvenes et disertos et nobiles
quorum rome dicuntur esse quam plurimi qui
possint et audeant tecum congredi et
in disputatione sanctarum scripturarum iugum cum
xpo episcopo ducere. Ego quondam miles
nunc autem veteranus et tuas et aliorum
debeo laudare victorias non ipse rur
sus effeto (l. gelido) corpore dimicare. Nam si me
frequenter ad scribendum impuleris illius
recordetur historie quod hanibalem
iuveniliter exultantem quintus maxi
mus paciencia sua fregerit. Omnia fert
etas. animum quoque. sepe ego longos
cantando puerum me memini conde
re soles nunc oblita michi tot carmina
vox quoque Merim iam fugit. Et ut ma
gis de scripturis sanctis loquar berzellai

galaadites regis David beneficia omnesque delicias iuveni delegans filio ostendit senectutem hec appetere non debere nec oblata suscipere. Quod autem iuras te librum adversum me non scripsisse neque Romam misisse quem non scripseris sed si forte in tuis aliqua scriptis reperiantur que a meo sensu discrepent non me a te lesum sed a te scriptum quod tibi rectum videbatur. queso dic ut me patienter audias non scripsisti librum et quomodo michi reprehensionis a te meae per alios scripta delata sunt. Cur habet Ytalia quod tu non scripsisti. Qua ratione poscis ut rescribam ad ea que scripsisse te denegas. Nec tam hebes sum ut si diversa senseris me lesum putem sed si mea cominus dicta reprehendas et rationem scriptorum expetas et que scripserim emendare compellas et παλινῳδίαν canere provoces et oculos michi reddas. In hoc leditur amicitia in hoc necessitudinis iura violantur. Ne videamur certare pueriliter et fautoribus invicem vel detractoribus nostris tribuere materiam contendendi. Hec scribo quia te pure et christiane diligere cupio nec quicquam in mea mente retinere quod distet a labiis. Non enim convenit ut ab adolescentia usque ad hanc etatem in monasteriolo cum sanctis fratribus laborare desudans aliquid contra episcopum communionis mee scribere audeam et eum episcopum quem ante cepi amare quam nosse. qui me primus ad amicitiam provocavit quem post me orientem (nascentem) in scripturarum disputatione letatus sum. Igitur aut tuum negato librum si forte non tuus est, et eo desine flagitare rescriptum ad ea que non scripsisti aut si tuus est ingenue confitere ut si in defensione mei aliqua scripsero in te culpa sit qui provocasti, non in me qui respondere compulsus sum. addis preterea te paratum esse ut si quid me in tuis scriptis moverit aut corrigere voluero fraterne accipias et non solum meam in te benivolentiam gavisurum sed ut hoc ipsum faciam deprecaris. Rursum dico quod sentio provocas senem, tacentem stimulas. videris iactare doctrinam. Non est autem etatis mee putari malivolum erga eum cui magis favere debeo. Et si in evangeliis et prophetis perversi homines inveniunt quod nitantur reprehendere miraris si in tuis libris et maxime in scripturarum expositione que vel obscurissime sunt quedam a recta linea discrepare vi-

videantur. Et hoc dico non quod in operibus tuis quedam reprehendenda iam censeam. Neque enim lectioni eorum umquam operam dedi nec horum exemplariorum apud nos copia est preter soliloquiorum tuorum libros et quosdam commentariolos in psalmos. Quos si vellem discutere non dicam a me qui nichil sum sed a veterum grecorum doctorem in expositionis omnibus discrepare. Vale michi amice karissime etate fili dignitate (vel iure) pater et hoc a me rogatus observa ut quicquid michi scripseris ad me primum facias pervenire. Epistola Augustini ad Jeronimum gratias pro missa epistola agentis et eum de quibusdam capitulis epistole ad Galathas redarguentis

Domino dilectissimo et cultu sincerissimo caritatis observando atque amplectendo fratri et conpresbytero Jeronimo. Augustinus in domino salutem. habeo gratiam quod pro subscripta salutatione michi plenam epistolam reddidisti sed breviorem multum quam ex te vellem sumere tali viro a quo tempora quantalibet occupet nullus sermo prolixus est. Quanquam itaque nos negociorum alienorum eorumque secularium curis circumstrepimur ingentibus tamen epistole tue brevitati facile non ignoscerem nisi cogitarem quam paucioribus meis verbis redderetur. Quare aggredere queso istam nobiscum litterariam collationem habere ne multum ad nos disiungendos liceat absentie corporali quanquam simus in domino spiritus unitate coniuncti etiam si a stilo quiescamus et taceamus. Et libri quidem quos de horreo dominico elaborasti pene totum nobis exhibent. Si enim propterea te non novimus quia faciem corporis tui non vidimus hoc modo nec ipse te nosti nam tu quoque non vides eam. Si autem tibi non ob aliud notus es nisi quia nosti animum tuum et nos eum non mediocriter novimus in litteris tuis in quibus benedicimus dominum quod tibi et nobis omnibusque fratribus qui tua legunt te talem dedit. liber quidem tuus inter cetera non diu est quod venit in manus nostras cuius sit inscriptio nescimus adhuc. non enim hoc codex ipse ut assolet in liminari pagina pretendebat. Epithaphium tamen appellari dicebat frater apud quem inventus est. Quod ei nomen tibi placuisse ut inderetur crederemus si eorum tantum vel vitas vel scripta ibi legissemus qui iam defuncti essent. Cum vero multorum et eo tempore quo scribebatur et nunc

ust[ri]z vincam ibi commemorent opuscula
cyriani cur hunc titulu. vel imposue
ris vel imposuisse credaris Tamen
vtilit[er] ate conscriptum eundem librum
apbamus. In expositione quoq[ue] ep[isto]le
pauli ad galathas inuenimus aliq[ui]d
quod nos multu moueat Si em[m] ad scr[ip]
turas sanctas admissa fuerit officio
sa mendacia. quid in eis remanebit
auctoritatis: Que tandem de scripturis
illis sina proferatur: cuius ponde[re] con
tenciose falsitatis subruatur impro
bitas. Statim em[m] ut protulis si alit[er]
sapit qui cont[ra] mtit[ur] dicet illud quod
latum erit honeste aliquo officio scri[p]
torem fuisse mentitu. vbi em[m] hoc non
potit si potuit in ea narratione qua ex
orsus aplus ait. que aut[em] scribo uobis
ecce coram dno quia no mencior credi
affirmalq[ue] mentitus eo loco vbi dix[it]
de petro et barnaba cum viderem quia
no recte ingredieba[n]tur ad v[er]itatem
ewangelij Si em[m] illi recte ingrediebant[ur]
iste mentitus est. Si aute[m] ibi mentitus
est vbi vm dixit: An ibi vm dixisse
videbitur vbi hoc dixit quod lector
sapit Cum vero contra sensum lecto
ris aliquid occurrerit officioso menda[ci]o
deputabi[tur] Non em[m] deee poterunt cau
sae existimetur no solu potuisse vm
etiam debuisse mentiri si huic regu
le conceditur locus No opus e[st] hanc
causam multis v[er]bis agere p[re]sertim a
pud te. cui sapienti promidenti dictu
satis est Nequaqua vero michi arro
gauerim Vt ingeniu tuu diuino do
no aureum meis obolis ditare con
tendam Nec est quisqua magi[s] ydone
us. quo opus illud emendet. neq[ue] ei
a me docendus es quomo intelligat[ur]
quod idem dicit. facis sum iudeis t[an]q[uam]
iudeus ut iudeos lucrifacerem et cetera
que ibi dicu[ntur] compassione mie. non
simulacione fallacie. fit em[m] taqua
egrotus qui ministrat egroto. no cu se fe
bres h[abe]re mentitur sed cu animo con
dolentis cogitat. quemadmodu sibi sim
ri vellet. si ipe eg[ro]taret Nam vtiq[ue]
Iudeus erat xpianus factus no iudeo[rum]
sacrificia reliquerat que conuementer
ille populus et legitime tempore quo o
portebat acceperat ideoq[ue] suscepit ea
celebranda cu iam x[pi]anus esset aplus ut do
ceret no esse p[er]niciosa his qui eam
vellent. sicut a parentibus p[er] legem acce
perant custodire etia cu in xpm cre
didissent. No tame in eis constitue
rent spem salutis qm p[er] dnm ihm sa
lus ipa que illis sacramentis signifi
cabatur aduenerat Ideoq[ue] gentibus

a

quos insuetos ad fidem reuocarent
onera grauia. et no necia nullomo
imponenda ee censebat. Quapropt[er]
no ideo petrum emendabit quod pat[er]
nas tradiciones obseruaret quod si
facere vellet nec mendaciter nec incō
grue faceret Quamuis em[m] iam sup
flua tamen solita no nocerent. sed qm
gentes cogebat iudayzare. quod
nullomo posset. nisi ea sic ageret
tamqua adhuc etiam post dni ad
uentum necia saluti forent. Quod
vehement[er] p[er] aplatum pauli veritas
dissuasit Nec aplus petrus hoc ig
norabat sed id faciebat times eos
qui ex circumcisione erant Ita et ipse
vere correctus est. et paulus vere
narrauit ne in sca scriptura que ad
fidem posteris edita est admissa auc
toritate mendacij tota dubia nutet
et fluctuet Non em[m] potest aut o[ris]
litteris explicari quanta et qualia in
explicabilia mala consequant[ur] si
hoc concesserimus. posset aut oportu[n]e
minusq[ue] periculose demrari. si coram
inter nos colloqueremur hoc ergo iudeo[rum]
paulus dimiserat quod malu habe
bant et in primis illud quod ignorantes
dei iusticia et suam iusticiam vole
tes constituere iusticie dei no sunt subiec
ti. deinde quod post passionem et
resurrectio[n]e[m] xpi dato ac manifesta
to sacro gre sc[un]dum ordine[m] melchize
dech adhuc putabant vera sacra
no ex consuetudine solempnitatis.
sed ex necessitate salutis ee celebranda
. Que tame si nuqua fuissent necia
infructuose atq[ue] inanit[er] pro eis macha
bei martires fierent Postremo illud
quod predicatores gre x[pist]ianos iudei
tamqua hostes legis p[er]sequebant[ur]
b
hos atq[ue] huiusmodi errores et vicia
dixit se dampnare et ut stercora ar
bitratum ut xpm lucrifaceret no ob
s[er]uationes legis. si more patrio cele
brarent[ur] sicut et ab ipso celebrata s[un]t
sine vlla salutis necitate no sicut iu
dei celebrandas putabant aut fal
laci simulacione quod in petro rep
hendeat. Nam si p[ro]pterea illa sacra ce
lebrauit quia simulauit se iudeum
ut illos lucrifaceret cur etia no sacrifica
uit cu gentibus quia et hys qui sine
lege erant tamqua sine lege factus
est ut eos quoq[ue] lucrifaceret. Nisi quia
et illud fecit ut natura iudeus et hoc
totu dixit no ut fallacit[er] se fingeret
ee quod no erat sed ut misericordit[er]
ita subueniendu ee sentiret Ac si ipe
in eodem errore laboraret. Non scilicet

hic aug[ustinus] [illegible] phenomis pau[l]o [et] petro

obol'. [illegible] hic p[ro] [illegible] inge nio accip[itur]

v. calliditate

mencientis astu sed compacientis affectu
stat corpore generaliter intulit. factus
sum infirmis infirmus ut infirmos
lucrifacerem ut sequens conclusio. omnia
omnibus factus sum ut omnes lucrifa
cerem ad hoc referenda intelligatur. ut
unicuique infirmitati tamquam in se ipso
miseratus appareat. Non enim ut tu dicit
quis infirmatur et ego non infirmor in
firmitatem alterius simulasse potius
quam doluisse volebat intelligi. Quare
arripe obsecro ingenuam et vere christi
anam cum caritate severitatem et illud
opus corrigendum atque emendandum et
[illegible] ut dicitur ... Incom
parabiliter pulchrior est veritas christia
norum quam helena grecorum. pro ista enim
forcius nostri martires adversus hanc so
domam quam pro illa illi heroes adver
sum troyam dimicaverunt. Neque ego
hoc dico ut oculos cordis recipias. quod
absit ut amiseris sed ut avertas. Quo
rum habeas sanos et vigiles. nescio
qua simulatione avertisti. ut non intue
reres que consequantur. Admissa si semel
creditum fuerit posse honeste atque pie
scriptores divinorum librorum aliqua sui
operis parte mentiri. Scripseram iam
hinc aliquando epistolam ad te que non per
lata est. quia nec perrexit cui perferendam
tradideram. Ex qua michi illud sug
gestum est cum ista dictarem. quod in
hac quoque pretermittere non debui. ut si
alia est sententia tua eademque est meli
or. timori meo libenter ignoscas. Si
enim aliter sentis verumque tu sentis. Nam
nisi verum sit melius esse non potest. ut
non dicam nulla certe non magna culpa
meus error veritati favet si recte in quo
qua veritas potest favere mendacium. De
origene autem quod rescribere dignatus
es. iam sciebam non tantum in ecclesiasticis
litteris sed in omnibus recta et vera que
invenerimus approbare atque laudare.
ista vero et prava improbare atque
reprehendere. Atque illud de prudentia doc
trinaque tua desiderabam. et adhuc de
sidero. ut nota nobis facias ea ipsa
eius errata quibus a fide veritatis ille
vir tantus recessisse cognoscitur. In
libro eciam quo cunctos quorum memi
nisse potuisti scriptores ecclesiasticos
et eorum scripta commemorasti commodius
ut arbitror fieret si nominatis eis quos
hereticos esse nosti. quando nec ipsos
quidem pretermittere volueris subiunge
res eciam in quibus cavendi essent.
quamquam nonnullos eciam pretermisistis. quod
scire cupierem quo consilio factum sit. Aut
si illud forte onerare voluisti. ut com

// volumine

memoratis hereticis non adderes in qui
bus eos catholica dampnaret auctoritas.
Queso ne grave sit litterario la
bori tuo. quo non mediocriter per dominum gratia
in latinam linguam sanctorum studia et
et accendisti et adiuvisti id quod tibi
per humilitatem meam fraterna caritas indi
cit. ut si occupationes tue sinunt omnium
hereticorum perversa dogmata qui recti
tudinem fidei christiane usque ad hoc tem
pus vel impudencia vel pertinacia de
pravare conati sunt uno libello bre
viter digesta edas in noticiam eorum qui
bus aut non vacat propter alia ne
gocia aut non valent per alienam
linguam. tam multa legere atque cog
noscere. Diu te rogarem nisi hoc so
leret esse iudicium minus de caritate pre
sumentis etc. Eiusdem Augustini ad
Jeronimum de interpretacione ipsius et LXX.

xx

Domino vene
rabili et desiderabili sancto
fratri et compresbitero Augustinus in
domino salutem. Ex quo cepi
ad te scribere. Aut tua scripta
desiderare numquam michi melior oc
currit occasio. quam ut per dei servum at
ministrum fidelissimum michique carissimum
mea tibi afferretur epistola qualis filius
noster cyprianus diaconus. Per hunc certe
spero litteras tuas ut certius in hoc rerum
genere quicquam sperare non possim. Nam
nec studium in petendis rescriptis me
morato filio nostro deerit. nec gratia in pro
merendis nec diligencia in custodien
dis nec alacritas in perferendis. nec fi
des in reddendis. Tantum si aliquo modo
merear adiuvet dominus et adsit cordi
tuo et desiderio meo ut fraternam volun
tatem nulla voluntas maior impediat.
Quia ergo duas iam epistolas misi nul
lam autem tuam postea recepi. eas
dem ipsas rursus mittere volui cre
dens eas non pervenisse. Quod si et
pervenerunt ac fortasse tue pocius ad
me minime pervenire potuerunt. ea ipsa
scripta que iam misisti iterum mitte. si for
te reservata sunt. Sin minus rursus
dicta quod legam. dum tamen hiis re
spondere. quod iam diu est ut expecto
Primas eciam quas ad te adhuc presbiter
litteras preparaveram mittendas per quen
dam fratrem nostrum profuturum qui postea
nobis collega factus eciam ex hac vi
ta migravit nec eas tunc ipse perferre po
tuit. quia continuo dum proficisci dispo
suit. episcopatus sarcina detentus ac de
inde in brevi defunctus est. eciam
nunc mittere volui ut scias in tua colloqua

Ad istam epistolam nunc rubrica magistri non tangit primum sed secundum rudet in opere suo inferius

XXXIII
A

quam olim inardescam et quia vim patiar quod a me tam longe absint sensus corporis tui per quod adire possit ad animum tuum animus meus. Mi frater dulcissime et in domini membris honorande. In hac autem epistola hoc addo quod postea didicimus Iob ex hebreo a te interpretatum cum iam haberemus quandam interpretationem tuam eiusdem prophete ex greco eloquio versam in latinum ubi tamen asteriscis notasti que in hebreo sunt et greco desunt obelis autem que in greco inveniuntur et in hebreis non sunt tam mirabili diligentia ut quibusdam in locis ad verba singula stellis significantibus videamus eadem verba esse in hebreo in greco non esse. Porro in hac posteriori interpretatione que versa est ex hebreo non eadem verborum fides occurrit. Et par turbat cogitantem vel cur in illa prima tanta diligentia figantur asterisci ut minimas etiam particulas orationis indicent deesse codicibus grecis que sunt in hebreis vel cur in hac altera que ex hebreis est negligentius hoc curatum sit ut hec eedem particule locis suis invenirentur. Aliquid inde exempli gratia volui ponere sed michi ad horam codex defuit qui ex hebreo est. Verumtamen quia prevolans ingenio non solum quid dixerim verum etiam quid dicere voluerim satis ut opinor intelligis peto ut causa reddita quod movet edisseras. Ego sane te mallem grecas potius canonicas nobis interpretari scripturas que lxx interpretum auctoritate perhibentur. Perdurum enim si tua interpretatio per multas ecclesias frequentius cepit lectitari quod a grecis ecclesiis latine ecclesie dissonabant maxime quia facile contradictor convincitur greco prolato libro id est lingue notissime. Quisquis autem in eo quod ex hebreo translatum est aliquo insolito permotus fuerit et falsi crimen intenderit vix aut numquam ad hebrea testimonia pervenitur quibus defendatur obiectum. Quod si etiam perventum fuerit tot latinas et grecas auctoritates dampnari quis ferat. Huc accedit quia etiam consulti hebrei possunt non aliud respondere ut tu solus necessarius videaris qui etiam ipsos possis convincere. Sed tamen quo iudice mirum si potueris invenire. Nam quidam frater noster episcopus cum lectitari instituisset in ecclesia cui preest interpretationem tuam movit quiddam longe aliter abs te positum apud Ionam prophetam quam erat omnium sensibus memorieque inveteratum et tot etatum successionibus decantatum. Factus est tantus tumultus in plebe maxime grecis arguentibus et inflamantibus calumpniam falsitatis ut cogeretur episcopus ea quippe civitas erat iudeorum testimonium flagitare. Utrum autem illi imperitia an malicia hoc esse in hebreis codicibus responderunt quod greci et latini habebant atque dicebant? Quid plura? Coactus est homo velut mendositatem corrigere volens post magnum periculum non remanere sine plebe. Unde etiam nobis videtur aliquando te quoque in nonnullis falli potuisse. Et vide hoc quale sit in eis litteris que non possunt collatis usitatarum linguarum testimoniis emendari. Proinde non parvas deo gratias agimus de opere tuo quod evangelium ex greco interpretatus es quia et pene in omnibus nulla offensio est cum scripturam grecam contulerimus. Unde si quisquam veteri falsitati contentiosus faverit prolatis collatisque codicibus vel docetur facillime vel refellitur. Et si quedem rarissime merito movent quis tam durus est qui labori tam utili non facile ignoscat cui vicem laudis referre non sufficit. Quid tibi autem videatur cur in multis aliter se habeat hebreorum codicum auctoritas aliter grecorum que dicitur lxx vellem dignareris aperire. Neque enim parvum pondus habet illa que sic meruit diffamari et qua usos apostolos non solum res ipsa indicat sed etiam te adtestatum meminimus. Ac per hoc plurimum profueris si eam scripturam grecam quam lxx operati sunt latine veritati reddideris que in latinis codicibus ita variata est ut tollerari vix possit et ita suspecta ne in greco aliud inveniatur ut inde aliquid proferri aut probari dubitetur. Brevem putabam futuram hanc epistolam sed nescio quomodo istud michi dulce factum est in ea progredi ac si tecum loquerer. Sed obsecro per dominum ne te pigeat ad omnia respondere et prestare michi quantum potueris presentiam tui.

Ad ista respondet Ieronimus infra in xi epistola.

Jeronimus ad Augustinum de tribus epistolis unam rependit rescripta

27

Domino vere sancto et beatissimo pape Augustino Jeronimus. Tres simul epistolas immo libellos per diaconum Cyprianum tue dignationis accepi diversas ut tu nominas questiones ut ego sentio reprehensiones meorum diversorum opusculorum continentes

b Ad quas si respondere voluero libri
magnitudine opus erit. Tamen quantum la-
borare quanti facere possim modum
non egredi epistole longioris et festinanti
fratri moram facere. qui ante triduum
quam profecturus erat. A me epistolas
flagitavit ut pene in procinctu hec
qualiacumque sunt effutire compellar et
tumultuario respondere sermone
non maturitate scribentis sed dictantis
temeritate. que plerumque non in doctri-
nam sed in casum vertitur ut fortissimos
quosque milites subita bella conturbant
et ante coguntur fugere quam
arma corripere. Ceterum nostra arma-
tura Christus est et apostoli Pauli instituti-
o. qui scribit ad ephesios. Assumite ar-
ma dei ut possitis resistere in die
malo. Et rursum. State precincti
lumbos in veritate et induti loricam ius-
titie et calciati pedes in preparatione
evangelii pacis. Super omnia accipientes scu-
tum fidei. in quo possitis universa te-
la maligni ignita extinguere. Et
galeam salutis accipite et gladium
spiritus quod est verbum dei. Hiis quondam
telis rex David ad prelium et quinque
lapides de torrente accipiens levigatos
armatos procedebat nichil
asperitatis et sordium inter huius seculi
turbines in sensibus suis esse mon-
strabat bibens de torrente in via
Ideo exaltavit caput et superbissimum
goliam suo potissimum mucrone
truncavit. percutiens in fronte blasphe-
mum et in ea parte corporis vulnerans
in qua et presumptor sacerdotii ozias
lepra percutitur. et sanctus gloriatur in domino
dicens signatum est super nos lumen vul-
tus tui domine. Dicamus ergo et nos
paratum cor meum deus paratum cor me-
um cantabo et psallam in gloria
mea. Exurge psalterium et cythara
exurgam diluculo ut in nobis possit
impleri. Aperi os tuum et ego imple-
bo illud et dominus dabit verbum evange-
lizantibus virtute multa. Te quoque
id ipsum orare non dubito ut inter nos con-
tendentes veritas superet. Non enim
tuam queris gloriam sed christi. Cumque tu
viceris et ego vincam si meum erro-
rem intellexero. et e contrario me vincen-
te tu superas quia non filii parenti-
bus sed parentes filiis thezaurizant.
Et in paralippomenon libro legimus quod
filii israel ad pugnandum processerunt men-
te pacifica inter ipsos quoque gladios
et effusiones sanguinis et cadavera
prostratorum non suam sed pacis victoriam

cogitantes. Respondeamus igitur ad
omnia. Ac multiplices questiones si christus
iusserit brevi sermone solvamus. Pre-
mitto salutationis officia quibus
meum demulces caput. Taceo de bla-
diciis quibus reprehensionem meam nite-
ris consolari. Ad ipsas causas veniam.
Dicis accepisse librum meum a quodam
fratre qui titulum non haberet in quo scriptores
ecclesiasticos tam grecos quam latinos
enumeraverim. Cumque ab eo quere-
res ut tuis verbis utar cur liminaris
pagina nomine esset scripta vel quo cense-
retur nomine respondisse appellari
ephitaphium. Et argumentaris. Quod
recte sic vocaretur si eorum tantum vel vitas
vel scripta ibi legisses qui iam defuncti
essent. Cum vero multorum et eo tem-
pore quo scribebatur et nunc usque vi-
ventium commemorarentur opuscula mira-
ri te dicis cur ei hunc titulum imposue-
rim. Puto intelligere prudenciam
tuam quod ex opere ipso titulum potueris
intelligere. legisti enim grecos et latinos
qui vitas virorum illustrium descripserunt
quod numquam epitaphium huic operi scrip-
serunt sed de illustribus viris verbi gratia
ducibus philosophis oratoribus histo-
ricis. poetis ethnicis tragicis comicis
Epitaphium autem proprie scribitur mor-
tuorum. Quod quidem in dormitione
sancte memorie nepotiani presbiteri olim fe-
cisse me novi. Ergo hic liber vel proprie
de scriptoribus ecclesiasticis appellandus
est licet a plerisque emendatoribus im-
peritis de actoribus dicatur inscriptus.
Secundo loco queris cur dixerim in com-
mentariis epistole ad galathas. pauli
id in petro non potuisse reprehendere
quod ipse fecerat. Nec in alio arguere
simulationem cuius ipse tenebatur re-
us. Et asseris reprehensionem apostolicam
non fuisse dispensatoriam sed veram
Et me non debere me docere mendacium. sed uni-
versa que scripta sunt ita sonare ut
scripta sunt. Ad que primum respondeo debere
prudenciam tuam prefatiuncule comme-
tariorum meorum meminisse dicentis
ex persona mea. Quid igitur ego stul-
tus aut temerarius qui id pollicear
quod ille non potuit. Minime. Quin
potius meo ut michi videor cautior
atque timidior quod imbecillitatem vi-
rium mearum senciens origenis commen-
tarios sum secutus. Scripsit enim ille vir
in epistola pauli ad galathas quinque proprie
volumina et decimum stromatum suorum
librum commatico super explanatione eius
sermone complevit. Tractatus quoque

Marginalia: effutire i. dyrmero abas aut effutire vel i [illegible] stultiloqui est — [illegible] — XXXiiij a — adeo hic dicit qui vincit vit... toria utrique deputabitur etc. — Queritur liminaris pagina nomine esset scripta — Epitaphium proprie quid sit — quere hic in fol. 36 — b

varios et excerpta que vel sola possint sufficere composuit. preter mitto didimum videntem meum et laudacenum de ecclesia nuper egressum et alexandrum veterem hereticum, eusebium quoque emisenum et theodorum eracleotem qui et ipsi nonnullos super hac re commentarios reliquerunt. E quibus si vel pauca decerpsero fiet aliquid quod penitus non contempnetur. Itaque ut simpliciter fatear legi hec omnia et in mente mea plurima congregans accito notario vel mea vel aliena dictavi nec ordinis nec verborum interdum nec sensuum memor. Iam domini misericordie est ne per imperitiam nostram ab aliis benedicta dispereant et non placeant inter extraneos que placent inter suos. Si quid igitur reprehensione dignum putaveras in explanatione nostra eruditionis tue fuerat querere utrum ea que scripsimus haberentur in grecis ut si illi non dixissent tunc meam proprie sententiam condempnares presertim cum libere in prefatione confessus sim origenis commentarios me esse secutum et vel mea vel aliena dictasse. Et in fine eiusdem capituli quod reprehendis scripserim si iste tibi non placet sensus quo nec petrus peccasse nec paulus procaciter ostenditur arguisse in maiorem debes exponere qua consequentia paulus in altero reprehendat quod ipse commisit. Ex quo ostendi non me non ex diffinito id defendere quod in grecis legeram sed ea expressisse que legeram ut lectoris arbitrio derelinquerem utrum probanda essent an improbanda. Tu ergo ne quod ego postularam faceres novum argumentum repperisti ut asseres gentiles gentiles qui in christum credidissent legis onere liberos, eos autem qui ex iudeis credent legi esse subiectos ut per utramque personam et paulus recte reprehenderet eos qui legem servarent quasi doctor gentium et petrus iure reprehenderetur qui princeps circumcisionis id imperavit gentibus quod soli qui ex iudeis erant debuerunt observare. Hoc si placet immo quia placet ut quicumque credunt ex iudeis debitores sint legis faciende tu ut episcopus in toto orbe notissimus debes hanc promulgare sententiam et in assensum tuum omnes coepiscopos trahere. Ego in parvo tugurriunculo cum monachis id est cum peccatoribus meis de magnis statuere non audeo nisi hoc ingenue confiteri me maiorum scripta legere et in commentariis secundum omnium consuetudinem varias ponere explanationes et unusquisque sequatur quod velit.

Quod quidem te puto et in seculari litteratura et divinis libris legisse et probasse. Hanc autem explanationem quam primus origenes in decimo stromatum libro ubi epistolam pauli interpretatur ad galathas et ceteri deinceps interpretes sunt secuti vel maxime causa subintroducunt ut porfirio responderent blasphemanti qui pauli arguit procacitatem quod principem apostolorum petrum ausus est reprehendere et arguere in faciem ac ratione constringere quod male fecerit id est in eo errore fuerit in quo fuerit ipse qui alium arguit delinquentem. Quid dicam de iohanne qui dudum in pontificali gradu constantinopolitanam rexit ecclesiam et proprie super hoc capitulo latissimum exaravit librum in quo origenis et veterum sententiam est secutus. Si igitur me reprehendis errantem, patere me quesso errare cum talibus et cum me erroris mei multos socios habere prospexeris tu veritatis tue saltim unum adstipulatorem proferre debebis. Hec de explanatione unius epistole ad galathas. Sed ne videar adversum rationem tuam niti testium numero et occasione virorum illustrium subterfugere veritatem nec manum audere conserere breviter de scripturis exempla proponam. In actibus apostolorum vox facta est ad petrum dicens surge petre occide et manduca id est animalia quadrupedum et serpentium terre et volatilium celi. Quo dicto ostenditur nullum hominem esse pollutum secundum naturam sed equaliter omnes ad evangelium christi provocari. Ad quod petrus absit quia numquam manducavi commune et immundum. Et vox ad eum de celo secundo facta est dicens Quod deus mundavit tu ne commune dixeris. Venit itaque cesaream et ingressus ad cornelium aperiens os suum dixit in veritate comperi quia non est personarum acceptor deus sed in omni gente qui timet eum et operatur iustitiam acceptus est illi. Denique cecidit spiritus super eos et obstupuerunt ex circumcisione fideles qui venerant cum petro quod et in nationes gratia spiritus sancti effusa fuisset. Tunc dixit petrus numquid aquam quis prohibere potest ut non baptizentur hii qui spiritum sanctum acceperunt sicut et nos. Et iussit eos in nomine ihesu christi baptizari. Audierunt autem apostoli et fratres qui erant in iudea quia et gentes receperunt verbum dei. Cum autem ascendisset petrus ierosolimam disputabant adversum illum qui erant ex circumcisione dicentes.

Quare introisti

Marginalia: xxxv; hic aperit difficultatem inceptationis; assertorem

quare introisti ad viros pputia habe-
tes et manducasti cum illis. Quibus
omni ratione exposita novissime orationem
suam hoc sermone conclusit. Si ergo
eandem gratiam dedit illis deus sicut et
nobis qui credidimus in dominum ihesum xpm
ego quis eram qui possem prohibe-
re deum / hys auditis tacuerunt et glorifi-
caverunt deum dicentes. Ergo et genti-
bus deus penitentiam ad vitam dedit. Rur-
sus cum multo post tempore paulus
et barnabas venissent antiochiam
et congregata ecclesia. quanta deus fecis-
set cum illis. et quia aperuisset deus
gentibus ostium fidei. quidam descen-
dentes de iudea docebant fratres atque di-
cebant nisi circumcidamini secundum mo-
rem moysi non potestis salvi fieri. Com-
mota igitur seditione non minima ad
versum paulum et barnabam statuerunt
ascendere et ipsi qui accusabantur et
hij qui accusabant ad apostolos et presbiteros
ierosolimam super hanc questionem. Cum-
que iherosolimam pervenissent et resur-
rexissent quidam de heresi phariseorum
qui crediderant in xpo. dicentes opor-
tet circumcidi eos et precipere illis ut ser-
vent legem moisi. Et cum magna
super hoc questio oriretur. petrus soli-
ta libertate. Viri inquit fratres. vos sci-
tis quoniam ab antiquis diebus in nobis
elegit deus per os meum audire gentes
verbum evangelij et credere et qui no-
vit corda. deus testimonium perhibuit
dans illis spiritum sanctum sicut et nobis et nichil
discrevit inter nos et illos. fide purificans
corda illorum. Nunc autem quid temptatis
deum imponere iugum super cervices dis-
cipulorum quod neque patres nostri neque
nos portare potuimus. Sed per gratiam domini
nostri ihesu xpi credimus salvari quemad-
modum et illi. Tacuit autem omnis multi-
tudo et in sententiam eius iacobus apostolus et
omnes simul presbiteri transierunt / hec non debent
molesta esse lectori sed et michi et illi
utilia ut probemus ante apostolum paulum
non ignorasse petrum ymo principem esse
huius decreti. legem post evangelium non
esse servandam / denique petrus tante auc-
toritatis fuit ut paulus in sua epistola
scripserit deinde post annos tres veni
iherosolimam videre petrum et mansi
apud eum diebus xv. Rursusque in eo
sequentibus post annos xiiij Ascendi
iterum iherosolimam cum barnaba assump-
to et tito. Ascendi autem secundum revelationem
et exposui eis evangelium quod predico inter
gentes. ostendens se non habuisse se-
curitatem evangelij predicandi nisi
petri et qui cum eo erant firmasset sententia

roboratus. Statimque sequitur seperatim
quoque sequitur autem his qui videbantur aliquid
esse ne forte in vacuum currerem aut cu-
currissem. Quare seperatim et non publice
ne forte ex numero iudeorum qui legem
putabant esse servandam et sic creden-
dum in domino salvatore fidei scandalum
nasceretur. Ergo eo tempore cum petrus
venisset antiochiam. licet hoc apostolorum
acta non scribant sed affirmanti paulo
credendum sit in faciem illi paulus se re-
stitisse scribit quia reprehensibilis erat. pri-
us enim quam venirent quidam a iacobo
cum gentibus edebat. Cum autem venisset
subtrahebat se et segregabat timens eos
qui ex circumcisione erant et consenserunt
cum illo ceteri iudei ita ut barnabas ad-
duceretur ab hijs in illam simulationem
Sed cum vidissem inquit quod non recte
ingrederentur in veritatem evange-
lij dixi petro coram omnibus. Si tu cum
sis iudeus gentiliter et non iudaice vivis
quomodo cogis gentes iudayzare. Et ce-
tera. Nulli ergo dubium est quod petrus
apostolus sine huius causa in ut prevarica-
tor arguitur primus auctor extiterit
Causa autem prevaricationis timor est
iudeorum dicit enim scriptura. quod primum e-
debat cum gentibus. Cum autem venis-
sent quidam a Iacobo subtrahebat
se et segregabat timens eos qui ex circum-
cisione erant. Timet autem iudeos
quorum est xpus ne per occasionem gentium
a fide xpi recederent. et imitator pas-
toris boni perderet gregem sibi cre-
ditum. Sicut igitur ostendimus petrum
bene quidem sensisse de abolitione
legis mosayce sed ad simulationem
observande eius timore conpulsum. vi-
deamus an ipse paulus qui alium argu-
it tale quid fecerit / legimus in eodem
libro. perambulabat autem paulus sy-
riam et ciliciam confirmans ecclesias
pervenitque in derben et listram. Et ecce
discipulus quidam erat ibi nomine ti-
motheus filius mulieris iudee fide-
lis patre autem gentili huic testimo-
nium reddebant qui in listris erant et
yconio fratres / hunc voluit paulus se-
cum proficisci / et assumens circumcidit eum
propter iudeos qui erant in illis locis. Scie-
bant autem omnes quod pater eius gentilis
esset. O beate paule qui in petro re-
prehenderas simulationem quare subtrax-
isset se a gentibus propter metum iudeorum
qui a iacobo venerunt. Cur thymothe-
um filium hominis gentilis utique et
ipsum gentilem. neque enim iudeus erat
qui non fuerat circumcisus contra sententiam
tuam circumcidere cogeris. Respondebis

anchi propter iudeos qui erant in illis locis
Qui igitur tibi ignoscas in circumcisione
discipuli venientis ex gentibus. ignosce
et petro precessori tuo quod aliqua fe-
cerit metu fidelium iudeorum. Rursum scrip-
tum est. Paulus vero cum adhuc susti-
nuisset dies multos fratribus vale di-
cens navigavit syriam et cum eo priscil-
la et aquila et totondit sibi in chen-
cris caput votum enim habuerat. Esto
ibi iudeorum timore compulsus sit fa-
cere quod nolebat quare comam nutri-
vit ex voto et postea in chencris to-
tondit ex lege. quod nazarei qui se
deuouerunt iuxta preceptum moysi fa-
cere consueuerunt. verum hec ad compa-
rationem eius rei que sequitur parua sunt. Refert
lucas sacre scriptor historie. Cum ve-
nissemus ierosolimam libenter susceperunt
nos fratres. Et sequenti die iacobus et omnes
seniores qui cum eo erant euangelio illius
comprobato dixerunt ei. vides frater quot
milia sunt in iudea qui crediderunt in christo
et hii omnes emulatores sunt legis. Au-
dierunt autem de te quod discessionem
doceas a moyse eorum qui per gentes sunt iu-
deorum dicens eos non debere circumcidere
filios suos neque secundum consuetudinem ingre-
di. Quid ergo est. utique oportet con-
uenire multitudinem. Audierunt enim te
superuenisse. hoc ergo fac quod tibi di-
cimus. Sunt nobis viri quatuor votum
habentes super se. hiis assumptis sanctifica te
cum ipsis et inpende in eos ut radant
capita et sciant omnes quia que de te audie-
runt falsa sunt. sed ambulas et
ipse custodiens legem. Tunc paulus
assumptis viris postera die purifica-
tus cum illis intrauit in templum annunci-
ans expletionem dierum purificationis
donec offerretur pro vno quoque eorum
oblatio. O paule in hoc te rursus inter-
rogo cur caput raseris cur nudipeda-
lia exercueris de ceremoniis iudeorum
cur obtuleris sacrificia et secundum legem
hostie pro te fuerint immolate. utique
respondebis ne scandalizentur qui ex
iudeis crediderunt. Simulasti ergo te
iudeum ut iudeos lucrifaceres et hanc
ipsam simulationem iacobus et ceteri te do-
cuere presbiteri sed tamen euadere non po-
tuisti. Orta enim sedicione cum occidendus
esses raptus es a tribuno et ab eo missus
cesaream sub custodia militum diligenti
ne te iudei quasi simulatorem ac de-
structorem legis occiderent. Atque inde
romam perueniens in hospicio quod tibi
conduxeras christum et iudeis et gentibus
predicasti et sententia tua neronis gladio
confirmata. Didicimus quod propter metum

xxxvi
a

iudeorum et petrus et paulus equaliter
finxerint legis se precepta seruare. Qua
igitur fronte qua audacia paulus
in altero reprehendat quod ipse commisit.
b
ego immo alii ante me exposuerunt
causam quam putauerunt. Non officiosum
mendacium defendentes sicut tu scribis
sed docentes honestam dispensationem
ut et apostolorum prudenciam demonstrarent
et blasphematis porphirii impudenci-
am coercerent. qui paulum et petrum
puerili dicit inter se pugnasse certamine
immo exarsisse paulum in inuidia virtutum
petri. et ea scripsisse iactanter vel que
non fecerit. vel si fecerit procaciter fecerit
id in alio reprehendens quod ipse commi-
serit. Interpretati sunt illi ut potuerunt.
Tu quomodo istum locum edisseras. utique me-
liora dicturus qui veterum sententiam repro-
basti. Scripsisti ad me in epistola tua. Neque
enim a me docendus es quomodo intelligatur
quod idem dicit. factus sum iudeis
tamquam iudeus ut iudeos lucrifa-
cerem et cetera que ibi dicuntur. compas-
sione misericordie non simulatione fallacie.
fit enim tamquam eger qui ministrat e-
groto. Non cum se febres habere mentitur
sed cum animo condolentis cogitat. que-
admodum sibi seruiri uelit si ipse ego-
taret. Nam utique iudeus erat christianus
autem factus non iudeorum sacramenta re-
liquerat. que conuenienter ille populus
et legittimo tempore quo oportebat
acceperat. Ideoque suscepit ea celebranda
cum iam christi esset apostolus et legittimo tempore
quo oportebat acceperat. Ideoque susce-
pit ea celebranda cum iam christi esset apostolus
ut doceret non esse perniciosa hiis qui
ea vellent sicut a parentibus per legem
acceperant custodire etiam cum in christo cre-
didissent non tamen in eis constituerent
spem salutis quoniam per dominum ihesum salus
ipsa que illis sacramentis significabatur
aduenerat. Totius sermonis tui que
disputacione longissima protraxisti. hic
sensus est ut petrus non errauerit in
eo quod hiis qui ex iudeis crediderant
putauerit legem esse seruandam. sed in
eo a recti linea declinauit. quod gen-
c
tes coegerit iudaizare. Cogeret autem
non docentis imperio sed conuersationis ex-
emplo. Et paulus non sit contraria locu-
tus hiis que ipse gesserat sed quare
petrus eos qui ex gentibus erant
iudaizare compelleret. Hec ergo summa
est questionis immo sententie tue ut post
euangelium christi bene faciant credentes
iudei si legis mandata custodiant
hoc est si sacrificia offerant que ob-
tulit paulus si filios circumcidant

Jeronimus post hic [illegible] Aug

si sabbatum fuerit ut paulus in thimo
theo et oms obseruauerat iudei. Si hoc verum
est in cherinthi et hebionis heresim
dilabimur qui credentes in xpo pp hoc so
lum a patribus anathematizati sunt
quod legis cerimonias xpi euuangelio mis
cuerunt et sic noua confessi sunt ut ue
tera no amitterent. Quid dicam de he
bionitis qui xpianos ee se simulant
usque hodie per totas orientis sinagogas
inter iudeos heresis est que dicitur mineorum
et a phariseis nunc usque dampnatur quos
uulgo nazareos uocant qui credunt in
xpm filiu dei natu de maria virgine et
eum dicunt esse qui sub poncio pylato
passus est et resurrexit in quem et nos
credimus. Sed dum volut et iudei esse
et xpiani. nec iudei sunt nec xpiani. oro
go te ut qui nro vulnusculo medendu
putas. quod acu foratu immo punctu
dicitur huius sane medearis vulneri
quod lancea et ut ita dicam falarice
mole percussum est. Neque enim eiusdem e
criminis in explanacione scripturarum diuersas
maioru sentencias ponere / et heresim sce
leratissimam rursum in ecclesia introdu
cere. Sin autem hec nobis incubit ne
cessitas ut iudeos cu legittimis suis
suscipiamus et licebit eos obseruare
in ecclesiis xpi quod exercuerunt in syna
goga sathane dicam quod sentio.
Non illi xpiani fient sed nos iudeos in
deos facient. Quis enim hoc xpianorum
patienter audiat quod in tua epla con
tinetur. Iudeus erat paulus xpianus aut
factus no iudeorum sacra reliquerat q
conueniens ille populus et legittimo tpe
quo oporteat acceperat / ideoque suscepit
ea celebranda cum iam xpi esset aplus
ut doceret no ee perniciosa his qui ea vel
lent sicut a parentibus per legem acceperant
custodire. Rursus obsecro te ut pace tu
a dolorem meu audias iudeorum pau
lus cerimoniis obseruabat cum iam
xpi esset aplus et dicis eas no ee pernicio
sas hiis qui eas velint sicut a pare
tibus acceperunt custodire. Ego econtrario
loquar et reclamante mundo libera
uoce pronunciem cerimonias iudeorum et per
niciosas ee et mortiferas xpianis. et
quicumque eas obseruauerit siue ex iudeis
siue ex gentibus eu in baratrum diaboli
deuolutu / finis enim legis xpus est ad
iusticiam omni credenti iudeo scilicet atque genti
li. Neque enim omni credenti finis ad ius
ticiam si iudeus excipitur. In euuangelio
legimus lex et prophete usque ad iohanne
baptistam. Et in alio propterea magis
querebant eum iudei interficere quia
no solum soluebat sabbatum. sed

et quod patrem suu ee dicebat deu e
qualem se faciens deo. Et iterum de ple
nitudine eius oms nos accepimus
gram pro gra. quia lex per moysen data
est gra autem et veritas per ihesum xpm
facta est. Pro legis gra que preterijt gram
euuangelij accepimus permanentem / et pro
umbris et ymaginibus veteris instru
menti. veritas per ihesum xpm facta est. Ie
remias quoque ex persona dei vaticinatur
Ecce dies ueniunt dicit dns et consumma
bo domui isrl et super domum iuda testam
nouu. no secundum testamentu quod dispo
sui patribus eorum in die illa qua appre
hendi manu eorum ut educerem e
os de terra egipti. obserua quid dicat
quod no populo gentium ~~dederat~~ liu ei q
no ante receperat testamentu / sed po
pulo iudeorum cui legem dederat per
moysen testamentu nouu euuangelij re
promittat / ut nequaquam viuant in
uetustate lre. sed in nouitate spus
paulus aut super an9 mit nonne qsti
o ventilatur crebras huiuscemodi pot
sentias. e quibus breuitatis studio pau
ca subnectam. Ecce ego paulus dico
vobis. quoniam si circumcidimini. xpus uob
nichil prodest. Et iterum. Euacuati estis
a xpo qui ex lege iustificamini. a gra
excidistis. Et infra. Si spu ducimini. ia
non estis sub lege. Ex quo apparet. q
sub lege est no dispensatiue ut nri vol
uere maiores. sed vere ut intelligis
eum spm scm no habe. Qualia aut
sunt precepta legalia: deo docente dis
camus. Ego inquit dedi eis precepta no
bona et iustificationes in quibus no
viuet in eis. Hec dicimus no q legem
iuxta manicheu et marcionem de
struamus quam et sanctam et spualem
iuxta aplm nouimus. sed quia post
quam fides uenit et temporum plenitu
do. misit deus filiu suu natu ex mu
liere factu sub lege. ut eos qui sub le
ge erant redimeret ut adoptionem
filiorum reciperemus. Et nequaquam sub
pedagogo sed sub adulto et dno here
de viuamus. Sequitur in epla tua. No ideo
petrus emendauit. quod paternas tradicio
nes obseruaret. Quod si facere uellet
nec mendaciter nec incongrue faceret.
Iterum dico quoniam cum eps sis ecclesiarum xpi magister ut
probes verum ee quod asseris suscipe
aliquem iudeorum qui factus xpianus na
tu sibi filiu circumcidat. qui obseruat
sabbatum qui abstineat a cibis quos
deus creauit ad utendum cum gratiarum actione
qui quartadecima mensis primi agnu
mactet ad vesperam. Et si hoc feceris
immo no feceris scio enim te xpianum

XXXVII
a

b

d

loco
||

et rem sacrilegam no esse factum uelis
nolis tuam sententiam reprobabis et tuc
sties opere difficilius esse confirmare
tua qua aliena reprehendere. Ac ne
forsitan tibi no crederemus immo non
intelligeremus quod diceres frequens enim
in longum sermo protractus caret in
telligencia et dum no sentitur ab im
peritis minus reprehenditur. Inculcas.
et replicas. hoc iudeorum paulus dimi
serat quod malum habebant. Quod est
malum iudeorum quod paulus dimiserat
utique illud quod sequitur quod ignoran
tes dei iusticiam et suam iusticiam vo
lentes constituere iusticie dei no sunt
subiecti. Deinde quod post passionem et
resurrectionem xpi dato ac manifestato
sacro gracie secundum ordinem melchizedech
adhuc putabant vetera sacra no ex
consuetudine solempnitatis sed ex neces
sitate salutis esse celebranda. Que tamen
si nunquam fuissent necessaria infructuose
ac inaniter pro eis machabei martires
fierent / postremo illud quod predica
tores gracie xpianos iudei tamquam hostes
legis persequentur. hos atque huiuscemo
di errores et vicia dicit se damnare
et ut stercora arbitratur. Didicimus per
te que paulus apostolus mala reliquerit
iudeorum. Rursum te docente dis
camus. que bona eorum tenuerit obseruationis
scilicet que legis quas more pa
trio celebrant sicut ab ipso paulo ce
lebrate sunt sine ulla salutis necessita
te. id quid uelis dicere sine ulla sa
lutis necessitate no satis intelligo si enim
salutem no afferunt cur obseruentur
Si autem obseruande sunt utique salutem
afferunt maxime que seruata mar
tires faciunt. Non enim obseruarentur
nisi afferret salutem Neque enim indiffe
rencia sunt inter bonum et malum sicut philosophi
disputant. Bonum est continencia. ma
lum luxuria. Inter utrumque indifferens ambu
lare digerere ablui stercora capitis na
ribus purgamenta proicere sputis rheu
mata iacere / hoc nec bonum nec ma
lum est. Siue enim feceris siue no feceris
nec iusticiam habebis nec iniusticiam
Obseruare autem legis cerimonias non
potest esse indifferens. Sed aut bonum est aut ma
lum est. Tu dicis bonum ego assero ma
lum. Et malum no solum his qui ex gen
tibus sed his qui ex iudaico populo
crediderunt. In hoc ni fallor loco dum
aliud uitas ad aliud deuolueris. Dum
enim metuis porphirium blasphemantem
in hebeonis incurris laqueos hiis qui
credunt ex iudeis obseruandam legem esse

decernens. Et quia periculosum intelligis
esse quod dicis rursum illud superfluis
verbis temperare conaris sine ulla
salutis necessitate sicut iudei celebranda
putabant aut fallaci simulacione.
quod in petro reprehenderet. Petrus igitur
simulauit legis custodiam. Ille autem
reprehensor petri audacter seruauit le
gittima. Sequitur enim in epistola tua. Nam si
propterea illa sacra celebrauit quia si
mulauit se iudeum ut iudeos lucrifaceret
cur no eciam sacrificauit cum gentibus
quia et hiis qui sine lege erant tamquam
sine lege factus est ut eos quoque lucri
faceret. Nisi quia et illud fecit ut natura
iudeus. Et hoc totum dixit no ut pau
lus se finxerit esse quod no erat sed
ut misericorditer ita subueniendum esse
sentiret ac si ipse in eo errore labora
ret. No scilicet mentientis astu sed com
pacientis affectu. Bene defendis pau
lum quod no simulauerit errorem iude
orum sed vere fuerit in errore. neque i
mitari voluerit petrum mencientem
ut quod erat metu iudeorum dissimu
laret / sed tota libertate iudeum se esse
diceret / Noua clemencia apostoli dum iudeos
xpianos uult facere. ipse iudeus factus
est / Non enim poterat luxuriosos ad
frugalitatem reducere. nisi se luxuri
osum probasset et misericorditer ut ipse
dicis subuenire miseris nisi se miserum
ipse sentiret. Vere miselli et misericordi
ter deplorandi qui contencione sua et a
more legis abolite apostolum xpi fecere iu
deum. Nec multum interest inter meam et
tuam sententiam quia ego dico. et petrum et
paulum timore fidelium iudeorum legis
exercuisse immo simulasse mandata
tu autem asseris. hoc eos fecisse cleme
ter no mencientis astu sed compacientis
affectu dummodo illud constet uel metu
uel misericordia eos simulasse se esse
quod no erant / Illud autem argumen
tum quod aduersum nos uteris quo
et gentilibus debuerit gentilis fieri si
iudeis iudeus factus est magis pro nobis
facit. Sicut enim no fuit vere iudeus
nec gentilis erit et sicut no fuit ve
gentilis sit nec vere iudeus erit
ideo autem imitator gentilium est quia
preputium recepit in fide xpi. Et indiffe
renter permittit. uesci cibis quos dampnant
iudei no cultum ut putas idolorum
In xpo enim ihesu nec circumcisio est aliquid
nec preputium sed obseruacio mandatorum
dei. Queso ergo te et iterum atque iterum
obsecro. ut ignoscas disputaciunculae
mee et quod modum meum egressus sum
tibi imputes qui coegisti ut scriberem

xxxviij a

obelisti

et michi cum stertit oculos abstulisti
Nec me putes mentem mendacii qui se-
quor Christum dicentem Ego sum via
et vita et veritas. Nec potest fieri ut
veritatis auctor mendatio colla summit-
tam. Neque michi imperitorum plebiculam
concites qui te venerantur ut episcopum et
in ecclesia declamantem. sacerdotii honore
suscipiunt. me autem etatis ultime et pe-
ne decrepitum ac monasterii et ruris
secreta sectantem parvipendunt Et gratias
tibi quod doceas sive reprehendas Ad
nos enim tanti maris atque terrarum atque
diversis spatiis vix vestre vocis sonus
pervenit Et si forsitan litteras scripseris
ante eas italia et roma suscipient
quam ad me mittende sunt deferan-
tur. Quod autem in aliis quereris epistolis
tuis per mea in libris canonicis interpre-
tatio asteriscos habeat et virgulas
prenotatas et postea aliam translationem
absque hiis signis ediderim pace tua
dixerim videris michi non intelligere
quod quesisti. Illa enim interpretatio lxx
interpretum est et ubicumque virgule id est obe-
lisci sunt. significatur quia septua-
ginta plus dixerint quam habeatur
in hebreo. Ubi autem asterisci id est stelle
prelucentes ex theodotionis editione ab
origene additum est. Et ibi greca trans-
tulimus. hic de ipso hebraico quod in-
telligebamus expressimus sensuum po-
tius veritatem quam verborum interdum
ordinem conservantes. Et miror quomodo
septuaginta interpretum libros legas
non puros ut ab eis editi sunt sed ab
origene emendatos sive correctos per
obelos et asteriscos. Et christiani hominis
interpretatiunculam non sequaris presser-
tim cum ea que addita sunt ex hominis
iudei atque blasphemi post passionem
Christi editione transtulerit. Vis amator
esse verus lxx interpretum. Non legas
ea que sub asteriscis sunt immo rade
de voluminibus ut veterum te fautorem
probes. Quod si feceris omnes ecclesiarum
bibliothecas condempnare cogeris
vix enim unus aut alter invenitur li-
ber qui ista non habeat. Porro quod di-
cis me non debuisse interpretari post
veteres et novo uteris silogismo. Aut
obscura fuerunt que interpretati sunt lxx
aut manifesta. Si obscura te quo-
que in eis falli potuisse credendum est
Si manifesta illos in eis falli non po-
tuisse perspicuum est. tuo tibi sermone re-
spondeo. Omnes veteres tractatores qui
nos in domino precesserunt et qui scripturas
sanctas interpretati sunt. Aut obscura
interpretati sunt aut manifesta. Si
obscura tu quomodo ausus es disserere
quod illi explanare non potuerunt. Si
manifesta superfluum est te voluisse dis-
serere. quod illos latere non potuit maxi-
me in explanatione psalmorum quos
apud grecos interpretati sunt multis vo-
luminibus. primus origenes secundus
Eusebius cesariensis. Tercius theo-
dorus eracleotes. Quartus asterius
scitopolitanus. Quintus appollena-
ris laudicenus. Sextus didimus alex-
andrinus. Feruntur et diversorum in paucos
psalmos opuscula. Sed nunc de integro
psalmorum corpore dicimus. Apud la-
tinos autem hylarius pictaviensis
et eusebius vercellensis episcopi ori-
genem et eusebium transtulerunt. Quorum
priorem et noster ambrosius in quibusdam
secutus est. Respondeat michi prude-
ncia tua quare tu post tales et tan-
tos interpretes in explanatione psalmorum
diversa senseris. Si enim obscuri sunt psal-
mi te quoque in eis falli potuisse cre-
dendum est. Si manifesti illos in eis
falli potuisse non creditur. Ac per hoc
utroque modo superflua erit interpretatio
tua et hac lege post priores nullus lo-
qui audebit et quodcumque alius occu-
paverit. alius de eo scribendi licentiam
non habebit. Quin pocius humanita-
tis tue est in quo veniam tibi tribuis
indulgere ceteris. Ego enim non tam ve-
tera abolere conatus sum que lingue
mee hominibus emendata de greco
in latinum transtuli quam ea testimonia
que a iudeis pretermissa sunt vel corrup-
ta proferre in medium ut scirent nostri
quid hebrea veritas contineret. Si
cui legere non placet nemo compellit
invitum. Bibant vinum vetus cum sua-
vitate et nostra musta contempnant que
in explanatione veterum [priorum] edita sunt
ut sicubi illa non intelliguntur ex nostris ma-
nifestiora fiant. Quod autem genus
interpretacionis in scripturis sanctis sequen-
dum sit liber quem scripsi de optimo genere
interpretandi et omnes prefatiuncule divinorum
voluminum quas editioni nostre apposui
explicant. Ad illas quoque prudentem lectorem
mittendum puto. Et si me ut dicis in novi
testamenti emendatione suscipis. expo-
nisque causas cur suscipias quia plurimi
me lingue grece habentes scientiam
de meo possent opere iudicare eandem
integritatem debueras etiam in veteri crede-
re testamento. quod non nostra confinximus sed
ut apud hebreos invenimus divina trans-
tulimus. Sicubi dubitas hebreos interroga
dicis. Quod si hebrei aut respondere
noluerint aut mentiri voluerint. tota

Vere hec

b.

De interpretatione sc.

frequentia Iudeorum in mea interpretatione recitebit. Nullus inveniri poterit qui hebree lingue habeat notionem aut omnes imitabuntur illos iudeos quos dicis in affrica reptos oppidulo in meam calumpniam conspirasse huiuscemodi in epistola tua texis fabulam. Quidam frater noster episcopus cum lectitari instituisset in ecclesia cui preest interpretationem tuam movit quiddam longe aliter atque positum apud Ionam prophetam quam erat omnium sensibus memorieque inveteratum et tot etatum successionibus decantatum factusque est tantus tumultus in plebe maxime grecis arguentibus et inflamantibus calumniam falsitatis ut cogeretur episcopus civitas ea quippe civitas erat iudeorum testimonium flagitare. Utrum autem illi imperitia an malitia hoc esse in hebreis codicibus responderunt quod greci et latini habebant atque dicebant. Quid plura. Coactus est homo velut mendacium corrigere nolens post magnum periculum non remanere sine plebe. Unde etiam nobis videtur aliquando te quoque in nonnullis falli potuisse. Dicis me in Ionam prophetam male quiddam interpretatum et seditione populi conclamatum propter unius verbi dissonantiam episcopum pene sacerdotium perdidisse et quid sit illud quod male interpretatus sim subtrahis. Auferens michi occasionem salutis mee ne quicquid dixeris me respondente solvatur. Nisi forte ut ante annos plurimos cucurbita venit in medium asserente illius temporis Cornelio et Asinio Pollione me hederam pro cucurbita transtulisse. Super qua re in commentario Ione prophete plenius respondimus hoc tantum nunc dixisse contenti quod in eo loco ubi lxx interpretes cucurbitam et aquilam cum reliquis hederam transtulerunt. id est kikaion in hebreo volumine scriptum est [illegible] quam vulgo siri ciciam vocant. Est autem genus virgulti lata habens folia in modum pampini. Cumque plantatum fuerit cito consurgit in arbusculam absque ullis calamorum et astilium adminiculis quibus et cucurbite et hedere indigent suo trunco se sustinens. Hoc ergo verbum de verbo disserens si ciceion transferre voluissem nullus intelligeret. Si cucurbitam id dicerem quod in hebraico non habetur. hederam posui ut ceteris interpretibus consentirem. Sin autem iudei vestri ut ipse asseris malitia vel imperitia hoc dixerunt esse in voluminibus hebreis quod in grecis et latinis voluminibus continetur: manifestum est eos aut hebreas litteras ignorare aut ad irridendos cucurbitarios voluisse mentiri. Peto in fine epistole ut quiescentem senem olimque veteranum militare non cogas et rursum de vita periclitari. Tu qui iuvenis es et in pontificali culmine constitutus doceto populos et novis affrice frugibus romana tecta locupleta. Michi sufficit cum auditore et lectore pauperculo in angulo monasterii susurrare.

Augustinus Ieronimo et est epistola talis

Domino dilectissimo et in christi visceribus honorando sancto fratri et compresbytero Ieronimo Augustinus in domino eternam salutem. Iam pridem tue caritati prolixam epistolam misi respondens illi tue quam per sanctum filium tuum Asterium misisti iam non solum fratrem verum etiam collegam meum misisse te retulis que utrum in manus tuas pervenire meruerit adhuc nescio nisi quod per fratrem sincerissimum firmum scribis. Ille qui te primo gladio petiit stilo repulsus est ut sit humanitatis mee atque iustitie accusantem reprehendere non respondentem. Hoc solo tenuissimo iudicio utrumque conicio legisse te illam epistolam meam. In ea quippe deploravi tantam inter vos extitisse discordiam de quorum tanta caritate quam adversum eam fama diffuderat talis fraterna gaudebam. quod non feci reprehendendo germanitatem tuam cui in hac re aliquam culpam me cognovisse non ausus sum dicere sed dolendo humanam miseriam cuius in amicitiis mutua caritate retinendis qualislibet illa sit incerta permansio est. Verum illud malueram tuis nosse scriptis utrum michi veniam quam poposceris dederis. quod apertius michi intimari cupio quamvis hylarior litterarum tuarum hoc me impetrasse significare videatur si tamen post lectam illam misse sunt. quod in eis minime apparet. Petis vel potius fiducia caritatis iubes ut in scripturarum campo sine nostro invicem dolore ludamus. Equidem quantum ad me attinet serio nos ista quam ludo agere mallem. Quod si hoc verbum tibi propter facilitatem ponere placuit ego fateor maius aliquid expeto a benignitate virium tuarum prudentia que iam docta et ociosa animosa studia ingeniosa diligentia. Hec tibi non tantum donante verum etiam dicente spiritu sancto ut in magnis

ut in magnis et laboriosis questionibus
non tamquam ludentem in campo scripturarum
sed in montibus anhelantem adiuves.
Si autem propter hilaritatem quam inter caris-
simos disserentes decet putasti dicen-
dum esse ludamus sive illud apertum et
planum sit unde colloquimur sive arduum
atque difficile hoc ipsum edoce obsecro te
quonam modo assequi valeamus. ut
cum forte aliquid nos movet quod nobis
et si non tantis attendentibus certe
concordibus intelligentibus non prolatum
est et quod nobis videatur contra co-
namur asserere si hoc aliquanto securiore
libertate dicamus. Non incidamus in
suspitionem puerilis iactantie quasi nostro
nomini famam viros illustres accusan-
do queramus. Si autem aliquid asperum
refellendi necessitate depromptum quod tol-
lerabile fiat leniore circumfundamus
eloquio litum melle gladium stringere
iudicemur. nisi forte ille modus est quo
utrumque hoc vitium vel vitii suspitionem
caveamus. Si cum doctiore amico sic
disputemus ut quidquid dixerit necesse sit
approbare nec querendi saltem gratia liceat
aliquantulum reluctari. Tunc vero sine ul-
lo timore offensionis tamquam in campo
luditur. sed mirum si nobis non illuditur.
Ego autem fateor caritati tue solis eis
scripturarum libris que iam canonici
appellantur didici hunc timorem ho-
noremque deferre ut nullum eorum auc-
torem scribendo errasse aliquid firmis-
sime credam. Ac si aliquid in eis offen-
dero litteris quod videatur contrarium
veritati nichil aliud quam vel mendosum
esse codicem vel interpretem non assecutum
esse quod dictum est vel me minime in-
tellexisse non ambigam. Alios autem
ita lego ut quantalibet sanctitate
doctrinaque prepolleant non ideo verum
putem quia ipsi ita senserunt sed quia
michi vel per illos auctores canonicos
vel probabili ratione quod
a vero non abhorreat persuadere po-
tuerunt. Nec te mi frater sentire aliud ex-
istimo prorsus inquam non te arbitror
sic legi tuos libros velle tamquam prophetarum
vel apostolorum de quorum scriptis quod omni
errore careant dubitare nefarium est.
Absit hoc a pia humilitate et veraci de
temetipso cogitatione qua nisi pre-
ditus esses non utique diceres utinam me-
reremur complexus tuos et collatione
mutua vel doceremus aliqua vel dis-
ceremus. Quod si ipsum considerata
vita ac morum tuorum non simulate nec
fallaciter dixisse te credo quanto ma-
gis equum est me credere apostolum paulum

non aliud sensisse quam scripserit ubi ait
de petro et barnaba cum viderem quia
non recte ingrediebantur ad veritatem
evangelii dixi petro coram omnibus
si tu cum sis iudeus gentiliter et non
iudaice vivis. quomodo gentes cogis
iudaizare. de quo enim certus sim quod me
scribendo vel loquendo non fallat si
fallebat apostolus filios suos quos iterum
parturiebat donec in eis christus id est veri-
tas formaretur quibus cum premisisset
ea dicens que autem scribo vobis
ecce coram deo quia non mentior non
tamen veraciter scribebat sed nescio qua
dispensatoria simulatione fallebat.
vidisse petrum et barnabam non recte
ingredientes ad veritatem evangelii
ac petro in facie restitisse non ob aliud
nisi quod gentes cogeret iudaizare.
Et enim satius est credere apostolum paulum
aliquid non vere scripsisse. quam apostolum
petrum non aliquid egisse. hoc si ita est
dicamus quod absit satius esse credere
mentiri evangelium quam negatum esse
a petro christum et mentiri regnorum librum
quam tantum prophetam a domino deo tam excel-
lenter electum et in concupiscenda atque
abducenda uxore aliena commisisse
adulterium et in marito eius necando
tam horrendum homicidium. Immo
vero sanctam scripturam et celestis aucto-
ritatis culmine collocatam de veritate
eius certus ac securus legam et in
ea homines vel approbatos vel emen-
datos vel dampnatos veraciter discam
potius dum in quibusdam laudibus
excellentie personis aliquando timeo
credere reprehendenda. ne ipsa divi-
na eloquia michi sint ubique suspec-
ta. Manichei plurima divinarum scriptu-
rarum quibus eorum nefarius error claris-
sima sententie perspicuitate convincitur
quia in alium sensum detorquere non
possunt falsa esse contendunt ita tamen
ut eandem falsitatem non scribentibus
apostolis tribuant sed nescio quibus codi-
cum corruptoribus. sed tamen quia nec
pluribus sive antiquioribus exemplari-
bus precedentis lingue auctoritate unde
latini libri interpretati sunt probare aliquando
potuerunt notissima omnibus veritate
superati confusique discedunt. Itane non
intelligit sancta prudentia tua quanta ma-
litie illorum patescat occasio si non ab
aliis apostolicas litteras esse falsatas sed ipsos
falsa scripsisse dicamus. Non est incredibile
hoc in petro paulum quod ipse
paulus fecerat arguisse. Non inquiro quid
quid fecerit quid scripserit sed quero
hoc quod ad questionem quam suscepi

maxime pertinet ut veritas divinarum scrip-
turarum ad nutriendam fidem edificanda memo-
rie commendata. Non a quibuslibet
sed ab ipsis atque per hoc in canonicum auctori-
tatis culmine recepte ex omni parte vera
atque indubitanda persistat. Nam si hoc
fecit petrus quod facere debuit mentitus
est paulus quod cum viderit non recte
ingredientem ad evangelii veritatem.
Quisquis hoc facit quod facere debet
recte utique facit et ideo falsum de illo dicit
qui dicit eum non recte fecisse quod eum no-
vit facere debuisse. Si autem vera scripsit
paulus verum est quod petrus non recte tunc
ingrediebatur ad veritatem evangelii.
Id ergo faciebat quod facere non debe-
bat. Et si tale aliquid paulus ipse iam
fecerat correctum potius etiam ipsum
credam coapostoli sui correctionem non
potuisse negligere quam mendaciter
aliquid in sua epistola protulisse et epistola
qualibet quanto magis in qua prolocu-
tus ait. Que autem scribo vobis ecce co-
ram deo quia non mentior. Ego quidem
illud petrum sic egisse credo ut gentes
cogeret iudaizare. Hoc enim lego scripsisse
paulum quem mentitum esse non credo. Et ideo
non recte agebat hoc petrus. Erat enim
contra evangelii veritatem quia
putarent qui credebant in christum sine
illis veteribus sacramentis se salvos
esse non posse. Hoc enim contendebant an-
tiochie qui ex circumcisione crediderant. Con-
tra quos paulus perseveranter acriter-
que confligit. Ipsum vero paulum non ad hoc
id egisse quod vel thymotheum circum-
cidit vel thencreis votum persolvit vel
therosolimis a iacobo admonitus cum e-
is qui voverant legittima illa lega-
lia celebranda suscepit ut putare vi-
deretur per ea sacramenta etiam christiana
salutem dari. Sed ne illa que prioribus
ut congruebat temporibus in umbris
rerum futurarum deus fieri iusserat tamquam
quasi ydolatriam gentium dampnare vi-
deretur. Hoc est enim quod illi iacobus
ait auditum de illo esse quod discessi-
onem doceret a moyse quod utique
nephas est ut credentes in christum discin-
dantur a propheta christi tamquam eius doctri-
nam detestantes de quo ipse christus dicit
si crederetis moysi crederetis et michi
de me enim ille scripsit. Attende obsecro
verba iacobi. Vides inquit frater quot
milia sunt in iudea qui crediderunt
in christo et hii omnes emulatores sunt
legis. Audierunt autem de te quia disces-
sionem doces a moise eorum qui per gen-
tes sunt iudeorum dicens non debere cir-
cumcidere eos filios suos neque secundum

consuetudinem ingredi. Quid ergo illi? Est
utique oportet convenire multitudinem.
Audierunt enim te supervenisse. Hoc ergo
fac quod tibi dicimus. Sunt nobis viri
quatuor votum habentes super se hiis assump-
tis sanctificare cum ipsis et impende in
eos ut radant capita et scient omnes
quia que de te audierunt falsa sunt sed
ambulans et ipse custodiens legem.
De gentibus autem qui crediderunt nos man-
davimus iudicantes nichil eiusmodi ser-
vare illos nisi observent se ab ydolis
immolato et sanguine et fornicatione.
Non ut opinor obscurum est et iacobum
ideo monuisse ut sciret falsa esse que
de illo audierant hii qui cum in christum
ex iudeis credidissent tamen emula-
tores erant legis ne per doctrinam christi
velut sacrilegia nec deo mandante
conscripta dampnari putarentur que
per moisen patribus fuerant ministra-
ta. Hoc enim illi de paulo iactaverant
qui non intelligebant quo animo a
iudeis fidelibus observari tunc ista de-
berent propter commendandam scilicet auc-
toritatem divinam et sacrorum illorum
propheticam sanctitatem. Non propter adi-
piscendam salutem que iam proximo
revelabatur et per baptismi sacramen-
tum ministrabatur. Hec illi hoc de pau-
lo sparserant quia sic ea volebat ob-
servari tamquam sine hiis in evangelio
salus credentibus esse non possit. Ipsum
enim senserant vehementissimum gratie
predicatorem et intentioni eorum maxi-
me adversa docentem non per illa homi-
nem iustificari sed per gratiam ihesu christi cuius pre-
nunciande causa ille umbre in lege
mandate sunt. Et ideo illi invidiam et
persecutionem concitare molientes tam-
quam inimicum legis mandatorumque divinorum
criminabantur. Cuius false criminationis
invidiam congruentius devitare non
posset quam ut ea ipse celebraret que
dampnare tamquam sacrilegia putabatur
atque ita ostenderet nec iudeos tunc ab eis
tamquam nefariis corrigendos nec genti-
les ad ea tamquam necessaria compellendos.
Nam si re vera sic ea reprobaret quem ad
modum de illo auditum erat et ideo celebran-
da susciperet ut actione simulata suam
posset occultare sententiam non ei diceret
iacobus et scient omnes sed diceret et
putabunt omnes quia que de te audierunt
falsa sunt. Presertim quia in ipsis therro-
solimis apostoli iam decreverant ne quisquam
gentes cogeret iudaizare. Prohibet quidem eos
ipsos iam doctrina christiana non cogeret.
Proinde post hoc apostolorum decretum pe-
trus habuit illam in antiochia simula-

qua gentes cogeret iudaizare. qui nec
ipse cogebatur quamuis propter commendanda
eloquia dei que iudeis sunt credita non
prohibebatur. Quid mirum si constringe
bat eum paulus libere asserere. quod
cum ceteris aplis se iherosolimis decreuis
se meminerat. Si autem hoc quod ma
gis arbitror ante illud iherosolimita
num concilium petrus fecit nec sic mirum
est quod eum volebat paulus non timi
de obtegere sed fidenter asserere. quod
eum pariter sentire iam nouerat siue quod
cum eo contulerat euangelium siue quod in
cornelij centurionis vocacione eciam
diuinitus eum de hac re admonitum
acceperat siue quod antequam illos quos
timuerat venissent antiochiam cum
gentibus eum vesci viderat neque enim
negamus in hac sententia fuisse iam petrum
in qua et paulus fuit. Non itaque ce
rimoniarum quid in eare verum esset docebat
sed eius simulacionem qua gentes
iudaizare cogebantur tamquam vtique ideo quia verum
esset quod illi vrgebant. non ob aliud nisi
quia sit illa omnia simulatoria gere
bantur tamquam verum esset quod dicebat
illi qui sine circumcisione preputiatos atque
alijs obseruationibus vmbre futurorum
putabant credentes saluos esse non
posse Ergo et thymotheum propterea cir
cumcidit ne iudeis et maxime cogna
cioni eius materne sic videretur qui ex
gentibus crediderant detestari circumci
sionem. sicut ydolatria detestanda est
cum illa deus fieri precepit hanc satha
nas persuaserit. Et titum propterea non cir
cumcidit ne occasionem daret eis qui sine
illa circumcisione dicebant credentes
saluos esse non posse et ad deceptionem
gentium hoc etiam paulum sentire ia
ctarent / quod ipse satis significat v
bi ait sed neque titus qui mecum erat
cum esset grecus conpulsus est circumci
di. propter subintroductos autem falsos
fratres qui subintroierant perscrutari li
bertatem nostram / vt nos in seruitutem
redigerent. quibus nec ad horam ces
simus subiectioni vt veritas ewange
lij permaneat ad uos / hic apparet quid
eos captare intellexerat. ut non faceret
quod in thymotheo fecerat et quod
ea libertate facere poterat qua ostende
ret illa sacra / nec tamquam necessaria de
bere appeti nec tamquam sacrilega
debere dampnari. Sed cauendum est
videlicet in hac disputacione ne sicut
philozophi quedam facta hominum me
dia dicamus inter recte factum et peccatum quod
neque in recte factis neque in peccatis nume
retur et vrgemur eo quod obseruare

legis cerimonias non potest esse indifferens
sed aut bonum aut malum. si bonum dix
erimus. eas nos quoque obseruare co
gamur / si autem malum non vere sed si
mulate ea ab apostolis obseruata esse
credamus. Ego vero aplis non tam ex
emplum philozophorum timeo quando et illi in
sua disputacione veri aliquid dicunt
quam forensium aduocatorum quando in
alienarum causarum actione mentiuntur.
Quorum similitudo si in prefata exposicione
epistole ad galathas ad confirmandum
simulacionem petri et pauli putata
est decenter induci. quid ego apud
te timeam nomen philozophorum
qui non propterea vani sunt quia omnia
falsa dicunt. sed et quia falsis plerisque
confidunt. et vbi uera inueniuntur
dicere a xpi gracia que est ipsa veri
tas alieni sunt. Cur autem non dicam
precepta illa vetera sacrorum nec bona esse
quia non eis homines iustificantur. vm
bre sunt enim prenunciantes graciam qua iusti
ficamur nec tamen mala quia diui
nitus precepta temporibus personisque congru
encia cum me adiuuet eciam prophe
tica illa sententia qua dicit deus se illi
populo precepta non bona / forte enim
propterea non dixit mala sed tamen non bona
id est non talia ut illis homines boni
fiant. aut sine illis boni non fiant
/ vellem me doceret benigna sinc
eritas tua vtrum simulat quisquam o
rientalis cum romam venerit et sab
bato excepto illo die paschalis vigi
lie ieiunauit. Quod si malum esse
dixerimus / non solum romanam eccle
siam. sed eciam multa ei vicina et
aliquanto remociora dampnauimus
vbi mos idem tenetur et manet. Si
autem non ieiunare sabbato malum pu
tauerimus tot ecclesias orientis et multo
maiorem orbis xpiani partem per tem
qua temeritate criminabimur / placet
ne tibi ut medium quiddam esse dicamus
quod tamen acceptabile sit ei qui
hoc non simulate sed congruenti soci
etate atque obseruancia fecerit et ta
men nichil inde leginus in canoni
cis libris preceptum esse xpianis. Quan
to magis illud malum dicere non aude
bo quod deum precepisse ipsa xpiana fide
negare non possumus. qua dici non ca
rne iustificari sed gracia dei per xpm ihm
dnm nostrum / Dico ergo circumcisionem
preputij et cetera huiusmodi priori populo
per testamentum quod vetus dicitur diui
nitus data ad significacionem futu
rorum que per xpm oportebat impleri
quibus aduenientibus remansisse

illa xanis legenda tm ad intelligenciam
pmisse pphie nō aūt etiā faciēda
quasi adhuc expectandū esset ut ve
niret fidei reuelacio que hijs signifi
cabatur esse ventura. Sed q̄uis gen
tilibus imponenda nō essent nō tamē
sic debuisse auferri a consuetudine
iudeorum tamquā detestata atqȝ dampnata. Sensim p inde atqȝ paulatim
feruente sane pdicatione grē xpi q̄
sola noscerant credentes se iustificari
saluosqȝ fieri nō illis umbris rerum
ante futurarum tunc iam venientium vo
catione quos pncia carnis dnī et a
plica tempora sic inuenerat ut omīs
illa actio consumaretur umbrarum. hoc
eos fecisse ad comendationem ut nō tam
detestanda uel similis ydolatrie vitaretur
ultra vero nō habet progressum ne
putaretur necia tamquam uel ab illa
salus esse nō posset. Quod putauerunt
heretici qui dū voluerunt iudei esse et
xpiani. nec iudei nec xpiani esse po
tuerunt. Quorum sniam michi caueda
quamuis in ea nūquā fuerim tamen
beniuolencie amonere dignatus es
In ang sententie nō consensione sed
simulationem. timore petrus iude
zat ut de illo paulus verissime scri
bit quod eū vidisset nō recte ingredi
entem ad veritatem ewangelij cui
verissime diceret quod gentes iu
dizare cogebat quod paulus uti
qȝ nō cogebat / ob hoc illa vetera
veraciter ubi opus esset obseruans
ut dampnanda nō esse monstraret
pdicans tamen instanter nō eis reue
lata gratia fidei saluos fieri fideles
nec ad ea quēquā fm ex iudeo xanū
uel cogo uel simo talia veraciter cele
brare sicut nec tibi videtur paul9
ea simulasse. Cogis istum uel sinis
talia simulare. An vis ut ego etiam
dicam hanc esse q̄onis immo senten
tie tue. ut post ewangelium xpi bene fa
ciant credentes iudei si sacrificia offe
rant que obtulit paulus. si filios cir
cumcidant. si sabbatum obseruent
ut paulus in thymotheo et omīs ob
seruare iudei dūmodo hoc simulate ac
fallaciter agant. Hoc si ita est nō iā
in heresim hebionis uel in eos quos
vulgo nazareos nūcupant uel quā
libet aliam veterem sed in nescio q̄
dilabimur. que sit eo pniciosior quo nō
errore sed pposito est ac voluntate fal
laci. Quod si respondes ut te abhac
purges snīa tunc aplos ista laudabilr
simulasse ne scandalizarent infirmi
qui ex iudeis multi crediderant et ea

xlij

respuenda nō dū intelligebant. nunc
vero confirmata et iam p omīs xpi ec
clesias lectione legis et pphārum q̄
nō hec intelligenda nō obseruanda
recitent quisquis ea simulate agere
voluerit insanire tur michi nō licet di
cere. Aplm paulū et alios recte fidei xa
nos tunc illa vetera sacra paululum
obseruando veraciter comendare debu
isse ne putarentur ille pphetice signifi
cationis obseruationes a sapientissi
mis patribus custodite et ut sacrilegia
diabolica posteris detestate / Iam
enim cū venisset fides que illis prius ob
seruationibus pnunciata est post mor
tem et resurrectionem dnī reuelata est
amiserunt tamquā vitam officij sui
vero tamen sicut defuncta corpora nccio
deducenda erant quodāmō ad sepul
turam nec simulate ac religiose nō
aut deserendi continuo uel inimicorum
obtrectationibus tamquā canū mor
sibus proicienda. Proinde quisquis
nunc xpianorum quamuis ex iudeis sit si
ea celebrare voluerit tamquā sopi
tos cineres eruens nō erit pius de
ductor uel baiulus corporis sed impius
sepulture violator. Fateor sane i
eo quod epla mea continet quod
ideo paulus sacramenta iudeorum celebran
da susceperat cum iam xpi esset apls
ut nō doceret nō esse pniciosa hijs qui
ea vellent sicut a parentibus plegem ac
cepant custodire minus me posu
isse eo dūtaxat tempore quo p
mū fidei gra reuelata est tunc enim
nō erat pniciosum progressu vero
temporis ille obseruationes ab om
nibus xpianis desererentur / ne si tunc
fierent nō discerneretur quod deus po
pulo suo p moysen precepit ab eo qd
in templis demoniorum spus īmūdus
instituit / Proinde potius est culpa
da est negligentia mea quia hoc
nō addidi quā obiurgatio tua vero
tamen longe ante quā tuas lras ac
cepissem scribens contra faustū ma
nicheum quomodo eundem locum et
quā illic breuiter explicaui et hoc il
lud nō pmiserim legere poterit si
nō dedignetur benignitas tua et
a carissimis nris p quos hec scripta mic
nisi quomodo volueris tibi fides hec
fiet et illud me ante dixisse michi
qȝ deo meo michi crede. quod co
ram deo loquens iure caritatis ex
posco nūquā michi visum fuisse e
tiam nunc xpianos ex iudeis factos
sacramenta illa vetera quolibet affectu
quolibet animo celebrare debere

aut eas ullo modo licere cu illud de paulo
semp ita senserim ex quo illius michi
littere innotuerit sicut nec tibi videtur
hoc tempore aliqu esse simulande cu
hoc fecisse apls credas / proinde sic
tu econtrario loqueris et licet reclama
te ut scribis mundo libera voce pronunc
tias cerimonias iudeoru et pniciosas
ee xanis et quicuqz eas ob suaverit
siue ex iudeis siue ex gentibus eum i
baratru diaboli devolutu · ita ego hac
tuam vocem omnino confirmo et addo
quicuqz eas ob suavit no solu veraciter
sed etiam simulate eu in baratru di
aboli devolutu · Quid queris am
plius sed sicut tu simulacionem aplorum
ab hmoi temporis obsuacione secernis
ita ego pauli apli veracitem tunc in
hys omnibus conusacione ab hmoi
temporis quamvis minime simulata ce
rimoniaru iudaicaru observatione
secerno · que tunc fuit approbanda nunc
detestanda · Itaqz quamvis legimus
lex et pphe usqz ad iohem baptistam
et quia ppterea querebant iudei xpm inter
ficere quia no solu solvebat sabba
tum · sed et patrem suu dicebat deu
equalem se faciens deo et quia graz
pro gra accepimus et quia lex p moyse
data est gra aut et veritas p ihm xm
facta e et p ieremiam pmissu est datu
rum deu testamentu novu quod dis
posuit patribus eorum no tame arbitror
apm domini fallaciter a parentibus circu
cisum Aut si hoc pp etatem minime
prohibebat nec illud arbitror falla
citer cum dixisse leproso quem certe
no illa p moysen precepta obsuacio
sed ipse mundaverat vade et offer
pro te sacrificiu quod precepit moyses
in testimoniu illis nec fallaciter asce
dit ad diem festum usqz adeo no ca
ostentationis coram hominibus ut no
evidenter ascenderit sed latenter / Et ei
dixit idem apls Ecce ego paulus dico
vobis quia si circumcidamini xpus n
vobis prodest / Decepit ergo thimo
theum et fecit ei nichil prodesse xpm
An quia hoc fallaciter fecit e ido no ob
fuit · An ipse neqz posuit nec ait si cir
cumcidamini veraciter sicut nec falla
citer sed sine ulla exceptione dixit si cir
cumcidamini vobis xpus vobis nich
proderit Sicut ergo tu vis hic locum
dare sine tue ut velis subintelligi
nisi fallaciter ita no impudenter fla
gito · ut etiam nos illic intelligere
pmittas eis dixisse si circumcidamini qui vo
lebant ppterea circumcidi · quod aliter
se putabant in xpo salvos esse no posse

hoc ergo aio hac voluntate ista intec
cione quibus quis tunc circumcidebatur
xpus omnino nichil proderat sicut alibi
aperte dicit Nam si p legem iusticia
ergo xpus gratis mortuus est hoc de
clarat et quod ipse commemorasti E
vacuati estis a xpo qui in lege iustifi
camini a gra excidistis Illos utiqz
arguit qui se iustificari in lege c
debant no qui legittima illa in eius
honore a quo mandata sunt obsuabat
intelligentes et qua prenunciande
veritatis racione mandata sunt · et quo
usqz debeant p durare Unde e illud
quod ait Si spu ducimini no estis ad
huc sub lege Unde velut colligis ap
paret ut qui sub lege est no dispensa
tive ut meos putas voluisse maiores
sed vere ut ego intelligo eu spm sctm
no habere Magna michi videtur questio quid
sit ee sub lege si quemadmodu aplus cul
pat neqz enim hoc eu pp circumcisionem
arbitror dicere aut illa sacrificia que
tunc facta a patribus nris nunc a xanis
no fiunt / et cetera huiusmodi Sed hoc ipm
etiam quod lex dixit no concupisces quod
fatemur certe xanos obsuare debere
atqz ewangelica illa maxime illustra
tione predicari legem dicat ee sctam et
mandatu sctm et iustu et bonu / De
inde subiungit Quod ergo bonu e
michi factum est mors Absit / Sed peccatum
ut appareat peccatum p bonu michi o
perat mortem · ut fiat supra mo
dum peccatorem p bonu michi opa
tum e ait mortem · Quod autem
dicit hic fieri supra modu peccatum p ma
datu · hoc alibi lex subintravit ut ha
bundaret delictu ubi autem habunda
vit delictu superhabundavit gratia ·
Et alibi superius cu de dispensacione gre
loqueretur quod ipa iustificet velut
interrogans ait / Quid ergo lex · Atqz
huic interrogationi continuo respondit
prevaricationis gra posita est · donec
veniret semen cui promissu e / hos ergo
dampnabiliter dicit ee sub lege quos re
os facit lex no implentes legem du
no intelligendo gre beneficiu · ad facie
enda di precepta quasi de suis viribus
superba iactatione presumunt / plenitudo
enim legis caritas / Caritas vero dei i
diffusa e in cordibus nris no p nos
ipos sed p spm sctm qui datus est nob
Sed huic rei quantu satis est explica
de · prolixius fortasse et sui ppij ve
lamnis sermo debetur Si ergo illud
quod lex ait no concupisces si humana i
firmitas gra dei adiuta no fuerit ·
sub se reum tenet et prevaricationem

xlvj
a

poenis dampnat qua liberat peccatorem
quanto magis illa que significationibus
tanta precepta sunt ut circumcisio et cetera que
gratie revelatione latius innotescente
necesse fuerat aboleri iustificare neminem
poterant/ Non tamen ideo fugiant tanquam
diabolica gentium sacrilegia fugienda
etiam cum ipsa gratia iam inciperet revela-
ri que umbris talibus fuerat prenun-
ciata permittenda paululum eis maxime
qui ex illo populo cui data sunt venerant
postea vero tanquam cum honore sepul-
ta sunt a christianis hominibus irreparabiliter
deserenda/ Hoc autem quod dicis non
dispensative ut tu voluere maiores
quid sibi vult oro te. Aut enim hoc est
quod ego appello officiosum mendacium ut
hec dispensatio sit officium velut honeste
mentiendi aut quid aliud sit omnino non
video. nisi forte addito nomine dispensa-
tionis fit ut mendacium non sit mendacium
Quod si absurdum est cur ergo non aperte
dicis officiosum mendacium defenden-
dum/ nisi forte nomen te movet/ quia
non tam usitatum in ecclesiasticis libris
vocabulum officii quod ambrosius noster
non timuit qui suos quosdam libros
utilium preceptorum plenos de officiis vo-
luit appellare. An si officiose mentiatur
quisque culpandus est si dispensative
approbandus. Rogo te mentiatur ubi elegerit
qui hoc putat/ quia et hec magna
questio est sit ne aliquando mentiri boni
viri immo viri christiani quibus dictum est
sit in ore vestro est est non non. qui cum fide
audiunt perdes omnes qui loquuntur menda-
cium. Sed hec ut dixi et alia et magna
questio est/ eligat quod voluerit qui
hoc existimat ubi mentiatur/ dummodo tamen
a scribentibus auctoribus sanctarum scrip-
turarum et maxime canonicarum incon-
cusse credatur et defendatur omnino
abesse mendacium ne dispensatores christi
de quibus dictum est hic iam queritur inter
dispensatores ut fidelis quis inve-
niatur tanquam aliquid magnum sibi
fideliter didicisse videantur pro veritatis dis-
pensatione mentiri. Quid sit fidei inter-
pretatio cum ipsa fides in latino sermone
ab eo dicatur appellata quia fit quod
dicitur. mentiendi utique non est locus fide-
lis ergo dispensator paulus apostolus pro-
culdubio nobis exhibet in scribendo fidem
quia dispensator veritatis erat non fal-
sitatis ac per hoc verum scripsit per se vidisse
petrum non recte ingredientem ad verita-
tem evangelii eique in faciem restitisse
quod gentes cogeret iudaizare. Ipse
vero petrus quod a paulo fiebat utiliter
libertatem caritatis sancte ac benigna pietate

humilitatis accepit atque ita clarius ex-
emplum posteris prebuit qui non dedig-
narentur sicubi forte rectum tramitem reliquis-
sent etiam a posterioribus corrigi. quam
paulus qui audent audet etiam minores
maioribus pro defendenda evangelica
veritate salva fraterna caritate resistere
Nam cum satius sit a recto non deviare itinere
nullo quam in aliquo declinare multo
est tamen mirabilius et laudabilius
libenter accipere corrigentem: quam au-
dacter corrigere deviantem/ Laus
itaque iuste libertatis in paulo et sancte humi-
litatis in petro quantum michi pro modu-
lo meo videtur magis fuerat adver-
sus calumpniantem porphirium defenden-
da quam ut ei daretur obtrectandi ma-
ior occasio qua multo mordacius
criminaretur christianos fallaciter uel su-
as litteras scribere uel dei sui sacramenta
tractare. flagitas a me. ut aliquem saltem
unum ostendam cuius in hac re sententiam
sim secutus. cum tu tam plures nomi-
natim commemoraveris qui te in eo quod
astruis precesserunt. petens ut si te re-
prehendendo errantem patiar te errare
cum talibus/ quorum ego fateor nemi-
nem legi. sed cum sint ferme sex uel sep-
tem: horum quatuor auctoritatem tu
quoque infringis. Nam laodicensium et
nomen taces. de ecclesia dicis nuper e-
gressum Alexandrum autem veterem he-
reticum. Origenem vero ac didimum re-
prehensos abs te lego in recentioribus
opusculis tuis. et non mediocriter nec
de mediocribus questionibus quamvis
origenem mirabiliter ante laudaveris
Cum his ergo errare puto quia nec
te ipse pateris quamvis hoc perinde di-
catur ac si in hac sententia non erraverint
Nam quis est qui velit cum quolibet
errare. Tres igitur restant Eusebius
Emisenus theodorus eracleotes et
quem paulo post commemoras iohannes
qui dudum in pontificali gradu con-
stantinopolitanam rexit ecclesiam.
porro si queras uel recolas quid hinc
senserit ambrosius quid noster itidem
ciprianus. invenies fortasse nec nobis
defuisse/ quos in eo quod asserimus
sequeremur. quamquam sicut paulo ante iam
dixi tantummodo scripturis canonicis hanc
ingenuam servitutem quo eas so-
las ita sequar ut conscriptores earum nichil
omnino in eis errasse nichil fallaciter
posuisse non dubitem. Proinde cum quero
tertium ut tres etiam ego tribus opponam
possem quidem ut arbitror facile re-
perire si multa legissem. unum tamen pro
his omnibus immo super hos omnes

Aplus paulus occurrit ad ipm confugio
ad ipm ab omnibus qui aliud sentiunt
litterarum eius tractatoribus prouoco
ipm interrogans interpello et requiro
in eo quod scripsit ad galathas vidis
se se petrum non recte ingredientem ad veri
tatem ewangelij et quod in faciem resti
tisse quod illa simulacione gentes iudai
zare cogebat / utrum verum scripserit: An
forte nescio quia dispensatiua falsi
tate mentitus sit et audio paulo superius
in eiusdem narracionis exordio reli
giosa michi uoce clamantem que autem
scribo vobis ecce coram deo quia non
mentior / Dent veniam quilibet a
liud opinantes. Ego magis credo tanto
aplo in suis pro suis litteris iuranti
quam cuiquam doctissimo de alienis litteris
disputanti nec dici thymotheo sic pau
lum defendere quod non simulauerit er
rorem iudeorum sed vere fuerit in errore
qui neque simulabat errorem qui liber
tate Aplica sicut illi tempori congruebat
vetera illa sacra ubi opus erat agnoscen
do commendabat ea non sathane versu
cia decipiendis hominibus. sed de pro
uincia pronunciandis rebus futuris prophe
tice constituta nec vere fuerat in errore
iudeorum qui non solum nouerat sed eciam
instituerat ac acriter predicabat eos errare
qui putabant gentibus imponenda uel
iustificacioni quorumcumque fidelium necessaria
Quod autem dixi eum factum iudeis tamquam
iudeum et tamquam gentilem gentilibus
et non mencientis astu sed compatientis af
fectu quemadmodum dixerim parum michi
visus est attendisse immo ego fortas
se non satis hoc explanare potuerim.
Neque enim hoc ideo dixi quia misericorditer
illa simulauerit sed quia sic ea non si
mulauit que faciebat similia iudeis
quemadmodum nec illa que faciebat si
milia gentibus / que tu quoque comme
morasti. Atque in eo me quod non ingrate
fateor adiuuasti. Cum enim abs te que
sissem in epla mea quomodo putetur
ideo factus iudeis tamquam iudeus quia
fallaciter suscepit sacramenta Iudeorum:
et cum gentibus tamquam gentilis factus
est nec tamen suscepit fallaciter sacri
ficia gencium: respondisti in eo factum gen
tibus tamquam gentilem quod preputium
receperit / quod indifferenter permiserit
vesci cibis quos dampnant iudei vbi ego
quero: utrum et hoc simulate fecerit.
Quod si / absurdissimum et falsissimum
est. sic ergo et illa in quibus iudeorum
consuetudini congruebat libertate
prudenti non necessitate seruili / aut quod
est indignius disputatione fallaci

potius quam fideli. fidelibus enim et hys
qui cognouerunt veritatem sicut ipse
testatur nisi forte et hic fallit. omnis
creatura dei bona est / et nichil abici
endum quod cum graciarum actione accipitur.
Ergo et ipsi paulo non solum vero viro
etiam dispensatori maxime fideli non
solum cognitori verum eciam doctori ve
ritatis omnis utique in cibis creatura dei
non simulate sed vere bona erat. Cum
igitur nichil simulate suscipiendo sa
crorum cerimoniarumque gentilium sed de cibis
et preputio verum etiam senciendo ac do
cendo tamquam gentilis factus est gen
tilibus et non potuerit fieri tamquam iu
deus iudeis nisi fallaciter suscipiendo
sacra iudeorum. Cur oleastro inserto ser
uauit dispensacionis veritatem fidem
et naturalibus ramis non extra sed intra ar
borem constitutis nescio quod dispen
satorie simulacionis velamen obtendit:
Cur factus tamquam gentilis gentili
bus quod ostendit docet quod agit
sentit. factus autem tamquam iudeus iu
deis / Aliud claudit in pectore aliud pro
mit in vobis in factis in sceptis. Sed absit
hoc sapere vtrisque enim debebat carita
tem de corde puro et consciencia bona et
fide non ficta ac propter hoc omnibus omnia
factus est. ut omnes lucrifaceret non men
cientis astu sed compacientis affectu
id est non omnia mala fallaciter agendo
sed aliorum omnium alijs omnibus tamquam
si sua essent misericordis medicine
diligentia procurando. Cum itaque illa sacra
menti veteris sacra etiam sibi agenda mi
nime recusabat non misericorditer fal
lebat sed omnino non fallens atque hoc modo
a domino deo illa usque ad certi temporis dispen
sationem iussa esse contendens. a sacri
legis sacris gencium distinguebat. Tunc
autem non mencientis astu. sed compati
entis affectu iudeis tamquam iudeus
fiebat / quomodo eos ab illo errore quo
uel in xpm credere nolebant uel per ue
tera sacerdocia sua cerimoniarumque obser
uationes se a peccatis mundari posse fieri
que saluos existimabant. sic liberare
cupiebat ac si illo errore teneretur
diligens utique proximum tamquam se ipsum
et hec alijs faciens que sibi ab alys
fieri vellet si hoc illi opus esset quod
cum dominus monuisset adiunxit hec est lex
et prophete / Hunc compacientis affectum in ea
dem epla ad galathas precepit dicens
Si preoccupatus fuerit homo in aliquo de
licto vos qui spirituales estis instruite huius
modi in spiritu lenitatis. intendens te ip
sum ne et tu tempteris. vide / non dixit fieri
tamquam ille. ut illum non utique ut ipsum

Nota hic [illegible]

delictum fallacit agit. Aut se id habere
simularet. sed ut maltius delicto quid
etiam sibi accidere posset attenderet
atque ita alteri tamquam sibi ab alterο vel
let misericorditer subvenire. Et hoc est non
mentientis astu sed compatientis affectu sicut
iudeo sic gentili sic cuilibet homini
paulus in errore vel peccato aliquo con
stituto non simulando quod non erat sed
conpatiendo quia esse potuisset tamquam
qui se hominem cogitaret omnibus omnia
factus est. ut omnes lucrifaceret. Te ipsum
si placet obsecro paulisper intuere te
ipsum inquam erga me ipsum et recole
vel si habes conscripta relege verba tua
in illa epistola quam michi per fratrem nostrum
iam collegam meum cyprianum breviore
misisti quam verati quam germano pleno
caritatis affectu. Cum quedam me in te
comisisse expostulasses. gratanter sub=
iunxisti. In hoc leditur amicitia. in
hoc necessitudinis iura violantur.
ne videamur certare puerilit et fau
toribus invicem vel detractoribus
nostris tribuere materiam contendendi.
hec abs te verba non solum ex animo dicta
sentio verum etiam benigno animo ad
consulendum michi. Denique addis
quod etiam si non adderes appareret. Et
dicis hec dico quia te pure et christiane
diligere cupio. nec quidquam in mente
mea retinere quod distet a labiis. O
vir sancte michi que ut deus det anima
mea veraci corde dilecte. hoc ipsum quod
posuisti in litteris tuis. quod te michi
exhibuisse non dubito. hoc ipsum omnino
paulum apostolum exhibuisse credo in litteris
suis non uni cuilibet homini sed iudeis et
grecis et omnibus gentibus filiis suis
quos ipse in evangelio genuerat et
quos pariendos parturiebat. Et deinde
post eorum tot milium christianorum fidem
per quos illa memorie mandabatur
epistola ut nichil in sua mente retineret
quod distaret a labiis. certe factus es
etiam tu tamquam ego non mentientis
astu sed conpatientis affectu. Cum cogi
tares tamen non relinquendum me in ea
culpa in qua me prolapsum existimasti
quam nec te velles si eo modo prolapsus
esses. unde gratias agens benivole menti
erga me tue simul posco ut etiam michi
non succenseas. quod cum in opusculis
tuis aliqua me moverent motum meum
intimavi tibi. hoc erga me ab omnibus
observari volens. quod erga te ipse
servavi. ut quidquid improbandum pu
tant scriptis meis. nec claudant sub
dolo pectore. nec ita reprehendant apud
alios. ut taceant apud me. hinc potius

existimans ledi amicitiam et necessitu
dinis iura violari. Nescio enim utrum christi
ane amicicie putande sint. in quibus
magis valet vulgare proverbium obsequium
amicos veritas odium parit. quam ecclesi
asticum fideliora sunt vulnera amici quam
voluntaria oscula inimici. proinde caris
simos nostros qui nostris laboribus since
rissime favent. hoc potius quanta pos
sumus instancia doceamus quo sciat
fieri posse ut inter carissimos aliquid
alterutro sermone contradicatur. nec
tamen caritas ipsa minuatur. nec veri
tas odium pariat que debetur amicitie
sive illud verum sit quod contradicitur. sive
corde veraci qualecumque sit dicitur non
retinebo in mente quod distet a labiis.
Credant itaque fratres nostri familiares tui
quibus testimonium perhibes quod sint
vasa christi invito factum nec mediocre
de hac re dolorem messe cordi meo
quod littere mee prius in multorum ma
nus venerunt. quam ad te ad quem scripte sunt
pervenire potuerunt. Quo autem modo
id acciderit longum est enarrare et nisi
fallor superfluum. cum sufficiat si quid michi
in hoc creditur non eum animo quo putatur
nec omnino mee fuisse voluntatis aut
consensionis aut saltim cognicionis
ut fieret. hec si non credunt quod teste deo
loquor. quod amplius faciam non habeo.
Ego tamen absit ut eos credam hec tue
sanctitati malivola mente suggerere ad
excitandas inter nos inimicicias quas
misericordia domini dei nostri avertat a nobis. sed sine
ullo nocendi animo facile de homine hu
mana vicia suspicari. hoc enim decet me de
illis equum est credere si vasa sunt christi non
in contumeliam. Quod si post hanc attesta
cionem meam si in noticiam eorum venerit
facere voluerint quam non recte faciant
et tu vides. Quod sane scripseram nullum
me librum adversum te romam misisse. ideo
scripseram quia et libri nomen ab illa e
pistola discernebat. unde omnino nescio quid
aliud a te audivisse existimaveram et ro
mam nec ipsam epistolam sed tibi miseram
et adversus te non esse arbitrabar quod
sinceritatem amicitie sue sive admone
dum sive ad te sive abs te corrigendum
fecisse me noveram. Exceptis autem fami
liaribus tuis te ipsum obsecro per gratiam qua
redempti sumus ut quecumque tua bona
que tibi domini bonitate concessa sunt in
litteris meis posui. non me existimes in
sidioso blandiloquio posuisse. Si quid
autem in te peccavi dimittas michi. Nec
illud quod de nescio cuius poete facto a
me commemoratum est ineptius fortasse
quam litteratius. amplius quam dixi ad te

trahas cum continuo subiecerim non hoc idcirco
me dixisse ut oculos cordis reciperes quos
absit ut umquam amiseris sed ut aduer
teres cum sanos ac vigiles haberes prop
ter solam ergo palinodiam si aliquid scri
pserimus quod scripto posteriore destruere
debeamus immo tandem non propter cecitatis
cecitatem · quam cordi tuo nec feci · nec
timui attingendum illud existimaui atque
id identidem rogo ut me fidenter corri
gas · ubi mihi hoc opus esse prospexeris
Quamquam enim secundum honorum vocabula que
iam ecclesie usus obtinuit episcopatus presbi
terio maior sit tamen in multis rebus
Augustinus Jeronimo minor est licet
etiam a minore quolibet non sit refugien
da vel dedignanda correptio de interpreta
tione iam michi persuasisti quam utilitate
scripturas volueris transferre de hebreis
ut scilicet ea que Iudei pretermissa vel
corrupta sunt proferres in medium · Sed
peto ut insinuare digneris a quibus iudeis
verum ab eis ipsis qui ante aduentum domini
interpretati sunt · Et si ita est quibus vel quo
nam eorum ab istis posterius qui propterea
putanda sunt aliqua de codicibus grecis
vel subtraxisse vel in eis corrupisse
ne illis testimoniis de xpiana fide
conuincerentur · illi autem anteriores quare
hoc facere voluerint non invenio / De
inde mittas nobis obsecro interpretationem
tuam de septuaginta quam te edidisse
nesciebam · librum quoque tuum cuius
mentionem fecisti de optimo genere in
terpretandi cupio legere et adhuc nosse
quomodo coequanda sit interprete peritia
linguarum coniecturis eorum qui scripturas
disserendo pertractant et quos necesse
si recte atque unius fidei fuerint varias pa
rere in multorum locorum obscuritate sen
tentias quamvis nequaquam ipsa varietas
ab eiusdem fidei unitate discordet
sicut etiam unus tractator secundum eun
dem / aliter atque aliter eundem locum potest
ponere · quia hoc eius obscuritas pa
titur / Ideo autem desidero interpretationem
tuam de septuaginta ut et tanta la
tinorum qui qualescumque hoc ausi sunt
quantum possumus imperitia careamus
et hii qui me invidere putant utilibus
laboribus tuis tandem aliquando si fieri
potest intelligant · propterea me nolle tuam
ex hebreo interpretationem ecclesiis legi · ne
contra septuaginta auctoritatem tamquam
nouum aliquid proferentes magno
scandalo perturbemus plebem xpi · quo
rum aures et corda illam interpretationem
audire consueuerunt · que etiam ab
apostolis comprobata est / Unde et illud
apud Ionam virgultum si in hebreo

nec hedera est nec cucurbita · sed nescio
quid aliud quod trunco suo innixum nullis
sustentatum adminiculis erigatur · mallem
iam in omnibus latinis cucurbitam
legi / Non enim frustra puto hoc septua
ginta posuisse nisi quia et huic simile
sciebant / Satis me nimio fortasse
plus quam satis tribus epistolis respondisse
arbitror · quarum duas per Cyprianum acce
pi unam per firmum / Rescribe quod visum
fuerit · ad nos vel alios instruendos
· dabo autem operam diligentiorem quantum
adiuvat dominus ut littere quas ad te scribo
prius ad te perveniant quam ad quoscumque
a quo latius dispergantur · Fateor enim
ut mihi hoc fieri nolle de tuis ad me
quod de meis ad te fratri iustissime
expostulas · Tamen placeat nobis in
uicem non tantum caritas verum etiam li
bertas amicicie ne apud me taceas
vel ego apud te quod in nostris litteris
vicissim nos mouet et eo scilicet ani
mo qui oculis dei in fraterna dilectione
non displicet · Quod si inter nos fieri pos
se sine ipsius dilectionis perniciosa offen
sione non putas · non fiat · Illa enim cari
tas quam tecum habere vellem perfecto
maior est · sed melius habet minor quam
nullus est Epistola Jeronimi ad
Marcellinum et Anapsichiam de sta
tu anime · Al opusculorum suorum
in Ezechielem prophetam memoriam
faciens / Incipit et est talis &c

Dominus vere
sanctis atque omni offici
orum caritate veneran
dis filiis Marcellino et A
napsichie · Jeronimus in xpisto salutem
Tandem ex Affrica vestre litteras unani
mitatis accepi et non penitet impu
dencie qua tacentibus vobis epistolas
meas frequenter ingessi ut rescriptum
mererer et vos sospites esse non aliis
nunciantibus sed vestro potissimum sermone
cognoscerem vos · Super anime statu me
mini vestre questiuncule immo maxime
ecclesiastice questionis · Utrum lapsa
de celo sit ut Pitagoras philosophus omnesque
platonici et Origenes putant · An
illa ipsa et de substantia dei ut stoici Manche
us et Hispanie Priscilliani heretici
suspicantur · An in thezauro habeantur
dei olim condite · ut quidam ecclesiasti
ci stulta persuasione confidunt · An cot
tidie a deo fiant / ut mittantur in corpora
secundum illud quod in ewangelio scriptum
est pater meus usque modo operatur et ego o
peror · An certe ex traduce · ut Tercelli
anus Apollinaris et maxima pars

i. origine vel natura · traduce
traducem radix · sive origo
vel natura dicitur

occidentalium autumat ut quomodo corpus ex corpore sic anima nascatur ex anima. et simili cum brutis animantibus subsistat condicione. Super quo quid mihi videtur in opusculis contra eum simul scripsisse me noui. Aduersus eum libellum quem sancte memorie anastasio episcopo romane ecclesie edidit in quo lubrica et subdola immo stulta confessione aurium auditorum simplicitati illudere nititur sic fidei immo perfidie illusit. Quos libros reor sanctum parentem nostrum habere. et certe ante olim omnibus editi sunt multas rufini libri aduersus calumnias respondentes. Certe habes tibi virum sanctum et eruditum Augustinum episcopum. qui viua ut aiunt voce docere te poterit et suam immo per se nostram explicare sententiam. Ezechielis volumen olim aggredi volui et sponsionem crebrimam studiosis lectoribus reddere sed in ipso dictandi exordio ita animus meus occidentalium prouinciarum et maxime vrbis rome vastatione confusus est ut iuxta vulgare prouerbium proprium quoque ignorarem vocabulum. diuque tacui sciens tempus esse lacrimarum. hoc autem anno cum tres explicassem libros. subitus impetus barbarorum de quibus tuus dicit virgilius lateque vagantes barchei. Et sancta scriptura de hismahel contra faciem omnium fratrum suorum habitauit. sic egipti limitem. palestine fenicis syrie percurrit ad instar torrentis cuncta secum trahens ut vix manus eorum misericordia xpi potuerimus euadere. Quod si iuxta inclitum oratorem silent inter arma et leges quanto magis studia litterarum que et librorum multitudine et silencio ac librariorum sedulitate quodque proprium est securitate et ocio dictancium indigent. duos itaque libros misi sancte filie fabiole quorum exempla si volueris ab ipsa poteris mutuari. Pro angustia quippe temporis alios describere non potui. Quos cum legeris et vestibula videris facilis coniectura erit qualis ipsa futura sit domus. Sed credo in dei misericordia qui nos adiuuit in difficillimo principio supradicti operis quod ipse adiuuet et in penultimis prophete partibus. in quibus gog et magog. bella narrantur et in extremis in quibus sacratissimi et inexplicabilis templi edificatio varietas mensuraque describitur. Sanctus frater noster oceanus cui nos cupitis commendari tantus ac talis est et sic eruditus in lege domini ut absque nostro rogatu instruere nos possit et ad nostram super cunctis questionibus scripturarum pro modulo communis ingenii explicare sententiam. Incolumes vos et prolixa etate florentes xpus dominus noster teneat omnipotens domini vere sancti Amen.

Roma ab hijs temporibus destructa fuit

Epistola beati Augustini ad sanctum Jeronimum de origine anime scitantis etc.

28

DOminum deum nostrum qui nos vocauit in suum regnum et gloriam et rogaui et rogo ut hoc quod ad te scribo sancte frater Iheronime consulens te de hijs que nescio fructuosum nobis esse velis. Quamquam enim te simulato quod non sum ego etate maior tamen etiam ipse iam senex consulo sed ad discendum quod opus est nulla michi etas sera videri potest. Quia et si senem magis decet docere quam discere: magis tamen discere quam quid doceat ignorare. Nichil enim molestius fero in omnibus angustijs meis quas patior in difficilimis questionibus meis quam tam longinqua caritatis tue absentia ut vix possim meas dare vel recipere litteras tuas per interualla non dierum non mensium sed aliquot annorum. Cum si fieri posset cotidie te presentem habere vellem cum quo loquerer quidquid vellem. Nec ideo tamen non debui facere quod potui si non potui totum quod volui. Ecce venit ad me religiosus iuuenis catholica pace frater etate filius honore compresbiter noster orosius vigil ingenio promptus eloquio flagrans studio. vtile vas in domo domini esse desiderans ad refellendas falsasque doctrinas que animas hispanorum multo infelicius quam corpora barbaricus gladius trucidauit. Nam inde ad nos usque ab occeani littore properauit fama excitus quod a me posset de hijs que scire vellet quidquid vellet audire. Neque nullum cepit aduentus sui fructum. primo ne de me multum fame crederet. deinde docui hominem quod potui. Quod autem non potui vnde discere posset ammonui atque ut ad te iret hortatus sum. Qua in re consilium vel preceptum meum libenter et obedienter accepit. rogaui eum ut abs te veniens per nos ad propria remearet. Quam eius pollicitacione tenens occasionem michi credidi a domino esse concessam qua tibi scriberem de hijs que per te scire cupio. Querebam enim quem ad te mitterem nec michi facile occurrebat ydoneus et fide agendi et alacritate obediendi et exercitatione peregrinandi. Vbi ergo istum iuuenem expertus sum eum ipsum esse qualem a domino

xlviii

a

petebam dubitare non potui. Accipe igitur
que michi peto aperire ac disserere non
graueris. Questio de anima multos
mouet in quibus et me esse confiteor.
Nam quid de anima firmissime tene
am non tacebo. Deinde subiungam quod
michi adhuc expediri (aperire) velim. Anima
hominis inmortalis est secundum quendam
modum. Non enim omnino sicut deus de
quo scriptum est qui solus habet inmor
talitatem. Nam de anime mortibus
sancta scriptura multa commemorat unde
illud est Sine mortuos sepelire mor
tuos suos. Sed quod ita moritur alie
nata a vita dei ut tamen in natura sua
viuere omnino non desistat. Ita morta
lis ex aliqua causa inuenitur ut etiam in
mortalis non sine ratione dicatur.
Non est pars dei anima. Si enim hoc
esset omnimodo incommutabilis atque in
corruptibilis esset. Quod si esset nec de
ficeret in deterius nec proficeret in melius
nec aliquid in semetipsa vel inciperet
habere quod non habebat vel quantum ad
ipsius affectiones pertinet. Quam non
aliter se habeat non opus est extrinsecus
testimonio quisquis seipsum aduertit
agnoscit. Frustra autem dicitur ab
eis qui animam dei partem esse volunt hanc
eius labem ac pulchritudinem quam
videmus in nequissimis hominibus
non ex ipsa illi esse sed ex corpore. Quid
interest unde egrotet. Que si esset
incommutabilis fuisset aliquo modo causa
vndelibet egrotare non posset. Nam
quod vere incommutabile et incorrup
tibile est nullius rei accessu commu
tari vel corrumpi potest. Alioquin non achil
lea tantum sicut fabule ferunt sed omnis
caro esset inuulnerabilis si nullus
ei casus accidisset. Non est ita. et natura
incommutabilis que aliquo modo ali
qua causa mutabilis est. Deum autem ne
phas est nisi vere incommutabilem
summeque credere. Non est ergo anima
pars dei. Incorporeum quoque esse animam
etsi difficile tardioribus persuaderi
potest michi tamen fateor esse persuasum.
Sed ne vel controuersiam vel superflu
o faciam vel merito patiar quam cum
de re constat non est opus certare de
nomine. Si corpus est omnis substantia
vel essencia vel si quid aptius nuncu
patur id quod aliquo modo est in seipso
corpus est anima. Item si eam so
lam incorpoream placet appellare
naturam que summe incommutabilis
et vbique tota est corpus est anima
quoniam tale aliquid ipsa non est. Porro si
corpus non est nisi quod per loci spatium
aliqua longitudine latitudine alti
tudine ita sistitur vel mouetur ut
maiore sui parte maiorem locum oc
cupet et breuiore breuiorem minusque
sit in parte quam in toto non est cor
pus anima. Per totum quippe corpus
quod animat non locali diffusione
sed quadam vitali intentione porri
gitur. Nam per omnes eius particulas tota
simul adest. Nec minor in minoribus et
in maioribus maior. sed alicubi inten
sius alicubi remissius et in omnibus
tota et in singulis tota est. Neque enim
aliter quod in corpore etiam non toto
sentit tamen tota sentit. Nam cum ex
iguo puncto in carne viua aliquid tan
gitur quamuis locus ille non solum totius
corporis non sit sed vix in corpore vi
deatur animam tamen totam non
latet. Neque id quod sentitur per corpus
cuncta discurrit sed ibi tantum sentitur vbi
fit. Vnde ergo ad totam mox peruenit
quod non in toto fit nisi quia et ibi
tota est vbi fit nec ut tota ibi sit
cetera deserit. Viuunt enim et illa ea presente
vbi nichil tale factum est. Quod si fi
eret et utrumque simul fieret simul et in
singulis particulis corporis sui tota
simul esse non posset super illas ita diffu
ditur ut videmus corpora diffusa
per spacia locorum minoribus suis par
tibus minora occupare et amplioribus
ampliora. Quapropter si anima corpus
esse dicenda est non est certe corpus qua
le terrenum est nec quale humidum aut
aereum aut ethereum. Omnia quippe ta
lia maiora sunt in maioribus locis et
minora in minoribus et nichil eorum in
aliqua sui parte totum adest. sed ut sunt
partes locorum ita occupantur partibus cor
porum. Vnde intelligitur anima siue cor
pus siue incorporea dicenda sit propriam
quandam habere naturam omnibus hiis
mundane molis elementis excellenti
orem substantiam creatam que veraciter
non possit in aliqua fantasia corporalium
imaginum quas per carnis sensus percipimus
cogitari sed mente intelligi vitaque sen
tiri. Neque hec proinde loquor ut te que
tibi nota sunt doceam sed ut aperiam
quid firmissime de anima teneam
ne me quisquam cum ad ea venero que
requiro nichil de anima vel sciencia
vel fide tenere arbitretur. Certus
etiam sum animam nulla dei culpa nulla
dei necessitate vel sua sed propria voluntate
in peccatum esse collapsam. nec liberari
posse de corpore mortis huius vel sue
voluntatis virtute tamquam sibi ad hoc
sufficiente vel ipsius corporis morte

Anima quid sit

Anima est tota in toto et tota in qualibet parte

b

sed gra dei p i hm xpm dum nrm nec
omino esse animam vllam in genere
huano cui no sit necessarius ad libaco
mediator di et homi ho xpus ihesus
a Queticq aut sine gra mediatoris
et sacramento eius in qualibet corpis
etate de corpore exierit et in pena fu//
turam et in ultimo iudicio receptura
corpus ad penam Si autem post ge
nerationem huanam que facta e
ex adam regeneretur in xpo ad eius
ptinere societatem et requiem post
mortem corporis habituram et cor//
pus ad glam recepturam hec sut que
de anima firmissime teneo Nunc
accipe queso quid requiram et noli
me spnere si te no spnat qui pro no//
bis dignatus e spni Quero vbi
contraxerit anima reatu quo cont
hatur in condempnatoz etiam infan//
tibus morte puentis si ei p sacrm
quo etiam paruuli baptizant xpi
gra no subuenit Non em es ex illis
qui modo noua quedam garrire
ceperut dicentes Nullum reatum
ee ex adam tractum qui p baptismu
in ifante soluatur Quod te sape
si scirem immo nisi id no sapere
scirem nequaq hoc abs te quere//
rem aut querendu putarem Sed
quia tenemus de hac re sniam tua
concinentem catholice fundatissime
fidei qua ionimani vaniloquia re//
darguens adhibuisti testimoniu de
libro iob Nemo mudus in cospectu
tuo nec infans cuius est diei vni9
vita sup terram deinde adiunxisti te//
nemurq rei in similitudine puaricaci
onis ade Et libr tuus in ionam pphaz
satis hoc insigniter eluideq decla
rat vbi ieiunare puulos pp ipm ori//
ginale pctm merito coactos ee dix//
isti Non incouenienter abs te quero
hunc reatum anima vbi contraxit
·xlviii· a vnde oporteat eam etiam in illa
etate per sacramentu xpiane gre li
berari Ego quidem ante aliquot a
nos cum libros quosdam scriberem de
libero arbitrio qui in multoz manus
exierut et hentur apliurimis quatuor
opiniones de anime incarnatione v//
trum ex illa que pmo homini data e
cetere ppagentur An singule quib9
q noue etiam modo fiant An alicu
bi existentes uel mittant diuinitus
uel sponte labantur in corpa Ita pu//
taui esse tractandas ut quelibet e//
arum vera eet no impediret intenci
onem meam qua tuc aduersus eos
quantis poteram vibus agebam

qui natiuam mali suo principio pre
ditam aduersus din conant inducere
idest contra manicheos Nam de pscil//
lianistis adhuc nichil audieram q
no multu abistis dissimiles blasphe//
mias fabulant Ido quinta opinione
no addidi qua in tua epla inter ceteras
comemorasti ne aliqua preteres vbi
de hac questione interroganti rescp//
sisti religiose memorie viro nobisq
in xpi caritate gratissimo marcellino
quod anima no sit pars dei pmo q
no de incarnatioe eius sed de na
quitur cu hoc quitur deinde quia
ho senciut illi conti quos agebam
et id maxime agebam ut creatoris
inculpabilem inviolabilemq natam
a creature vitijs et labe secernerem
cu illi subam mali cu ppriu principiu
principesq tribuut ipsam boni dei sbaz
ex parte que capta est corruptu et
oppssam et ad peccandi necitatem
pductam ee contendunt hoc itaq
excepto heretice opinionis errore
ex quatuor reliquis opinionibus q
nam sit eligenda scire desidero
b Quecuq enim eligenda est absit
ut inpugnem hanc fidem de qua
certi sumus om anime etiam puuli
infantis necessaria esse libacione
ex obligacione peccati eamq nul
lam esse nisi p ihm xpm et hunc
crucifixum proinde ne longu faciam
hoc certe quod singulas animas
singulis nascentibus etia modo deus
faciat Cui sine ne obiciatur quod
oms creaturas sexto die cosumauerit
deus et die septima requieuit ad
hibes testimoniu ex euangelio pater
meus usq nunc opatur Sic em ad
marcellinu scripsisti In qua epla
etiam mei comemoratione beni
uolentissime facere dignatus es
quod hic me haberet in affrica q
et ipam facilius possem explicare
sniam Quod si potuissem no ille
hoc abs te tam longe posito inqui
ret si tame id tibi ex affrica scripsit
Nam quado scripserit nescio tantu
scio quod de hoc bene cognouerit
dubitationes cunctationem meam vnde me in
consulto facere noluit Quaquam
etiam si consuleret magis hortarer
et gras agerem quod nobis confer
re omnibus posset nisi tu breuiter
scribere quam respondere maluis
ses Credo ne supfluo laborares
vbi ego esse inque putabas id op
time scire quod ille querebat
Ecce uolo ut illa snia etiam mea

Qui Aug9 vbi anima contraxerit pctm originale et prosequit istam q etiam ipsam ampliando usq ad finem

Recessit de pcto originali vnde et qualr contra

Aug9 hic sententia noua circa q hoie de nouo creati

dubitaciones

sit sed non dum esse confirmo. Misisti ad
me discipulos ut ea doceam que non
ipse didici. Doce ergo quod doceam. Nam
ut doceam multi a me flagitant eis-
que me sicut alia multa et hoc ignora-
re confiteor. Et fortasse quamvis in
os meum verecundentur tamen apud se
dicunt: Tu es magister in Israel et hec igno-
ras. Quod quidem ei dominus dixerit
qui erat unus illorum quos delectabat
vocari rabbi. Unde etiam ad verum magistrum
nocte venerat quia fortassis erubescebat
discere qui docere consue-
verat. Me autem potius audire quam
velut magistrum delectat audiri. Recor-
dor enim quid dixerit eis quos pre ceteris
elegit: Vos inquit nolite vocari rab-
bi. Unus est magister vester Christus. Nec alius
docuit Moysen per Iethro nec alius
Cornelium etiam per priorem Petrus nec
alius Petrum etiam per posteriorem Pau-
lum. A quocumque enim verum dicitur illo do-
nante dicitur qui est ipsa veritas. Quid
si ideo adhuc ista nescimus et ea neque
orando neque legendo neque cogitan-
do et ratiocinando invenire potuimus
ut probemur non solum indoctos quanta
caritate doceamus verum a doctis etiam
quanta humilitate discamus. Doce er-
go quod doceam. Doce quod teneam.
Et dic mihi si anime singulatim in
singulis nascentibus fiunt ubi in par-
vulis peccant ut indigeant in sacramento
Christi remissione peccati peccantes in
Adam ex quo caro est propagata peccati.
Aut si non peccant que iusti-
cia creatoris ita peccato obligantur
alieno cum exinde propagatis membris
mortalibus inseruntur ut eas nisi per
ecclesiam subventum fuerit dampnatio con-
sequatur cum in earum potestate non
sit ut eis possit gratia baptismi sub-
veniri. Tot igitur animarum milia que
in mortibus parvulorum sine indulgen-
cia christiani sacramenti de corpore exeunt
qua equitate dampnantur si nove
create nullo suo precedente peccato
sed voluntate creatoris singule sin-
gulis nascentibus adheserunt qui-
bus animandis ille creavit et dedit
qui utique noverat quod unaquaque
earum nulla sua culpa sine baptismo
Christi de corpore fuerat exitura. Quoniam igitur
neque de deo possumus dicere vel quod co-
gat animas fieri peccatrices vel
quod puniat innocentes. Neque negare nobis
fas est eas que sine Christi sacramento de cor-
poribus exierint etiam si parvulorum non
nisi in dampnationem trahi. Obsecro
quomodo hec opinio defenditur qua

creditur anime non ex illa una primi ho-
minis fieri omnes sed sicut illa una
uni ita singulis singule. Ea vero que
dicuntur alia contra hanc opinionem fa-
cile me puto posse refellere. Sicuti
est illud quo eam sibi quidam videntur
arguere quomodo consummavit deus
omnia opera sua sexto die et septimo
requievit si novas adhuc animas
creat. Quibus si dixerimus quod ex
evangelio in supra scripta epistola po-
suisti: Pater meus usque nunc operatur, re-
spondent operari dictum est institutas
administrando non novas instituendo
naturas ne scripture geneseos con-
tradicatur ubi apertissime legitur consummas-
se deum omnia opera sua. Nam et quod
eum scriptum est requievisse uti-
que a creandis novis creaturis intelligen-
dum est non a gubernandis. Quia tunc
ea que non erant fecit a quibus fa-
ciendis requievit quia consummaverat
omnia que antequam essent vidit esse
facienda ut deinceps non que erant
sed ex hiis que iam erant crearet et
faceret quecumque faceret. Ita utrumque
verum esse monstratur et quod dictum est
requievit ab operibus suis et quod
dictum est usque nunc operatur quoniam ge-
nesis non potest evangelio esse contraria.
Verum hiis qui hec ideo dicunt ne creda-
tur modo deus sicut illam unam novas
que non erant facere sed ex illa una
que iam erat eas creare vel ut fon-
te aliquo sive thezauro quodam
quem tunc fecit eas mittere facile respon-
detur: etiam illis sex diebus multa
deum creasse ex hiis naturis quas iam
creaverat sicut alites et pisces ex aqua
ex terra autem arbores fenum animalia.
Sed quod ea que non erant tunc fecerit
manifestum est. Nulla enim erat a-
vis nullus piscis nulla arbor nullum
animal. Et nec intelligitur ab hiis cre-
andis requievisse que non erant et crea-
ta sunt id est cessasse ne ultra que non
erant crearentur. Sed nunc quod dicitur
animas nescio in quo fonte iam ex-
sistentes mittere non de ipso tamquam suas
particulas irrorare nec de illa una ori-
ginaliter trahere nec pro delictis an-
te carnem commissis carneis vinculis com-
pedire sed novas creare singulas sin-
gulis suam cuique nascenti non aliquid
facere dicitur quod ante non fecerat.
Iam enim sexto die fecerat hominem
ad imaginem suam quod utique secundum
animam rationalem fecisse intelli-
gitur. Hoc et nunc facit non instituendo
quod non erat sed multiplicando quod

Repugnantia de creatione novarum animarum

xlix.

animarum creatio

creat. Unde et illud verum est quod non
solum gubernando que fecit verum etiam
aliquid non quod non dum sed quod iam
creaverat numerosius creando usque nunc
operatur. Vel sic ergo vel alio modo quo-
libet eximus ab eo quod nobis obicitur
de requie dei ab operibus suis nec propterea
non credamus nunc usque fieri animas
novas non ex illa una sicut illam unam.
Nam quod dicitur quare facit animas eis
quos novit cito morituros possumus
respondere parentum hinc peccata vel con-
vinci vel flagellari. Possumus autem
recte illius moderationi ista relinquere
quem scimus omnibus equaliter succedentibus
rebus ubi sunt etiam animalium ortus
et obitus cursum ornatissimum atque
ordinatissimum dare. Sed nos ista sentire
non posse. Que si sentiremus delectatione
ineffabili mulceremur. Non enim frustra
per prophetam qui hec divinitus inspirata
didicerat dictum est de deo qui profert
numerose seculum. Unde musica id est
scientia sensus vel bene modulandi
ad admonitionem magne rei etiam
mortalibus rationales habentibus
animas dei largitate concessa est. Unde
si homo faciendi artifex carminis
noverit suas quibus moras vocibus
tribuat ut illud quod canitur decedenti-
bus ac succedentibus sonis pulcherri-
me currat et transeat quanto magis
deus cuius sapientia per quam fecit omnia
longe omnibus prestanda est. Nulla in
naturis nascentibus et occidentibus tem-
porum spatia que tamquam sillabe ad
verba ac particulas huius seculi pertinet
in hoc labentium rerum tamquam mirabi-
li cantico vel brevius vel productius
quam modulatio precognita et prefinita
deposcit preterire permittit. Hoc cum etiam
de arboris folio dixerim et de nostro
numero capillorum quanto magis de ho-
minis ortu et occasu cuius temporalis
vel vita brevius productius ve non ten-
ditur quam deus dispositor temporum
novit universitatis moderamini conso-
nare. Id etiam quod aiunt omne quod
in tempore cepit esse immortale esse
non posse quia omnia orta occidunt et
aucta senescunt. Ut eo modo credi co-
gant animam humanam ideo esse immor-
talem quod ante omnia tempora
sit creata non movet fidem nostram. Ut
enim alia taceam cepit esse in tempore
immortalitas carnis Christi que tamen
iam non moritur et mors ei ultra non
dominabitur. Illud vero quod in libro
adversus Rufinum posuisti quosdam hanc
sententiam calumpniari quod deum dare animas
adulterinis conceptibus videatur indignum
unde conantur astruere meritis geste
ante carnem vite animas quasi
ad ergastula huiusmodi iuste posse perduci.
Non me movet multa cogitantem
quibus hec possit calumnia refutari
et quod ipse respondisti non esse vitium
seminis in tritico quod furto dicitur
esse sublatum sed in eo qui frumenta
furatus est. Nec idcirco terram non debu-
isset gremio suo semina confovere quia
sator immunda ea proiecit manu. E-
legantissima similitudo est quam et
antequam legerem nullas mihi ob-
iectio ista de adulterinis fetibus in
hac questione faciebat angustias
generaliter intuenti multa bona deum
facere etiam de nostris malis nostrisque pec-
catis. Animalis autem cuiusque creatio si
habet pium prudentemque consideratorem
ineffabilem laudem creatori excitat. Quanto
magis creatio non cuiuslibet anima-
lis sed hominis. Si autem causa creandi
queritur nulla citius et melius respon-
detur nisi quia omnis creatura dei bona
est et quid dignius quam ut bona faci-
at bonus deus que nemo potest facere
nisi deus. Hec et alia que possum si-
cut possum dico adversus eos qui hanc
opinionem qua creduntur anime sicut illa
una singulis fieri labefactare co-
nantur. Sed cum ad penas ventum est par-
vulorum magnis mihi crede coarctor
angustiis. Nec quid respondeam pror-
sus invenio. Non solum eas penas
dico quas habet post hanc vitam
illa damnatio quo necesse est trahantur
si de corpore exierint sine christiane gratie
sacramento. Sed eas ipsas que in hac
vita dolentibus nobis versantur
ante oculos quas enumerare si ve-
lim prius tempus quam exempla defi-
cient. Languescunt egritudinibus
torquentur doloribus fame et siti
cruciantur debilitantur membris privantur sen-
sibus vexantur ab immundis spiritibus.
Demonstrandum est utique quomodo ista
sine ulla sua mala causa patiantur.
Non enim dici fas est aut ista ignora-
te deo fieri aut eum non posse resistere
facientibus aut iniuste ista vel facere
vel permittere. Numquid sicut animali-
a irrationabilia recte dicimus in usum
dari naturis excellentioribus et sine
causa vitiosis sicut apertissime in evan-
gelio videmus porcos ad usum desi-
deratum concessos esse demonibus. Hoc
de homine recte possumus dicere. Ani-
mal est enim sed rationale. Et si mor-
tale anima est rationalis in illis membris

que tantis afflictionibus penas luit
deus bonus est. deus iustus est. deus
omnipotens est. hoc dubitare dementis est.
Tantorum ergo malorum que fiunt in
paruulis causa iusta dicatur. Nem-
pe cum maiores ista patiuntur soles
dicere. duas esse patiendi maiorum
in hac vita passionum causas. Aut si-
cut in iob meritum examinari. Aut sicut
in herode peccata puniri et de quibusdam
exemplis que deus manifesta esse
voluit. Talia que obscura sunt homi-
num coniectare conceditur sed hoc in
maioribus. de paruulis autem quid
respondeamus edissere si penis tan-
tis nulla in eis sunt punienda peccata
Nam vtique nulla est in hijs etatibus
examinanda iusticia. de ingeniorum
vero diuersitate quid dicam. Que
quidem in paruulis latet. sed ab ipsis
exordijs naturalibus ducta apparet in
grandibus. Quorum nonnulli tam
tardi et obliuiosi sunt ut ne prima
quidem discere elementa litterarum po-
tuerint. Quidam vero tante sunt
fatuitatis ut non multum a pecoribus
differant quos moriones vulgo vo-
cant. Respondetur fortasse corpora
hoc faciunt. Sed numquid secundum hanc
sententiam quam defendi volumus anima
sibi corpus elegit. et in eligendo cum fal-
leretur errauit. Aut cum in corpus co-
geretur intrare necessitate nascendi alia
corpora preoccupantibus animarum turbis
ipsa aliud non inuenit. Et sicut in spec-
taculo aliquo locum ita carnem non
quam voluit sed quam valuit occupauit
Numquid hec et alia dicere possumus
uel sentire debemus. Doce igitur
quid sentire quid dicere debeamus
ut constet nobis ratio vera nouarum (vel ratiocinatio)
animarum singulis corporibus singilla-
timque factarum. Ego quidem non de
ingenijs sed saltem de penis paruu-
lorum quas in hac vita patiuntur dixi a-
liquid in libris illis de libero arbitrio
Quod quale sit et cur mihi in ista
quam habemus in manibus questione
non sufficiat intimabo ut et eum ipsum
de tercio libro locum exceptum hijs litteris
inseram. Nam ita se habet. de cruci-
atibus autem corporis quibus affliguntur
paruuli quorum per etatem nulla peccata
sunt. si anime quibus animantur non
prius quam ipsi homines esse ceperunt. ma-
ior querela et quasi misericors de-
poni solet cum dicitur quid mali fecerunt
ut ista paterentur. quasi possit esse inno-
cencie meritum. antequam quisque nocere
aliquid possit. Cum autem boni aliquid

operatur deus in emendatione maiorum
cum paruulorum suorum quibus cari sunt
doloribus ac mortibus flagellantur
cur ista non fiant quando cum transierint
pro non factis erunt in quibus facta sunt
propter quos autem facta sunt aut meliores
erunt si temporalibus incommodis emen-
dati rectius elegerint viuere aut ex-
cusationem in futuri iudicij supplicio non
habebunt si vite huius angoribus (vel languoribus) ad
eternam vitam desiderium conuertere no-
luerint. Quis autem nouit quid paruulis
de quorum cruciatibus duricia maiorum
contunditur aut exercetur fides aut
misericordia probatur. Quis ergo nouit ipsis
paruulis in secreto iudiciorum suorum bo-
ne compensationis reseruet deus.
Quamquam nichil recte fecerunt tamen
nec peccantes aliquid ista perpessi sunt
Non enim frustra etiam infantes illos
qui cum dominus noster ihesus xpistus necandus
ab herode quereretur occisi sunt in ho-
nore martirum receptos commendat ec-
clesia. Hec tunc dixi cum hanc ipsam de
qua nunc agitur vellem communire sentenciam
Sicut enim paulo ante commemoraui
quecumque illarum de anime incarnatione
quatuor opinionum vera esset in culpatam
substanciam creatoris et a nostrorum peccatorum so-
cietate remotissimam intendebam ostendere
Et ideo quecumque illarum veritate posset
conuinci et repudiari ad curam inten-
cionis mee quam tunc habebam non pertinere
timebat. Quamquam de cunctis diligenciore
disputatione discussis quecumque illarum
recte vinceret certus me securissimo fieri
quando etiam secundum omnes id quod age-
bam inuictum persistere demonstrabam.
Nunc vero vnam volo si possum rationem
rectam eligere ex omnibus et propterea
huius ipsius de qua nunc agimus defensi-
onem in hijs que commemoraui de illo
libro verbis meis attencius intuens
validam firmamque non video. Nam ve-
lut firmamentum eius illud est quod dixi
quis autem nouit quod paruulis de quorum
cruciatibus duricia maiorum contun-
ditur aut exercetur fides aut miseri-
cordia probatur. Quis autem nouit
quid ipsis paruulis in secreto iudiciorum
suorum bone compensationis reseruet deus
Sed hoc non inmerito dici video de hys
qui uel pro xpisti nomine ac vera religi-
one tale aliquid etiam nescientes
patiuntur uel sacramento xpistiano iam imbuti sunt
quia sine societate vnius media-
toris liberari a dampnatione non possunt
ut possit eis etiam pro illis malis que
hic in diuersis afflictionibus pertulerunt
compensacio prestari. Nunc autem cum

boni et mali [?] paruuli in hoc seculo ex diuersis causis

de peccato patri[?] originali

debilitatur

I. a

b

ista questio non possit absolui nisi etiam de his paruulis respondeatur qui post grauissimos cruciatus sine sacramento christiane societatis expirant. que circa eos compensatio cogitanda est in quibus insuper et damnatio preparata est. Nam et de baptismo paruulorum in eodem libro non quidem sufficienter. sed quantum illi operi satis esse uidebatur ut tunc respondi. Quod etiam nescientibus et fidem suam nondum habentibus prodest. Non tamen de dampnatione eorum paruulorum qui sine illo ex hac uita emigrant tunc aliquid dicendum putaui quia non quod agitur nunc tunc agebatur. Sed ut omittamus et contempnamus ea que breui tempore patiuntur. nec transacta reuocantur. numquid similiter contempnere possumus quod per unum hominem mors et per unum hominem resurrectio mortuorum. Sicut enim in adam omnes moriuntur sic et in christo omnes uiuificabuntur. per hanc enim apostolicam diuinam claramque sententiam satis euidenter elucet neminem ire in mortem nisi per adam. neminem ire in uitam eternam nisi per christum. hoc est quippe omnes et omnes. Quia sicut omnes qui moriuntur non nisi in adam moriuntur ita omnes qui uiuificabuntur non nisi in christo uiuificabuntur. Ac per hoc quisquis non dixerit quemquam resurrectione mortuorum uiuificari non posse nisi in christo tamquam pestis communis fidei detestandus est. Item quisquis dixerit quod in christo uiuificabuntur etiam paruuli qui sine sacramenti eius participatione de uita exeunt hic profecto et contra apostolicam predicationem uenit. et totam condempnat ecclesiam ubi propterea cum baptizandis paruulis festinatur et curritur. quia sine dubio creditur. aliter eos in christo uiuificari omnino non posse. Qui autem non uiuificatur in christo restat ut in eadem damnatione maneat de qua dicit apostolus Per unius delictum omnes homines in condempnationem. cui delicto obnoxios paruulos nasci et omnis credit ecclesia et ipse iam contra iouinianum disputans et exponens ionam prophetam sicut paulo ante commemoraui fidem uerissima definisti. Credo et in aliis locis opusculorum tuorum. que uel non legi uel in presentia non recordor. Huius igitur dampnationis in paruulos causam requiro. quia neque animarum si noue fiunt singulis singule in deo esse ullum in illa etate peccatum nec a deo dampnari aliquam credo. quam uidet nullum habere peccatum. An forte dicendum est in paruulo carnem solam esse peccati nouam uero illi animam fieri. que secundum dei precepta uiuentem in adiutorio gratie christi et ipsi carnem iam domite ac subiecte possit incorruptionis meritum comparari. Sed quia in paruulo anima non dum id agere potest. nisi christi acceperit sacramentum. per hanc gratiam carni eius acquiritur quod illius moribus non dum potuit. Si autem sine illo sacramento anima paruuli exierit. ipsa quidem in eterna uita erit unde eam nullum peccatum potuit separare. caro uero eius non resurget in christo non percepto ante mortem illius sacramento. hanc opinionem numquam audiui numquam legi sed plane audiui et credidi propter quod et locutus sum. quia ueniet hora qua omnes qui in monumentis sunt audient uocem eius et procedent qui bona fecerunt in resurrectionem uite. Ipsa est de qua dicitur. et per unum hominem resurrectio mortuorum. Ipsa est qua in christo omnes uiuificabuntur. Qui autem male egerunt in resurrectionem iudicii. Quid hic ergo de illis infantibus intelligendum est. qui prius quam possent agere uel bene uel male sine baptismo corpore exuti sunt. nichil hic de talibus dictum est. Sed si caro eorum ideo non resurget quia nec boni aliquid fecerunt nec mali. nec illorum resurrectura est. qui percepta baptismi gratia in illa etate defuncti sunt in qua nichil boni uel mali agere potuerunt. Si autem illi inter eos resurgent. id est inter eos qui bene egerunt inter quos et illi resurrecturi sunt nisi inter eos qui male egerunt. Nec aliquas humanas animas credamus corpora sua non recepturas siue in resurrectionem uite siue in resurrectionem iudicii. Que sententia prius quam refellatur ipsa nouitate iam displicet. Deinde quis ferat. si credant se illi qui ad baptismum cum suis paruulis currunt propter carnes eorum. non propter animas currere. Beatus quidem cyprianus non aliquod decretum condens nouum sed ecclesie fidem firmissimam seruans ad corrigendum eos qui putabant ante octauum diem natiuitatis non esse paruulum baptizandum. non carnem sed animam dixit non esse perdendam et ut mox natum rite baptizari posse cum suis quibusdam coepiscopis censuit. Sed contra cyprianum aliquam opinionem ubi quod uidendum fuit forte non uidit. sentiat quisque quod libet tantum contra apostolicam manifestissimam fidem non sentiat qui ex unius delicto omnes homines in condempnationem duci predicat ex qua condempnatione non liberat nisi gratia dei per ihesum christum dominum nostrum. In quo uno omnes uiuificantur.

subiugate

De infantibus mortuis ante baptisma

quicumque vivificantur. Contra ecclesie fundatissimum
morem nemo senciat ubi ad baptismum
si propter sola corpora curreretur baptizan-
di offerrentur et mortui. Que cum ita
sint querenda causa est atque reddenda quare
dampnentur anime que nove creantur
singulis quibusque nascentibus si preter
sacramentum parvuli moriuntur. Dampnari
enim eas si sic de corpore exierint et
sancta scriptura et sancta testis est ecclesia
Unde illa de animarum novarum creatione
sententia si hanc fidem fundatissimam
non oppugnat sit et mea si oppug-
nat non sit et tua. Nolo michi di-
catur probat sententia debere accipi quod
scriptum est qui finxit spiritum hominis in
ipso et qui finxit singillatim corda eo-
rum aliquid fortissimum atque invictissi-
mum requirendum est quod nos non cogat
deum credere ullarum animarum sine cul-
pa aliqua dampnatorem. Nam tantun-
dem valet vel plus est forsan creare
quam fingere et tamen scriptum est cor
mundum crea in me deus. Nec ideo putari
potest anima hoc loco optare se fieri
priusquam aliquid esset. Sicut ergo iam ex-
istens creatur in novatione iusticie sic
iam existens fingitur conformatione
doctrine. Nec illud quod in ecclesiaste
scriptum est et tunc convertetur in terram pulvis
sicut fuit et spiritus revertetur ad dominum qui
dedit illum istam confirmat sententiam quam
esse volumus nostram. Plus enim hoc suffra-
gatur eis qui ex una putant omnes esse
animas. Nam sicut convertitur inquiunt pul-
vis in terram sicut fuit et tamen caro de
qua hoc dictum est ad hominem non re-
vertitur ex quo propagata est sed ad terram
unde primus homo factus est. sic et spiritus
ex illius unius spiritu propagatus non ta-
men ad eum revertitur sed ad dominum a quo
illi datus est. Verum quia hoc testimonium
ita pro istis sonat ut non omnimodo huic
opinioni quam defendi volo videatur
esse contrarium ammonendam tamen credidi
prudenciam tuam ut talibus testimoniis
ex hiis angustiis me coneris eruere.
Nam licet nemo faciat optando ut verum
sit quod verum non est tamen si fieri posset
optarem ut hec sententia vera esset sicut op-
to ut si vera est abs te liquidissime
atque invictissime defendatur. Hec autem
difficultas eciam illos sequitur qui iam ex-
istentes alibi animas et ab inicio di-
vinorum operum preparatas a deo mitti o-
pinantur in corpora. Nam et ab hiis hoc
idem queritur si anime inculpate obe-
dienter veniunt quo mittuntur cur in par-
vulis si non baptizati vitam istam fi-
nierint puniuntur. Eadem prorsus in utraque

sententia difficultas est. Illi sibi videntur de
hac facilius exire questione qui animas
asseverant pro meritis vite prioris singulas
singulis corporibus implicari. Hoc enim
putant in adam mori in carne saltem
quo propagata est ex adam supplicia
pendere. A quo reatu inquiunt gracia
christi liberat pusillos cum magnis. Hoc
quidem recte veraciter optime quod gracia
christi liberat a reatu peccatorum pusillos
cum magnis. Sed in alia superiore vita
peccare animas et inde precipitari in
carceres carneos non credo non adqui-
esco non consentio. Primo quia nescio per
quos circuitus id agunt isti ut post nes-
cio quanta volumina seculorum iterum
ad istam sarcinam corruptibilem carnis
et supplicia pendenda redeundum
sit. Qua opinione quid horribilius
cogitari possit ignoro. Deinde quis
tandem iustus defunctus est de quo
non si isti vera dicunt solliciti esse debe-
amus ne in sinu abrahe peccans
in flammam illius divitis deiciatur.
Cur enim non et post hoc corpus peccari
possit si et ante potuit. Postremo lon-
ge aliud est in adam peccasse unde
dicit apostolus in quo omnes peccaverunt
et aliud est extra adam nescio ubi pec-
casse et ideo in adam id est in carnem
que ex adam propagata est tamquam
in carcerem trudi. Illam vero opinionem quod
ex una fiant omnes anime nec discu-
tere volo nisi necesse sit. Atque utinam
ista de qua nunc agimus si vera est
sic abs te defendatur ut hoc necessario
iam non sit. Quamvis autem desiderem
rogem votis ardentibus exoptem et
expetam ut per te michi dominus huius rei
auferat ignoranciam tamen si quod
absit minime meruero pacienciam im-
petrem a domino deo meo in quem sic credi-
mus ut aliquid nobis non aperire dig-
netur eciam pulsantibus nullo modo
adversus eum murmurare debeamus.
Meminerimus ipsis apostolis dictum multa
habeo vobis dicere sed non potestis illa
portare modo. In hiis quantum ad me atti-
net etiam hoc deputem si necdum quid hoc sciens si hoc scia-
me indigner indignum ne hoc ipso etiam
convincar indignior. Multa enim alia
similiter nescio que commemorare vel
innumerare non possum et hoc tollera-
bilius ignorarem nisi metuerem ne
aliqua istarum opinionum contra illud quod
firmissima retinemus fide incautis
obreperet mentibus. Sed antequam sciam que-
nam earum potius eligenda sit hoc
me non temere sentire profiteor eam
que vera est non adversari robustissime

Confortatio pro dubitantibus et hiis qui ad dubiis non declarantur

ac fundatissime fidei qua xpi ecclia nec parvulos homines recentissime natos adampnacione credit nisi per gratiam nominis xpi quam in suis sacris commendavit posse liberari Epistola Augustini ad Ieronimum de eo quod scriptum est si totam legem observaverit offendat autem in uno factus est omnium reus et cetera

29.

Quod ad te scripsi honorande michi in xpo frater Jeronime querens de anima humana si nascentibus singulis nove singule nunc usque fiant ubi vinculum peccati contrahant. Quod per sacramentum gracie xpi eciam in infantibus recens natis non dubitamus esse solvendum cum in non parvum volumine procedet nolui ulla alia onerare questione sed quod urget acius multominus est negligendum / proinde quero et per deum obsecro / ut exponas michi quod multis existimo profuturum. Aut si iam vel abs te vel ab alio aliquo expositum habes dicas nobis quomodo accipiendum sit quod in epistola Iacobi est / Quicumque enim totam legem observaverit offendat autem in uno factus est omnium reus: Que res talis ac tanta est ut quod hinc tibi non iam olim scripsi me multum peniteat

Supra fundatissime epi

b / de agenda namque presenti vita quomodo ad vitam perveniamus eternam non preterita per scrutanda quam penitus demersit oblivio sicuti est illud quod de anima querendum putavi / hoc vertitur questio Eleganter autem dicitur esse narratum quod huic rei satis apte convenit. Cum quidam ruisset in puteum ubi aqua tanta erat ut eum magis exciperet ne moreretur quam suffocaret ne loqueretur. Accessit alius eo viso miseratus est ait. Quomodo huc cecidisti obsecro inquit cogita quomodo hinc me liberes non quomodo huc ceciderim quere. Ita quoniam fatemur et fide catholica tenemus de reatu peccati tamquam de puteo eciam parvuli infantis animam xpi gracia liberandam. satis est ei quod modum quo salva fiat novimus eciam si nunquam quo in malum illud devenerit inveniamus / sed ideo putavi esse querendum ne forte ex illis opinionibus incarnationis anime aliquam teneamus incauti que liberandam prorsus animam contradicat negans eam esse in isto malo Hoc igitur firmissime retento. quod anima parvuli de reatu peccati liberanda est nec alio modo liberanda nisi gracia

historia cecidit in puteo

dei per ihesum xpm dominum nostrum Si possumus eciam ipsius mali causam et originem nosse vaniloquis non disputatoribus sed litigatoribus paratius instructiusque resistimus. Si autem non possumus. non quia latet initium sciencie principium ideo pigrescere misericordie debet officium / adversus eos autem qui sibi videntur scire quod nesciunt. hoc tutiores sumus. quod hanc ignoranciam nostram non ignoramus. Aliud est enim quod nescire malum est. Aliud quod scire vel non potest. vel non opus est vel ad vitam quam querimus indifferens est / hoc vero quod de litteris apostoli Iacobi nunc requiro in hac ipsa qua vivimus et ut semper vivamus deo placere studemus actione versatur. Quomodo ergo intelligendum est obsecro te quicumque totam legem observaverit offendat autem in uno factus est omnium reus Ita ne qui furtum fecerit immo vero qui dixerit diviti sede hic. pauperi autem tu sta illic et homicidii et adulterii et sacrilegii reus est. Quod si non est quomodo qui in uno offendit factus est omnium reus. An illud quod dixit de divite et paupere ad ista pertinet. quod si quis in uno offenderit fiet omnium reus Sed recolendum est unde venit ista sententia et que illam superiora pepererunt quibus que connexa dependeat. Fratres mei nolite inquit in personarum acceptione habere fidem domini nostri ihesu xpi glorie Etenim si introierit in conventum vestrum vir anulum aureum habens in veste candida introierit autem et pauper in sordido habitu et intendatis in eum qui indutus est veste preclara et dicatis ei tu sede hic bene. pauperi autem dicatis tu sta illic. Aut sede sub scabello pedum meorum nonne iudicatis apud vosmetipsos et facti estis iudices cogitacionum iniquarum Audite fratres mei dilectissimi Nonne deus elegit pauperes in hoc mundo. divites in fide et heredes regni quod repromisit deus diligentibus se: Vos autem exhonorastis pauperem propter illum scilicet cui dictum est. tu sta illic. cum habenti anulum aureum dictum esset. tu sede hic bene. ac deinde sequitur eandem ipsam sententiam latius versans et explicans Nonne in quod divites per potenciam opprimunt vos: et trahunt ad iudicia: nonne ipsi blasphemant bonum nomen: quod invocatum est super vos: Siquidem legem perficitis regalem secundum scripturam diliges proximum tuum sicut te ipsum bene facitis Si autem personam accipitis peccatum operamini. redarguti a lege quasi transgressores vide quemadmodum transgressores legis

appellat qui dicit diviti sede hic et pauperi sta hic illic unde ne putarent contemptibile esse peccatum in hac una re legem transgredi secutus adiunxit Quicumque autem totam legem servaverit offendat autem in uno factus est omnium reus Qui enim dixit non mechaberis dixit et non occides quod et si non occides mechaberis autem factus es transgressor legis propter illud quod dixerat redarguti a lege quasi transgressores Que cum ita sint consequens videtur nisi alio modo intelligendum ostendatur ut qui dixerit diviti sede hic et pauperi sta illic huic non honorem quem ille deferens et ydolatra et blasphemus et adulter et homicida et ne quod longum est cuncta commemorem reus omnium criminum iudicandus est Offendat quippe in uno factus est omnium reus Sed enim qui unam virtutem habet omnes habet et qui unam non habet nullam habet Hoc si verum est confirmatur ista sententia Sed ego eam exponi volo non confirmari que per se ipsam apud nos omnium philosophorum auctoritatibus est firmior et illud quidem de virtutibus et viciis si veraciter dicitur non est consequens ut propter hoc omnia peccata sint paria Nam illud de inseparabilitate virtutum et si forsitan fallor tamen si verum memini quod vix memini omnibus philosophis placuit qui easdem virtutes agende vite necessarias esse dixerunt hoc autem de parilitate peccatorum soli Stoyci ausi sunt disputare contra omnem sensum generis humani Quam eorum vanitatem in Ioviniano illo qui in hac sententia Stoycus erat in aucupandis autem et defensandis voluptatibus Epycurus de scripturis sanctis dilucidissime convicisti in qua tua suavissima et preclarissima disputatione satis evidenter apparuit non placuisse auctoribus nostris vel ipsi potius que per eos locuta est veritati omnia paria esse peccata Quomodo autem fieri possit ut etiam si hoc de virtutibus verum est non tamen ideo cogantur fateri equalitatem omnium peccatorum quantum possum adiuvante domino aperire conabor Quod si effecero approbabis ubi cause defuero tu supplebis Certe hinc persuadent qui unam virtutem habuerit habere omnes et omnes deesse cui una defuerit Quod prudentia nec ignavia nec iniusta nec intemperans potest esse nam si aliquid horum fuerit prudentia non erit porro si prudentia tunc erit si et fortis et iusta et temperans sit profecto ubi fuerit secum habet ceteras Sic et fortitudo imprudens esse non potest vel intemperans vel iniusta sic temperantia necesse est ut prudens fortis et iusta sit sic iustitia non est si non sit prudens fortis temperans Ita ubi vera est aliqua earum et alie similiter sunt ubi autem alie desunt vera illa non est etiam si aliquo modo similis esse videatur Sunt enim ut scis quedam vitia virtutibus aperta discretione contraria ut imprudentia prudentie Sunt autem quedam tantum quia vitia sunt ideo contraria quedam tamen specie fallaci similia ut eidem prudentie non imprudentia sed astutia Nunc enim eam dico astuciam que in callidis et maliciosis intelligi et vocari solet non sicut loqui nostra scriptura consuevit que sepe astutiam in bono ponit unde est astuti ut serpentes et illud ut et innocentibus astutia Quamquam et apud illos Romane lingue disertissimus dixerit neque illi tamen ad cavendum dolus aut astutia deerant astuciam ponens in bono sed apud illos rarissimum apud nostros autem frequentissimum est Item in partibus temperancie apertissime contraria est effusio parsimonie Ea vero que tenacitas etiam vulgo dici solet vitium est quidem tamen parsimonie simile non natura sed fallacissima specie Item dissimilitudine manifesta contraria est iniusticia iusticie Solet autem quasi imitari iusticiam vindicandi libido sed vitium est Ignavia fortitudini perspicue contraria est duricia vero distat natura fallit similitudine Constancia pars quedam virtutis est ab hac inconstancia longe abhorret et indubie contra sistit pertinacia vero constancia dici affectat et non est quia illa est virtus hoc vitium Ut ergo non iterum eadem commemorare necesse sit exempli gratia ponamus aliquid unde possint cetera intelligi Catilina ut de illo scripserunt qui nosse potuerunt frigus sitim famem ferre poterat eratque paciens inedie algoris vigilie supra quam cuiquam credibile est ac per hoc et sibi et suis magna preditus fortitudine videbatur Sed hec fortitudo prudens non erat mala enim pro bonis eligebat Temperans non erat corruptelis enim turpissimis fedabatur iusta non erat nam contra patriam coniuraverat et ideo nec fortitudo erat sed duricia sibi ut stultos falleret nomen fortitudinis imponebat Nam si fortitudo esset non vitium sed virtus esset Si autem virtus esset a ceteris virtutibus tamquam

Marginalia: Qui unam virtutem habeat omnes habet ... [illegible] — Astucia quid sit — De Catilina

separabilibus comitibus nunquam velim quae-
retur. Quae cum ita sint, etiam de vi-
tiis utrum ipsa similiter omnia sint ubi unum
erit, aut nulla sint ubi unum non erit,
laboriosissimum est id ostendere; propterea

Uni virtuti duo vitia opponuntur

quia uni virtuti duo vitia opponi solent
et quod aperte contrarium est et quod specie
similitudinis adumbratur. Unde illa
Catilinae quia fortitudo non erat quae
secum virtutes alias non habebat facilius
videbatur. Quod vero ignavia fuit
ubi exercitatio quaelibet gravissimas mo-
lestias perpetiendi atque tolerandi, super
quam unquam credibile est fuit, egre per-
suaderi potest. Sed forte acutius intu-
entibus ignavia apparet ipsa duritia
quia laborem bonorum studiorum quibus
vera acquiritur fortitudo neglexerat.
Veruntamen quia sunt audaces qui timi-
di sunt et rursus timidi a quibus absit

vitium

audacia cum sit utrumque vitium. Cum qui
vera virtute fortis est nec temere
audet nec inconsulte timet, cogimur
fateri vitia plura esse virtutibus. Unde

Vitium vitio

aliquando vitium vitio tollitur ut amore
laudis amor pecuniae. Aliquando unum cedit
ut plura succedant, velut qui ebrio-
sus fuerit si modicum biberit et tena-
citate et ambitione didicit. Possunt
itaque vitia cedere etiam vitiis succeden-
tibus et ideo plura sunt. Virtus vero
quo una ingressa fuerit quoniam secum
ceteras ducit profecto vitia cedunt omnia
quaecumque inerant. Non enim omnia in-
erant, sed aliquando totidem, aliquando
plura paucioribus vel pauciora pau-
cioribus pluribus succedebant. Hec
utrum ita se habeant diligentius inqui-
rendum est. Non enim ut ista divina
sententia est qua dicitur qui unam virtutem
habuerit omnes habet eique nulla est
cui una defuerit. Sed hominibus
hoc visum est, multum quidem in-
geniosis studiosis sed tamen hominibus.
Ego vero nescio quemadmodum dicam
non dico virum a quo denominata est
virtus, sed etiam mulierem quae
servat thoro fidem si hoc faciat propter
preceptum et promissum dei et quae primi-
tus sit fidelis non habere pudicitiam. Aut
nullam aut parvam esse virtutem. Sic
et maritum qui hoc idem servat ux-
ori. Et tamen sunt plurimi tales quorum
sine aliquo peccato esse neminem dixerim
et utique illud qualecumque peccatum ex a-
liquo vitio venit. Unde pudicitia
coniugalis in viris feminisque religiosis
cum procul dubio virtus sit, non enim aut
nichil aut vitium est, non tamen secum habet
omnes virtutes. Nam si omnes ibi essent

nullum esset vitium, nullum omnino peccatum.
Quis autem sine aliquo peccato? Et quis
ergo sine aliquo vitio, id est fomi-
te quodam vel quasi radice peccati,
cum clamet qui super pectus domini re-
cumbebat: Si dixerimus quia peccatum
non habemus nos ipsos decipimus et
veritas in nobis non est. Nec hoc apud
te diutius agendum est, sed propter alios
qui hoc forte legerint dico. Nam tu
quidem in eodem ipso opere splendi-
do contra Iovinianum etiam hoc de scripturis
sanctis diligenter probasti, ubi etiam
ex hac ipsa epistola cuius verba sunt quorum
nunc intellectum requirimus posuisti quod
scriptum est: In multis enim offendimus
omnes. Non enim ait offenditis sed offen-
dimus omnes, cum Christi loqueretur apostolus,
et cum hoc loco dicat quicumque totam
legem observaverit offendat autem
in uno factus est omnium reus, ibi non in uno
sed in multis nec quosdam sed omnes
dixit offendere. Dixit autem hominum
ecce pietas est sapientia. Absit autem ut
quisquam fidelis existimet tot milia
servorum Christi qui veraciter dicunt se habere
peccatum nec seipsos decipiant et veri-
tas in eis non sit nullam habere vir-
tutem cum virtus magna sit sapientia.
Dixit autem hominum ecce pietas est sa-
pientia. Absit ut hoc dicamus tot ac tan-
tos fideles et pios homines non habere
pietatem quam Greci vel eusebian vel
expressius et plenius theosebian vo-
cant. Quid autem est pietas nisi dei
cultus? Et unde ille colitur nisi cari-
tate? Caritas igitur de corde puro
et conscientia bona et fide non ficta
magna et vera virtus est, quia ipsa
est et finis precepti. Merito dicta est
fortis sicut mors, sive quia nemo
eam vincit sicut mortem, sive quia
in hac vita sicut mortem sive quia
in hac vita usque ad mortem est mensura
caritatis sicut dominus ait: Maiorem hac
caritatem nemo habet quam ut a-
nimam suam ponat quis pro amicis suis,
sive potius quia sicut mors animam
avellit a sensibus carnis sic caritas
a concupiscentiis carnalibus. Huic subser-
vit scientia cum est utilis, nam sine
illa inflat. Quod vero illa edifican-
do impleverit nichil ibi ista inane
quod inflet invenit. Utilem porro
scientiam definiendo monstravit ubi
cum dixisset ecce pietas est sapientia
continuo subiunxit: Abstinere vero
a malis scientia est. Cur ergo non dicimus
qui hanc virtutem habet habere omnes
cum plenitudo legis sit caritas? An

quantomagis est in homine tantomagis est virtute preditus. Quanto autem minus tanto minus est virtute quia ipsa est virtus et quanto minus est virtus tanto maius est vicium ubi ergo illa plena et perfecta erit nichil ex vicio remanebit. / Proinde videntur michi stoyci falli qui proficientem hominem in sapientiam nolunt habere omnino sapientiam sed tunc habere cum fuit in ea omnino perfectus / Non quia illum profectum negent sed nisi ex profundo quodam emergendo repente emicet / in auras sapientie liberas nulla ex parte esse sapientem Sicut enim nichil interest ad hominem perfocandum utrum aqua stadijs multis super se habeat altam An unum palmum aut digitum sic illos qui tendunt ad sapientiam proficere quidam dicunt tamquam ab imo surgentes gurgitis in aerem sed nisi tota stulticia velut opprimentem aquam proficiendo velut emergendo evaserint non habere virtutem nec esse sapientes ubi autem evaserint mox habere totum nec quicquam stulticie remanere unde omnino ullum peccatum possit existere / Hec similitudo ubi stulticia uel ut aqua et sapientia sicut aer ponitur ut animas a perfocatione stulticie tamquam emergens sapientia repente respiret non michi videtur satis accomodata in nostre scripture auctoritati / Sed illa potius ut vicium uel stulticia tenebris: luci autem virtus uel sapientia comparetur. Quantum ista similia de corporalibus ad intelligibilia dici possunt Non itaque sicut de aquis in aerem surgens ubi earum summum transierit repente quantum sufficit inspiratur sed sicut de tenebris in lucem procedens paulatim progrediendo illuminatur. Quod donec plenissime fiat iam eum tamen dicimus tamquam de abditissima spelunca vicinia lucis afflatum tanto magis quantomagis propinquat egressui ut illud quod in eo licet / sit utique ex lumine quo progreditur illud autem quod adhuc obscurum est sit ex tenebris unde egreditur / Itaque et non iustificabitur in conspectu dei omnis viuens et tamen iustus ex fide viuit et induti sunt sancti iusticia alius maius alius minus et nemo hic viuit sine peccato et hoc alius maius. alius minus optimus autem est qui minimum / Sed quid ego tamquam oblitus tui loquor doctori similis factus sum cui proposuerim. quid abs te discere velim / Sed quia de peccatorum

paritate unde id quod agebam incidit questio examinanda ibi sententiam meam promere statueram iam eam tandem aliquando concludam. Quia et si verum est eum qui habet unam omnes habere virtutes et eum qui unam non habet nullam habere nec sic peccata sunt paria. quia ubi virtus nulla est nichil quidem rectum est Nec tamen ideo non est prauo prauius distortoque distortius. Si autem quod puto esse verius sacrisque litteris congruentius ita sunt anime intenciones ut corporis membra non quo videantur locis sed quo senciantur affectibus / et aliud illuminatur amplius aliud minus aliud omnino caret lumine et tenebroso inumbratur obstaculo / Profecto ita ut quisque illustratione pie caritatis affectus est in alio actu magis in alio minus in aliquo nichil sic dici potest habere aliam vel aliam magis aliam minus ue habere virtutem Nam et maior est in isto caritas quam in illo recte possumus dicere et aliquam in isto nullam in illo quantum pertinet ad caritatem que pietatis est et in ipso uno homine quod maiorem habeat pudiciciam quam pacienciam et maiorem hodie quam heri si proficit et adhuc non habet continenciam et habeat non paruam misericordiam et ut generaliter breuiterque complectar quam de virtute habeo notionem quod ad recte viuendum attinet virtus est caritas qua id quod diligendum est diligitur / Hec in alijs maior in alijs minor in alijs nulla est plenissima vero que iam non possit augeri quamdiu hic homo viuit in nemine Quamdiu autem augeri potest profecto illud quod minus est quam debet ex vicio est / Ex quo vicio non est iustus in terra qui faciat bonum et non peccet Ex quo vicio non iustificabitur in conspectu dei omnis viuens propter quod vicium si dixerimus quia peccatum non habemus nos ipsos decipimus et veritas in nobis non est. Propter quod etiam quantumlibet profecerimus necessarium est nobis dicere dimitte nobis debita nostra cum iam omnia in baptismo dicta facta cogitata dimissa sunt. Quis itaque recte videt ubi et quando et unde speranda sit illa perfectio cui non sit quod adici possit: Si autem precepta non essent non utique esset ubi se homo certius inspiceret et videret unde auerteretur quo conaretur quare gratularetur. quod precaretur / Magna est ergo utilitas preceptorum si libero

Concludit hic quis unam virtutem habeat omnes

alia non habere

Virtus quid sit

Exposicio illorum verborum si diximus quia peccatum non habemus

De libero arbitrio an utilia sint precepta

hic incipit q(uaestio) ... dub(ium) sup(er) quo fundat(ur) ep(isto)la

arbitrio tamen detur ut gratia dei amplius ho-
noretur. Que si ita se habent unde fit
omnium reus si in uno offendat qui
totam legem seruauerit. An forte quia
plenitudo legis caritas est qua deus et pro-
ximus scilicet diligitur in quibus preceptis cari-
tatis tota lex pendet et prophete merito
fit reus omnium qui contra illam facit
in qua pendent omnia. Nemo autem
peccat nisi aduersus illam faciendo
quia non adulterabis non homicidium fa-
cies non furaberis non concupisces et si
quod est aliud mandatum in hoc sermone
recapitulatur in eo quod diliges proximum
tuum tamquam te ipsum. Dilectio proximi
malum non operatur plenitudo autem le-
gis caritas. Nemo autem diligit proximum
nisi diligens deum ut hoc quantum potest
proximo impendat quem diligit tamquam
se ipsum ut et ille diligat deum quem
si ipse non diligit nec se nec proximum
diligit. Ac per hoc qui totam legem ser-
uauerit si in uno offendit fit omnium reus.
Quia contra eam caritatem facit unde
tota lex pendet. Reus itaque fit omni-
um faciendo contra eam in qua pen-
dent omnia. Cur ergo non dicantur
paria peccata. An forte quia magis
facit contra caritatem qui grauius
peccat minus qui leuius. Et hoc ipso
admittit quod fit quidem omnium reus sed
grauius peccans uel in pluribus peccans
magis reus. leuius autem uel in pau-
cioribus peccans minus reus. Tanto
maiore scilicet reatu quanto amplius
tanto minore quanto minus peccauit
Tamen etiam si in uno offenderit reus
omnium quia contra eam facit in qua pen-
dent omnia. Que si uera sunt, eo modo
et illud absoluitur quod ait homo etiam
apostolice gratie in multis offendimus omnes.
Omnes enim offendimus sed alius grauius
alius leuius quanto quisque magis mi-
nus ue peccauerit, tanto in peccato
committendo maior. Quanto in dili-
gendo deo et proximo minor et rursus
tanto minor in peccati perpetratione quan-
to maior in dei et proximi dilectione.
Tanto itaque plenior iniquitatis quanto
inanior caritatis. Et tunc perfecti su-
mus in caritate quando nichil restat
ex infirmitate. Nec sane quantulacum-
que putandum est leue esse peccatum
in personarum acceptione habere fidem domini
nostri ihesu christi si illam distantiam se-
dendi ac standi ad honores ecclesias-
ticos referamus. Quis enim ferat
diuitem eligi ad sedem honoris ec-
clesie contempto paupere instructi-
ore atque sanctiore. Si autem de cottidianis
consessibus loquitur quis non hic peccat
Si tamen peccat nisi cum apud se ipsum
intus ita iudicat ut ei tanto melior
quanto ditior ille uideatur. Hoc enim
uidetur significasse. Nonne iudicatis
apud uos met ipsos et facti estis iudi-
ces cogitationum iniquarum. Lex itaque
libertatis lex caritatis est de qua dicit
si tamen legem perficitis regalem secundum
scripturas diliges proximum tuum sicut te
ipsum bene facitis. si autem personam acci-
pitis peccatum operamini. sed arguti a le-
ge tamquam transgressores. Et post
illam sententiam ad intelligendum diffi-
cillimam de qua satis dixi quod dicit
dum putaui. eandem legem libertatis
commemorans sic loquimini inquit et
sic facite sicut per legem libertatis in-
cipientes iudicari. et quoniam quid paulo
ante dixerit nouit quoniam in multis
offendimus omnes suggerit dominicam
tamquam cottidianam cottidianis
et si leuioribus tamen uulneribus me-
dicinam. Iudicium enim inquit sine misericordia
illi qui non fecit misericordiam. Hoc enim et
dominus dimittite inquit sine misericordia illi qui
non fecit misericordiam. Hoc enim et dominus dimitti-
te inquit et dimittetur uobis. Date et
dabitur uobis. Superexaltat autem misericordia
iudicium. Non dictum est uincit misericordia iudi-
cium non enim est aduersa iudicio sed su-
perexaltat quia plures per misericordiam colli-
guntur sed qui misericordiam prestiterunt. Bea-
ti enim misericordes quoniam ipsis misere-
bitur deus et hoc utique iustum est ut di-
mittatur eis quia dimiserunt et detur
eis quia dederunt. Inest quippe deo
et misericordia iudicanti et iudicium miseranti
propter quod ei dicitur misericordiam et iudicium
cantabo tibi domine. Nam quisquis uel-
ut nimium iustus iudicium sine misericordia qua-
si securus expectat iram iustissimam
prouocat. Quam timens ille dicit ne
intres in iudicium cum seruo tuo. Unde dicitur
populo contumaci quid uultis mecum in
iudicio contendere. Cum enim rex iustus
sederit in throno quis gloriabitur castum
se habere cor. aut quis gloriabitur mundum
se esse a peccato. Que igitur spes est nisi
superexaltet misericordia iudicium sed erga il-
los qui misericordiam fecerunt ueraciter dicendo
dimitte nobis sicut et nos dimittimus
et sine murmuratione dando. Hylarem enim
datorem diligit deus. Denique sanctus
Iacobus iam ex isto loco de misericordie operibus
loquitur ut quos uehementer illa sententia
terruerat consoletur cum admonet
quomodo etiam peccata cotidiana sine
quibus hic non uiuitur cotidianis re-
mediis expientur. Ne homo quicumque

in uno offenderit fit omnium reus in multis
offendo quia in multis offendimus
omnes magnum aggerem reatus sui mi
nutatim collectum ad tribunal tanti iu
dicis perueniat. et eam quam non fe
cit unam non inueniat sed pocius di
mittendo atque dando mereatur sibi di
mitti debita reddique promissa. Mul
ta dixi quibus tibi fortassis tedium i
ferrem qui hec que tu approbas non ex
pectas discere qui ea docere consue
uisti. si quid autem est in eis quantum
ad rem ipsam pertinet / Nam quali elo
quio explicata sint non minus curo
Siquid ergo in eis quod erudicionem
offendat tuam queso ut rescribendo
ammoneas et me corrigere non graue
ueris Infelix est enim qui non tantos
etiam sanctos tuorum studiorum labo
res et digne honorat et de his domino
deo nostro cuius munere talis es gratias
agit unde cum libencius debeam a quo
libet discere quod inutiliter ignoro
quam promptius quoslibet docere quod
scio quanto iustius abs te hoc caritatis
debitum flagito cuius doctrina in nomine
et adiutorio domini tam in latina lingua
ecclesiastice litere adiute sunt quantum
nunquam antea potuerunt. Maxime tamen
istam sentenciam quicumque totam legem
seruauerit offendat autem in uno factus
est omnium reus si quo alio modo exponi
melius posse nouit dilectio tua. per
dominum obsecro ut id nobiscum communi
care digneris Jeronimus Augustinum
pro duobus destinatis libellis precipue
laudat et cetera

Venerabili pp

Augustino Iheronimus
Virum venerabilem fratrem
meum filium dignacionis
tue orosium presbiterum et sui
merito et te iubente suscepi sed incepit
tempus difficilimum. ~~quo michi melius~~
~~difficilimum~~ quo michi melius tacere
fuit quam loqui ita ut nostra studia cessa
rent et iuxta appium canina exercere
facundia Itaque duobus libellis tuis quos
meo nomini dedicasti eruditissimis et
omni eloquencie splendore fulgentibus
respondere non potui. Non quo quidquam
reprehendendum putem / sed quia
iuxta beatum apostolum unusquisque in suo
sensu habundet alius quidem sic a
lius autem sic Certe quidquid dici potuit
et sublimi ingenio de scripturarum hauriri
fontibus a te positum atque dissertum
est sed queso reuerenciam tuam parumper
patiaris me tuum laudare ingenium

Nos enim inter nos erudicionis causa disseramus
ceterum emuli et maxime heretici dum di
uersas inter nos sentencias viderint de ani
mi calumpniabuntur rancore descendere
Michi autem statutum est te amare suscipere
colere mirari tuaque dicta quasi mea
defendere. Certe et in dialogo quem
nuper edidi tue beatitudinis ut dignum fu
erat recordatus sum Magisque demus
operam ut perniciosissima heresis de ec
clesia auferatur que semper simulat pe
nitenciam ut docendi in ecclesiis ha
beat facultatem Nam si se aperta luce
prodiderit foras expulsa morietur
Sancte ac venerabiles filie tue paula
et eustochium et genere suo / et exorta
cione tua digne gradiuntur specialiterque
aut beatitudinem tuam / omnis quoque
fraternitas que nobiscum domino saluatori
seruire conatur Sanctum presbiterum firmum anno
preterito obremcausam rauenam et inde
in affricam siciliamque direximus quem
putamus iam in affrice partibus commo
rari Sanctos tuo adherentes lateri ut me
eo obsequio salutes precor literas quoque
meas ad sanctum presbiterum firmum direxi que
si ad te venerint ei dirigere non grauaberis
Incolumem te et mei memorem christus
deus custodiat domine vere sancte et beatissime
papa. Grandem latini sermonis in
ista prouincia notariorum patimur
penuriam et ideo preceptis tuis parere
non possumus maxime in edicione
lxx que asteriscis veribusque distinc
ta est pleraque enim prioris laboris ob
fraudem cuiusdam amisimus Item eius
dem Jeronimi ad predictum Augustinum
de hereticis qui eo tempore creuerant

Domino sancto

atque beatissimo pape Au
gustino. Jeronimus. Omni
quidem tempore beatitudinem
tuam eo quo decet honore veneratus
sum et habitantem in te dilexi dominum
saluatorem sed nunc si fieri potest
cumulo aliquid addimus et plena com
plemus ut absque tui nominis mencione
ne unam quidem horam preterire pa
ciamur qui contra flantes ventos ar
dore fidei perstitisti maluistique quantum
in te fuit solus liberari de sodomis
quam cum pereuntibus commorari. Scit
quid dicam prudencia tua macte vir
tute in orbe celebraris Catholici te
conditorem antique rursus fidei ve
nerantur atque suscipiunt / Et quod
signum maioris glorie est omnes here
tici detestantur et me pari persequuntur odio
ut quos gladio nequeunt voto interficiant

Incolumem et mei memorem te xpi dominus clementia tueatur domine venerande et beatissime papa. Jeronimus ad eundem Augustinum de hereticis ratha

Multi utroque claudicant pede et ne fractis quidem cervicibus inclinantur habentes affectum erroris pristinum cum predicandi eandem non habeant libertatem. Sancti fratres qui cum vestra sunt unitate precipue sancte ac venerabiles filie tue suppliciter salutant fratres tuos dominum meum alapium et dominum meum enodium ut nomine meo salutes precor coronam tuam. Capta iherusalem tenetur a nabuchodonosor nec iheremie vult audire consilia quin potius egiptum desiderat in thaphnis et ibi servitute pereat sempiterna. Jeronimus ad eundem Augustinum et alapium de heresi celestina retractatio

31 Dominis vere sanctis atque omni affectione ac iure venerandis alipio et Augustino episcopis Jeronimus in xpo salutem. Sanctus innocentius presbiter qui huius sermonis est portitor anno preterito quasi nequaquam affricam reversurus mea ad dignationem vestram scripta non suscepit. Tamen deo gratias agimus quod ita evenit ut nostrum silencium vestris epistolis vinceretis michi enim omnis occasio gratissima est per quam scribo vestre reverentie testem invocans deum quod si fieri posset assumptis alis columbe vestris amplexibus implicarer semper quidem pro merito virtutum vestrarum sed nunc maxime quia cooperatoribus et auctoribus vobis heresis celestina (vel scelestissima) iugulata est que ita infecit corda multorum ut cum superatos dampnatosque esse se senciant tamen venena mentium non omittat et quod solum possunt nos oderint per quos putant libertatem docende hereseos perdidisse. Quod autem queritis utrum rescripserim contra libros aniani pseudo diaconi celendensis qui copiosissime pascitur ut aliene blasphemie verba frivola (vel inceptis) subministret. Sciatis me ipsos libros in scedulis missos a sancto fratre nostro eusebio presbitero suscepisse. Non autem multi temporis et exinde vel ingruentibus morbis vel dormitione sancte et venerabilis filie vestre eustochie ita doluisse ut prope modum contempnendos putarem. In eodem enim luto hesitat et exceptis verbis tinnulis atque emendatis nichil aliud loquitur. Tamen multum egimus ut dum epistole mee respondere conatur apertius se proderet et blasphemias omnibus patefaceret. Quidquid enim in miserabili illa synodo diospolitana dixisse se denegat in hoc opere profitetur. Nec grande est ineptissimis neniis respondere. Si autem dominus vitam tribuerit et notariorum habuerimus copiam paucis lucubratiunculis respondebimus. Non ut convincamus heresim emortuam sed ut imperitiam atque blasphemiam eius sermonibus confutemus. Et melius hoc faceret sanctitas vestra ne compellamur contra hereticum nostra laudare. Sancti filii communes albinus appinianus et melania plurimum vos salutant. Has litterulas de sancta bethlehem sancto presbitero innocentio tradidi perferendas. Neptis vestra paula miserabiliter deprecatur ut memores eius sitis et multum vos salutat. Incolumes vos et memores mei xpi domini nostri tueatur clementia domini vere sancti atque omni affectione venerabiles patres. Expositio vel simbolum fidei sancti Jeronimi ad damasum papam missa

32 Credimus in deum patrem omnipotentem cunctorum visibilium et invisibilium conditorem. Credimus et in dominum nostrum ihesum xpm per quem creata sunt omnia verum deum unigenitum et verum dei filium. Non factum aut adoptivum sed genitum et unius cum patre substantie. Atque ita per omnia equalem deo patri ut nec tempore nec gradu nec potestate possit esse inferior. Tantumque esse confitentur illum qui est genitus quantus est ille qui genuit. Non autem quia dicimus genitum a patre filium divina et ineffabili generatione aliquid ei tempus adscribimus sed nec patrem cepisse nec filium. Non enim aliter confiteri possimus eternum patrem nisi confiteamur etiam ei coeternum filium. Ex filio enim pater dicitur et qui semper pater fuit semper habuit filium. Credimus et in spiritum sanctum deum verum ex patre procedentem equalem per omnia patri et filio voluntate potestate eternitate substantia. Nec est prorsus aliquis in trinitate gradus nichil quod inferius superiusve dici possit sed tota deitas sui perfectione equalis est ut exceptis vocabulis que

Marginalia: (vel) observare precepta · fallit enim errore pristino in pectore mundatum humile · lvii a · d · stultissimis carminibus et fabulis et prope est mortuus

b pprietatem psonar indicant. quidquid
de una psona dicitur de tribus dignissi
me possit intelligi. Atque ut confun
dentes arrium vna eandemque dicimus
trinitatis esse subam et vnu in tribus p
sonis fatemur deum. ita impietatem sabel
lii declinantes tres psonas expssas sub
pprietate distinguimus. Non ipm sibi prem
ipm sibi filiu ipm spm scm ee dicentes
sed aliam pris. aliam filii aliam spus sci
ee psonam. Non enim nomina tantummodo sed
etiam nominum pprietates. id est psonas
velut greci exprimunt ypostasis hoc est
subsistentias confitemur. Nec pr filii
aut spus sancti psonam aliquando excludit
nec rursus filius aut spus scus pris
nomen psonamque recipit sed pr semp
pater est. filius semp filius. spus scus
semp spus sanctus. Ita quod substanti
a vnum sunt psonis ac nominibus disti
guntur. Ipm autem dei filium qui absque i
nicio eternitatem cum patre et spu sco possi
det dicimus in fine seculorum pfectum ne
nc hominem suscepisse ex maria
semp virgine et verbum carnem ee factum
assumendo hominem non pmutando
deitatem. Nec ut quidam scelera
tissime opinatur spm scm dicimus
fuisse pro semine. sed potencia ac
virtute creatoris opatum [...]ni autem confite
mur in xpo vnam filii esse psonam
ut dicamus duas pfectas atque integras
ee psonas substancias id est deitatis et
humanitatis. que ex anima continetur
et corpore atque ut condempnamus
fotinum qui solum et nudum hominem
confitetur in xpo ita anathemati
zamus appollinarem et eius similes
qui dicunt dei filium minus aliquid de hu
mana suscepisse natura et uel in car
ne uel in anima uel in sensu assumpti
hominem. his ppter quos assumptus est
fuisse dissimilem quem absque sola pec
cati macula que naturalis non est nobis
confitemur fuisse conformem. Illorum quoque
similiter execramur blasphemiam qui
novo sensu asserere conantur a tempore
suscepte carnis omnia que erant deita
tis in hominem demigrasse et rursus
que erant humanitatis in deum ee trans
fusa ut quod nulla umquam heresis
dicere ausa est videatur hac confusione
vtraque exinanita substancia deitatis
scilicet et humanitatis et a ppo statu in aliud
ee mutata qui ita deum inpfectum in
filio quam hominem confitentur ut nec
deum vere nec hominem tenere credantur.
Nos autem ita dicamus susceptum a dei
filio passibile hominem ut deitas inpassi
bilis permaneret. passus est enim dei

filius non putative sed vere omnia que scrip
tura testatur id est esuriem sitim lassi
tudinem dolorem mortem et cetera
huiusmodi secundum illud passus est quod pati
poterat id est non secundum illam subam que
assumpsit sed secundum illam que assumpta
est. Ipse enim dei filius secundum deitatem
suam inpassibilis est ut pr incomprehe
nsibilis ut pater inconvertibilis ut pr. et
quamvis ppa psona filii id est dei verbi
susceperit passibilem hominem ita tamen
eius habitacione secundum suam subam dei
tas verbi nichil passa est ut tota tri
nitas quam inpassibilem necesse sit co
fiteri. Mortuus est ergo dei filius secundum
scripturas iuxta id quod mori poterat
et resurrexit tercia die ascendit in
celum. sedet ad dexteram dei patris ma
nente ea natura carnis in qua natus
et passus est in qua etiam resurrexit
Non enim exinanita est humanitatis
suba sed glorificata et in eternum cum dei
tate mansura. Accepta ergo a patre
omni potestate et que in celo sunt et in
terra. venturus est. ad iudicium vivorum ac
mortuorum ut et iustos remuneret
et puniat peccatores. Resurrectionem car
nis confitemur et credimus. ut dicamus
nos in eadem in qua nunc sumus veri
tate membrorum ee reparandos. Qua
lescumque semel post resurrectionem fueri
mus effecti in ppetuo pmansuros vna
ee vitam sanctorum sed premia pro labore
diversa. E contrario pro modo delictorum
peccatorum quoque ee supplicia. Baptisma
vnum tenemus quod hisdem sacramenti
verbis in infantibus. quibus etiam in ma
ioribus ee celebrandum hominem si post
baptismum lapsus fuerit per penitenciam
credimus posse salvari. Novum et vetus
testamentum recipimus in eo librorum nu
mero quem sancte catholice ecclesie tra
dit auctoritas. animas a deo dari cre
dimus. quas ab ipso factas dicimus
Anathematizantes eos qui animam
quasi partem dei divine dicunt ee substancie
Eorum quoque condempnamus errorem
qui eas ante peccasse uel in celis
conversatas fuisse dicunt quam in corpora
mittentur. Execramur etiam eorum blas
phemiam qui dicunt inpossibile a
liquid homini a deo preceptum et ~~deo~~
mandata dei non a singulis sed ab omni
bus in commune posse servari uel qui
primas nuptias cum manicheo aut se
cundas cum cathafrigis damnant. Ana
thematizamus etiam illos. qui dei filium
necessitate carnis mentitum ee dicunt. et
eum ppter assumptum hominem non omnia
facere potuisse que voluit. Iovinianum

lviii
a

quoque damnamus heresim qui dicit nullam in futuro meritorum esse distanciam nosque eas ibi habituros esse virtutes quas hic habere neglexerimus. Liberum sic confitemur arbitrium ut dicamus nos semper dei indigere auxilio. Et tam illos errare qui cum manicheo dicunt hominem peccatum vitare non posse quam illos qui cum ioviniano asserunt hominem non posse peccare. Utrique enim tollunt arbitrii libertatem. Nos vero dicimus hominem semper et peccare et non peccare posse ut semper nos liberi confiteamur esse arbitrii. Hec fides est papa beatissime quam in catholica ecclesia didicimus quamque semper tenuimus. In qua si minus perite aut parum caute forte aliquid positum est emendari cupimus a te qui petri et fidem et sedem tenes. Si autem hec nostra confessio apostolatus tui iudicio comprobatur quicumque me culpare voluerit se imperitum vel malivolum vel etiam non catholicum non me hereticum comprobabit.

protestatio apta pro quolibet hinc loqui in materia fidei

Epistola ad Eliodorum episcopum exortatoria de contemptu mundi et cetera 27

33

Quanto amore et studio contenderim ut pariter in heremo moraremur conscium mutue caritatis pectus agnoscit. Quibus lamentis quo dolore quo gemitu te abeuntem prosecutus sim iste quoque littere testes sunt quas lacrimis cernis interlitas. Verum tu quasi parvulus delicatus contemptum mundi rogantis per blandimenta fovisti et ego incautus quid tunc agerem nesciebam. Tacerem sed quod ardenter volebam moderate dissimulare non poteram. Impensius obsecrarem sed audire nolebas qui similiter non amabas. Quod unum potuit spreta caritas fecit. Quem presentem retinere non valuit querit absentem. Quoniam igitur et tu ipse abiens postulaveras ut tibi postquam ad deserta migrassem invitatoriam scriptam transmitterem et ego me facturum promiseram invito iam propera. Nolo pristinarum necessitatum recorderis. Nudos amat heremus. Nolo te antique peregrinationis terreat difficultas qui in christo credis et eius crede sermonibus. Querite primum regnum dei et hec omnia apponentur vobis. Non tibi pera sumenda non virga est. Affatim dives est qui in christo pauper est. Sed quid ago. Rursus improvidus obsecro. Abeant preces blandimenta discedant. Debet amor lesus irasci. Qui rogantem contempseras forsitan audias obiurgantem. Quid agis in paterna domo delicate miles. Ubi vallum ubi fossa ubi hyemps acta sub pellibus. Ecce de celo tuba canit. Ecce cum nubibus debellaturus orbem imperator armatus egreditur. Ecce bis acutus gladius ex regis ore procedens obvia queque metit et tu mihi de cubiculo ad aciem tu de umbra egrederis ad solem. Corpus assuetum tunica lorice onus non fert. Caput opertum linteo galeam recusat. Mollem ocio manum durus exasperat capulus. Audi edictum regis tui. Qui non est mecum adversum me est et qui mecum non colligit spargit. Recordare tyrocinii tui diem quo christo in baptismate consepultus in sacramenti verba iurasti pro nomine eius non te matri parciturum esse non patri. Ecce adversarius in pectore tuo christum conatur occidere. Ecce donativum quod militaturus acceperas hostilia castra suspirant. Licet parvulus ex collo pendeat nepos licet sparso crine et scissis vestibus ubera quibus te nutrierat mater ostendat licet in limine pater iaceat percalcato perge patre siccis oculis ad vexillum crucis evola. Solum pietatis genus est in hac re esse crudelem. Veniet postea dies ille quo victor revertaris in patriam quo per ierosolimam celestem vir fortis coronatus incedas. Tunc municipatum cum paulo capias. Tunc et parentibus tuis eiusdem civitatis ius petes. Tunc et pro me rogabis qui ut vinceres incitavi. Neque vero nescio qua te nunc dicas compede prepediri. Non est nobis ferreum pectus nec dura precordia. Non ex silice natos hircane nutriere tigrides. Et nos per ista transivimus. Nunc tibi blandis vidua soror heret lacertis. Nunc ille cum quibus adolevisti vernule aiunt. Cui nos servituros relinquis. Nunc et gerula quondam iam anus et nutricius secundus post naturalem pietatis patrem clamitat. Cui nos morituros relinquis. Expecta paulisper et sepeli morituros. Et laxis uberum pellibus mater arata rugis frontem antiquum referens malalae congeminat. Dicant et si volunt grammatici. Nunc omnis domus inclinata recubuit. Facile rumpit hec vincula amor christi et timor gehenne. At enim scriptura precipit parentibus obsequendum. Sed quicumque eos super christum amat perdit animam suam. Gladium tenet hostis ut me perimat et ego de matris lacrimis

b
c
d

cogitabo. propter meam militiam dese-
ram / cui sepulturam xpi causa no de-
beo. quam etiam omnibus eius causa de-
beo / dno passuro timide consulens pe-
trus scandalum fuit / paulus retinenti-
bus se fratribus ne iherosolimam pgeret
ait Quid facitis plorantes et contur-
bantes cor meum. Ego enim non solum
ligari sed etiam mori iherosolime
paratus sum pro nomine ihu xpi. Aries
iste pietatis quo fides quatitur euangelii
retondendus est muro euangelii. Mr mea
et fratres mei hii sunt qui faciunt volunta-
tem patris mei qui in celis est. Si credunt
in xpo faveant michi pro eius nomine
pugnaturo. Si non credunt mortui se-
peliunt mortuos suos. Sed hoc ais in
martirio. Erras frater erras si umquam
putas xpianum persecutionem non pati et tunc
maxime obpugnaris si te obpugnari
nescis. Adversarius noster tamquam
leo rugiens / et aliquem devorare
querens circuit. et tu pacem putas
Sedet in insidiis cum divitibus in occul-
tis. ut interficiat innocentem / oculi
eius in pauperem respiciunt insidiatur
in occultis sicut leo in cubili suo. In-
sidiatur ut rapiat pauperem et tu fron-
dose arboris tectus umbraculo / mol-
les somnos futuram preda carpis. Inde
me persequitur / luxuria inde avaricia
conatur irrumpere Inde venter meus vult
michi esse deus pro xpo compellit libi-
do ut habitantem in me spm stm
fugem ut templum eius violem / per-
sequitur inquam me hostis cui nomina
mille. mille nocendi artes et ego
infelix victorem me putabo dum
capior. Nolo frater te lime examinato
ponderare peccatorum minora ydolatriam
arbitreris crimina esse que diximus Im-
mo apli disce sententiam qui ait / hoc
enim scitote intelligentes quia omnis
fornicator aut inmundus aut avari-
cius aut fraudator aut maledicus
quod est ydolatria non habet hereditatem
in regno dei et xpi et quamquam generaliter
adversus deum sapiat quicquid diabo-
li est. et quod diaboli est ydolatria
sit. cui ydola omnia mancipantur tamen
et malio loco speciali nominatim que de-
terminat dicens / Mortificate membra
vestra. que sunt super terram. deponentes
fornicationem et inmunditiam et concu-
piscentiam malam et cupiditatem
et avariciam que sunt ydolorum servitus
propter que venit ira dei in filios diffide-
tie. Non est tantum in eo servitus ydolis
si quis duobus digitulis thura com-
prehensa in bustum are iaciat aut

haustum patera fundat merum. Ne-
get avariciam esse ydolatriam qui pot-
est xxx argenteis dum venditum appellare
iustitiam Neget sacrilegium in libidine
esse is qui membra xpi et hostiam vi-
vam placentem deo cum publicarum libi-
dinum victimis nefaria colluvione vio-
lat Non fateatur ydolatras eos esse
sed similes eorum qui in actibus apostolorum
ex patrimonio suo partem pretii reserva-
tes presenti perire vindicta legite mo-
nachi et intelligite omnis xpiani dam
advertite frater non licet tibi quicquam habere
de rebus tuis. Omnis inquit dns. qui
non renunciaverit omnibus que possidet
non potest meus esse discipulus. Cur ti-
mido animo xpianus es. Respice
cum petro relictum rete respice surgen-
tem de theloneo publicanum statim
apostolum / filius hominis non habet ubi ca-
put reclinet et tu amplas porticus
et ingentia tectorum spacia metiris
hereditatem expectas seculi coheres
xpi esse non potes Interpretare vocabulum
monachi hoc est nomen tuum. Quod
facis in turba qui solus es Et hec
ego non integris rate vel mercibus
nec quasi ignarus fluctuum doctus
nauta premoneo / sed quasi nuper
naufragio eiectus in litus timida
navigaturis voce denuncio In illo
estu caribdis luxurie salutem vorat
Ibi ore virgineo ad pudicitie perpetranda
naufragia Scilla renidens libi-
do blanditur / hic barbarum litus. hic
diabolus pirata cum sociis portat vin-
cula capiendis Nolite credere nolite
esse securi licet in more stagni fusum
equor arrideat. licet vix summa iacen-
tis elementi spiritu terga crispentur mag-
nus et hic campus montes habet in-
tus inclusos Intus est periculum. intus
est hostis Expedite (solvite funes navium) rudentes vela
suspendite / crux antemne figatur
in frontibus. Tranquillitas ista tem-
pestas est. Sed forsitan dicturus es
Quid ergo. quicumque in civitate sunt
xpiani non sunt / Non est tibi eadem
causa que ceteris. dnm ausculta dicentem
si vis perfectus esse vade et vende omnia
tua et da pauperibus et veni et seque-
re me. Tu autem perfectum te esse polli-
citus es / Nam cum derelicta domo mili-
cia te castrasti propter regna celorum quid
aliud quam perfectam secutus es vitam
perfectus autem xpi servus nichil
preter xpm habet aut si quid preter xpm
habet perfectus non est. et si perfectus
non est cum se perfectum fore deo polli-
citus sit. ante mentitus est. Os autem

aut quod metu occidit animam Igitur con
cludam si perfectus es cur bona patria
desideras Et si perfectus non es dominum fefel
listi diuinis euangelium uocibus intonat non
potestis duobus dominis seruire Et audet quis
quam xpm mendatem facere mamone
et domino seruiendo / vociferatur ille sepe
si quis vult post me venire abneget se
ipsum sibi et tollat crucem suam et sequatur
me et ego onustus auro arbitror me
xpm sequi: Qui dicit se in xpo credere
debet quomodo ille ambulauit et ipse
ambulare. Quid si nichil habes ut te
responsurum scio. cur tam bene paratus ad
bella non militas: Nisi forte in patria tu
a te arbitraris hoc facere cum in sua
dominus signa non fecit. Cur id cum auctori
tate summa defendis Enumeratione
Neque propheta in patria sua honorem habet
non quero inquies honore sufficit con
sciencia mea. Neque dominus querebat Qui
pe qui ne a turbis rex constitueretur au
fugit Sed ubi honor non est ibi contemptus
ubi autem contemptus ibi frequenter iniuria
ubi vero iniuria ibi et indignacio. ubi
est indignacio ibi quies nulla ubi quies
est non est ibi mens a proposito sepe deduc
atur. ubi autem per inquietudinem
aliquid aufertur ex studio minus fit
ab eo quod tollitur. Et ubi minus est
perfectum non potest dici. Ex hac supputatione
illa summa nascitur monachum in sua
patria perfectum esse non posse / perfectum autem
esse nolle delinquere est. Sed de hoc
gradu pulsus prouocabis ad clericos
An de his aliquid audeam dicere. qui certe
in suis urbibus commorantur / absit autem
ut quicquam de hiis sinistrum loquar. qui
apostolico gradui succedentes xpi corpus
sacro ore conficiunt per quos etiam nos
xani sumus. Qui claues regni celorum
habentes quodammodo ante iudicii diem iudi
cant qui sponsam domini sobria castitate
conseruant. Sed et alia que ante perstrinxi
monachi causa est alia clericorum. Cle
rici oues pascunt. ego pastor. illi de al
tario viuunt. michi quasi infructuose
arbori securis ponitur ad radicem si mu
nus ad altare nec defero. Nec possum
obtendere paupertate cum in euangelio
anum viduam duo que sibi sola supererant
era mittentem laudat dominus. Michi autem
presbiterum sedere non licet Illi si peccauero
licet me tradere sathane in interitum
carnis ut spiritus saluus sit in die domini ihu.
Et in veteri quidem lege quicumque sacer
dotibus non obtemperasset aut extra
castra positus lapidabatur a populo
aut gladio ceruice subiecta contemptum
expiabat cruore. Nunc vero inobediens
spirituali animaduersione truncatur. de
ecclesia rabido demonum ore decerpitur.
Quod si te quoque ad eundem ordinem
pii fratrum blandimenta sollicitant: gau
debo de ascensu timebo de lapsu. Qui
episcopatum desiderat / bonum opus desiderat Sci
mus ista sed iunge quod sequitur.
oportet autem huiusmodi irreprehensibi
lem esse unius uxoris virum. sobrium pudi
cum prudentem. ornatum hospitalem
docibilem non vinolentum non percussorem
sed modestum. et ceteris que de eo secuntur
explicatis non minorem in tercio gradu
adhibuit diligentiam dicens / diaconos
similiter fidi in consciencia pura. hii autem
probentur primum. et sic ministrent nul
lum crimen habentes / Ve illi homini qui
vestem non habet nuptialem: et ingreditur
ad cenam. nichil super est. nisi statim
audiat Amice quo hic intrasti Et illo
obmutescente dicatur ministris Tollite
eum et mittite ligatis pedibus et
manibus in tenebras exteriores illic
erit fletus et stridor dencium. Ve illi
qui acceptum talentum in sudario ligans
ceteris lucra facientibus id tantum quod
acceperat reseruabit Illico indignantis
domini responsione clamore ferietur.
nequam serue. quare non dedisti pecuniam
meam ad mensam et ego veniens cum
usuris exegissem illam i. deposuisses
ad altare quod ferre non poteras. dum enim
tu ignauus negociator denarium te
nes. alterius locum qui pecuniam du
plicare poterat duplicasti. Quam obrem
sicut hii qui bene ministrant bonum gra
dum sibi acquirunt / ita qui indigne
ad calicem domini accedunt. rei erunt domi
ni corporis et sanguinis. Non omnes episcopi
episcopi sunt. Attendis petrum sed iudam consi
dera Stephanum suspicis sed nicholaum
respice. quem dominus in apocalipsi sua
dampnat sententia. Quia non tantum turpi
a sed et nephanda commentus est ut
neophitarum heresis ex illa radice nas
catur. probet se unusquisque: et sic ac
cedat non facit ecclesiastica dignitas
xanum. Cornelius centurio adhuc eth
nicus dono spiritus sancti inundatur. presbiteros
puer daniel iudicat. Amos sicomo
rora distinguens repente propheta est
dauid pastor eligitur in regem. minimum
discipulum amat ihesus plurimum. Inferius
frater accumbe ut minore domino veniente sur
sum iubearis Super quem dominus requiescit
nisi super humilem et quietum: et trementem
verba sua Cui plus creditur plus ab eo ex
igitur / potentes potenter tormenta pa
ciuntur. Nec sibi quisquam tantummodo de cor
poris castitate subplaudat. cum de omni

verbo otioso quodcumque locuti fuerint homines: reddituri sunt pro eo rationem in die iudicii. Cum etiam homicidii sit reatus convicium in fratrem. Non est facile stare in loco Pauli, Petri tenere gradum iam cum Christo regnantium. Ne forte veniat angelus qui scindat velum templi tui, reatus et candelabrum tuum de loco moveat. Edificaturus turrem futuri operis sumptus suppute. Infatuatum sal ad nichilum prodest nisi ut proiciatur foras et a porcis conculcetur. Monachus si ceciderit rogabit pro eo sacerdos; pro sacerdotis lapsu quis rogaturus est? Sed quoniam scopulosis locis enavigavit oratio, et inter cavas spumeis fluctibus cautes fragilis in altum cymba processit, pandenda sunt vela ventis, et questionum scopulis transvadatis, letantium more nautarum epilogi celeuma cantandum est. O desertum floribus Christi vernans. O solitudo in qua illi nascuntur lapides de quibus in Apocalypsi civitas magni regis construitur. O heremus familiaris deo gaudens. Quid agis frater in seculo qui maior es mundo? Quamdiu te tectorum umbre premunt? Quamdiu fumosarum urbium carcer includit? Crede michi nescio quid plus lucis aspicio. Libet sarcina corporis abiecta ad purum etheris volare fulgorem. Paupertatem times, sed beatos pauperes Christus appellat. Labore terreris, nemo athleta sine sudoribus coronatur. De cibo cogitas, sed fides famem non timet. Super nudam metuis humum exesa ieiuniis membra collidere, sed dominus tecum iacet. Squalidi capitis horret inculta cesaries: sed caput tuum Christus est. Infinita heremi vastitas te terret, sed tu paradisum mente deambula. Quotienscumque illuc mente conscenderis: totiens in heremo non eris. Scabra sine balneis attrahitur cutis, sed qui in Christo semel lotus est non habet necesse iterum lavari. Et ut breviter ad cuncta audias apostolum respondentem: Non sunt condigne inquit passiones huius temporis ad futuram gloriam que revelabitur in nobis. Delicatus es frater, si et hic vis gaudere cum seculo et postea regnare cum Christo. Veniet veniet illa dies qua corruptivum hoc et mortale induat incorruptionem et immortalitatem. Beatus servus quem dominus invenerit vigilantem. Tunc ad vocem tube pavebit terra cum populis, tu gaudebis. Iudicaturo domino lugubre mundus immugiet et tribus ad tribum pectora ferient. Potentissimi quondam reges nudo latere palpitabunt. Exhibebitur prole sua vere tunc igneus Iupiter. Adducetur cum suis stultus Plato discipulis. Aristotili argumenta non proderunt. Tunc tu rusticanus et pauper exultabis, et gaudebis ac dices: Ecce crucifixus deus meus. Ecce iudex qui obvolutus pannis in presepio vagiit. Hic est ille operarii ac questuarie filius. Hic qui matris gestatus sinu hominem deus qui fugit in Egiptum. Hic vestitus coccino. Hic hic hic sentibus coronatus. Hic magus demonium habens et samarites. Cerne manus Iudee quas fixeras. Cerne latus Romane quod foderas. Videte corpus an idem sit quod dicebatis clam nocte sustulisse discipulos. Ut hec tibi frater dicerem, ut ad ea nunc copulet dilectio, ut et hiis te interesse contingat quibus nunc labor durus est aggredere. Epistola sancti Ieronimi ad Nepotianum de vita clericorum et monachorum et est talis ceterarum

Petis a me Nepotiane karissime litteris transmarinis et crebro petis ut tibi brevi volumine digeram precepta vivendi, et qua ratione is qui seculi milicia derelicta vel monachus ceperit esse vel clericus rectum Christi tramitem teneat, ne ad diversa viciorum diverticula rapiatur. Dum essem adulescens immo pene puer et primos impetus lasciviencis etatis heremi duricia refrenarem, scripsi ad avunculum tuum Heliodorum exhortatoriam epistolam plenam lacrimis querimoniisque, et que deserti sodalis monstraret affectum. Sed in illo opere pro etate tunc lusimus. Et calentibus adhuc rethorum studiis atque doctrinis quedam scolastico flore depinximus. Nunc iam cano capite et arata rugis fronte et instar boum pendentibus a mento palearibus frigidus obsistit circum precordia sanguis. Unde et in alio loco idem poeta canit: Omnia fert etas animum quoque. Et post modum: Nunc oblita michi tot carmina, vox quoque Meri iam fugit ipsa. Quod ne de gentili tantum litteratura proferre videamur, divinorum voluminum sacramenta cognosce. David annos natus lxx bellicosus quondam vir senectute frigescente non poterat calefieri. Queritur itaque puella de universis filiis Israel Abisac Sunamitis que cum rege dormiret et senile corpus calefaceret. Nonne tibi videtur si occidentem sequaris litteram vel figmentum esse

l[u]dibus dedit[us]

dominio uel attellanarum ludicra / frigi
dus senex obuoluitur vestimentis et non co
plexu adolescentule contepescit. viue
bat adhuc bethzabee. superat abigail
et relique vxores et concubine / quas
scriptura commemorat / omnes quasi frigide
repudiantur. et vnius tamen grandeuus
calescit amplexibus. Abraham mul
to dauid senior fuit et tamen viuente
sara aliam non quesiuit. Ysaac du
plures dauid annos habuit et cum re
becca iam vetula numquam refrixit.
Taceo de prioribus ante diluuium viris
qui post annos nongentos non dico se
nilibus sed pene iam curuosis artu
bus nequaquam puellares quesiuere
complexus. Certe moyses dux isra
helitici populi CXX. annos habebat
et sephoram non mutauit. Que est ista
igitur sunamitis vxor et virgo tam
feruens. ut frigidum calefaceret. Tam
sancta ut calentem ad libidinem non
prouocaret. Exponat sapientissimus
salamon patris sui delicias / et paci
ficus bellatoris viri narret amplex
us. posside sapientiam. posside intelli
gentiam ne obliuiscaris / neque decli
naueris a uerbis oris mei. Ne derelin
quas eam et apprehendet te. Ama
illam. et exaltabit te. principium sa
piencie posside sapienciam et in omni
possessione tua posside intelligentiam
Circunda illam et exaltabit te. ho
nora illam / et amplexabitur te ut
det capiti tuo coronam graciarum / coro
na quoque deliciarum proteget te. Om
pene virtutes corporis / ieiunia. Cha
mene huc illucque discursus. peregri
norum susceptio defensio pauperum.
instancia oracionum. et perseuerancia
visitacio languencium / labor manuum
vnde prebeantur helemosine. et ne
sermonem longius traham cuncta que
per corpus exercentur fracto corpore im
minora fiant necesse est. Nec hoc dico
quod in iuuenibus et adhuc solidio
ris etatis hiis dumtaxat / qui labore
et ardentissimo studio. vite quoque sanctimo
nia et oracionis assiduitate scienciam frequen
cia scientiam consecuti sunt frigeat
sapiencia que in plerisque senibus eta
te marcescit. sed quod adolescencia
multa corporis sustineat bella. et
inter incentiua viciorum et carnis ti
tillationes quasi ignis in lignis vi
dibus suffocetur. ut suum non possit ex
plicare fulgorem / Senectus vero
rursus ammoneo eorum qui adoles
cenciam suam honestis actibus
instruxerunt. et in lege domini meditati
sunt die ac nocte etate fit doctior vsu
instructior processu temporis sapi
encior. et veterum studiorum dulcissimos
fructus metit. Vnde sapiens ille gre
cie themostenes cum expletis centum et septem
annis se mori cerneret. dixisse fertur
se dolere quod tunc egrederetur e uita quando
sapere cepisset. plato octogesimo
primo anno scribens mortuus est. et
socrates XCVIIII annos in docendi
scribendi que dolore laboreque compleuit.
Taceo ceteros philosophos pitagoram de
mocritum. xenocratem. zenonem
et cleantem qui iam etate longeua
in sapiencie studiis floruerunt. Ad
poetas venio homerum hesiodum. simo
nidem / stersicorum qui grandes natu
cignorum nescio quid et solito dulcius
vicina morte cecinerunt. Sophocles
cum propter nimiam senectutem. et rei fami
liaris negligentiam a filiis accusaretur
amencie. edippi fabulam quam nuper
scripserat recitauit iudicibus et tantum
sapientie in etate fracta specimen
dedit ut seueritatem tribunalium in fa
uorem theatri conuerteret. Nec miru[m]
cum etiam cato censorius. et romani
generis disertissimus. iam et se
nex grecas litteras discere nec eru
buerit nec desperauerit. Certe home
rus refert quod de lingua nestoris
iam vetuli et pene decrepiti dul
cior melle oratio fluxerit. Sed et ipsius
nominis abisac sacramentum. sapie
ciam senum indicat ampliorem.
Interpretatur enim pater meus superflu[us]
uel patris mei rugitus. Verbum super
flui ambiguum est. sed in primo loco
virtutem sonat quod amplior sit in
senibus et redundans ac larga
sapiencia. In alio autem loco superflu[us]
quasi non necessarius ponitur. Abisac autem
id est rugitus proprie nuncupatur quod ut
maris fluctus resonat et ut dicam
de pelago veniens fremitus. Auditur
ex quo ostenditur habundantissimum et
vltra humanam vocem in senibus di
uini sermonis tonitruum commorari.
Porro sunamitis in lingua nostra coc
cinea dicitur ut significet sapiencie
calere. et diuina lectione feruere.
Quod licet domini sanguinis indicet
sacramentum tamen et feruorem ostendit
sapiencie. Vnde et obstetrix illa in
genesi coccinum ligat in manu pha
res. qui ab eo quod parietem diuiserat
duos populos ante separantem diui
sor id est phares sortitus est nomen.
Et raab meretrix in typo ecclesie
resticulam in sterium sanguinis continentem

Marginalia: vxore — b — i. vide de cathone et solo valerii in libro viii et studio et in duplici exemplo — Testimonium homeri de nestore vetulo — comate vigilie — mutatio in senibus et crescit sola sapientia / d — c — Sciam [?] quod dicat quam diat senes appetiuisse. — themistocles — nota etate philosophorum demostenis platonis et socratis — plato — exemplum ceterorum philosophorum — poetarum exemplum — De Sophocles qui fabula [...] — Theatrum [...] spectaculo [...] — interpretatur abysac — dicitur quod sit et unde dicitur

ut iericho pereunte eius domus salvare-
tur appendit in fenestra unde etiam
in alio loco de viris sanctis scriptura com-
memorat. Hii sunt qui venerunt de domo
rechab. Et dominus in evangelio: Igne-
vem inquit mittere super terram et quam
volo ut ardeat. Qui in discipulorum
cordibus succensus cogebat eos dicere:
Nonne cor nostrum erat ardens in nobis
dum loqueretur nobis in via et aperiret nobis
scripturas. Quorsum hec tam longo
repetita principio? Ne a me queras
pueriles declamationes sententiarum flosculos
verborum lenocinia et per fines capi-
tulorum singulorum acuta quedam
breviterque conclusa que plausus et
clamores excitent audientium. Am-
plectatur me modo sapientia et abisaac
nostra que numquam senescit in meo requi-
escat sinu. Impolluta est virginita-
tisque perpetue et que in similitudinem
marie cotidie generet semper et semper
intacta [?] est. Hinc reor dixisse
apostolum spiritu ferventes et in evangelio do-
minum predicasse quod in fine mundi
quando iuxta prophetam zachariam
stultus pastor esse cepit sapientia de-
crescente refrigescat caritas multo-
rum. Audi igitur ut beatus Cyprianus
ait non diserta sed fortia. Audi fratrem
collegio presbyterem senio qui te ab incuna-
bilis fidei usque ad perfectam duxit
etatem et per singulos gradus viven-
di precepta constituens in te ceteros eru-
diat. Scio quidem ab avunculo tuo
beato heliodoro qui nunc pontifex Christi
est te et didicisse que sancta sunt et co-
tidie discere normamque eius et ex-
emplum habere virtutis. Sed et nostra qualia-
cumque sunt suscipe et libellum hunc li-
bello illius copulato ut cum ille te mo-
nachum erudierit hic clericum doceat
esse perfectum. Igitur clericus qui Christi servit
ecclesie interpretetur primo vocabulum su-
um et nominis diffinitione prolata
nitatur esse quod dicitur. Si enim cleros grece
latine sors appellatur propterea vocantur
clerici quia de sorte sunt domini vel quia
ipse dominus sors id est pars clericorum est.
Et qui vel ipse pars domini est vel dominum
partem habet talem se exhibere
debet ut et ipse possideat dominum et
ipse possideatur a domino. Qui dominum pos-
sidet et cum propheta dicit pars mea dominus
nichil extra dominum habere potest. Quod
si quippiam aliud habuerit preter dominum
pars eius non erit dominus. Verbi gratia si aurum
si argentum si possessiones si variam
supellectilem cum istis partibus dominus
pars eius fieri non dignatur. Si autem

ego pars domini sum et funiculus heredi-
tatis eius nec accipio partem inter ce-
teras tribus sed quasi levita et sacer-
dos vivo de decimis et altari serviens
altaris oblatione sustentor habens victum
et vestitum his contentus ero et nudam
crucem nudus sequar. Obsecro itaque te
et repetens iterum et iterum monebo ne officium
clericatus genus antique militie re-
putes id est ne lucra seculi in Christi que-
ras militia ne plus habeas quam quando
clericus esse cepisti et dicatur tibi cleri
eorum non proderunt eis. Mensulam tuam
pauperes et peregrini et cum illis Christus
conviva noverit. Negotiatorem clericum
et ex inope divitem et ex ignobili
gloriosum quasi quandam pestem fu-
ge. Corrumpunt mores bonos confabu-
bulationes pessime. Tu aurum contempnis
alius diligit. Tu calcas opes
ille sectatur. Tibi cordi est silentium se-
cretum mansuetudo. Illi loquacitas
attrita frons fora placent et platee
et medicatorum taberne. In tanta morum dis-
cordia quomodo potest esse concordia?
Hospitiolum tuum aut raro aut numquam
mulierum pedes terant. Omnes puellas
et virgines Christi aut equaliter ignora aut
equaliter dilige. Ne sub eodem tecto
manseris. Ne in preterita castitate con-
fidas. Nec david sanctior nec salo-
mone potes esse sapientior. Memento
semper quod paradisi colonum de possessione
sua mulier eiecerit. Egrotanti tibi
sanctus quilibet frater assistat et ger-
mana vel mater aut probata queli-
bet apud omnes fidei. Quod si huiuscemodi
non fuerint consanguinitatis castimonie
que persone multas anus nutrit ecclesia
que et officium prebeant et beneficium
accipiant ministrando ut infirmitas
quoque tua fructum habeat elemosine.
Scio quosdam convaluisse corpore
et animo egrotare cepisse. Periculose
tibi ministrat cuius vultum frequenter at-
tendis. Si propter officium clericatus aut
vidua visitatur aut virgo numquam do-
mum solus introeas. Talesque habeto
socios quorum contubernio non infame-
ris. Si lector si acolitus si psalmista
te sequitur non ornentur veste sed mo-
ribus nec calamistro crispentur co-
mas sed pudicitiam habitu polli-
ceantur. Solus cum sola secreto et
absque arbitro vel teste non sedeas.
Si familiarius est aliquid loquendum
habet nutricem maiorem domus
virginem viduam maritatam. Non
est tam inhumana ut nullum preter te
habeat cui se audeat credere. Caveto

lxii

De nichil possidendo officium

Sedulos [?] adulatores

Negotia fugienda

Clericorum vitanda colloquia

Mulieres non intret hospicia clericorum

Audi sacerdos Christi

De fine mundi

Clericus quid sit et unde dictus

Calamistra [illegible] ... ut crispari possunt

omnes suspitiones et quicquid probabiliter fin-
gi potest, ne fingatur, ante devita.
Crebra munuscula et oraiola et
fasciolas et vestes ori applicatas et
oblatos ac degustatos cibos blan-
dasque et dulces litteras sanctus amor non habet.
Mel meum lumen meum meumque desiderium et ceteras ineptias
amatorum omnes delicias et lepores et risu dig-
nas urbanitates et ceteras ineptias
amatorum in comediis erubescimus
in seculi hominibus detestamur quanto
magis in monachis et in clericis quorum
et sacerdotium proposito et propositum or-
natur sacerdotio. Nec hoc dico quod
aut te aut in sanctis viris ista formidem
sed quod in omni proposito in omni gradu
et sexu et boni et mali repperiantur ma-
lorumque condempnatio laus bonorum sit.
Pudet dicere sacerdotes ydolorum mi-
mi aurige et scorta hereditates capiunt
solis clericis et monachis hac lege pro-
hibetur. Et prohibetur non a persecutori-
bus sed a principibus christianis. Nec de
lege conqueror sed doleo cur meruimus
hanc legem. Cauterium bonum est sed
quo michi vulnus ut indigeam cauterio.
Provida et severa est legis cautio et
tamen nec sic refrenatur avaricia.
Per fidei commissa legibus illudimus et quasi
maiora sint imperatorum scita quam Christi
leges timemus ewangelia contempni-
mus. Sit heres sed mater filiorum id est
gregis sui ecclesia que illos genuit
nutrivit et pavit. Quid nos inserimus
inter matrem et liberos. Gloria episcopi est pau-
perum opibus providere. Ignominia sacer-
dotis est propriis studere divitiis. Natus
in paupere domo et in tugurio rusticano
qui vix milio et cibario pane rugien-
tem ventrem saturare poteram nunc si-
milam et mella fastidio. Novi et genera
et nomina piscium in quo littore concha
lecta sint. Calleo saporibus avium
discerno provincias et ciborum me raritas
ac novissime dampna ipsa delectant.
Audio preterea in senes et anus absque
liberis quorundam turpe servitium. Ipsi
apponunt matulam et obsident lectum
et purulentiam stomachi et flegmata
pulmonis propria manu suscipiunt. Pa-
vent ad introitum medici trementibus-
que labiis an commodius habeant sciscitantur
et si paululum senex vegetior fuerit
periclitantur ac simulata leticia mens
intrinsecus avara torquetur. Timent enim
ne perdant ministerium et vivaces senes
Matusale annis comparant. O quanta
apud deum merces si in presenti precium non
sperarent. Quantis sudoribus here-
ditas cassa expetitur. Minore labore

margaritum Christi emi poterat. Divinas
scripturas sepius lege. Immo nunquam
de manibus tuis sacra lectio deponatur.
Disce quod doceas. Obtine eum qui secundum
doctrinam est fidelem sermonem ut
possis exhortari in doctrina sana et con-
tradicentes revincere. Permane in
hiis que didicisti et credita sunt tibi, sci-
ens a quo didiceris, paratus semper ad sa-
tisfactionem omni poscenti te rationem
de ea que in te est spe. Non confundant
opera sermonem tuum ne cum in ecclesia lo-
queris tacitus quilibet respondeat
cur ergo hec dicis que ipse non facis. De-
licatus magister est qui ventre pleno de
ieiuniis disputat. Accusare avariciam
et latro potest. Sacerdotis Christi os cum mente
concordat. Esto subiectus pontifici
tuo et quasi anime parentem susci-
pe. Amare filiorum timere servorum est.
Si pater sum inquit ubi est honor meus.
Si dominus ego sum ubi est timor meus.
Plura tibi in eodem viro observanda
sunt nomina. Monachus pontifex
avunculus. Sed et episcopi sacerdotes se sci-
ant esse non dominos. Honorent clericos
quasi clericos ut ipsis episcopis a clericis quasi
episcopis deferatur. Scitum illud est ora-
toris Domitii. Cur ego te inquit ha-
beam ut principem cum tu me non habeas
ut senatorem. Quod Aaron et filios
eius hoc esse episcopum et presbyteros noverimus.
Unus dominus unum templum unum sit etiam
ministerium. Recordemur semper quid
apostolus Petrus precipiat sacerdotibus.
Pascite eum qui in vobis est gregem domini
providentes non coacte sed spontanee
secundum deum neque turpis lucri gratia sed vo-
luntarie neque ut dominantes in cleros
sed forma facti gregis ex animo, ut cum
apparuerit princeps pastorum, percipi-
atis inmarcescibilem glorie coronam. Non
debere presbyterum presente episcopo tacere.
Pessime consuetudinis est in quibusdam
ecclesiis tacere presbyteros et presentibus episcopis non
loqui quasi aut invideant aut non de-
dignentur audire. Et si alii inquit
Paulus apostolus fuerit revelatum sedenti
prior taceat. Potestis enim per singulos
prophetare ut omnes discant et omnes con-
solentur et spiritus prophetarum prophetis sub-
iectus est. Non enim dissensionis
est deus sed pacis. Gloria patris est filius
sapiens. Gaudeat episcopus in iudicio
suo cum tales Christo elegerit sacerdotes.
Docente te in ecclesia non clamor populi
sed gemitus suscitetur. Lacrime audi-
torum laudes tue sint. Sermo presbyteri scriptu-
rarum lectione conditus sit. Nolo te
declamatorem esse et rabulam garrulumque

oratores rabulares dicit rethores qui multum declamant

Marginal notes: Cum lege secludentur clerici ab hereditate — Ferrum medicinale — De corpore vita — legite epi — Sigillat illos clericos qui hereditatis vadendi senibus ab seculo dant vas quoddam admirgerent — lxiiij — Ordinis primi — Quod consuetudinis sit lege — Quod vita sit concors doctrine — Sacerdotes os et mens concordare debent — De sacerdotibus — Non debere presbyterum presente episcopo tacere — Audi predicator

Ammirati fact in doctorum ... Altercacionis ...

et ministrorum peritum et facinerorum dei eruditissimum verba volvere et celeritatem dicendi apud imperitum vulgus, quod nescit et tum aliis suaserit sibi quoque usurpat scientiam. Preceptor quondam meus Gregorius Nazanzenus rogatus a me ut exponeret quid sibi vellet in Luca sabbatum deuteroproton id est secundo primum, eleganter lusit: Docebo te inquiens super hac re in ecclesia, in qua omni michi populo acclamante cogeris invitus scire quod nescis, aut certe si solus tacueris solus ab omnibus stultitie condempnaberis. Nichil tam facile quam vilem plebiculam et indoctam multitudinem contionem lingue volubilitate decipere, que quicquid non intelligit plus miratur. Marcus Tullius apud quem pulcherrimum illud est elogium: Demostenes tibi preripuit ne esses primus orator, tu illi ne solus, in oratione pro Quinto Gallo quid de favore vulgi et imperitis contionatoribus loquatur attende, ne hiis fraudibus ludes: Loquor enim que sum ipse nuper expertus. Unus quidem poeta nominatus homo qui litteratus cuius sunt illa communia poetarum ac philosophorum, tum facit Euripidem et Menandrum inter se et alio loco Socratem atque Epicurum disserentes, quorum etates non annis sed in seculis scimus esse disiunctas, atque quanto plausu et clamore movebant. Multos enim discipulos habentes in theatro qui simul litteras non didicerant. Vestes pullas eque ut candidas. Ornatus ut sordes pari modo fugienda, quia alterum delicias, alterum gloriam redolet. Non absque amictu lineo incedere, sed pretium vestium linearum non habere laudabile est; alioquin ridiculum et plenum dedecoris est referto marsuppio quod sudarium orariumque non habeas gloriari. Sunt qui pauperibus parum tribuunt ut amplius accipiant, et sub pretextu elemosine querunt divitias, que magis venacio appellanda est quam elemosina. Sic bestie, sic aves, sic capiuntur et pisces. Modicum in hamo esca ponitur ut matronarum in eo sacculi protrahantur. Sciat episcopus cui commissa est ecclesia quem dispensationi pauperum curaeque preficiat. Melius est non habere quod tribuas quam impudenter petere quod serves. Sed et genus arrogancie est clementiorem te velle videri quam pontifex Christi est. Non omnia possumus omnes. Alius in ecclesia oculus est, alius lingua, alius manus, alius pes, auris, venter et cetera. Lege Paulum ad Chorinthios,

ubi divisa membra unum corpus efficiunt. Nec rusticus et simplex frater ideo se sanctum putet si nil noverit, neque peritus et eloquens in lingua existimet sanctitatem. Multoque melius est e duobus imperfectis rusticitatem habere sanctam quam eloquentiam peccatricem. Multi edificant parietes et columnas ecclesie subtrahunt; marmora nitent, auro splendent laquearia, gemmis altare distinguitur, et ministrorum Christi nulla est electio. Neque vero michi aliquis opponat dives in Iudea templum, mensam, lucernas, turibula, patellas, sciphos, mortariola et cetera ex auro fabrefacta artificiose. Tunc hec probabantur a domino quando sacerdotes hostias immolabant et sanguis pecudum erat remissio peccatorum. Quamquam hec omnia precesserunt in figura, scripta sunt autem propter nos in quos fines seculorum devenerunt. Nunc vero cum paupertatem domus sue pauper dominus dedicavit, portemus crucem et delicias lutum putemus. Quid miramur quod Christus vocat iniquum mamonam? Quid suscipimus et amamus quod Petrus se non habere testatur? Alioquin si tantum litteram sequimur et in auro atque divitiis simplex nos delectat historia, cum auro observemus et cetera. Ducant pontifices Christi uxores virgines. Quamvis bone mentis sit qui cicatricem habuerit et deformis est, privetur sacerdocio. Lepra corporis anime viciis preferatur. Crescamus et multiplicemur et repleamus terram. Nec non immolemus agnum nec misticum pascha celebremus, quia hec absque templo fieri lege prohibentur. Figamus septimo mense tabernaculum et solempne ieiunium buccina concrepemus. Quod si hec omnia spiritalibus spiritalia comparantes scientesque cum Paulo quia lex spiritalis est, et David verba cantantes: Revela oculos meos et considerabo mirabilia de lege tua, sic intelligimus ut dominus quoque noster intellexit et interpretatus est sabbatum, aut aurum repudiemus cum ceteris supersticionibus iudeorum, aut si aurum placet placeant et iudei, quos cum auro aut probare nobis necesse est aut dampnare. Convivia tibi vitanda sunt secularium, maxime eorum qui honoribus tument. Turpe est ante fores sacerdotis domini crucifixi et pauperis et qui cibo quoque vescebatur alieno lictores consulum et milites excubare, iudicemque provincie melius apud te prandere quam in palacio. Quod si obtenderis facere te hoc ut roges pro miseris atque subiectis, iudex secularis plus defert clerico continenti quam diviti, et magis sanctitatem tuam veneratur quam opes. Aut si talis est qui non audiat clericos nisi inter fialas, libenter carebo

huiuscemodi beneficio et Christum rogabo pudice qui magis potest cunctis subvenire. Melius est enim confidere in domino quam confidere in homine. Melius est sperare in domino quam sperare in principibus. Numquam vinum redoleas ne audias illud philosophi: hoc non est osculum porrigere sed propinare. Vinolentos sacerdotes et apostolus dampnat et vetus lex prohibet. Qui altario serviunt vinum et siceram non bibant. Sicera hebreo sermone omnis potio nuncupatur que inebriari potest sive illa que fermento conficitur sive pomorum succo aut favi decoquitur in dulcem et barbaram potionem. Aut palmarum fructus exprimuntur in liquorem coctisque frugibus aqua pinguior colloratur. Quidquid inebriat et statum mentis evertit fuge similiter et vinum. Nec hoc dico quod dei a nobis creatura dampnetur. Siquidem et dominus vini potator est appellatus et Thymotheo dolenti stomachum modica vini sorbitio relaxata est. Sed modum etatis et valitudinis et corporum qualitate exigimus in potando. Quod si absque vino ardeo et adolescencie inflammor calore et conmiato sanguine succulento validoque sum corpore libenter carebo poculum in quo suspicio veneni est. Pulchre dicitur apud grecos sed nescio utrum apud nos eque resonet: pinguis venter non gignit sensum tenuem. Tantum tibi ieiuniorum impone quantum ferre potes. Sint tibi ieiunia pura casta simplicia moderata et non superstitiosa. Quid prodest oleo non vesci et molestias quasdam difficultatesque ciborum querere: caricas piper nuces palmarum fructus similam mel pistacia. Tot ortorum cultura vexatur ut cibario non vescamur pane. Audio preterea quosdam contra rerum hominumque naturam aquam non bibere nec vesci pane sed sorbiciunculas delicatas et contrita olera betarumque succum non calice sorbere sed concha. Pro pudor non erubescimus istiusmodi ineptiis nec tedet superstitionis. Insuper etiam in fame abstinentie delicias querimus. Fortissimum ieiunium est panis et aqua. Sed quia gloriam non habet et omnes pane et aqua vivimus quasi publicum et commune ieiunium non putatur. Cave ne hominum rumusculos aucuperis ne in offensam dei populorum laudem commutes. Si adhuc inquit apostolus hominibus placerem Christi servus non essem. Desiit placere hominibus et servus factus est Christi. Per bonam

et malam famam a dextris et a sinistris Christi miles graditur. Nec laude extollitur nec vituperatione frangitur. Non divitiis tumet non contrahitur paupertate et leta contempnit et tristia. Per diem sol non urit eum neque luna per noctem. Nolo te orare in angulis platearum ne rectum iter pretium tuum frangat aura popularis. Nolo te dilatare fimbrias et ostentui habere filacteria et conscientia repugnante pharisaica ambitione circumdari. Hinc dependet evangelium inde crux et prophete. Fidelis me cum lector intelligis quid taceam et quid magis tacendo loquar. Tot tegulo quot species gloriarum. Quanto melius erat hec non in corpore sed in corde gestare. Deum habere fautorem non aspectus hominum. Vis scire quales querat dominus ornatus: habeto iusticiam prudenciam temperanciam fortitudinem. His celi plagis includere. Hec te quadriga velut aurigam Christi ad metam concitam ferat. Nichil hoc monili preciosius. Nichil hac gemmarum varietate distinctius. Ex omni parte decoraris circumgeris atque protegeris. Et ornamento tibi sunt et munimini. Gemme vertuntur in scuta. Cave quoque ne aut linguam aut aures prurientes habeas id est ne aut ipse aliis detrahas aut alios audias detrahentes. Sedens inquit adversus fratrem tuum loquebaris detrahendo et adversus filium matris tue ponebas scandalum. Hec fecisti et tacui. Existimasti iniquitatem quod ero tibi similis. Arguam te et statuam contra faciem tuam. Subaudiatur sermones tuos. Parce a detractione lingue et custodi sermones tuos et scito quia cuncta que de aliis eloquutus es tua sententia iudicaberis in hiis ipse deprehensus que in aliis arguebas. Neque vero illa iusta est excusatio referentibus aliis iniuriam facere non possum. Nemo invito auditori libenter refert. Sagitta in lapide numquam figitur. Interdum resiliens percutit dirigentem. Discat detractor dum te videt non libenter audire non facile detrahere. Cum detractoribus ait Salomon ne conmiscearis quoniam repente veniet perdicio eorum et ruinam utriusque quis novit. Tam videlicet eius qui detrahit quam illius qui aurem accomodat detrahenti. Officii ergo tui est visitare languentes non nosse domos matronarum ac liberos earum et nobilium virorum custodire secreta. Officii ergo tui sit non solum oculos castos servare sed et linguam

lxv

Numquam de mulierum formis disputes nec alia domus quid agatur in alia per te noverit. Ypocrates adiurat discipulos suos antequam doceat et in verba sua iurare compellit, extorquet sacramento silentium, sermonem, incessum, habitum moresque describit. Quanto magis nos quibus animarum medicina commissa est omnium Christianorum domos quasi proprias amare debemus. Consolatores nos in meroribus suis potius quam convivas in prosperis noverint. Facile contempnitur clericus qui sepe vocatus ad prandium et non recusat. Numquam petentes raro accipiamus rogati. Beatius est magis dare quam accipere. Nescio enim quomodo etiam ipse qui deprecatur ut tribuat, cum acceperis viliorem te iudicat, et mirum in modum si eum rogantem contempseris plus te postea veneratur. Predicator continentie nuptias non conciliet. Et qui apostolum legit: superest ut qui habent uxores tamquam non habentes sint, cur virginem cogit ut nubat? Qui de monogamia sacerdos est quare viduam hortatur ut bigama sit? Procuratores atque dispensatores domorum alienarum atque villarum quomodo esse possunt clerici qui proprias iubentur contempnere facultates? Amico rapere quippiam furtum est, ecclesiam fraudare sacrilegium est. Accepisse pauperibus erogandum et esurientibus plurimis vel cautum esse vel timidum, aut quod apertissimi sceleris est, inde aliquid subtrahere omnium predonum crudelitatem superat. Ego fame torqueor et tu iudicas quid ventri meo satis sit? Aut divide statim quod acceperis, aut si timidus dispensator es dimitte largitorem ut sua ipse distribuat. Nolo sub occasione mea sacculus tuus plenus sit. Nemo mea melius me servare potest. Optimus dispensator est qui nichil sibi servat. Coegisti me Nepotiane post lapidatum de virginitate libello quem sancte Eustochie rome scripseram post annos x rursum bethlehem ora reserare et confodiendum me linguis omnium prodere. Aut enim nichil scribendum fuit ne hominum iudicium subiremus, quod tu facere noluisti, aut scribentes nosse adversum nos cunctorum maledicorum tela esse torquenda. Quos obsecro ut quiescant et desinant maledicere. Non enim ut adversariis sed ut amicis scripsimus. Nec invecti sumus in eos qui peccant sed ne peccent monuimus. Neque in illos tantum

sed et in nosipsos severi iudices fuimus, volentesque festucam de oculo alterius tollere nostram prius trabem eiciamus. Nullum lesi, nullius nomine vel saltim descriptione signatus. Neminem specialiter meus sermo pulsavit. Generalis de vitiis disputatio est. Sed qui michi irasci de vitiis voluerit, prius ipse de se quod talis sit confitebitur.

Epistola sancti Ieronimi presbiteri ad paulinum presbiterum de institutione clericorum vel monachorum et divine historie expositionibus diversis et cetera

37 Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert ea que bona sunt. Et ex fructibus arbor cognoscitur. Metiris nos virtutibus tuis et parvos magnus extollis, ultimamque partem convivii occupas ut patris familias iudicio promovearis. Quid enim in nobis aut quantulum est ut docte vocis mereamur preconium, ut illo ore quo religiosissimus princeps defenditur nos humiles modicique laudemur? Noli igitur frater karissime annorum numero estimare nec sapientiam canos reputes sed canos ad sapientiam salomone testante: Cani hominis prudentia eius. Nam et moyses lxx presbiteros iubetur eligere, quos ipse sciret esse presbiteros, utique non etate sed prudentia iudicandos. Et daniel adhuc puer longevos iudicat atque impudicos senes etas lasciva condempnat. Noli inquam fidem pensare temporibus, nec me idcirco meliorem putes quod prior in christi exercitu ceperim militare. Paulus apostolus in vas electionis de persecutore mutatus novissimus in ordine primus in meritis est, quia extremus licet plus omnibus laboravit. Iudas qui quondam audierat: tu autem homo unanimis dux meus et notus meus, in domo dei ambulavimus cum consensu, proditor amici magistrique salvatoris arguitur voce et nodum in forcipis leti trabe nectit ab alta. E contrario latro crucem mutat paradiso et facit homicidii penam martirium. Quanti hodie diu vivendo portant funera sua et quasi sepulchra dealbata plena sunt ossibus mortuorum. Subitus calor longum vincit teporem. Denique et tu audita sententia salvatoris: si vis perfectus esse vade vende omnia que habes et da pauperibus et veni sequere me, verba vertis in opera, et nudam crucem nudus sequens expeditior et levior ascendis scalam iacob. Tunicam mutas

Marginalia: Nec quid in una domo agatur alia domus per te noverit — doctrina ypocratis — Cautela prophetorum vitia — Predicator non debet se intromittere de matrimoniis contrahendis — Septuaginta seniores presbiteri electi ... — fidem temporibus non esse pensandum — deducit se quod non a senio vel potestate sit ...

cu animo. Nec pleno marsupio gl'osas
sordes appetis sed puris manibus et
candido pectore paupem te et spu
et opibus gloriaris. Nichil est enim gn
de. tristi et lurida facie uel simulare
uel ostentare ieiunia. possessionu
redditibus habundare et uile iacta
re palliolum. Crates ille thebanus
homo quondam ditissimus cu philozo
phandu athenas pgeret magnu
auri pondus abiecit. Nec putauit
se posse. et virtutes simul et diuicias
Nos suffarcinati (repleti) auro. xpm paupez
sequimur. et sub ptextu Elemosine pri
tinis opibus incubantes Quomo
possumus aliena fideliter distribuere q
nra timide reseruamus. plenus ve
ter. facile de ieiuniis disputat. No
iherosolime fuisse sed iherosolimis
bene vixisse laudandu est. Illa illa ex
petenda e ciuitas no que occidit p
phetas et xpi sanguinem fudit. sed
qua impetus fluit letificat fluminis
que in monte sita celari no potest.
qua in rem. sanctorum aplus clami
tat. in qua se municipatum cu iustis
habere letatur. Neqz vero hoc dicens
memetipm inco statie redarguo dap
noqz quod facio ut frustra videar
ad exemplum abraham et meos
et patriam reliquisse. Sed no audeo
dei omnipotentiam angusto fine co
ludere et artare paruo terre loco
que no capit celum. Singuli quiqz
credenciu no locorum diuersitatibus sed
fidei merito pondant. Et veri adora
tores neqz ierosolimis neqz in mo
te garizim adorant prem: quia deus
spus est et adoratores eius in spiritu
et veritate adorare eu oportet. Sps
aut spirat vbi uult. dni est terra et
plenitudo eius. postqua siccato in
dee uellere vniuersus orbis celesti ro
re pfusus est et multi de oriente et
occidente venientes recubuerunt in
sinu abrahe. desiuit notus ee tatu
in iudea deus et in israhel magnu
nomen eius. Sed et in omnem terram
exiuit aplorum sonus et in fines orbis
terre vba eorum. Saluator ad disci
pulos suos loquens cu esset in teplo
surgite inquit abeamus hinc. Et
ad iudeos relinquetur vobis domus
vra deserta. Si celu et terra transibunt.
utiqz transibunt omnia que terrena sunt
Et crucis igitur et resurrectionis loca
hiis prosunt qui portant crucem su
am et cu xpo resurgunt cottidie qui
dignos se tanto exhibent habita
culo. Ceterum qui dicunt templu dni

templu dni. audiant ab aplo vos estis
templu dei. et spus dei habitat in uo
bis. Et de iherosolimis et de britannia
equaliter patet aula celestis. Regnu
enim dei intra nos est. Antonius et tocius
ta egipti et mesopotamie ponti et
cappadocie et armenie et examina
monachorum no videre ierosolima.
et patet illis absqz hac vrbe paradi
si ianua. Beatus hylarion cu pales
tinus esset et in palestina viueret vno
tm die vidit iherosolima ut no co
tempneret sca loca pp viciniam.
nec rursus dnm loco cludere videretur
ab adriani temporibus usqz ad
Impium constantini p annos circiter C
lxxx in loco resurrectionis simulachrum
iouis in crucis rupe statua ex mar
more veneris a gentilibus posita
colebatur estimantibus persecucionis
auctoribus q tollerent nobis fide
resurrectionis et crucis si loca sancta
p ydola polluissent. Bethlehem nunc
nram: et augustissimum orbis locu de quo
psalmista canit Veritas de terra orta
est. lucus inumbrabit thamuz id
est adonidis et in specu vbi quonda
xpus paruulus vagiit veneris amasi
us plangebatur. Cur inquies hec tam
longo repetita principio. videlicet
ne quidquam fidei tue de esse putes q
iherosolima no vidisti. Nec nos id
circo meliores estimes quod huius lo
ci habitaculo fruimur. sed hic siue (habites)
alibi equalem te pro opibus tuis
apud dnm hre mercedem. Reuera
ut simpliciter motus mentis mee fa
tear considerans et ppositu tuu et ar
dorem quo seculo renunciasti dras
in locis arbitror. si in urbibus et frequen
cia vrbium derelicta in agello habites
et xpm queras in solitudine et ores
solus in monte cu ihu scorumqz tantu
locorum in ciuitatibus perfruaris. Idest
ut et (urbe) turba careas. et ppositu mo
nachi no amittas. Quod loquor no
de epis no de pbris. no de clericis loqr
quorum aliud officiu est. sed de monacho
et de monacho quonda nobili apud
seculum. Qui idcirco preciu possessionu su
arum ad pedes aplorum posuit docens
pecuniam ee calcandam. ut humiliter
et secreto uiuitans semp contemp
nat quod semel contempsit. Si cru
cis et resurrectionis loca no eent in urbe
celeberrima. in qua curia in qua aula (l. aula)
in qua luctu in qua scorta mimi scurre et
omnia sunt que solent ee in ceteris
vrbibus: uel si monachorum solummo tur
bis frequentaretur expetendu reua

Secta et diuicie no stant
pariter
Mirabile exemplum

Ierl'm
ptate municipiu. sane mu
nia pia loca sunt uel arce munita
uel ex ciuitate p quibus mu
nera siue census soluunt vnde
q soluunt uel q accipiunt vo
mine census i municipes po
testas vel et officiu illorum q
psunt municipatus dicitur

Iesus potest latere qui no sit uia i
quo loco fiat bona opa ponens
pla exa in quibus xpus fuit ex lo
ca sancta

lxvi
a

b

c

cpm de Antho
nio et aliis in
mirabilibus

Imperatore † stetit
simulachrum iouis
clxxx annis

hominum in medio arctis monachis esset habitaculum. Sin vero summe est stulticie renunciare seculo dimittere patriam urbes deserere et monachum profiteri et inter maiores populos peregrinari vivere melius quam eras victurus in patria de toto huic orbe conveniuntur. Plena est civitas vinculis genus hominum et tanta ut fuisset prius conspiratio ut quod alibi ex parte fugiebas hic totum sustinere cogaris. Quia igitur frater me interrogas per quam viam incedere debeas revelata tecum facie loquar. Si officium vis exhibere presbiteri si episcopatus te vel opus vel honor forte delectat: vive in urbibus et castellis et aliorum fac salutem anime tue lucrum. Sin autem cupis esse quod diceris monachus id est solus quid facis in urbibus que utique non sunt solorum habitacula sed multorum. Habet unumquodque propositum principes suos. Romani duces imitentur camillos fabricios regulos scipiones. philosophi proponant sibi pitagoram socratem platonem aristotilem. poete imitentur homerum. virgilium menandrum terrentium. et ystorici tuchididem salustium herodotum livium. Oratores lisiam graccum. demostenen tullium. Et ut ad nostra veniamus. episcopi et presbiteri habeant ad exemplum apostolos et apostolicos viros quorum honorem possidentes habere nitantur et meritum. Nos autem habeamus propositi nostri principes paulos anthonios iulianos hylariones macharios et ut ad auctoritatem scripturarum redeam, noster princeps helyas. noster helizeus. nostri duces filii prophetarum qui habitabant in agris et solitudine et faciebant sibi tabernacula prope fluenta iordanis. De his sunt et hii filii rechab qui vinum et siceram non bibebant qui morabantur in tentoriis qui dei per ieremiam voce laudantur et promittitur eis quod non deficiat de stirpe eorum vir stans coram domino. Hoc reor et septuagesimum psalmi titulum significare filiorum ionadab. et eorum qui primi in captivitate ducti sunt. Iste est ionadab filius rechab qui in regnorum libro scribitur currum ascendisse cum ieu et huius filii sunt qui in tabernaculis semper habitantes ad extremum per irruptionem chaldei exercitus ierosolimam intrare compulsi hanc primam captivitatem sustinuisse dicuntur quod post solitudinis libertatem in urbe quasi in carcere sint reclusi. Obsecro itaque te ut quoniam sancte sororis tue ligatus es vinculo et non penitus expedito pergis gradu. sive hic. sive ibi in multitudine

Quid sit monachus — Principes unicuique propositi romanorum — d — Philosophi poetarum — Oratorum — Episcoporum sacerdotum — Heremitarum et monachorum — lxvii a

hominum et officia et salutationes et convivia veluti quasdam cathenas fugias voluptatum. Sit vilis et vespertinus cibus olera et legumina interdumque pisciculos pro summis ducas deliciis. Qui christum desiderat et illo pane vescitur non querit magnopere quam de preciosis cibis stercus conficiatur. Quidquid post gulam non sentitur idem tibi sit quod panis et legumina. Habes adversus iovinianum libros de contemptu ventris et gutturis plenius disserentes. Semper in manu tua sacra sit lectio frequenter orandum. et flexo corpore mens erigenda ad dominum. Crebre vigilie et ventre vacuo sepius dormiendum. Rumusculos et gloriolas et palpantes adulatores quasi hostes devita. Pauperibus et fratribus refrigeria sumptuum manu propria distribue. Rara est in hominibus fides. Non credis verum esse quod dico cogita vide loculos humilitatem vestium. timeti animo non appetas. Secularium et maxime potentium consortia devita. Quod tibi necesse est ea videre crebrius quorum contemptu monachus esse cepisti. Sororum tuarum? matronarum declina colloquia ne inter sericas vestes et gemmas circumsedentium feminarum se sordidatam aut doleat aut miretur quia alterum propositi penitentia alterum iactantie seminarium est. Cave ne quasi fidelis et famosus tuorum quondam dispensator alienam pecuniam distribuendam accipias. Intelligas quid loquar. det tibi dominus in omnibus intellectum. Habeto simplicitatem columbe ne cuiquam machineris dolos et serpentis astutiam ne aliorum supplanteris insidiis. Non multum distat in vitio decipere vel decipi posse christianum. Quem senseris tibi aut semper aut crebro de nummis loquentem excepta helemosina que indifferenter omnibus patet institorem potius habeto quam monachum. Preter victum et vestitum et manifestas necessitates nichil tribuas. Nescio? panes canes comedant. Verum templum christi anima credentis est. Illam exorna. illam vesti. illi offer donaria. in illa christum suscipe. Que utilitas parietes fulgere gemmis et christum in paupere fame mori. Iam non sunt tua que possides. Dispensatio tibi credita est. Memento ananie et zaphire. Illi sua timide servaverunt. Tu considera ne christi substantiam imprudenter effundas. idest ne immoderato iudicio rem pauperum tribuas non pauperibus et secundum dominum

Contra salutationes et convivia — Cibus monachorum — Iactantia fugienda — De vestium humilitate — Consortia potentium devita — De societate mala cavenda — Intende tibi Deo dedicata — b — Cave pecunie aliene erogator esse — De columbe simplicitate — De elemosina quibus et qualiter tribuenda — Anima credentis est templum christi

prudentissimi viri liberalitate liberalitas
pereat. Noli respicere ad faleras et
nomina vana catonum. Ego inquit intus
et in cute novi. Esse christianum grande est
non videri. et nescio quomodo plus pla-
ceat mundo qui christo displicet. Hec non
sunt ut aiunt inuencula sed in gredietecte
pelagus amicum amicus monui. ma-
lens aute facultatem meam queri quam
voluntatem ut in quo ego lapsus sum
tu firmo pergeres gradu. Librum tuum quem
pro theodosio principe prudenter or-
nateque compositum transmisisti. libenter
legi et precipue michi in eo subdivisio
placuit. Cumque in primis partibus vincas
alios in pene ultimis temetipsum supe-
ras. Sed et ipsum genus eloquii pressum
est et nitidum et cum tulliana luceat puri-
tate. crebrum est in sensibus. Jacet enim ut
ait quidam oracio in qua tantum verba lau-
dantur. Preterea magna est rerum con-
sequentia et alterum pendet ex altero.
Quidquid assumpseris vel finis superiorum
vel initium sequentium est. Felix theodosius
qui christi tali oratore defenditur. Illustras-
ti purpuras eius et utilitatem legum fu-
turi seculi consecrasti. Macte virtute.
Qui talia habes rudimenta qualis exerci-
tatus miles eris. O si michi liceret is-
tiusmodi ingenium non per aonios montes
et elicoinis vertices. ut poete canunt
sed per syon. et in thaburim et syna ex-
celsa ducerem scripturarum si contingeret
docere que didici et quasi per manus
misteria tradere prophetarum. Nasceretur
nobis aliquid quod docta grecia non
haberet. Audi ergo me conservum amicum
germane. Ausculta paulisper quomodo in scrip-
turis sanctis calle gradiaris. Totum
quod legimus in divinis libris nitet
quidem et fulget etiam in cortice sed
dulcius in medulla est. Qui edere vult
nucleum frangat nucem. Revela in-
quit david oculos meos et considera-
bo mirabilia de lege tua. Si tantus
propheta tenebras ignorantie confitetur
qua nos putas parvulos et pene lac-
tantes inscientie nocte circumdari.
Hoc autem velamen non solum in facie
moisi sed in euangelistis et apostolis positum
est. Turbis salvator in parabolis lo-
quebatur et contestans misticum esse
quod dicebat. aiebat. Qui habet
aures audiendi audiat. Nisi aperta fu-
erint universa que scripta sunt ab eo
qui habet clavem david. qui aperit
et nemo claudit. claudit et nemo
aperit. nullo alio reserante pandentur.
Si haberes hoc fundamentum immo si quasi
extrema manus in tuo opere duceretur

nichil pulchrius nichil doctius. nichil
que latinius tuis haberemus voluminibus. Ter-
tullianus creber est in sententiis. sed
difficilis in loquendo. Beatus ciprianus
instar fontis purissimi dulcis incedit
et placidus est et cum totus sit in exor-
tatione virtutum occupatus persecutionis
angustiis scripturas divinas nequaquam
disseruit. Victorinus martirio co-
ronatus. quod intelligit eloqui non potest.
Lactancius quasi quidam fluvius eloquen-
tie tulliane. utinam tam nostra in firmare
potuisset quam facile aliena destruxit.
Arnobius inequalis et nimius est et
absque operis sui partitione confusus. Sanctus
hylarius gallicano coturno attollitur.
et cum grecie floribus adornetur. longis
interdum periodis involvitur et a lectione
simpliciorum fratrum procul est. Taceo de ce-
teris vel defunctis vel etiam adhuc vi-
ventibus super quibus in utramque partem
post nos alii iudicabunt. Ad te veniam
summisten sodalem meum et amicum.
Amicum inquam meum antequam no-
tum. et precabor ne assentationem
in necessitudine suspiceris quin po-
tius vel errare me estimato vel a-
more labi. quam amicum adulacione de-
cipere. Magnum habes ingenium et in-
finitam sermonis supellectilem et
facile loqueris et pure facilitas que
ipsa et puritas mixta prudentie est.
Capite quippe sano omnes sensus vi-
gent. Huic prudentie et eloquentie
si accederet vel studium vel intelligentia
scripturarum viderem te in brevi tene-
re arcem omnium nostrorum et ascende-
tem cum iacob tecta syon canere in
domatibus. quod in cubilibus cog-
novisses. Accingere queso te accin-
gere. nichil sine magno vita labore
dedit mortalibus. Nobilem te ecclesia
habeat ut prius senatus habuit. Prepa-
ra tibi divitias quas cottidie ero-
ges. et nunquam deficiant. Dum viget
etas. dum adhuc canis spargitur ca-
put. Antequam subeant morbi tristis-
que senectus. et labor et dure rapi-
at inclementia mortis. Nichil in te
mediocre contentus sum. Totum sum-
mum totum perfectum desidero. Sanctum vigilan-
tium presbiterum qua aviditate susceperim
melius est ut ipsius verbis quam in
meis discas litteris. Cur tam
cito a nobis profectus sit et nos re-
liquerit. non possum dicere ne ledere
quempiam videar. Tamen quasi prete-
reuntem et festinantem paululum te-
nui et gustum ei nostre amicicie dedi
ut per eum discas quid in nobis non

lxviii
a

Describit scripturam et exponit scriptam esse cum obscuritatibus et parabolas [?]

Ecclesie nomina est [illegible] [?]

desideres. Scitum consiliumque tuum et te
cum in domino militantem pro te salutare
volo. Amen. Incipit epistola sancti Jeronimi
ad paulinum presbiterum de omnibus di
vine historie libris et prologus biblie

26 b

Frater ambro
sius tua michi munus
cula perferens: detulit
et suavissimas litteras que
a principio amicitiarum fidem probate
iam fidei et veteris amicitie preferebant
vera enim illa necessitudo est et xpi glu
tino copulata quam non utilitas rei fa
miliaris non presentia tantum corporum non
subdola et palpans adulatio sed
dei timor et divinarum scripturarum studia
conciliant. Legimus in veteribus his
toriis quosdam lustrasse provincias no
vos adisse populos maria transisse et
eos quos ex libris noverant coram
quoque viderent. Sic pitagoras me
mphiticos vates. Sic plato egiptum et
archytam tarentinum eandemque oram y
talie que quondam magna grecia
dicebatur laboriosissime peragravit. Ut
qui athenis magister erat et potens di
cebat cuiusque doctrinas achademie
gimnasia personabant fieret peregrinus
atque discipulus. Malens aliena ve
recunde discere quam sua impudenter
ingerere. Denique cum litteras quasi
toto fugientes orbe persequitur captus
a piratis et venundatus etiam tyranno
crudelissimo paruit captivus vinc
tus et servus tamen quia philosophus ma
ior mente fuit. Ad titum livium lac
teo eloquentie fonte manantem de
ultimis hyspanie galliarumque fini
bus quosdam venisse nobiles legi
mus et quos ad contemplationem
sui roma non traxerat unius hominis
fama perduxit. Habuit illa etas in
auditum omnibus seculis celebrandumque
miraculum ut urbem tantam ingressi
aliud extra urbem quererent. Appollonius
sive ille magus ut vulgus loquitur
sive philosophus ut pitagorei tradunt intra
vit persas pertransivit caucasum alba
nos scytas et massagetas opulen
tissima indie regna penetravit. Ad
extremum latissimo phison amne trans
misso pervenit ad bragmanas ut hi
archam in throno sedentem aureo et
de tantali fonte potantem inter paucos
discipulos de natura de moribus ac
syderum cursu audiret docentem. Inde ela
mitas babilonios medos assirios
parthos syros fenices arabas pa
lestinos reversus alexandriam per

de platone

achademia est villa vel locus in quo plato disputabat

doctor livius

c

xerat ethiopiam et gimnosophistas et fa
mosissimam solis mensam videret in sa
bulo invenit ille vir ubique quod disceret
et semper proficiens semper se melior fieret.
Scripsit super hoc plenissime octo volumini
bus phylostratus. Quid loquar de seculi
hominibus cum apostolus paulus vas electi
onis et magister gentium qui de consciencia tan
ti in se hospitis loquebatur an experimen
tum eius queritis qui in me loquitur xpus.
post damascum arabiamque lustratam
ascendit iherosolimam videre petrum et man
sit apud eum diebus quindecim. Hoc
enim misterio ebdomadis et ogdoadis fu
turus gentium predicator instruendus erat.
Rursusque post annos quatuordecim assumpto
barnaba et tito exposuit apostolis evan
gelium ne forte in vacuum curreret aut
cucurrisset. Habet nescio quid latentis
energie viva vox et in aures discipuli
de auctoris ore transfusa fortius so
nat. Unde et eschines cum rodi exularet
et legeretur illa demostenis oratio quam
adversus eum habuerat mirantibus
cunctis atque laudantibus suspirans ait.
Quid si ipsam audissetis bestiam sua
verba resonantem. Nec hoc dico quod
sit in me aliquid tale quod vel possis
vel velis discere sed quod ardor tuus
et discendi studium etiam absque nobis
per se probari debeat. Ingenium docile et
sine doctore laudabile est. Non quid in
venias sed quid queras consideramus.
Mollis cera et ad formandum facilis
etiam si artificis et plaste cesset ma
nus tamen totum est quicquid esse potest.
Paulus apostolus ad pedes gamalihelis
legem moysi et prophetas didicisse se glo
riatur ut armatus spiritualibus telis postea diceret
confidenter. Arma enim militie nostre non
carnalia sed potentia deo ad destruc
tionem munitionum cogitationum et
omnem altitudinem extollentem
se adversus scientiam dei et captiva
tem omnem intellectum ad obediendum
xpo et parata subiugare cunctam ino
bedientiam. Tymotheo scribens ab in
fantia sacris litteris erudito et hor
tatur ad studium lectionis ne negli
gat gratiam que data sit illi per impo
sitionem presbiterii. Tito precepit ut inter ce
teras virtutes episcopi quem brevi sermone
depinxit scientiam quoque in eo eli
gat scripturarum obtinentem inquit eum
qui secundum doctrinam est fidelem sermonem
et ut potens sit exhortari in doctrina
sana et contradicentes revincere. Sancta
quippe rusticitas solummodo sibi pro
dest et quantum edificat ex vite merito
ecclesiam xpi tantum nocet si destructibus

d

paulus apostolus

lxix a

non resistat. Malachias propheta immo
per malachiam interrogat dominus sacerdo
tes legem. In tantum sacerdotis officium
est interrogatum respondere de lege.
Et in deutronomio legimus: Interroga patrem
tuum et annunciabit tibi sermones tuos
et dicent tibi. In psalmo quoque cente
simo et octavo decimo: Cantabiles michi
erant iustificationes tue in loco peregrina
tionis mee. Et in descriptione iusti vi
ri cum arbori vite que est in paradiso
compararet, inter ceteras virtutes etiam
hoc intulit: In lege domini voluntas eius
et in lege eius meditabitur die ac noc
te. Daniel in fine sacratissime vi
sionis iustos ait fulgere quasi stel
las et intelligentes id est doctos qua
si firmamentum. Vides quantum inter se dis
tent iusta rusticitas et docta iusti
tia. Alii stellis alii celo comparantur.
Quamquam iuxta ebraicam veritatem
utrumque de eruditis possit intelligi. Ita
enim apud eos legimus: Qui autem doc
ti fuerint fulgebunt quasi splendor
firmamenti et qui ad iusticiam erudiunt
multos quasi stelle in perpetuas eterni
tates. Cur dicitur paulus apostolus vas
electionis? Nempe quia vas legis
et scripturarum erat armarium. Pha
risei stupent ad doctrinam domini admi
rantur in petro et iohanne quomodo legem
sciant cum litteras non didicerant. Quicquid
enim aliis exercitatio et cotidiana
in lege meditatio tribuere solet illis
spiritus sanctus suggerebat. Et erant
docibiles deo iuxta quod scriptum est θε
ο δι δα κτοι. Duodecim annos im
salvator impleverat et in templo senes
de questionibus legis interrogans ma
gis docet dum prudenter interrogat. Nisi
forte rusticum petrum rusticum dicimus
iohannem quorum utrumque dicere poterat: Et si
imperitus sermone non tamen scientia.
Iohannes rusticus piscator indoctus?
Et unde illa vox obsecro: In principio
erat verbum et verbum erat apud deum et deus
erat verbum. Λογος grece multa sig
nificat. Nam et verbum est et ratio et
supputatio et causa uniuscuiusque rei
per quam sunt singula que subsistunt. Que
universa recte intelligimus in christo. Hoc doc
tus plato nescivit hoc demostenes
eloquens ignoravit. Perdam inquit
sapientiam sapientium et prudentiam pru
dentium reprobabo. Vera sapientia per
dat falsam sapientiam et quamquam stulticia
predicationis in cruce sit tamen paulus
sapientiam loquitur inter perfectos. Sapientiam
autem non seculi huius nec principum secu
li istius qui destruuntur sed loquitur dei sa
pientiam in misterio absconditam quam pre
destinavit deus ante secula. Dei sa
pientia christus est. Christus enim dei virtus et
dei sapientia. Hec sapientia in misterio
abscondita est de qua et noni psalmi
titulus prenotatur: Pro occultis filii, in quo
sunt omnes thesauri sapientie et sciencie
dei absconditi. Et qui in misterio abscon
ditus erat predestinatus est ante secula,
predestinatus autem et prefiguratus in lege
et prophetis. Unde et prophete appellaban
tur videntes quia videbant eum quem ce
teri non videbant. Abraham vidit diem
eius et letatus est. Aperiebantur celi E
zechieli qui populo peccatori clausi erant.
Revela inquit david oculos meos et
considerabo mirabilia de lege tua.
Lex enim spiritualis est et revelatione opus
est ut intelligatur ac revelata faci
e dei gloriam contemplemur. Liber in apo
calipsi septem sigillis signatus osten
ditur quem si dederis homini scienti litteras
ut legat respondebit tibi: Non possum,
signatus est enim. Quanti hodie putant
se nosse litteras tenent signatum librum nec
aperire possunt nisi ille reseraverit
qui habet clavem david qui aperit
et nemo claudit claudit et nemo
aperit. In actibus apostolorum sanctus
eunuchus immo vir, sic enim eum scriptura
cognominat, cum legeret ysaiam interro
gatur a philippo: Putas ne intel
ligis que legis? Respondit: Quomodo
possum nisi aliquis me docuerit? Ego
ut de me interim loquar nec sanc
tior sum eunucho nec studiosior qui
de ethiopia id est de extremis mundi
finibus venit ad templum. Reliquit
aulam regiam et tantus amator
legis divine sciencie fuit ut etiam
in vehiculo sacras litteras legeret.
Tamen cum librum teneret et verba domini co
gitatione perciperet, lingua volveret,
labiis personaret ignorabat eum quem
in libro nesciens venerabatur. Venit
philippus et ostendit ei ihesum qui clau
sus latebat in littera. Et o mira doc
toris virtus. Eadem hora credidit eu
nuchus baptizatur fidelis et sanctus est
et fit magister de discipulo. Plus in deser
to fonte ecclesie quam in aurato synago
ge templo repperit. Hec a me perstricta
sunt breviter neque enim epistolaris angusti
a evagari longius patiebatur ut intel
ligeres te in scripturis sanctis sine previo
et monstrante semitam non posse ingre
di. Taceo de grammaticis, rethoribus,
philozophis, geometris, dialecticis,
musicis, astronomis, astrologis, me
dicis quorum scientia mortalibus vel

Apostoli illiterati spiritu divino sunt docti

magister [illegible] est [illegible] mystica et [illegible]

utilissima est et in tres partes scinditur
in doctrinam ΤΟΑΟΤ ΗωΤΗΝ Μει
rationem ΟΑΟΗΤΗΗΕΜ. ΤΙΟΗ
et usum et ut ad minores artes veni-
am et que non tam lingua quam ma-
nu administrantur agricole cementari-
i fabri metallorum lignorumque cesores
lanarii quoque et fullones et ceteri qui
variam suppellectilem et vilia opus-
cula fabricantur absque doctore non
possunt esse quod cupiunt. Quod medicorum
est promittunt medici tractant fa-
brilia fabri. Sola scripturarum ars est
quam sibi omnes passim vendicant. Scri-
bimus indocti doctique poemata pas-
sim. Hanc garrula anus hanc de-
lirus senex hanc sophista verbosus
hanc universi presumunt lacerant docent
antequam discant. Alii adducto super-
cilio grandia verba trutinantes inter
mulierculas de sacris litteris philosophantur.
Alii discunt proh pudor a feminis quod vi-
ros doceant et ne parum hoc sit quo-
dam facilitate verborum immo audaci-
a edisserunt aliis quod ipsi non intel-
ligunt. Taceo de meis similibus qui

lxx. a

si forte ad scripturas sanctas post secula-
res litteras venerint et sermone
composito aurem populi mulserint
quicquid dixerint hoc legem dei putant
nec scire dignantur quid prophete quid
apostoli senserint sed ad sensum suum in-
congrua aptant testimonia quasi
grande sit et non viciosissimum docendi
genus depravare sententias et ad volunta-
tem suam scripturam trahere repugnantem
quasi non legerimus homero centones
et virgilio centonas. Ac non sit etiam
maronem sine christo possimus dicere
christianum qui scripserit iam redit et vir-
go redeunt saturnia regna iam nova
progenies celo dimittitur alto. Et patrem
loquentem ad filium Nate mee vires
mea magna potencia solus. Et post
verba salvatoris in cruce Talia perstaba-
bant memorans fixusque manebat.
Puerilia sunt hec et circulatorum ludo si-
milia docere quod ignores. Immo
ut cum stomacho loquar nec hoc quidem
scire quod nescias. Videlicet mani-
festissima est genesis in qua de creatione
mundi, exordio generis humani, de di-
visione terre, de confusione linguarum
et gentium usque ad exitum scribitur hebreorum.
Patet exodus cum decem plagis cum decalo-
go cum misticis divinisque preceptis. In
promptu est leviticus liber in quo
singula sacrificia immo singule pene
sillabe et vestes aaron et totus or-
do leviticus spirant celestia sacramenta.

Genesis — exodus — leviticus

Numeri vero nonne totius arithmetice
balaam et xl duarum per heremum man-
sionum misteria continent. Deuterono-
mium quoque id est secunda lex evangelice le-
gis prefiguratio sit ea habet
que priora sunt. Ut tamen nova sint
omnia in veteribus huiusque moyses
huiusque ΠΕ ΗΟ ΑΘ ΕΟΥ ΚΟΕ quibus
quisque verbis loqui se velle apostolus in ecclesia
gloriatur. Job exemplar paciencie
que non misteria suo sermone complectitur
prosa incipit versu labitur pedestri
sermone finitur. Omnesque leges diale-
tice propositione assumptione confir-
matione conclusione determinatur. Sin-
gula in eo verba plena sunt sensibus
et ut de ceteris sileam resurrectionem
corporum sic prophetat ut nullus de ea vel
manifestius vel cautius scripserit. Scio
inquit quod redemptor meus vivit
et in novissimo die de terra surrecturus
sum et rursum circumdabor pelle mea
et in carne mea videbo deum quem
visurus sum ego ipse et oculi mei conspec-
turi sunt et non alius. Reposita est hec
spes mea in sinu meo. Veniam ad
Ihesum naue et typum domini non solum in
gestis verum et in nomine. Transit ior-
danem hostium regna subvertit divi-
dit terram victori populo et per singulas
urbes viculos montes flumina torren-
tes atque confinia ecclesie celestisque urbis
spiritualia regna describit. In Judicum li-
bro quot principes populi tot figure
sunt. Ruth moabitides ysaie explet
vaticinium dicentis Emitte agnum domine
dominatorem terre de petra deserti ad
montem filie syon. Samuel in heli
mortuo et in occisione saul veterem
legem abolitam monstrat. Porro in
sadoch atque dauid novi sacerdotii no-
vique imperii sacramenta testatur. Ma-
lachim id est Regnorum tercius et quartus regnorum
liber a salomone usque ad iechoniam
et a ieroboam filio nabath usque
ad osee qui ductus est in assyrios
regnum iuda et regnum describit israel. Si
historiam respicias verba simplicia sunt.
Si in litteris sensum latentem inspex-
eris ecclesie paucitatem et hereticorum con-
tra ecclesiam bella narrantur. Duodecim
prophete in unius voluminis angusti-
as coartati multo aliud quam sonant
in littera prefigurant. Osee crebro no-
minat ephraim samariam ioseph
iezrahel et uxorem fornicariam
et fornicationis filios et adulteram
cubiculo clausam mariti multo tem-
pore sedere viduam et sub veste lu-
gubri viri ad se reditum prestolari.

Numeri b — deuteronomium — Job — Job manifestius quam alius de resurrectione locutus est — Ihesus naue — Judicum — Ruth — Samuel — Malachim — duodecim prophete — Osee

Johel filius fatuhel describit terram xij^{cim}
tribuum erucu bruco locusta rubigine
uastante consumptam (corruptam) et post euersionem
prioris populi effusum iri spiritum sanctum super
seruos dei et ancillas idem super centum
xx^{ti} nomina credentium et effusum iri in
cenaculo syon qui centum xx^{ti} ab uno
usque ad xv^{cim} (quindecim) paulatim et per incrementa
surgentes numerum efficiunt qui in psal
terio mistice continentur. Amos pas
tor et rusticus et ruborum mora distrin
gens paucis verbis explicari non potest
Quis enim digne exprimat tria et qua
tuor scelera damasci gaze et tyri et
ydumee et filiorum amon et moab et
in septimo octauoque gradu iude et ihe
rusalem / hic loquitur ad vaccas pingu
es que sunt in monte samarie et rui
turam domum maiorem minoremque
testatur. Ipse enim fictorem locuste et
stantem dominum super murum litum et ama
tum et uncinum pomorum adtrahentem
supplicia peccatoribus et famem in
terram non famem panis neque sitim
aque sed audiendi verbum domini. Abdi
as qui interpretatur seruus domini personat
contra edom sanguineum terrenumque
fratris quoque iacob semper emulum hasta
percutit spirituali. Jonas columba pulcher
rima naufragio suo passionem domini
prefigurans mundum ad penitentiam reuocat
et sub nomine niniue salutem gen//
tibus nunciat. Micheas de morasti
coheres xpisti uastationem annunciat fi
lie latronis et obsidionem ponit
contra eam quia maxillam percusserit
iudicis israhel. Naum consolator
orbis increpat ciuitatem sanguinum
et post euersionem illius loquitur
Ecce super montes pedes euangelizan
tis et annunciantis pacem. Abbacuk
luctator fortis et rigidus stat super
custodiam suam et figit gradum super
munitionem ut xpistum in cruce conte//
pletur et dicat. Operuit celos gloria
eius et laudis eius plena est terra.
splendor eius ut lux erit cornua in
manibus eius ibi abscondita est for
titudo eius. Sophonias specula
tor et archanorum domini cognitor au
dit clamorem a porta piscium et
eiulatum a secunda et contritionem a colli
bus. Indicit quoque ululatum habita
toribus pile quia conticuit omnis po
pulus chanaan disperierunt uniuer
si qui inuoluti erant argento. Ag
geus festiuus et letus qui seminauit
in lacrimis et in gaudio metet. de
structum templum edificat dominumque
patrem inducit loquentem. Adhuc

Johel
Amos
Abdias
Jonas
Naum
Abbacuk
Sophonias
Aggeus
^ xv graduum
lxxj a

unum modicumque et ego mouebo celum
et terram. et mare et aridam et mo//
uebo omnes gentes et veniet desidera
tus cunctis gentibus / Zacharias me
mor domini sui multiplex in prophetia
ihesum uestibus sordidis et lapidem o//
culorum septem candelabrumque au//
reum cum totidem lucernis quot oculis
duasque oliuas a sinistris lampadis
cernit. et dextris ut post equos vari
os rufos et albos et dissipatas qua
drigas ex affraim et equum de ierusalem
pauperem regem vaticinetur et predicet
sedentem super pullum filium asine sub
iugalis / Malachias aperte et in fine
omnium prophetarum de abiectione israel et vo
catione gentium non est michi ait vo
luntas in vobis dicit dominus exercituum. Et
munus non suscipiam de manu vestra
ab ortu enim solis usque ad occasum mag
num est nomen meum in gentibus et in
omni loco sacrificatur et offertur nomini
meo oblatio munda / Ysaiam. Jeremi
am. ezechiel daniel qui possit uel
intelligere uel exponere. Quorum
primus non prophetiam michi videtur
texere sed euangelium. Secundus virgam nu
ceam et ollam succensam a facie a
quilonis et pardum spoliatum suis co
loribus et quadruplex diuersis metris
nectit alphabetum. Tercius principia et
finem tantis habet obscuritatibus in
uoluta ut apud ebreos ipse partes
cum exordio geneseos ante annos xxx
non legantur. Quartus vero qui et
extremus inter quatuor prophetas temporum
conscius et totius mundi philosto (sine)
tus. lapidem precisum de monte manibus
et regna omnia subuertentem
claro sermone pronunciat / Dauid sy
monides noster pindarus et alceus
flaccus quoque catulus et serenus xpistum
lyra personat et in decacordo psalterio
ab inferis excitat resurgentem. Sa
lomon pacificus et amabilis domini
mores corrigit naturam docet ec
clesiam iungit et xpistum sacrarumque nuptiarum
dulce canit epithalamium / Hester
in ecclesie typo populum liberat de pe
riculo et interfecto aman qui interpre
tatur iniquitas partem conuiuij et
diem celebrem mittit in posteros.
paralypomenon liber idest instrumenti
veteris epithome tantus ac talis
est ut absque illo siquis scientiam scripturarum
sibi uoluerit arrogare se ipsum irride
at. per singula quippe nomina iuncturasque
verborum et pretermisse in regum
libris tanguntur historie et innume
rabiles explicantur euangelij questiones

Zacharias
Malachias
Ysaiam
Jeremias
Ezechiel
Daniel
Dauid
Salomon
Hester
paralipomenon
b

Esdras et neemias adiutor videlicet et consolator a domino in unum volumen artantur. Instaurant templum, muros extruunt civitatis, omnisque turba populi redeuntis in patriam et descriptio sacerdotum levitarum israhelitici proselitorum ac per singulas familias murorum et turrium opera divisa. Aliud in cortice preferunt, aliud retinet in medulla. Cernis me scripturarum amore raptum excessisse modum epistole et tamen non implesse quod volui. Audivimus tantum quod nosse quod cupere debeamus, ut et nos quoque possimus dicere: Concupivit anima mea desiderare iustificationes tuas in omni tempore. Ceterum socraticum illud impletur in nobis: hoc tantum scio quod nescio. Tangam et novum breviter testamentum. Matheus marcus lucas iohannes quadriga domini et verum cherubin quod interpretatur scientie multitudo. Per totum corpus oculati sunt, scintille micant, discurrunt fulgura, pedes habent rectos et in sublime tendentes, terga pennata et ubique volitantia. Tenent se mutuo sibique perplexi sunt et quasi rota in rotam volvuntur et pergunt quocumque eos flatus spiritus sancti perduxerit. Paulus apostolus ad septem scribit ecclesias, octava enim ad hebreos a plerisque extra numerum ponitur. Tymotheum instruit ac titum, philemonem pro fugitivo famulo deprecatur, super quo tacere melius puto quam pauca scribere. Actus apostolorum nudam quidem sonare videntur historiam et nascentis ecclesie infantiam texere, sed si noverimus scriptorem eorum lucam esse medicum cuius laus est in evangelio, animadvertimus pariter omnia verba illius anime languentis esse medicinam. Iacobus petrus iohannes iudas septem epistolas ediderunt tam misticas quam succinctas et breves pariter et longas: breves in verbis, longas in sententiis, ut rarus sit qui non in earum lectione cecutiat. Apocalipsis iohannis tot habet sacramenta quot verba. Parum dixi pro merito voluminis; laus omnis inferior est. In verbis singulis multiplices latent intelligentie. Oro te frater karissime inter hec vivere, ista meditari, nichil aliud nosse, nichil querere. Nonne tibi videtur iam hic in terris regni celestis habitaculum? Nolo offendaris in scripturis sanctis simplicitate et quasi vilitate verborum, que vel vitio interpretum vel de industria sit prolata sunt, ut rusticam contionem facilius instruerent et in una eademque sententia aliter doctus aliter audiret indoctus. Non sum tam petulans et hebes ut hec me nosse pollicear et eorum fructus in terra percipere quorum radices in celo fixe sunt, sed velle fateor. Sedenti me fero, magistrum renuens comitem spondeo. Petenti datur, pulsanti aperitur, querens invenit. Discamus in terris quorum nobis scientia perseveret in celo. Obviis te manibus excipiam et ut inepte aliquid et de hermagore tumiditate effundam, quicquid quesieris tecum scire conabor. Habes hic amantissimum tui fratrem eusebium qui litterarum tuarum michi gratiam duplicavit, referens honestatem morum tuorum, contemptum seculi, fidem amicitie, amorem christi. Nam prudentiam et eloquii venustatem etiam absque illo ipsa epistola preferebat. Festina queso te et herenti in salo navicule funem magis precide quam solve. Nemo renunciaturus seculo bene potest vendere que contempsit ut venderet. Quicquid in sumptus de tuo tuleris pro lucro computa. Antiquum dictum est: avaro tam deest quod habet quam quod non habet. Credenti totus mundus divitiarum est, infidelis autem etiam obulo indiget. Sic vivamus tamquam nichil habentes et omnia possidentes. Victus et vestitus divitie christianorum. Si habes in potestate rem tuam vende; si non habes proice. Tollenti tunicam relinquendum et pallium est. Scilicet nisi tu semper retractans et diem de die trahens caute et pedetemptim tuas possessiunculas vendideris, non habet christus unde alat pauperes suos. Totum deo dedit qui se ipsum obtulit. Apostoli navem tantum et retia reliquerunt. Vidua duo era mittit in gazophilacium et prefertur cresi divitiis. Facile contempnit omnia qui se semper cogitat esse moriturum.

Epistola Ieronimi beati presbiteri ad Amandum presbiterum de quibusdam questionibus et est talis et cetera.

Brevis epistola longas explanare non valet questiones et in artum multa concludens stringere verbis quod sensibus dilatum est. Interrogas quid significet illud in evangelio iuxta matheum: Nolite solliciti esse de crastino, sufficit enim diei malitia sua. Crastinum

Esdras et neemias
Quatuor evangeliste
Paulus apostolus
Actus apostolorum
Septem epistole canonice
Apocalipsis
al' sedenti me fero
lxxii a
contra avaritiam
31
ponit 3 questiones ad quas respondet Jeronimus
Questio de crastino die

in scripturis sanctis futurum tempus significat
sicuti iacob in genesi loquitur. Exaudiat
me cras iustitia mea. Et ubi altare ex
truitur a duabus tribubus ruben et
gad et dimidia tribus manasse. et a
cuncto israhele ad eas legacio mitti
tur fines pontifici responderunt. Id
circo se altare fecisse ne cras filii su
is tollendi dei possessio denegetur
et multa istiusmodi in veteri reperies
instrumento. Qui ergo de futuris nos
cogitare prohibuit. concessit de presen
tibus propter humane vite fragilitatem
Quod autem adiecit. his sufficit diei ma
licia sua hoc modo intelligitur. sufficit
nobis de presentibus huius seculi angus
tiis cogitare. Quid necesse est ad incer
ta et futura extendere. Que aut
consequi non possumus aut forsan
cito in vita perdamus. kakia enim
que latinis evertit in maliciam: apud
grecos duos significatus in maliciam et af
flictionem. Quod autem kakoe g
ce dicit et hic magis pro malicia
transferri debuit. Quod si contentiose
quis dicatur nolens kakia afflic
tionem et angustiam sed malicia
dici illo sensu explanandum est quo
mundus in maligno hoc est in malo
positus sit et in dominica oracione di
cimus libera nos a malo ut sufficiat
nobis contra maliciam huius seculi
presens certamen. In secundo quesisti
loco de beati apostoli pauli prima ad co
rinthios epistola in qua loquitur. Omne
peccatum quod fecerit homo extra corpus
est qui autem fornicatur in corpus
suum peccat. Legamus ergo paulu
lum superius et sic ad hec verba ve
niamus ne de extremis partibus et
ut ita dicam cauda capitis totam
sententiam nosse capiamus. Corpus in
quit non est fornicationi sed domino et
dominus corpori. Deus autem qui dominum
suscitavit et nos cum illo suscitavit
per virtutem suam. Nescitis quia cor
pora nostra membra sunt christi. tolles
ergo membra christi faciam membra
meretricis. Absit an nescitis quia
qui coniungit se meretrici unum corpus
est. Erunt inquit duo in carne una.
Qui autem adheret se domino unus spiritus
est. Fugite fornicationem. omne peccatum
quodcumque fecerit homo extra corpus
qui autem fornicatur in corpus
suum peccat et reliqua. Sanctus apostolus
paulus contra luxuriandis preturus
dicit esca ventri et venter escis. deus
autem hunc et illum destruet.
Consequenter venit ad fornicationem
et enim luxuria mater libidinis est

est ventrem que distentum cibo et vini
pocionibus irrigatum. voluptas ge
nitalium sequitur. Atque ut alibi dictum
est pro membrorum ordine ordo viciorum
est. Omne itaque peccatum verbi gratia furtum
homicidium. rapina. periurium. et cetera
his similia post factum penitudi
nem habent. Et licet in intet lucr
tamen mordet consciencia. Voluptas
sola ac libido etiam in ipso tempore
penitendi preteritos stimulos patitur
et titillacionem carnis et incentiva
peccati et per hec que corrigi cupimus
cogitantes rursum fit materia de
linquendi. aliter. aliter cetera peccata
forinsecus sunt quicquid enim egerimus
in alios agimus. fornicacio non solum
consciencaim fornicantis sed et corpus
maculat. Ac secundum sententiam domini in qua
ait propterea relinquet homo patrem
et matrem et adherebit uxori sue et
erunt una caro et ipse cum meretrice
unum corpus efficitur et peccat in corpus
suum dum templum christi facit esse corpus
meretricis. Dicamus et aliter ne ulla
grecorum sententiam preterire videamur. Aliud
est peccare per corpus aliud in corpore
furtum homicidium et cetera absque for
nicatione peccata manu administramus
extrinsecus. fornicatio sola in corpo
re nostro exercetur a nobis non per corpus
malio sed per propositum ministerium
habet autem in se passionem sed quia
ita differunt aliter quod secundum sententiam sep
tuam uxor viri corpus sit et quicumque
fornicatur in peccatum in corpus suum hoc
est in uxorem dum eam sua fornica
tione commaculat et facit eam non
peccantem sui commixtione peccare. Rep
peri iunctam epistole commentariolo breue
cartulam in qua hec indita ferebantur.
Querendum ab eo id est a me utrum mulier
relicto viro adultero et sodomita et
alio per vim accepto possit absque pe
nitentia communicare ecclesie vivente
adhuc eo quem prius reliquerat.
Quod legens illius versiculi recordatus
sum ad excusandum excusaciones
in peccatis. Omnes enim homines vitiis
nostris favemus et quod propria facimus vo
luntate ad nature referimus necessitatem
Quomodo si dicat adolescens vim pa
tior corporis. me ad libidinem ar
dor impellit ipsa organa membrorum
genitalium et composito corporis femi
neos querit amplexus. Et rursum si
homicida in egestate inquit eram
indigebam cibo tegumine corporis
non habebam ideo alienum sanguinem
fudi. ne ipse fame et rigore mori
rer. Respondeo itaque sorori que a nob

Questio de epla prima ad chorinthios

de luxuria fugienda

de luxuria matre et libidine filia

Tercia questio de muliere ...

sup statu suo querit nō nr̄as sed apl̄i sē
tencias / An ignoratis frēs / Scientibus
enī legem loquor qm̄ lex dn̄atur ho
mini: quāto tempore viuit Mulier
enī que sub vi°o est viuente viro iuncta
est legi. Quod si mortuus fuerit vir
eius liberata est alege viri. Ergo vi
uente viro adultera erit si duxerit
aliū virū. Et in alio loco Mulier alli
gata est tempore viuit vir eius si
dormierit vir liberata est cui uult
nubat tm̄ in dn̄o / Omēs autem cau
sationes aplus amputans. apertissime
diffiniuit viuente viro adulteram esse
mulierem si alteri nupserit. nolo mi
proferas raptores / violenciam matris
p̄stanciam patris / auctoritatem ppi
quorum / cateruam seruorum / insidi
as pentium / damna rei familiaris.
Quam diu viuit vir / licet adulter
sit licet sodomita. licet flagitijs om
bus coopertus et ab uxore pp̄ hec scelera
derelictus maritus est reputandus
cui alterū virū accipe nō licet. Non
hoc aplus ppa auctoritate decernit
sed xpo in se loquente. xpi verba secu
tatus est qui ait in ewangelio Qui
dimittit vxorem suam excepta causa
fornicationis facit eam mechari
et qui admissam acceperit adulter est
siue ipa dimiserit virum siue a viro
dimissa sit adulter est qui eam acce
pit Vnde et apli grauem coniugij sarci
nam intelligentes si ita est inquiunt
. nō expedit homini vxorem nō habere
accipere. Ad quos dn̄s qui pōt in
quit capere capiat. Statimque sub exē
plo trium eunuchorum virginitatis in
fert beatitudinem que nulla carnis
lege retinetur Neque satis animadū
tere potui qd sit quod dicere voluit
alio viro p vim accepto. Congregata
videlicet multitudine nolentem ra
puit et virū postea nō raptorem
rapta dimisit. Legat librum moy
si et inueniet desponsatam viro si
in ciuitate oppssa et nō clamauerit
puniri quasi adulteram. Vi autem ma
gro oppssam in noxiam ee a scelere
et violentiū legibus subiacere Ergo
et ista soror que ut dicit vim passa
est. ut adultero iungeretur si uult xi
corpus accipere et nō adultera re
putari agat pniam Ita dumtaxat
ut scdo viro qui nō appellatur vir sed
adulter atēpore penitentie nō copuletur
Quod si ei durum videtur et semel dere
lictum nō potest derelinquere. ne
que pferre dn̄m voluptati. Audiat a
plm conclamantem / Nō potestis ca

licem dn̄i bibere. et calicem demoniorum
Non potestis mense dn̄i communicare
et mense demoniorum Et in alio loco
Que communicatio luci ac tenebris
Qui consensus xpō ad belial. Rem
nouam loquor immo nō nouam sed
veterem que veteris testamenti aucto
ritate firmatur Si reliquerit scdm
virum et reconciliari priori voluerit
nō pōt Scriptum est enī in deutro no
mio. Si acceperit hō vxorem et ha
buerit eam et nō inuenerit ea graciam i
conspectu eius pp̄ aliqua feditatem
scribat libellū repudij et dabit ei et di
mittet eam. de domo sua. Cumque e
gressa alterū maritum duxerit et ille
quoque oderit eam dederitque ei libel
lum repudij et dimiserit de domo sua
Aut certe mortuus fuerit nō poterit
prior maritus recipe in vxorem qm̄ pol
luta est et abhominabilis facta est
coram dn̄o ne peccare facias terram
tuam. quā dn̄s deus tuus tibi tradi
dit possidendam Vnde obsecro te
ut consoleris eā immo prouoces eā
ad salutem. Putride carnes ferro in
digent et cauterio. Nec est medicine
cū ne sed vulneris cum crudelitate
clemencia nō parcit medicus. ut par
cat / seuit ut misereatur Ad eundem
responsiua quam aliqui intitulant
ad damasium et est talis et cetera

Propositio

tua fuit de eadem epla
apli vbi de resurrectione
disputans venit ad eū
locum. vbi scptum est. Oportet enī eū
regnare: donec ponat omēs inimi
cos sub pedibus eius. Nouissima in
imica destruetur mors Cum autem
dixerit qm̄ omīa subiecta sūt ei. haud
dubiū. quin pter eū qui subiecit ei
omīa ut sit deus omīa Cū vero sub
iecta ei fuerint omīa tūc ipē filius
subicietur ei qui sibi subiecit omīa
ut sit deus omīa in omnibus Et miror
te hoc a me querere voluisse. cū hyla
rius pictauiensis epus vndecimū li
brum contra arrianos hac questione
et solucione compleuerit. Tamē salti
pauca dicimus. Omē in hoc scanda
lum est cur filius patri dicatur esse
subiectus Quod est turpius siue inferius
patri subici. quod sepe pietatis est
et in psalmo scptum est Nonne deo sb
iecta erit anima mea an crucifigi
et maledictū crucis fieri. Maledictus
est enī omīs qui pependit in ligno
Qui ergo pro nobis maledictus fīt

de libello repudij

Respondet Jeronimus ad eā
que[illegible] ppositam sup ...

est ut nos de maledicto liberaret mi
raris si pro nobis subiectus sit ut nos
patri faciat esse subiectos dicens in
evangelio nemo vadit ad patrem nisi
per me. et cum exaltatus fuero omnia
traham ad me xpus in hiis qui fide
les sunt: subiectus est patri quia omnes
credentes immo omne hominum genus
corporis ipsius membra reputantur. In
hiis autem qui increduli sunt idest iu
deis et hereticis et ethnicis insubiec
tus dicitur quia pars membrorum eius non
est subiecta fidei. In fine autem indi
cum omnia membra regnantem vide
rint xpm idest corpus suum etiam
subicientur xpo idest corpori suo
ut omne xpi corpus subiciatur deo et
patri. et sit deus omnia in omnibus non
ait ut sit pater omnia in omnibus sed ut
sit deus omnia in omnibus. Quod proprium
nomen est trinitatis et tam ad patrem
quam ad filium. et spiritum sanctum referri pot
est ut humanitas subiciatur divinitati.
humanitatem in hoc loco dicimus
non mansuetudinem et clementiam
quam greci ΦΙΛΑΝΘΡΩΠΙΑΝ vo
cant sed omne hominum genus. Porro quod
ait ut sit deus omnia in omnibus. hoc
sensu accipiendum est dominus. et sal
vator noster nunc omnia non est in omni
bus sed pars in singulis. verbi gratia
in salomone sapientia. in david bo
nitas. in iob patientia. in daniele
cognitio futurorum. in petro fides. in
fineees: et paulo zelus. in iohanne
virginitas. in ceteris cetera. Cum autem
omnium finis advenerit tunc omnia in
omnibus erit ut singuli sanctorum omnes
virtutes habeant et sit xpus totus
in cunctis. Ieronimus pamachio de
optimo genere interpretandi recta

38

a

inhac epistola conqueritur primo
Ie. de quodam libello de genere in
terpretandi sub titulo de archinis
anchillius correxerat ro expu
gnat se non innocentes dicens
eum non transtulisse verbum ex verbo
ad quod dicit se sensum expressisse
transtulisse et ita multos ali
os sanctos et gentiles fecisse quod
hic enuncat

Paulus apostolus

presente agrippa rege de
crimine responsurus quo
posset intelligere. qui
auditus erat securus
de causa victorie statim in principio
gratulatur dicens. De omnibus quibus
accusor a iudeis rex agrippa estimo
me beatum. cum apud te sim hodie
defendendus qui precipue nosti cunc
tas que iudeis sunt consuetudines
et questiones legerat enim illud ysaie
beatus qui in aures loquitur audien
tis et noverat tanto oratoris verba pro
ficere. quantum iudicis prudentia cog
novisset. Unde et beatum ego me in
hoc dumtaxat negotio iudico quod
apud eruditas aures imperite lingue

responsurus sum que obicit michi
vel ignorantiam vel mendacium si aut
nescivi alienas litteras vere inter
pretari aut volui quorum alterum error
alterum crimen est. Ac ne forsitan accu
sator meus facilitate qua cuncta
loquitur aut impunitate qua sibi
licere omnia putat me quoque apud
vos arguet ut papam epyphanium
criminatus est. Hanc epistolam misi que
te et per te alios qui nos amare dig
nantur rei ordine doceat. Ante hoc
biennium miserat iohanni episcopo supradic
tus papa epyphanius litteras ar
guens eum in quibusdam dogma
tibus sed postea clementer ad penitentiam
provocans. Harum exemplaria cer
tatim palestine rapiebantur. vel
ob auctoris meritum vel ob elegantiam
scriptionis. Erat in monasteriolo nostro
vir aput suos haud ignobilis eu
sebius cremonensis qui cum hec epistola
per multorum ora volitaret et mirare
tur eam pro doctrina et puritate ser
monis docti pariter et indocti ce
pit namque a me obnixe petere ut
sibi eam in latinum verterem et propter intelli
gendi facilitatem apertius explica
rem greci enim eloquii penitus ig
narus erat. Feci quod voluit. Accito
que notario raptim celeriterque dictavi
ex latere in paginam breviter adno
tans. que in unoquoque sensum singu
la capitula continerent siquidem
et hoc ut sibi soli facerem oppido
flagitaverat postulavitque ab eo mu
tuo. ut domi haberet exemplar
nec facile in vulgus proderet. Res
ita anno et sex mensibus transiit
donec supradicta interpretatio de scri
niis eius novo prestigio ierosolimam

fraude uel si
mulatione

commigravit. Nam quidam pseudo
monachus vel accepta pecunia
ut perspicue intelligi datur vel gratui
ta malicia. incassum corruptor
nititur persuadere compilatis cartis
eius et sumptibus iudas factus est
proditor. deditque adversariis latran
di contra me occasionem ut inter imperi
tos concionentur me falsarium me
verbum non expressisse de verbo. pro honorabili
dixisse carissimum et maligna inter
pretatione. quod nefas dictum sit ΑΙΔΕ
ΣΙΜΩΤΑΤΟΝ nolluisse
transferre. hec et istiusmodi nuge
crimina mea sunt. Ac primum antequam
de translatione respondeam volo
interrogare eos qui maliciam pruden
tiam vocant. unde apud vos exem
plar epistole. quis dedit. Qua fronte

E 3

fronte perfectis: Quos scelere redemistis
Quid apud homines tutum erit si
nec parietibus quidem et seris nostra pos
simus secreta celare. Si ante tribu
nalia iudicum hoc vobis crimen impin
gerem reos legibus subiugarem que
etiam pro utilitate fisci noxijs delato
ribus penas statuunt et cum suscipiant
proditionem dampnant proditorem
lucrum videlicet placet voluntas displi
cet. Dudum esichium virum consularem
contra quem patriarcha gamalihel
gravissimas exercuit inimicitias. The
odosius princeps capite dampnavit
quod sollicitato notario cartas illius
invasisset. Legimus in veteribus
historijs ludi magistrum qui falis
corum liberos prodiderat victum
pueris traditum et ad eos quos pro
debat transmissum nec sceleratam po
pulum romanum suscepisse victoriam.
Pyrrum epyrotarum regem cum in castris
ex vulnere curaretur medici sui pro
ditione interfici nefas duxit fabri
cius quin potius vinctum remisit
ad dominum ut scelus nec in adversario
conprobaret. Quod leges publice quod
hostes tuentur quod inter bella et gla
dios sanctum est hoc nobis inter monachos
et sacerdotes christi fuit et audet
quidam ex eis adducto supercilio et
concrepantibus digitis eructuare
et dicere. Quid enim si redemit si
sollicitavit fecit quod sibi profuit.
Mira sceleris defensio quasi non et
latrones et fures ac pirate faciunt
quod sibi prodest. Certe anna et cay
phas seducentes infelicem iudam fece
runt quod sibi utile existimabant.
Volo in cartulis meis quaslibet in
eptias scribere commentari de scripturis
remordere ledentes digerere sto
machum in locis me exercere commun
bus et quasi limatas ad pugnan
dum sagittas reponere. Quam
diu non profero cogitata maledic
ta non crimina sunt immo nec ma
ledicta quidem que aures publicas
nesciant. Tu corrumpas servulos
sollicites clientes et ut in fabulis
legimus aurum ad danaen pene
tres dissimulatoque quod feceris me
falsarium voces cum multo peius crimen
in me accusando in te confitearis
quam in me arguis alius te hereticum
alius insimulat dogmatum perversorem
Taces ipse respondere non audes
Interpretem laceras de sillabis ca
lumpniaris et totam defensionem
tui putas si tacendo detrahas.

Finge in transferendo vel errasse
vel intermisisse me quippiam hic
totius tui negotij cardo versatur
hec tua est defensio. Num idcirco tu
non es hereticus si ego malus inter
pres sim. Nec hoc dico quod te here
ticum noverim. sciat ille qui accusavit
noverit ille qui scripsit. sed quod stul
tissimum sit accusatum ab alio alium
criminari et confosso undique corpore
de dormientis vulnere solatium querere
. Hactenus sic locutus sum quasi ali
quid de epistola commutaverim et simplex
translatio possit errorem habere non
crimen. Nunc vero cum ipsa epistola do
ceat nichil mutatum esse de sensu
nec res additas nec aliquod dog
ma confictum faciunt ne intelligendo
ut nichil intelligant. Et dum ali
enam imperitiam volunt redarguere
suam produnt. Et ego enim non solum
fateor sed libera voce profiteor
me in interpretatione grecorum absque scripturis
sanctis ubi et verborum ordo mis
terium est non verbum e verbo sed se
sum exprimere de sensu habeoque
huius rei magistrum tullium qui pita
goram platonis et economicum
xenofontis et eschinis et demosthe
nis duas contra se orationes pulcher
rimas transtulit. Quanta in illis
pretermiserit quanta addiderit qua
ta mutaverit ut proprietatem alte
rius lingue suis proprietatibus expli
caret non est huius temporis dicere
sufficit michi ipsius translatoris auc
toritas. Qui ita in prologo earun
dem orationum locutus est tullius. Pu
tavi michi assumere laborem uti
lem studiosis michi quidem ipsi non
necessarium. Converti enim ex atticis duorum
eloquentissimorum nobilissimas o
raciones inter se contrarias eschinis
et demostenis. Nec converti ut inter
pres sed ut orator sententijs hisdem et
earum formis tam figuris quam ver
bis ad nostram consuetudinem ap
tis. In quibus non pro verbo verbum
necesse habui reddere sed genus
omnium verborum vimque servavi. Non
enim me ea adnumerare lectori
putavi oportere. Sed tamquam ap
pendere. Rursumque in calce sermo
nis. Quorum ego ait orationes. sicut
spero ita expressero virtutibus utens
illorum omnibus idem sententijs et earum
figuris et rerum ordine verba per
sequens eatenus ut ea non abhorre
ant a more nostro. Que si e grecis
omnia conversa non erunt tamen

xxv

ut generis eiusdem sint elaboravimus.
Sed ut oratius vir acutus et doctus
hoc quidem in arte poetica erudito
interpreti precipit nec verbo verbum cu
rabis reddere fidus interpres. Terre//
cius menander plautus et cecilius
veteres comicos interpretati sunt. Nu
quid herent in verbis ac non decorem
magis et eleganciam in translacione
conseruant. Quam uos veritatem inter
pretacionis hanc eruditi kakozh
lian nuncupant. Unde et ego doctus
a talibus ante annos circiter xx. et
simili tunc quoque errore deceptus. Cete
hoc michi a vobis obiciendum nes
ciens cum eusebii xronikon in la
tinum verterem tali inter cetera prefacione
usus sum. Difficile est alienas lineas
insequentem non alicubi excedere
et arduum ut que in aliena lingua
bene dicta sunt eundem decorem in trans
lacionem conseruent significatum
est aliquid unius verbi proprietate non
habeo meum quo id efferam et dum
quero implere sentenciam longo ambi
tu vix brevis vie spacia consummo.
Accedunt yperbatorum anfractus dissi
militudines casuum varietas figu
rarum. Ipsum postremo suum et ut
ita dicam vernaculum lingue genus.
Si ad verbum interpretor absurde re
sonat si ob necessitatem aliquid in
ordine uel in sermone mutavero
ab interpretis videbor officio recces
sisse. Et post multa que nunc persequi
otiosum est etiam hoc addidi.
Quod si cui non videtur lingue gracie
interpretacione mutare homerum ad ver
bum exprimat in latinum. Plus ali
quid dicam eundem in sua lingua
prose verbis interpretetur. Videbit or
dinem ridiculum et poetam eloquen
tissimum vix loquentem. Verum ne scrip
torum meorum parva sit auctori
tas. quamquam hoc tantum probare vo
luerim me semper ab adolescencia
non verba sed sentencias transtulisse qua
lis super hoc genere prefaciuncula sit
in libro quo beati antonii vita de
scribitur ipsius lectione cognosce.
Ex alia in aliam linguam ad verbum
expressa translacio sensus operit et ve
luti leto gramine sata strangulat
dum enim casibus et figuris seruit
oracio quod brevi poterat indica
re sermone longo ambitu circuma
cta vix explicat hoc igitur ego vitans
ita beatum antonium te petente trans
posui ut nichil desit ex sensu cum a
liquid desit ex verbis. Alii sillabas

aucupentur et litteras. tu quere
sentencias. Dies me deficiet si omnium qui
ad sensum interpretati sunt testimonia
replevero. Sufficit in presenti nominas
se hylarium confessorem qui omeli
as in iob et in psalmos tractatus
plurimos in latinum vertit e greco nec
assedit littere dormitanti. et putida
rusticorum interpretacionem retorsit
sed quasi captivos sensus in suam
linguam victoris iure transposuit
Nec hoc mirum in ceteris scilicet secularibus videlicet
aut ecclesiasticis viris cum lxxta in
terpretes et euangeliste atque apostoli idem
in sacris voluminibus fecerunt legimus
in marco dicente domino Tabita cumi
statimque subnectitur quod interpretatur
puella tibi dico surge. Arguat eu
angelistam mendacii quare addiderat
tibi dico cum in ebreo tantummodo sit
puella surge. Sed ut ΕΜΦΑΤΙ
ΚWΤΕΡΟΝ faciens sensum vo
cantis et imperantis exprimeret
addidit tibi dico. Rursum in ma
theo redditis a proditore iuda tri
ginta argenteis et empto ex eis a
gro figuli scribitur. tunc impletum
est per ieremiam prophetam dicentem
Et acceperunt triginta argenteos pre
cium appreciati quod appreciaverunt filii israel
et dederunt eos in agrum figuli si
cut constituit michi dominus Hoc in ie
remia penitus non invenitur. sed in
zacharia aliis multo verbis ac
toto ordine discrepante vulga
ta quippe edicio ita se habet et
dicam ad eos. si bonum est coram
vobis date mercedem meam xxxta
argenteos. dixitque dominus ad me. po
ne illos in conflatorio et considera
si probatum sit sicut probatus sum
ab eis. et tuli xxxta argenteos. et
misi eos in domo domini in conflato
rio. Quantum distet ab ewangelico
testimonio lxx translacio. perspicu
um est. Sed in hebreo cum sensus
idem sit verba prepostera sunt et
pene diversa. Et dixi inquit ad
eos si bonum in oculis vestris afferte
michi mercedem meam et si non
quiescite. Et appenderunt merce
dem meam xxx argenteos. Et dixit
dominus ad me. Proice illud ad statua
rium decorum precium quod appreciatus
sum ab eis. Et tuli xxx argenteos
et proieci eos ad statuarium in domo
domini. Accusavit apostolum falsitatis quod
nec cum ebraico nec cum lxx congruat
translatoribus et quod his maius est
errent in nomine pro zacharia quippe

Jeremiam posuit. Sed absit hoc de
pedisequo xpi dicere cui cure fuit non
verba et sillabas aucupari sed sententias
dogmatum ponere. Veniamus ad illud
eiusdem zacharie testimonium quod
Johannes ewangelista sumit iuxta ebray
cam veritatem. videbunt in quem
conpunxerunt pro quo in lxx legimus
ΚΑΙ ΕΠΙΒΛΕΨΟΝΤΑΙ ΠΡΟC
ΜΕ ΑΝΘ' ΩΝ ΕΞΩΡΧΗCΑΝΤΟ quod inter
pretati sunt latini Et aspicient ad
me pro hijs qui illuserunt sive insul
taverunt. discrepat evangeliste et lxx
interpretum translacio magis et tamen
sermonum varietas. spiritus unitate con
cordat. In matheo quoque legimus
dominum predicantem apostolis fugam et hoc
ipsum zacharie testimonio confirman
tem. scriptum est ait. percutiam pas
torem. et oves dispergentur. At lxx et
in hebreo multo aliter est. non enim ex
persona dei dicitur ut evangelista vult sed
sex et prophete deum patrem rogantis percu
tite pastorem et dispergantur o
ves. In hoc ut arbitror loco iuxta
quorundam prudenciam evangelista pia
culi reus est. quod ausus sit prophete
verba ad dei referre personam. Scripsit
sit supradictus evangelista ad angeli
monitum tulisse ioseph parvulum et
matrem eius et intrasse egiptum
ibique mansisse usque ad obitum he
rodis ut impleretur quod est a domino per
prophetam. Ex egipto vocavi filium meum
Hoc nostri codices non habent. sed in
ozee propheta iuxta hebraicam scribitur
veritatem. quia puer israel et dilexi
eum et ex egipto vocavi filium meum
Pro quo et in eodem loco lxx trans
tulerunt quia parvulus est israel Et
dilexi eum et ex egipto vocavi fi
lios eius. Non omnino repudiandi
sunt. qui istum locum qui ad xpi maxi
me pertinet sacramentum aliter transtu
lerunt. Danda potius venia ut
hominibus iuxta sanctam iacobi dicen
tis multa peccamus omnes. et si quis
in verbo non peccat iste perfectus est vir
et potest refrenare omne corpus. Illud
vero quod in eodem evangelista scribitur
et venit et habitavit in civitate que
dicitur nazareth ut impleretur quod
dictum est per prophetam. quia nazarenus
vocabitur. Respondeant loco de tali
et fastidiosi estimatores omnium trac
tatorum ubi legerint. discant quia in
ysaia positum. Nam in eo loco ubi
nos legimus et transtulimus exiet vir
ga de radice iesse et flos de radice
eius conscendet et in hebreo iuxta
lingue eius ydioma nazareus scribi
tur hoc omiserunt lxx. Quod si non licet
verbum transferre e verbo. sacrilegium
est. vel celasse vel ignorasse misteri
um. Transeamus ad cetera neque enim
epistole brevitas patitur diucius in sin
gulis immorari. Idem matheus lo
quitur. hoc autem totum factum est ut
impleretur quod dictum est a domino per
prophetam dicentem Ecce virgo in utero
habebit et pariet filium et vocabunt
nomen eius emanuhel. Quod lxx
transtulerunt. Ecce virgo in utero
accipiet et pariet filium et vocabi
tis nomen eius emanuhel. et pariet
filium. Si verba calumpniamur. utique non
est ipsum et accipiet nec vocabunt et
vocabitis. Porro in hebreo ita scriptum
legimus Ecce virgo concipiet et pa
riet filium. et vocabit nomen eius em
manuhel. Non achaz qui arguebatur
infidelitatis non iudei qui erant dominum
negaturi. sed vocabit inquit ipsa que
concipiet. ipsa virgo que pariet. In eo
dem evangelista legimus herodem ad
adventum magorum fuisse turbatum scribis
que et sacerdotibus congregatis sciscitatum
ab eis ubi xpus nasceretur. Illosque re
spondisse. in beethlehem iude. Sic enim
scriptum est in propheta. Et tu beethle
hem terra iuda. Nequaquam minima es
in ducibus iuda ex te enim egredietur dux
qui regat populum meum israel. Hoc
exemplum in vulgata editione sic
fertur. et tu bethlehem domus effra
ta modicus es in milibus iuda de
te michi egredietur ut sit princeps
in israel. Quanta sit inter matheum et lxx
verborum ordinisque discordia magis
hoc admiraberis si ebraicum videas
in quo ita scriptum est. et tu bethlehem
effrata parvulus es in milibus iuda
ex te michi egredietur qui sit domi
nator in israel. Considera gradatim que
ab evangelista sunt posita. et tu bethle
hem terra iuda. Propterea iuda in he
brayco habet effratam in lxx domus
effrata. Nequaquam minima es in duci
bus iuda quod in lxx legitur modicus
es in ducibus iuda. ut sis in milibus
iuda. in hebreo parvulus es in milibus
iuda. sensusque contrarius lxx sibi in
hoc dumtaxat loco et ebraico con
cordante. Evangelista enim dixit quod non sit
parvulus in ducibus iuda cum e regione
sit positum. parvulus quidem es et
modicus. sed tamen de te michi par
vo. et modico egredietur dux in is
rahel. secundum illud apostoli elegit infirma
mundi deus ut confundat forcia. porro

quod sequitur qui regat vel qui pascat
populum meum israel / aliter in propheta esse perspicuum. Hec repeto non ut evangelistas
arguam falsitatis. hoc quippe impiorum
est celsi porphirii iuliani sed ut reprehensores meos arguam imperitie. et
impetrem ab eis veniam ut concedant
michi in simplici epistola quod in scripturis
sanctis / velint nolint apostolis concessum
sunt. Marcus discipulus petri. ita suum
orditur evangelium / Principium evangelii
ihesu christi sicut scriptum est in ysaia propheta
Ecce mitto angelum meum ante faciem
tuam qui preparabit viam tuam. vox clamantis in deserto parate viam domino
rectas facite semitas eius / Hoc exemplum ex duobus prophetis conpositum est de malachia videlicet et ysaia Nam primum quod dicitur ecce mittam angelum meum ante faciem tuam
in malachia in fine positum est. sequens
autem quod infertur vox clamantis
in deserto et cetera in ysaia legitur. Et quomodo
marcus statim in principio voluminis
sui posuit sicut scriptum est in ysaia
propheta. ecce mitto angelum meum
quod non scribitur in ysaia ut diximus sed
in malachia novissimo duodecim prophetarum. Solvat hanc questiunculam
imperita presumpcio. et ego erroris
veniam deprecabor. Idem marcus
inducit ad phariseos salvatorem
loquentem. numquam legistis quid
fecerit david. Quomodo ingressus
est domum dei sub abiathar pontifice
et panes proposicionis comedit. quibus non licebat vesci nisi sacerdotibus.
Legamus samuhelem sive ut communi
hetur titulo regnorum libros. ibique reperimus non abiathar / scriptum esse sed
abimelech pontificem qui postea a doech cum ceteris sacerdotibus saule iubente
percussus est. Pergamus ad apostolum paulum. scribit ad chorinthios / si enim cognovissent numquam dominum glorie crucifixissent. sed sicut scriptum est. que oculus non vidit. nec auris audivit nec
in cor hominis ascendit que preparavit
deus diligentibus se. Solent in isto
loco apocriforum quidam deliramenta
sectari et dicere. quod de apocalipsi
elie testimonium sumptum sit cum in ysaia
iuxta ebraicum ita legatur. A seculo
non audierunt neque auribus perceperunt
oculus non vidit deus absque te que
preparasti expectantibus te. Hoc septuaginta multo aliter transtulerunt a seculo
non audivimus neque oculi nostri viderunt
deum absque te et aliter transtulerunt / opera
tua vera. et facies expectantibus

te misericordiam. Intelligimus unde sumptum
sit testimonium. et tamen apostolus non
verbum expressit ex verbo sed napa φp
αcTIkWC eundem sensum aliis sermonibus indicavit. In epistola
ad romanos. idem beatus apostolus
exemplum de ysaia propheta sumens
ecce inquit ponam in syon lapidem
offensionis et petram scandali discordat cum translacione veteri et tamen
cum ebrayca veritate concordat. In
lxx^ta enim contrarius sensus est non ut lapidi offensionis occurrentis. neque ut
petre ruine. Cum apostolus quoque petrus ebreis pauloque consentiens
ita posuerit. Incredulis autem lapis
offensionis et petra scandali. Ex quibus universis perspicuum est apostolos et evangelistas in interpretacione veterum scripturarum sensum quesisse non verba. Nec magnopere de ordine sermonibusque curasse cum intellectui res paterent.
Lucas vir apostolicus et evangelista scribit
stephanum primum martirem in iudaica
contencione narrantem. In lxxv^ta
animabus descendit iacob in egyptum et defunctus est ipse et patres
nostri et translati sunt in sichem. et
positi sunt in sepulchro quod emit
abraham precio argenti a filiis emor filii sichem. Hic locus in genesi multo aliter invenitur quod scilicet
abraham emerit ab ephron et
heo filio saar. iuxta ebron quadringentis dragmis argenti speluncam duplicem et agrum circa
eam sepelieritque in ea saram uxorem suam. Atque in eodem libro postea legimus revertentem de mesopotamia iacob. cum uxoribus / et filiis suis posuisse tabernaculum ante
salem urbem sicimorum que est in terra
chanaan et habitasse ibi et emisse
partem agri in quo habebat tentoria ab emor patre sichem centum
agnis et statuisse ibi altare. et invocasse deum israel. Abraham non
emit specum ab emor patre sichem sed
ab ephron filio saar nec sepultus est
in sichem. sed in chebron. que corrupte dicitur arboch / Duodecim
autem patriarche non sunt sepulti in
arboch sed in sichem qui ager non
est emptus ab abraham: sed ab
iacob. Differo solucionem istius
questiuncule. ut obtrectatores mei
querant et intelligant non verba in
scripturis consideranda sed sensum.
Vicesimi primi psalmi iuxta ebreos
id ipsum exordium est. quod dominus est

lxxvii
a

d

b

locutus in cruce heli. heli. lemaz abtani
quod interpretatur deus meus deus meus
quare me dereliquisti. Reddant ra-
tionem cur lxx^ta translatores interpo-
suerint respice me. Ista enim vertit
deus deus meus respice me. quare
me dereliquisti. respondebit utique
nichil in sensu dampni esse si duo ver-
ba sint addita. Audiant et a me non
periclitari ecclesiarum statum si celeritate
dictantis aliqua verba dimiserim. lon-
gum est nunc evolvere quanta lxx^ta
de suo addiderint quanta dimiserint
que in exemplaribus ecclesie obelis as-
teriscisque distincta sunt. Illud enim quod
legimus in ysaia. Beatus qui habet
semen in syon et domesticos in iherusalem
solent ebrei deridere cum audierint
non et in amos post descriptionem luxurie
stancia putaverunt hec et non fugi-
tiva. Revera sensus rethoricus. et
declamacio tulliana. Sed quid facie-
mus ad autenticos libros. in quibus
hec non fuerint adscripta et cetera
hiis similia que si proferre nitamur
infinitis libris opus est. Porro quan-
ta dimiserint vel asteriscis ut diximus
testes sunt vel nostra interpretatio si a di-
ligenti lectore translatio in veteri con-
feratur. Et tamen iure lxx editio ob-
tinuit in ecclesiis. vel quia prima est
et ante christi fertur adventum. vel quia
ab apostolis in quibus tamen ab ebreo non dis-
crepant usurpata. Aquila autem
proselitus et contenciosus interpres
quia non solum verba. sed ethimolo-
gias quoque verborum transferre cona-
tus est iure proicitur a nobis. Quis
enim pro frumento vino et oleo possit
vel legere vel intelligere. XEYM
AON VPITMONETIAUNOT
HTA. quod nos possumus dicere
fusionem pomationemque et splende-
tiam. Que autem ebrei non solum habent
a p p a sed et pro a p o p a. ille k
a k o z n a w c et sillabas interpretetur
et litteras. dicatque CINTON. OYPAO
N KAI CI N T H N H T H N quod grecus
et latinus omnino lingua non recipit huius
rei exemplum ex nostro sermone capere pos-
sumus. Quanta enim apud grecos bene
dicuntur que si ad verbum transferamus
in latino non resonant et e regione
que apud nos placent si vertantur
iuxta ordinem apud illos displicebunt.
Sed ut infinita pretermittam et ostendam
tibi vir omnium nobilium christianissime et
christianorum nobilissime cuiusmodi falsi-
tatis in epistola et translacione repre-
hendant ipsius epistole ponam tibi greco sermone

principium ut ex uno crimine intelligant
et cetera. E ΔΕΙ Η Μ Α C . ΑΓΑΠΗΤ
ΕΜΗ ΟΗ ΓΙΟ ΗΚΑ ΗΡ Ω Η ΦΕΡΕ
ΤΑΙ. Quod ego ita vertisse me me-
mini. Oportebat nos dilectissime cle-
ricatus honore non abuti in superbia. Ec-
ce inquiunt in uno versiculo quanta men-
dacia. primum. ΑΓΑΠΗΤΟC. dilectus
est. non dilectissimus deinde ΟΙΗCΙC es-
timatio dicitur non superbia. Non enim dixit
ΟΙΗΜΑΤΙ sed ΟΙΗCΕΙ. quorum al-
terum timorem alterum arbitrium sonat.
Totum quod sequitur clericatus honore
non abuti in superbia tuum est. Quid ais
o columine litterarum et nostrorum temporum aris-
tarche. Quid de universis scriptori-
bus sentiam feres. Ergo frustra tanto tem-
pore studuimus. et sepe manum ferule sub-
duximus. Egredientes de portu statim
impegimus. Igitur quia et errasse hu-
manum est et confiteri errorem pruden-
tis. tu quicumque reprehensor es tu me
obsecro emenda preceptor et verbum de
verbo exprime. debueras inquit dicere
oportebat nos dilecte. non est in ma cor-
clericatum fieri hec est plautina eloquen-
tia. hic lepos atticus. et musarum ut
dicunt eloquio comparandus. Com-
pletur in me etiam vulgi sermone pro-
verbium. oleum perdit et impensas qui bo-
vem mittit ad ceroma. Hoc non est illius
culpa cuius sub persona alius agit trage-
diam sed magistrorum eius qui illum magna
mercede nichil scire docuerunt. Nec
reprehendo in christiano quolibet sermo-
nis imperitiam. atque utinam socraticum
illud haberemus. scio quod nescio et
alterius sapientis teipsum intellige. ve-
neracioni michi semper fuit non verbo-
sa rusticitas sed sancta simplicitas. Qui
in sermone imitari se dicit apostolos
prius imitetur virtutes in vita illorum
in quibus loquendi simplicitatem ex-
cusabat sanctimonie magnitudo et sil-
logismos aristotolis. contortaque cri-
sippi acumina. resurgens mortuos
confutabat. Ceterum ridiculum si quis e
nobis manens inter cresi opes et sar-
danapalli delicias de sola rusticitate
se iactet. Quasi omnes latrones et diver-
sorum criminum rei diserti sint et cruentos
gladios philozophorum voluminibus
et non arborum truncis occultant. Excessi
mensuram epistole. sed non excessi dolo-
ris modum. Nam qui falsarius vocor
et inter muliercularum radios et textri-
na dilanior contentus sum nomen
abnuere non referre. unde arbitrio
tuo cuncta permitto. ut legas epistolam tam
grecam quam latinam et illico intelliges

firmitas vel dignitas

Aristarchus quidam philosophus fuit

unguentum quo ungebantur athlete

lxxviii. a

diserti

abscondat

accusatorum meorum venenatas et opprobriosas
querelas. porro michi sufficit animum
instruxisse karissimum et in cellula lati-
tantem diem tantum expectare iudicii. op-
toque si fieri potest et si adversarii no-
luerint commentarios potius scripturarum
... quam demostenis et tullii philippi-
cas scribere. Incipit epistola epiphanii
cypri missa ad iohannem episcopum a sancto
ieronimo translata et cetera &c.

Domino dilec-
tissimo fratri iohanni episcopo epipha-
nius. oportebat nos dilec-
tissime clericatus honore
non abuti in superbia sed cus-
todia mandatorum dei et observatione
diligentissima. hoc est quod dicimur.
Ubi enim sancta scriptura loquitur clerici eorum
non proderit eis. quam arrogantiam cle-
ricatus conducere nobis poterit qui
non solum cogitatione et sensu, verum et
sermone peccamus. Audivi quippe quod
tu meas contra nos et irasceris et
mineris scribere in extremos fines terre
ut tota provincia scilicet non nomine. et ubi
est dei timor qui nos debet illo timore
concutere qui dictus a domino est si quis
irascitur fratri suo sine causa reus erit
iudicio. Non quo magnopere curem si scri-
bas quod tibi placuerit. Scribebantur
enim et epistole bibline iuxta ysaiam et
mittebantur super aquas que cito cum
seculo transeunt. nichil tibi nocuimus
nichil iniurie fecimus nec quicquam vio-
lenter extorsimus. In monasterio fratrum et
fratrum peregrinorum qui provincie tue nichil
debent et propter nostram parvitatem et
litteras quas ad eos crebro direximus
communionis quoque tue ceperunt
habere discordiam. Ne videntur qua-
dam diversa et conscientia antique fi-
dei ab ecclesia quam simul habuimus
seperari ordinavimus diaconum. et postquam
ministravit et rursum presbiterum. Super
quo debueras gratulari. intelliges
quod ob dei timorem hoc sumus facere
compulsi. maxime cum nulla sit diversi-
tas in sacerdotio dei. et ubi utilitati ec-
clesie providetur. Nam et singuli ecclesie
episcoporum habent subiectas ecclesias quibus
curam videntur impendere et nemo
super alienam mensuram extenditur.
tamen preponitur omnibus caritas christi in
qua nulla simulatio est. Nec consi-
derandum quid factum sit. sed quo tempore
et quo et in quibus et quare factum sit.
Cum enim vidissem quia multitudo
sanctorum fratrum in monasterio consisteret
et sancti presbiteri ieronimus et vincentius
propter verecundiam et humilitatem nol-
lent debita nomini suo exercere sa-
crificia et laborare in hac parte mo-
nasterii que christianorum precipua salus
est invenire autem et comprehendere ser-
vum dei non posses qui te et quod grave
onus sacerdotii nollet suscipere sepe
confugerit. sed nec alius quis episcoporum
facile eum reperiret. Unde et satis
miratus sum quomodo dispositione
dei ad nos venerit cum diaconibus mo-
nasterii et ceteris fratribus ut michi satis
faceret quia nescio quid adversum eos
habeam tristitie. Cum igitur celebra-
retur collecta in ecclesia ville que
est iuxta monasterium nostrum ignoran-
tem eum et nullam penitus haben-
tem suspicionem per multos
diaconos apprehendi iussimus et
teneri os eius ne forte liberare se
cupiens adiuraret nos per nomen christi
et primum diaconum ordinavimus propo-
nentes ei timorem dei et compellentes
eum ut ministraret. valde enim obnitebatur
indignum esse se contestans. Vix ergo
compulimus eum et suadere potuimus
testimoniis scripturarum et propositione
mandatorum dei et cum ministrasset in
sanctis sacrificiis. rursus cum ingenti
difficultate tento ore eius ordina-
vimus presbiterum. et hisdem verbis quibus
antea suaseramus impulimus
ut sederet in ordine presbiterii. Post hec
scripsimus ad sanctos presbiteros monachos
et ceteros fratres et increpuimus eos
quare non scripsissent super eo cum ante
annum multos eorum queri audissem
Cur non habent qui sibi dominicum sacrificium
conficerent et illum omnes suo possent
testimonio et grandem utilitatem
in communi monasterii testarentur
quare hac accepta oportunitate non scrip-
sissent nobis. neque super ordinatione
eius aliquid poposcissent. hec ita
gesta sunt velut locutus sum in cari-
tate christi quam te erga parvitatem meam
habere credebam et quia in monasterio
ordinaverim et non in parrochia que
tibi subiecta sit. O vere benedicta e-
piscoporum Cypri mansuetudo et bonitas
et nostra rusticitatis sensu tuo et ar-
bitratu digna misericordia dei. Nam multi
episcopi communionis nostre et presbiteros in
nostra ordinaverunt provincia quos nos
comprehendere non potueramus et mise-
runt ad nos et dyaconos et ypodi-
aconos quos suscepimus cum gratia et
ipse cohortatus sum beate memorie
philonem episcopum et sanctum te oppidum ut
ecclesiis Cypri que iuxta se erant

Io. scripsit litteras invectivas contra epiphanium propter ordinationem quam fecerat in eius diocesi. quas litteras epiphanius misit hic episcopus dicendo se unum clericum in dyaconum et presbiterum ordinasse permittens non illam sed aliam fuisse in diocesi ... quia ipse episcopus scripsit hic contra origenem et eius sequaces de quibus ... Io.

Ie. et vincentius non celebrant propter humilitatem

ad me aut pro ecclesie videbantur ecclesiam
pertinere eo quod grandis esset et late pa
tens provincia ordinarent presbiteros et
Christi ecclesie providerent Numquam ego
aut ordinavi diaconissas et ad ali
enas misi provincias neque feci quicquam
ut ecclesiam scinderem Quid ergo
tibi visum est sic graviter intumescere et irac
tari contra nos pro opere dei quod in e
dificatione et non in destructione fratrum
factum est. Sed et illud vehementer a
miratus sum quod meis locutus es cle
ricis asserens te per sanctum presbiterum et ab
batem monachorum Gregorium man
dasse michi ne quicquam ordinarem
et ego tibi pollicitus sum dicens Nunquid
iuvenes sumus aut canones ignoro
Audi igitur veritatem in sermone dei me
hec nec audisse nec nosse nec istius
sermonis penitus recordari. Sus
picatus autem sum ne forsitan inter
multa quasi homo oblitus essem
et ob hanc causam sanctum Gregorium scisci
tatus et Zenonem presbiterum qui cum
eo est E quibus abbas Gregorius re
se hoc penitus ignorare. Zeno autem
dixit quia tunc ei presbiter Rufinus nescio
que alia curiositate loqueretur. etiam

Lxxix a

hoc dixit. putas ne aliquos ordi
naturus es sed episcopus Et huiuscemodi fe
cisse sermonem Ego autem Epiphanius
nec audivi quidquam nec respondi Unde
dilectissime non te preveniat furor nec
occupet indignatio nec frustra mo
vearis et aliud dolens te vertas
ad alia et peccando occasionem inve
nisse videaris Quod detestans propheta
domino deprecatur dicens ne declines
cor meum in verba malicie ad excusan
das excusationes in peccatis Illud quoque
audiens admiratus sum quod quidam
qui solent ultro citroque portare ru
musculos et hiis que audierint se
per addere ut contentias et rixas inter
fratres concitent te quoque turbaverint et dix
erint tibi quod in oratione quando offerimus
sacrificia deo soleamus pro te dicere
Domine presta Johanni ut recte credat Noli nos
in tantum putare rusticos ut hec tam
aperte dicere potuerimus. Quamquam
enim hoc in corde meo semper orem
tamen ut simpliciter fatear numquam in
alienas aures protuli ne te viderer
parvipendere dilectissime Quando autem
complemus orationem secundum ritum misteriorum
et pro omnibus et pro te quoque dicimus
custodi illum qui predicat veritatem vel certe
ita tu presta domine et custodi ut ille pre
dicet verbum veritatis sicut occasio
sermonis se tulerit et habuerit ordo

consequentiam Quapropter obsecro te
dilectissime et advolutus pedibus
tuis precor presta michi et tibi ut salve
ris sicut scriptum est a generatione pra
va et recede ab heresi Origenis et
cunctis heresibus dilectissime Video

b

enim quod propter hanc causam omnis vestra in
dignatio concitata sit quod dixerim
vobis Arrii patrem et aliarum heresum
radicem et parentem laudare non
debetis et cum vos rogarem ne ita
erraretis et moneretis contradixistis et
contentiam atque lacrimas adduxistis non
solum autem me sed alios plurimos ca
tholicos qui inferant et ut intel
ligo hec est omnis indignatio et iste
furor et ideo comminamini quod
mittatis adversum me epistolas et huc
illucque sermo vester discurrat et propter de
fensionem hereseos adversum me o
dia suscitantes rumpitis caritatem
quam in nos habuimus In tantum ut fe
ceritis nos etiam penitentiam agere
quia vobis communicaverimus ita O
rigenis errores et dogmata defen
dentibus. Simpliciter loquor nos secundum
quod scriptum est. nec oculo nostro par
cimus ut non effodiamus eum si nos
scandalizaverit nec manui nec pedi
si nobis scandalum fecerint. Et vos
ergo sive oculi nostri sive manus si
ve pedes fueritis similia sustinebitis
Quis enim catholicorum possit equo
animo sustinere et eorum qui fidem
suam bonis operibus exornant ut au
diant Origenis doctrinam atque consilium
et credant preclare illius predicationi
non posse filium videre patrem. neque spiritus
sanctus videre filium hec in libro περὶ ἀρχῶν
scribuntur hiis verbis legimus et
ita locutus est Origenes Sicut enim in
congruum est dicere quod filius possit
videre patrem sic inconsequens est
opinari quod spiritus sanctus possit
videre filium Illud quoque quis Origene
dicente patiatur quod anime angeli

c

fuerint in celis et postquam peccaverint
in supernis deiectas esse in istum mundum
et quasi in tumulos et sepulcra sic
in corpora ista relegatas penas
antiquorum luere peccatorum et corpora
credencium non templa Christi esse sed carce
res dampnatorum. Et veritatem isto
rie allegorie depravans mendacio
infinita verba multiplicat et sim
plices quosque varia persuasione sup
plantans Nunc asserit animas inter
pretatum quod corpora carceres dicat
ΕΤΙ ΜΟΑΟΤΙΑ Η idcirco vocatas
quia de celestibus ad inferiora

venientes calorem pristinum amiserunt. mit cor pristinum amiserunt. nunc corpus hoc obid iuxta grecos a Σώματι id est vinculum sive iuxta aliam proprietatem id est cadaver dici quia anime de celo ruerint. Apelles autem secundum varietatem greci sermonis supellectilem corporis σῆμα hoc est memoriam interpretatur eo quod ita animam in se clausam habeat. quomodo sepulcra et tumuli cadavera mortuorum. Et si hec vera est ubi est fides nostra / ubi promissum resurrectionis ubi apostolica doctrina que in ecclesiis christi hucusque perdurat / ubi illa benedictio ad adam. et ad semen eius. et ad noe. et ad filios eius. crescite et multiplicamini et replete terram. / Iam non erit benedictio. sed maledictio iuxta origenem qui angelos vertit in animas et de sublimi fastigio dignitatis facit ad inferiora descendere quasi deus non possit generi humano animas per benedictionem dare / nisi angeli peccaverint et tot in celis ruine sint quot in terra nativitates. dimittenda nobis est doctrina apostolorum. et prophetarum et legis et ipsius domini salvatoris in ewangelio protonantis. E contrario origenes precipit et legem dat. ut non dicam constringit discipulos suos ne quis oret in celum ascendere ne peius iterum peccans quam in terris ante peccaverat praecipitetur in mundum / Quamque istiusmodi nugas et deliramenta soleat ille scripturarum interpretatione perversa. et aliud significavit quam verum est affirmare dicens prius quam a malicia humiliarer ego deliqui et illud revertere anima mea in requiem tuam. Nec non et illud. Educ de carcere animam meam. Et in alio loco. confitebor domino in regione vivorum. Cum aliis procul dubio sensus sit divine scripture quam ille in heresim suam maligna interpretatione detorquet. Quod fecerunt et manichei et gnostici. et ebionite et marcionis sectatores et alie hereses numero lxxxta qui de purissimo scripturarum fonte assumentes testimonia / non ita interpretantur ut scripta sunt. sed simplicitatem sermonis ecclesiastici. id voluerunt significare quod ipsi senciunt / Illud quoque quod asserere mittitur doleam ne an rideam nescio. doctor egregius audet docere. diabolum iterum rursum futurum esse quod fuerit. et ad eandem dignitatem rediturum. et conscensurum regna celorum. Pro nefas quis tam vecors et stolidus. hoc recipiat ut sanctus Iohannes baptista et petrus et iohannes

apostolus et ewangelista: ysaias quoque et Ieremias. et reliqui prophete coheredes fiant diaboli in regno celorum. Pretereo frivolam eius exponem super tunicis pelliceis / quanto conatu quantisque egerit argumentis ut tunicas pellicias. adam et eve corpora intelligantur. Manifestum est ergo inquit quod de corporibus nostris loquatur. Et si hoc ita est quomodo legimus ante pellicias tunicas et ante inobedientiam et de paradiso ruinam adam loquentem non secundum allegoriam. sed vere hoc nunc os ex ossibus meis et caro de carne mea: Aut unde scriptum est illud quod divinus sermo testatur. Et inmisit deus soporem super adam et dormivit et sumpsit unam de costis eius et implevit pro ea carnem et edificavit costam quam tulerat de eo illi in uxorem Aut que corpora contegebat adam et eva foliis ficus postquam comederunt de arbore vetita. quis autem paciens ferat origenem lubricis argumentationibus resurrectionem carnis huius negantem Sicut declarat manifestissime in volumine explanationum primi psalmi et in aliis multis locis. Aut quis audiat in principio celo donante nobis origenem paradisum Et illum quem scriptura commemorat de terra ad celestia transferentem. Et omnes arbores que scribuntur in genesi / allegorice intelligentem. scilicet quod arbores angelice fortitudines sint. cum hoc veritas non recipiat. Neque enim dixit scriptura divina deposuit adam et evam in terram sed eiecit eos sub paradiso et exposuit rompheam flammeam. et cherubin custodiendum introitum ligni vite et non ascensum Et fluminis egreditur ex eden. non dixit descendit ex eden Iste dividitur in quatuor principia Nomen uni phison et nomen secundi geon. Ego vidi aquas geon. aquas hiis oculis carnis aspicerem Iste est geon quem Ieremias monstrat dicens. Quid vobis et vie egypti ut bibatis aquam geon turbidam: Bibi et de magno flumine eufraten aquas simpliciter quas manu tangerem et ore sorberem non aquas spirituales ubi autem flumina sunt. et aque videntur et bibuntur. Ibi consequens est quod et ficus et alia ligna de quibus dicit deus ex omni ligno quod est in paradiso comedes similia sint fluminibus. et aquis Si autem aqua que cernitur vere aqua est necesse est ut et ficus vera sit. et alia

Aque q̄ sup celū sunt

ligna et adam verus statim a p̄n°
plasmatis in corpore sicut eua. et nō
fantasmaticū et post ruinam ut mult
origenes pp̄ p̄tm̄ postea corpus ac
cepit. Sed dicis legim⁹ quod sanct⁹
paulus raptus sit usq; ad t̄tiū celū
et usq; in p̄adisū. Bene dicis. Cū nā
do ponit t̄tiū celū et postea addid
in p̄adisum. ostendit alibi esse celū
et alibi p̄adisum. Illas uō prestigi
as quis nō statim abiciat atq; cō
tempnat. Dicente origene de aq̄s
que sup firmamentū sūt. nō esse aq̄s
sed fortitudines quasdam angelice
p̄tatis. Et rursum aquas que sup t̄
ras sunt hoc est sub firmamento cō
t̄rarias v̄tutes contrarias id est demones. Et quo
legim⁹ in diluuio apertas katharac
tas celi et aquas inundasse dilu
uij. Unde apti sūt fontes abissi et to
tus mūdus opertus est aquis. Et fu
ror homī uictus stulticie qui relīq
rūt illud quod in prouerbijs dicitur.
Audi fili sermonem patris tui et ne a
bicias legem matris tue et conuersi
sunt ad errorem et dicitur stulto ut
princeps sui sit nec cōtempnunt res
fatuas que dicūr a fatuo sicut scrip
tura testatur. Fatuus aūt fatua lo
quitur et cor eius vana intelligit.
Unde obsecro te dilectissime et q̄i
meis mēbris p̄ferens pp̄ caritatem
quā te habeo pcor. scribens et orās
ut impleas illud quod dicit: Nonne
odientes te dn̄e odiui et sup inimi
cos tuos tabescebam. Inimica et
digna odio origenis v̄ba sunt et dō
repugnātia et sanctis eius. Et nō
ista sola que dixi sed alia innume
rabilia. Neq; em̄ nūc michi p̄positū
est aduersum omīa origenis dog
mata disputare. Nichil michi sub
ripuit origenis nec in mea gñacōe
fuit nec pp̄ aliquas res mūdi et he
reditatem. o dūi aduersum illum
pugnasq; suscepi sed ut simpliciter
fatear doleo et valde doleo. videns
plurimos frm̄ et eorū p̄cipue qui pro
fessionem hn̄t nō minimā et mīs
terium quoq; sacerdocij maximū p̄ue
nerit eius p̄suasione deceptos et
p̄uersissima doctrina cibos factos
esse diaboli. In quibus completū ē
illud quod dicitur: Sup omnem mu
niciōne ludit et esce eius electe et
congregauit sicut arenam captiuita
tem. Tu ūo aūt fr̄ habere deus et
sanū populum xp̄i qui tibi creditus
est et omīs frēs qui tecū sūt et maxe
rufinū p̄bitm ab heresi origenis

et alijs heresibus et p̄dicione earū.
Si em̄ pp̄ unū v̄bū aut duo que con
traria fidei sunt multe hereses ab
iecte sunt ab ecclesia. quāto magis
hic int̄ hereticos habebitur qui ta
tas p̄uersitates. et tam mala dog
mata cōtra fidem adinuenit dei et
ecclie hostis extitit. Int̄ multa em̄ ma
la etiam illud ausus est dicere p̄
didisse imaginem dei adam cū hoc
in nullo penitus loco scriptura sig
nificet. Si em̄ ita eēt nūquā omīa
que ī mūdo sūt seruiret semini adā
id est uniūso gñi hominū sicut et
iacobus aplus loquitur omīa domār
et subiecta sūt nature hūane. Nū
quam em̄ uniūsa essent homib⁹ subiecta
si nō hr̄ent homīes iuxta id quod
vniūsis imperarent imaginē dei. Co
niungens autem atq; consocians scrip
tura diuina grā benedictionis q̄
adam donauerat et gñacionibus
que ex eo erant ne qui forsitan ma
ligna interp̄tacōe auderent dicere
uni datam grām dei et illū solū fuī
ē ad ymaginē dī qui plasmat⁹ eēt
ex humo et uxorem eius eos uō qui
concipentur in utero et nō ita nas
cerentur ut adam deinde habere
imaginē statim p̄ ordinē iugit. et
dicit vixit adam annos ccc et xxx. et cog-
nouit
eua uxorem suā. et pepit ei filiū
iuxta spem. et iuxta ymaginē ei⁹
et uocauit nomē eius Seth. Rur
sum in decima gñacione post anos
ii ccxlij inculcans deus imaginē
suam et ostendens qđ grā quam
dedisset hominibus p̄seueraret in eis
ait: Nec comedetis carnē in sanguine
ego em̄ ulciscar sanguinē urm de ma
nu oīs hominis effundentis illū qz
ad imaginē dī feci hominē. Nec
nō post alteras xc̄ gñaciones us
q; ad abraham. Et ab abraham
usq; ad dauid. alias gñacōes qua
tuordecim que xxiiij gñaciones
simul faciūt annos iic x. et vii. Spiritus
sctūs in xxx° viii psalmo cū querēt̄
de omnibus hominibus qđ in vanita
tem ambularet et p̄ctis essent obnox
ij loquitur verumptn̄ in imagine
dei p̄ambulat omīs homo. Nec nō
post dauid etiā sub salomoē filio ei⁹
legim⁹ tale quiddam sup dī ima
ginem nominatim dicit em̄ in sapiā
que titulo eius scribitur. Creauit in
corruptum hominem et imaginē
sue p̄p̄etatis dedit ei. Et rursus
post annos mille et xi plus minus
in nouo legim⁹ testamento quod

nō pdiderunt homines imaginem
dei Jacobus em̄ aplus et fr̄ dn̄i cui9
et sup̄ meminimus instruit nos ne
origenis laqueis capiam̄ habere ho
minem et similitudinē dī Nam cū
de lingua hominū latius disputasset
adiecit instabile malū In ipa bndi
cim9 dn̄m et prem et in ipa male
dicimus homines qui ad similitudi
nem dei sunt paulus quoqȝ vas
electionis et qui doctrinam euglica
sua pdicatione compleuit docet nos
quod homo ad imaginem et simili
tudinē dei conditus sit dicens vir
nō debet nutrire comā cū gloria
et imago dei sit Imaginē simplr
suo appellans nomine similitudi
nem autem glorie appellatione
significans pro tribus ergo testio
niis que tibi de scriptura sancta si
reperire dicebas posse sufficere et
te vii testimonia dedim9 Quis er
go sustinebit origenis ineptias ut
nō grauius aliquid loquar et simi
lis efficiar uel ipsi uel discipulis ei9
qui audent in periculo anime sue
asserere quodcūqȝ eis in buccam
venit et magis iubere deo et nō
a deo uel orare uel discere veritatē
Quidam enim eorum dicit qd̄ imago
quā prius accepit adam illo peccante
perierit alii suspicantur qd̄ filius
dei corpus habiturus erat ex maria
ipam esse imaginem Alii sensum
Alii virtutem isti baptisma illi quod
homo ad imaginem dei dicitur oi
bus ebriorum more hec uel illa ructan
tes quos oportebat tm̄ effugere dis
crimen nec negare quod loquitur de9
et credentes simpliciter saluos fieri
Deo quoqȝ concedere dampnationis sue causam
et veram scientiam in qua potissimū
parte homines condiderit ad imagi
nem suam qui hec relinquentes
multis se questionib9 implicauerunt et
per has in foueam decidisti sunt peccatorum
Nos autem dilectissime credim9 his
que locutus est de9 et scim9 qd̄ in
cunctis hominibus imago dei permaneat
Ipsi quoqȝ concedim9 nosse in qua parte
homo ad imaginē dei conditus sit
Sed neqȝ illud quod quidam in epla
Iohannis legentes nō intelligunt quē
quam decipiat ubi loquitur nunc fi
lii dei sum9 et nescimus quales fu
turi sim9 Nouimus autem quia cū ille
reuelatus fuerit similes ei erim9
videbim9 enim eū sicuti est hoc enim
pp gloriam que ibi reuelanda est sanc
tis dictū est sicut et in alio loco legi9
agloria in gloriam Cui9 glorie iam in isto
seculo sancti arrabonem et portiuncu
lam susceperunt primus moyses cui9
fulsit facies valde et radiabat ve
luti fulgur aut sol Secundus helias
igneo curru raptus est in celū et ig
nis detrimenta nō senciens Stephan9
lapidabatur et faciē habebat angeli
que ab omnibus cernebatur hoc aut
quod in paucis diximus de omib9 in
telligendum est ut impleatur illud
quod scriptum est Omnis qui sanctificat
semetipsum inter beatos numerabitur
Beati enim mundo corde qm̄ ipi deū
videbunt Cum hec ita se habeant
dilectissime custodi animā tuā et
desine circa nos murmurare dicit et
scriptura diuina nolite murmurare
aduersum me sicut quidam murmura
uerunt et a serpentibus perierunt Ma
gis acquiesce veritati et dilige dili
gentes te et veritatem deus aut
pacis prestet nobis iuxta suā clemē
ciam ut conteratur sathanas sub
pedibus xpianorum et abiciatur oīs
occasio puersa ne scindatur inter nos
vinculū caritatis et pacis et recte fi
dei pdicatio Preterea quia audiui
quosdam murmurare contra me
quomodo simul pergebamus ad sanc
tum locum qui vocatur bethel ut ibi
collectam tecum ex more ecclie sic
facerem et venissemus ad villā que
dicitur anablatha vidissemqȝ ibi
preteriens lucernam ardentem et in
terrogassem qui locus esset didicissem
qȝ esse ecclesiam et intrassem ut orare
inveni ibi velum pendens in foribus
eiusdem ecclie tinctumqȝ atqȝ depic
tum et habens imaginem quasi
xpi uel sancti cuiusdam nō enim satis me
mini cui9 imago fuerit Cum ergo
hoc vidissem in ecclesia xpi contra ee
auctoritatem scripturarum hominis pen
dere imaginem scidi illud et magis
consilium dedi custodibus eiusdem
loci ut pauperem mortuū eo obuol
uerent et efferrent Illique contra murmura
tes dicerent si scindere uoluerat
iustū erat ut aliud daret velū atqȝ
mutaret Quod cū audissem me da
turum esse pollicitus sum et illico e
missurum paululū autem morarum
fuit in medio dum quero optimū
velum pro eo mittere Arbitra
bar enim de cypro mihi esse mittendū
nunc autem misi quod potui reperire
et precor ut iubeas presbiteros ipius loci
suscipere velum a lectore quod a nob
missum est et deinceps precipere

in ecclesia xpi eiusmodi vela que contra religionem nostram veniunt non appendi decet enim honestatem tuam hanc magis here sollicitudinem ut scrupulositatem tollat que indigna est ecclesie xpi et populi qui tibi crediti sunt. palladium vero galathan qui quondam karus nobis fuit et nunc dei misericordia indiget caue quia origenis heresem predicat et docet ne forte aliquos de populo tibi credito ad peruersitatem sui inducat erroris.

Pamachij et occeani epistola ad Jeronimum pro interpretatione periarchon supplicatorium.

21

Sanctus aliquis ex fratribus scedulas ad nos cuiusdam detulit que origenis volumen quod periarchon scribitur in latinum sermonem tenerent. et quoniam in hiis multa sunt que tenuitatem ingenii nostri permouent que minus catholice dicta estimamus. suspicamur eciam ad excusationem auctoris multa de libris eius esse subtracta que aptam impietatem eius demonstrare potuissent quesumus prestanciam tuam ut et hoc specialiter non tam nobis quam vniuersis qui in vrbe habitant proficuum opus digneris impendere. vnde supradictum librum origenis ad fidem quemadmodum ab ipso auctore editus est tuo sermone manifestes. et que a defensore eius dampnata inposita sunt prodas ut que eciam in hiis scedis quas ad sanctitatem tuam direximus. uel contra catholicam regulam uel impietatem edita sunt redarguas atque conuince. Hanc subtiliter in prefacione operis sui mencionem tacito nomine tue fraternitatis expressit quod a te promissum opus ipse compleuerit. Illud oblique aiens. etiam te simili racione sentire. purga ergo suspiciones hominum et conuince criminantem ne si dissimulaueris. consensisse videaris.

lxxxij.

Jeronimus ad predictos Pamachium et occeanum de libris origenis et laude ipsius et cetera.

22

Scedule quas misistis honorifica me afficiunt contumelia qui ingenium predicantes in fidei tollerent veritatem et eadem in alexandria et in romana vrbe et in toto pene orbe. boni homines super meo nomine iactare consueuerunt et tanti me diligunt ut sine me heretici esse non possint. omittam personas. rebus tantum et omnibus respondebo. Neque enim cause prodest maledicentibus maledicere. et aduersarios talione mordere cum præcipitur malum pro malo non reddere sed vincere in bono malum saturari obprobriis et alteram verberanti prebere maxillam. Obiciunt michi quare origenem aliquando laudauerim. nisi fallor duo sunt loca prefacionum ad damasum in omeliis canticorum et prologus in libro ebraicorum nominum. Quid ibi de dogmatibus ecclesie dicitur. Quid de patre et filio et spiritu sancto. Quid de carnis resurrectione. quid de anime statu atque substancia. Simplex interpretatio atque doctrina simplici voce laudata est. Nichil ibi de fide nichil de dogmatibus comprehensum est. moralis tantum tractatur locus et allegorie nubilum serena expositione discutitur. laudaui interpretem non dogmatisten ingenium non fidem. philozophum non apostolum. Quod si volunt super origenem meum scire iudicium legant in ecclesiasten commentarios. replicent in epistola ad ephesios tria volumina et intelligent me semper eius dogmatibus contraisse. Que enim stulticia est sic aliquem laudare doctrinam ut sequar et blasphemiam. Beatus cyprianus. tertulliano magistro vtitur ut eius scripta probant. Cumque eruditi et ardentis viri delectetur ingenio montanum cum eo maximillaque non sequitur. fortissimos libros contra porphirium scribit appollinaris. ecclesiasticam pulchre eusebius historiam texuit. Alter eorum dimidiatam introduxit ECCONOMIAM. Alter impietatis Arrii apertissimus propugnator est. Ve inquit ysaias qui dicunt bonum malum et malum bonum qui faciunt amarum dulce et dulce amarum. Nec bonis aduersariorum si honestum quid habuerint detrahendum est nec amicorum laudanda sunt vicia ut vnumquodque non personarum sed rerum pondere iudicandum est. Moze dz et lucilius quod incomposito currat pede. et tamen sales eius et lepos quoque laudantur. Dum essem iuuenis miro discendi ferebar ardore. nec iuxta quorundam presumptionem ipse me docui. Appollinarem laodicenum audiui frequenter antiochie et colui et cum me in sanctis scripturis erudiret. numquam illius contentiosum sensum super hereticum dogma

suscepi. Iam spargebat caput et magistrum
potius quam discipulum decebat. Perrexi
tamen alexandriam audivi didimum
in multis ei gratias ago. Quod nesciebam
didici quod sciebam illo docente non
perdidi. Putabant me homines finem fe
cisse discendi. Rursum veni iherosol
imam et bethlehem. quo pretio quo
labore barabanam nocturnum habui
preceptorem. Timebat enim iudeos
et michi alterum exhibebat nico
demum. Horum omnium frequenter
in opusculis meis facio mentionem.
Certe appollinaris et didimi inter
se dogma contrarium est. Rapiat
me ergo utraque turma diversum al
trinsecus. quia magistrum utrumque con
fiteor. Si expedit odisse homines
et gentem aliquam detestari. mi
ro odio aversor circumcisionem. usque
hodie enim persequuntur dominum nostrum ihesum christum
in sinagogis sathane. Obiciat mihi
quispiam cur hominem iudeum habu
erim preceptorem. et audet quidam
proferre litteras meas ad didimum quasi
ad magistrum. Grande crimen discipuli
si hominem eruditum et senem magistrum
dixerim. Et tamen volo inspicere
ipsam epistolam que tanto tempore
reservata est. Nichil preter ho
norem et salutationem continet. Inepta
sunt hec et frivola. Arguite
potius ubi heresim defenderim. u
bi pravum origenis dogma laudave
rim. In lectione ysaie in quo duo
seraphim clamantia describuntur illo
interpretante filium et spiritum sanctum. Nonne
ego detestandam expositionem in
duo testamenta mutavi. Habetur
liber in manibus ante xx^ti annos e
ditus. Tota opuscula mea et maxi
me commentarii iuxta oportunitatem
locorum gentilem sectam laceravit.
Quod autem opponunt congregasse me
libros illius super cunctos homines. uti
nam omnium tractatorum haberem
volumina ut tarditatem ingenii e
ruditionis diligentia compensarem.
Congregavi libros eius fateor. et
ideo errores non sequor. quia scio
universa que scripsit. Credite ex
perto quasi christianus christianis loquor.
Venenata sunt illius dogmata. a
liena a scripturis sanctis. vim scripturis
facientia. Legi inquam legi origenem
et si in legendo crimen est. legi fateor.
et nostrum marsupium alexandrine car
te evacuaverunt. Si michi creditis
origenastes numquam fui. Si non cre
ditis nunc esse cessavi. Quod si nec

sic adducimini ad fidem compellitis
me in defensionem mei contra ama
torem vestrum scribere. ut si non creditis ne
ganti. credatis saltem accusanti. Sed
libentius mihi erranti creditur quam cor
recto. Nec mirum. putant enim me suum
esse CIMMIC O E N et preparamina
les. et lucros nolle palam dogmata
confiteri. quia porcis enim dictum est non fa
cile margaritas ante porcos mitten
das. nec dandum sanctum canibus. Et tu da
vid dicere. In corde meo abscondi elo
quia tua ut non peccem tibi. Et in alio
loco super christo. Qui loquitur inquit ve
ritatem in pectore suo. id est cum hiis
qui domestici fidei sunt. Ex quo intel
ligi voluit nos qui nec dum initiati
sumus debere audire mendacium nec
parvuli atque lactantes solidioris ci
bi edulio suffocemur. Quod autem per
iurium atque mendacii in se origenis
federentur sextus stromatum liber
in quo platonis sententie nostrum dog
ma componit plenissime docet. Quid
ergo faciam. Negem me eiusdem dog
matis esse. non credunt iure. Fidebit
et dicent dicit bis ista nascitur. Faciam
quod solum cavent ut sacra corpus atque
misteria in publicum proferam. ut
omnis prudencia qua nos simplices
ludunt. in propatulo sit. et qui negati
nova non credunt credant saltem argu
enti stilo. Hoc enim vel maxime cavet
ne quod contra auctorem suum corpus scrip
ta teneantur. facile dicunt eum in quanto
quod postea alio solvat periurio a subscrip
tione periculosantur. quesivit quod suffra
gia. Alius non possum inquit dampnare
quod nemo dampnavit. Alius nichil super
hoc patribus statutum est ut dum totius
orbis provocatur auctoritas subscri
bendi necessitas differatur. Quidam
constantinus quando inquit dampnabi
mus quod synodus nicena non tetigit
que enim dampnavit arrium dampn
nasset utique et origenem. si illius dog
mata reprobasset. scilicet uno me
dicamine omnes simul morbos de
bere curari. et ideirco spiritus sancti
negandam maiestatem. quia nul
la synodo super substantiam eius silentium fu
it. de arrio tunc non de origene quod
erat. de filio. non de spiritu sancto. Con
fessi sunt quod negabatur. tacuerunt
de quo nemo querebat. quamquam latet
et origenem fontem arrii percusserint
dampnantes enim eos qui filium de patris
negant esse substantia. illum pariter arriumque
dampnaverunt. alioqui hoc argumen
to nec valentinus. nec martion

lxxxiii
a

nec Catafrigas nec Manicheus dap-
nari debent quia synodus Nicena
eos non nominavit / quos certe ante
synodum fuisse non dubium est / Quod
si quando urgueri ceperint: et aut subscri-
bendum ei fuerit aut exeundum de ec-
clesia mixtas strophas videas. Sic
verba temperant / sic ordinem struunt
et ambigua queque continuant ut
nostram et adversariorum confessionem
teneant / ut aliter hereticus / aliter au-
deat catholicus quasi non eodem spiritu
et Apollo Delficus atque Loxias oracu-
la fuderint. Creso et Pirro diversis tempori-
bus sed pari illudens stropha. Exem-
pli causa subiciam. Credimus inquiunt
resurrectionem futuram corporum / Hoc
si benedicatur: pura confessio est
: sed quia corpora sunt celestia et ter-
restria et aer iste et aura tenuis iux-
ta naturam suam corpora nominantur. Corpus
ponunt non carnem / Ut orthodoxus
corpus audiens carnem putet here-
ticus spiritum cognoscat. hoc est eorum prima
decipula que si deprehensa fuerit instru-
unt alios dolos et innocentiam simu-
lant et malitiosos nos vocant et quasi
simpliciter credentes aiunt Credimus re-
surrectionem carnis. hoc vero cum dix-
erint vulgus indoctum putat sibi
posse sufficere maxime quia et ipsum
et simbolo creditur. Interroges ultra
circuli strepitus commovetur fauto-
res clamitant. Audisti resurrecti-
onem carnis. Quid queris amplius
Et in pulsum studiis commutatis sicof-
fante illum simplices appellant.
Quod si obdurueris fronte et ur-
guere ceperis carnem digitis tenens
an ipsam dicant resurrecturam que
cernitur que tangitur / que incedit
et loquitur primo rident deinde pro-
nunciant dicentibusque nobis / utrum
capillos et dentes et pectus ac ve-
trem manus et pedes ceterosque ar-
tus ex integro resurrectio exhibeat
tunc vero risu se tenere non possunt Cachin-
noque ora solventes tonsores nobis
necessarios et placentas et medicos ac
sutores ingerunt. Ultroque interrogant
utrum credamus et genitalia utriusque
sexus resurgere nostras genas irsutas
feminarum leves fore et habitudine
corporis pro maris ac femine distinc-
tionem diversam. Quod si dederimus
statim expetunt vulvam et coytum et
cetera que in ventre sunt / et sub ven-
tre singula membra negant et cor-
pus quod constat ex membris: dicunt
non resurgere Non est huius temporis

contra dogma perversum rethoricum iac-
tare sermonem. Non michi dives Cicero-
nis lingua sufficit / non fervens Demos-
tenis oratio acre possit implere ser-
monem si velim hereticorum fraudu-
lentias prodere qui verbotenus resur-
rectionem fatentes corde negant. So-
lent enim muliercule eorum mammas
tenere ventri applaudere. Lumbos
et femina et pudenda attractare ma-
millas et dicere. Quid nobis prodest
si fragile corpus resurget. In futuro
angelorum habebimus naturam. De-
dignantur videlicet cum carne et ossi-
bus resurgere quibus resurrexit et Christus
Sed me errasse in adolescentia et
philosophorum id est gentilium studiis eruditum
in principio fidei ignorasse dogmata
christiana et hoc putasse in apostolis quod
in Pitagora et Platone et Empedo-
cle legeram. Cur parvuli in Christo atque
lactantes errorem sequimini. Cur
ab eo impietatem discatis qui nec-
dum pietatem noverat. Secunda post
naufragium tabula est / culpam simpli-
citer confiteri. quam bene monet vir
sanctus: imitati estis errantem imi-
tamini et correctum. Erravimus
iuvenes emendemur et senes. Iun-
gamus gemitus et lacrimas copu-
lemus. ploremus et convertamur ad do-
minum qui fecit nos. Non expectemus
diaboli penitentiam una est illa pre-
sumptio et in profundum gehenne
trahens Hic aut creditur vita aut a-
mittitur. Si Origenem numquam secu-
tus sum frustra me infamare cu-
pitis. Si discipulus eius fui imita-
mini penitentem / Credidistis confi-
tenti credite et neganti / Si istam
quit ais noveras. quare eum laudas-
ti in opusculis tuis / Et hodie lauda-
rem. nisi vos eius laudaretis er-
rores. Non michi displicet ingenium
nisi quibusdam eius placeret impi-
etas Et apostolus precipit omnia legentes
que bona sunt retinentes. Lactancius
in libris suis et maxime in epistolis su-
is ad Demetrianum spiritus sancti omnino
negat substantiam et errore iudaico dicit
eum ad patrem referri vel ad filium
et sanctificationem utriusque persone
sub eius nomine demonstrari. Quis
michi interdicere potest ne legam in-
stitutionum eius libros quibus contra
gentes scripsit fortissime quia superior
sententia detestanda est. Appollinaris
contra Porphirium egregia scripsit volu-
mina. Probo laborem viri licet
fatuum in plerisque dogma contempnam

fraudes calliditates

i. calumpniatores

laudo

h(ic) co(m)memorat pene o(mn)es errores origenis

lxxxiiii

Confitemini et vos in quibusdam errasse origenem et ultra non faciam. Dicite eum male sensisse de filio, peius de spiritu sancto. Animarum de celo ruinas impie protulisse, resurrectionem carnis verbo confiteri, ceterum assertione destrui, et post multa secula atque unam omnibus restitutionem idipsum fore gabrielem quod diabolum, paulum quod caiphan, virgines quod prostibulas. Cum hec reieceritis et quasi censoria virgula separaveritis a fide ecclesie, tuto legam cetera. Nec venena iam metuam cum antidotum prebibi. Non michi nocebit si dixero origenem in ceteris libris omnes vicerit, in cantico canticorum ipse se vicit. Nec formidabo sententiam qua illum doctorem ecclesiarum quondam adulescentulus nominavi, nisi forte accusare debui, cum rogatus opuscula sua transferebam, et dicere in prologo: Hic cuius interpretor libros hereticus est. Cave lector ne legas, fuge viperam. Aut si legere volueris, scito a malis hominibus et hereticis corrupta esse que transtulisti, quamquam timere non debeas: ego enim omnia que fuerant viciata correxi. Hoc est aliis verbis dicere: ego qui interpretor catholicus sum, hic quem interpretor hereticus est. Denique et vos satis simpliciter et ingenue, ac non maliciose, parum scilicet pendentes precepta rethorica et persuasiones oratorum, dum libros eius ΠΕΡΙ ΑΡΧΩΝ hereticos confitemini et in alios tamen transferre vultis, mitigatis legentibus scrupulum, ut totam auctoris vitam discuciant et ex ceteris libris eius coniecturam presentis faciant questionis. Ego callidus quia emendandum silens quod volui, et dissimulans crimina, non feci invidiam criminoso. Audi et medici: grandes morbos non esse curandos, sed dimittendos nature, ne medela languorem exasperet. Centum et l prope anni sunt ex quo origenes mortuus est tiri. Quis latinorum umquam ausus est transferre libros eius de resurrectione, ΠΕΡΙ ΑΡΧΩΝ, stromateas? Quis per infamie opus seipsum voluit infamari? Nec disertiores sumus hilario, nec fideliores victorino, qui tractatus eius non ut interpretes sed ut auctores proprii operis transtulerunt. Nuper sanctus ambrosius sic exameron illius compilavit ut magis ypoliti sententias basiliique sequeretur. Ergo ipse cuius imitatores (emulatores) esse nos dicitis, et ad ceteros talpe

capreas et me oculos possidetis? si malo animo fuissem erga origenem scripsissem (?)

interpretatus essem hos ipsos quos supra dixi libros, ut mala eius etiam latinis nota facerem. Sed numquam feci, et multis rogantibus acquiescere nolui. Non enim consuevi eorum insultare erroribus quorum miror ingenia. Ipse si adviveret origenes irasceretur vobis fautoribus suis, et cum iacob diceret: odiosum me fecistis in mundo. Vult aliquis laudare origenem? laudet ut laudo. Magnus vir ab infancia et vere martiris filius. Alexandrie ecclesiasticam scolam tenuit, succedens eruditissimo viro clementi presbitero. Voluptates in tantum fugit ut zelo dei non secundum scientiam ferro truncaret genitalia. Calcavit avariciam. Scripturas memoriter tenuit, et in studio explanationis earum diebus desudavit ac noctibus. Mille et eo amplius tractatus in ecclesia locutus est. Edidit innumerabiles preterea commentarios quos ipse appellat thomos, et quos nunc pretereo ne videar opum (ordinum) eius indicem texere. Quis nostrum tanta potest legere quanta conscripsit? Quis ardentem scripturis animum non miretur? Quod si quis iudas zelotes opposuerit nobis errores eius, audiat libere: interdum magnus dormitat omerus. Verum opere longo fas est obrepere somnum. Non imitemur eius vicia cuius virtutes non possumus sequi. Erraverunt in fide alii tam greci quam latini, quorum non necesse est proferre nomina, ne videamur eum non suis meritis sed aliorum errore defendere. Hoc non est in quies excusare origenem sed accusare ceteros. Pulchre si eum errasse non dicimus si in fidei pravitate sathanam apostolum paulum aut angelum de celo audire duceremus. Nunc vero cum simpliciter eius errorem fatear, sic legam ut ceteros, quia sic erravit ut ceteri. Dicam si multorum communis error est, cur solum persequimini? Qui a nos simul laudatis ut apostolum. Ceterorum tollite amores ΦΙΛΕΡΒΟΛΕΝ et tolimus odii magnitudinem. Ceterorum vicia dedibus suis ad hoc tantum excerpitis, ut huius defendatis errorem. Origenem sic fertis in celum ut mihi eum errasse dicatis. Quisquis es assertor novorum dogmatum, queso te ut parcas romanis auribus. Parcas fidei que apostoli voce laudata est. Cur post quadringentos annos docere nos niteris quod ante nescivimus?

iudicaria

laus origenis

origenes se castravit

libri origenis

libri origenis

thomas origenis quid sit

lxxxv

Cur profers in medium quod paulus et petrus edocere noluerunt. usque ad hunc diem sine ista doctrina mundus christianus fuit. Illam senex tenebo fidem in qua puer natus sum. Pelusiotas nos appellant et lutros et animales et carneos quod non recipiamus ea que spiritus sunt. Illis scilicet ierosolomite quorum mater in celo est. Non contempno carnem in qua christus natus est et resurrexit. non despicio lutum quod ex tocius in testam purissimam regnat in celo. Et tamen miror cur carni detrahentes vivant carnaliter in terris et inimicam suam foveant et nutriant delicate nisi forte implere volunt scripturam dicentem. Amate inimicos vestros et benefacite his qui persequuntur nos. Amo carnem castam virginem ieiunantem. Amo carnis non opera sed substantiam. Amo carnem que iudicandam se esse novit. Amo illam que pro christo in martirio ceditur laniatur et exuritur. Illud vero quod asserit a quibusdam hereticis et malivolis hominibus libros eius esse violatos, quam ineptum sit hinc probari potest. Quis prudentior doctior eloquentior eusebio et didimo assertoribus origenis inveniri potest. Quorum alter sex voluminibus THCA IIOΛAC ita eum ut se sensisse confirmat. Alter sic eius errores nititur excusare ut tamen illius se fateatur non scriptum negans sed sensum simul scribentis edisserens. Illud est si qua ab hereticis addita sunt. didimus qui benedicta defendit. Solus scilicet inventus est origenes cuius scripta in toto orbe pariter falsarentur. Et quasi administratis literis omnis veritas uno die de voluminibus illius raderetur. Si unus violatus est liber unde universa opera que diversis et locis et temporibus edidit simul corrumpi potuerunt. Ipse origenes in epistola quam scribit ad fabianum romane urbis episcopum penitentiam agit cur talia scripserit et causas temeritatis in ambrosium refert quod secreto edita in publicum protulerit. et quedam nunc ETI HTIAOCOOTIM aliena esse que displicent. porro quia pamphilum protulit laudatorem eius gratias illis ago meo nomine quod dignum me putaverunt quem cum martire calumniarentur. Si enim ab inimicis origenis libros eius dicitis esse violatos ut infamarentur quare non liceat mihi dicere ab inimicis eius et obtrectatoribus compositum esse sub nomine pamphili volumen quod illum testimonio martiris ab infamia vindicaret. Ecce nos emendatis in origenis libris quod ille non scripsit et miramini si edat aliquis librum quem ille non edidit, vos in edito opere potestis coargui. ille qui nichil edidit facilius patet calumnie. date quolibet aliud opus pamphili nusquam reperietis hoc unum est. unde ergo sciencia quod pamphili sit. videlicet stilus et salva docere me poterit. Numquam credam quod doctus vir primos ingenii sui fructus questionibus et infamie dedicarit et ipso nomine apologetici ostendit accusationem. Non enim defenditur nisi quod in crimine est. Num proferam cui contradicere vel stulti sit vel inprudentis. Sexti libri eusebii super origenis defensione principium usque ad mille ferme versus ille liber qui pamphili dicitur continet. In reliquis scriptor eiusdem operis profert testimonia quibus nititur approbare origenem fuisse catholicum. Eusebius et pamphilus tantam inter se habuere concordiam ut unius anime homines putes et ab uno alter nomen accepit. Quomodo igitur inter se dissentire potuerunt ut eusebius in toto opere suo origenem arriani dogmatis probet et pamphilus niceni synodi que fuit postea defensorem. Ex quo ostenditur vel didimi vel cuiuslibet alterius esse opusculum. qui sexti libri capite detruncato cetera membra saciarit. Sed esto credamus ex superfluo ut pamphili sit, pamphili sed nec dum martiris ante enim scripsit quam martirium perpetraret. Et quomodo inquies martirio dignus fuit. Scilicet ut martirio deleret errorem ut unam culpam sanguinis sui effusione purgaret. Quanti in toto orbe martires antequam crederentur variis subiacuere peccatis. Defendamus ergo peccata quia qui postea martires prius peccatores fuerunt. Hec frater amantissime ad epistolam vestram celeri sermone dictavi. vincens propositum. ut contra eum scriberem cuius ingenium ante laudaveram. Malens existimatione periclitari quam fide hoc michi premiserunt amici mei ut si tacuero reus si tacuero minimus iudicer. Dura utraque condicio sed e duabus eligam quod levius est. Simultas redintegrari potest blasphemia

83

vemam no meretur. Quid aut labo
ris in transferendis libris Scripturae pa
tes sustinuerim uro iuditio derelin
quo dum et mutare quippiam de greco
no est contentus sed contentus et ad eadem
ad verbum exprimere nequaquam eius
qui servare velit eloquij venustatem decoro

Item Jeronimus pammachio et occeano

Qui ethiopem
invitat ad balneas et
si ingredientem no aufe
rat illi vel pecunia
accipit ille sibi et licet
in illius candore no gaudeat certe
uel in suo lucro letatur. Ita sine dubio
inobedientem qui divinis sermoni
bus monet quamvis refragantis pec
cata no tollat mercedem tamen sibi
de ministerio vere caritatis acquirit
Sed ideo hoc dico quia vos sperno ideo
loquor quia vos forte no diligo Re
spondebo apli uoce deus testis est
Quod facio et faciam no contemp
no sed doleo infelicitatis in meis
argumentis apparere no fidi Quia
iudaica in vobis testimonia non ca
na cognosco qui videntes no vident
et audientes no uult audire Rem
forsitan dicturus sum Ex utroque con
turbor Timeo auditores offendere
sed plus timeo contemptores Precep
torum qui verbum dei audire dissimulant
peiores ydolis habentur. Illa quidem
aures habent sed no voluntate no
audiunt no palpant manibus nec ra
piunt / vnde in malorum hominum compara
tione meliora sunt quia no concupis
cunt oculis nec propria et de ini
mica discernunt et naturaliter surda
recte meliora in obedientibus iudica
tur / dicat propheta si mentior loquatur
dauid qui huiusmodi homines compara
dos esse serpentibus no negavit sicut
aspidis aut surde obturantis aures
suas ne vocem audiat incantantis
et videant si no recte serpentibus com
parantur / qui quod audiant nature
beneficio / dissimulant calliditatis as
tutia. Antixrami dici possunt qui etiam
nomine sine humanitatis amittunt
Ecce Jeremias dicit Incircumcise aures
eorum qui hec no possunt audire
No quia no possunt sed in possibili
tatem voluntas nature inimica sup
duxit dum longo vitiositatis usu
geminis mores pro aduersam consue
tudinem corrupti malis operibus ce
ciderunt Etiam vasa vino plena li
quorem puri elementi recipere et

continere no possunt. Ager spinosus
nisi ante cultoris labore fuerit ex
tirpatus no nutrit insce iacta se
mina sed suffocat. Ita et animus
secularium sollicitudinum plenus il
lecebris verbum no potest sustinere
divinum nisi prius ipsas mundi sollici
tudines cul parumque omnium mas
evangelica in se falce succidit Audia
mus omnes et timeamus semper / Quo
do quibusdam minus forsitan vi
deor deo dissimulante peccare sed
aderit illa dies qua facta mea quasi
in quadam tabula depicta monstran
da sunt / O quantus in die illa ex
pedisset si in hac vita et membrorum
sensus et vigore caruissent et qua
ti illic eloquentes et multi feliciores
loquacibus tunc erunt et quanti pas
tores philozophis quanti rustici
oratoribus quanti ebetes argutis
preferendi sunt ciceronis Job sanctus
interpretacione ad suam gloriam de
uotus sic in dolore suo clamabat
quid prodest in tormento lux. Ut
quid michi iuncta sunt genua. Ut
quid ubera suxi. Cur no in ventre
mortuus sum et mox ut de utero
exivi no protinus obij. Si hoc dei
amicus dicebat in luce quid ab
inimicis eius dicetur in tenebris
Si ille ingemuit quem febus
urebat quid faciet quem iehenna
consumet. Si ille sibi dolet genua
fuisse coniuncta cuius pedes semper
in dei amore cucurrerunt quid dictu
rus est cuius nunquam in veritate ste
terunt / displicet illi qui natus ex
utero vixerat qui bene vixit. quare
illum primus moriturus credebat
quid male viventes facient quos
ignis eternus et vermis nunquam mo
rituris expectat / durus hic sermo
est quis potest eum audire. hoc dixe
runt illi discipuli qui xpi vestigia in
evangelio reliquerunt et de divino
verbo scandalum passi seculum maluerunt
amare quam deum. quorum venter
deus est cultum noluit audire ie
iunij / luxurioso verbum castitatis of
fensio est / sicut propheta dicit abhomi
nacio est viro iniquo directa via
Iam antiquitus dictum est ab ysaia
quod xpc infidelibus lapis offensionis
extiterit. adulari no possum / ne
et fratrem decipiam et meo sermo p
cuciat salomonis qui ait / Verba a
dulatorum mollia sunt. hec aut fe
riunt deinde interiora ventris. No est
fidelis medicus qui ante digesta

lxxvi

putredinem superducit vulneri cicatricem. Non possumus semper lac dare quia nec vos semper parvuli esse debetis. dicite michi quot anni sunt ex quo regenerati sumus in xpo.
In illa celesti etate profecerit. Nescio qualiter parentibus placeant illi infantes qui sunt annos quinque vel x. si in ea qua nati sunt modicitate perdurat. quid de nobis dicendum est. quos temporis ratio non modicos sed abortivos invenit. Ibunt de virtute in virtutem de bonis scriptum est xpianis. videamus si xpiani sumus quid in nobis ex quo regenerati sumus in xpo virtutis accreverit. Quid humilitatis in prosperis. Quid pacientie in adversis. Quid in tribulacione gaudii. Quid felicitatis in dampnis. Quid indulgentie in offensis. Quid castitatis occasione luxurie. Alii de virtute cotidie transeunt in virtutem nos de infirmitate ad infirmitatem. Alii meliores per monita efficiuntur nos deteriores sepe efficimur quasi non eandem mercedem expectemus. Stulti sumus si unum probavimus salvatorem et denarium et non unum iudicem forte credamus. una fides unum baptisma una ecclesia unus deus dicit apostolus. Quid ergo hodie malus. crastina die peior. hodie avarus crastina die avarior. Antea animi mei cupiditati una villa sufficerat. iam hoc anno quinta forte non sufficit. Prius extendebatur animus ut decem solidos possiderem. iam michi centum parum esse ceperunt. Et cum veri xpiani veri filii dei qui vadunt de virtute in virtutem si perdiderunt aliquid de virtutis occasione letantur ego nisi aliena accepero securus prandere non possum. Quid agis ceca cupiditas. quid crudelis in parvulo. Quid seva in alio filio. ordinem nature an religionem evertis. Iam fecisti in pedibus quod in capite esse debuerat. Aurum insensibile pectoracionibus dominatur. Et quid est illud rogo vel quale est quod nos avertit adeo. Quis splendor et quantus est per quem michi veri solis amittitur. aurum et argentum lutum exquisitum ex arena ex meta et ut ait propheta lignum offensionis est aurum. Quod iudicio meo cursu pauperum libidine mancipatur qui eodem actu acquirit solidum quo animam perdat. lucratur imperatoris imaginem et perdit imaginem

xpi. Vis nosse quam perniciosus sit amor habendi et amor requirendi pecunie propter hunc iudas tradidit salvatorem. et certe quando auditur aut quando legitur tantum scelus aborremus omnes et quantum in verbo est impium discipulum condempnamus et proditorem in ira in nostro mucrone confodimus. Quanti inter nos inde iudam dampnant. Quanti in semet ipsis dum per cupiditatem suas animas et mis criminatibus tradunt et traditores sunt pariter et occisi dum putamus fratres. quia iocando perdicent. ridendo loquantur apostoli. xc iudicium in fantilis comminetur sed ioci non sunt. ubi supplicia in credunt. Diu iocando passi sunt. credant iocando locuti. ysaias serra secatur daniel leonibus deputatur. paulus truncatur gladio. petrus in crucem domini exemplo suspenditur et hoc totum ut nos a peccatis sua doctrina revocarent. sed timeo ne in obedientibus in contra divina beneficia deputentur et proficiat ad penam in iudicio quod hic datum fuit ad salutem. Timeo ne fides nostra magis iocabilis sit quam fides illorum. Timeo ne nos iocando non salvemur et quomodo prisimi introimus iam etiam. si rideat de nobis ille sicut scriptum est qui habitat in celis irridebit eos. Multa sunt que dicantur sed fastidio tuo quod aspera et inculta facit oracio et labori meo finem ponit membrane conclusio. unum dico quod cupio quia xpiani celum debent amare non terram et verbo dei plus obedire quam diabolo et iudicium eternum magis timere quam hominum etc.

Epistola sancti Jeronimi presbiteri ad octeanum de vita clericorum tracta

Sophonius eusebius. Jeronimus octeano suo salutem. desideratus es ut tibi breviter exponerem qualiter clerici debeant vivere. hinc me plerique maledicti emulis prestolantur. quia non sileo veritatem. Tamen michi carissime ex apostolo sumamus exordium sit enim ait humanus sermo et omni acceptatione dignus si quis episcopatum desiderat bonum opus desiderat. bonum opus concupiscit oportet enim episcopum irreprehensibilem esse sobrium prudentem benignum ornatum hospitalem docibilem non percussorem sed

de auro et argento

ad ANASWSWH ut istorie aufe rant veritatem / et dicant non fuisse regem. sed ymaginem hominis angelum demonstratum. Cum in tantum mittatur ebrei melchizedech regem salem filium noe / sem ostendere / ut ante hoc scriptum sit. Egressus est autem rex sodomorum in occursum eius / haut dubium quin abraham postquam cesus est a cede godorlagomor et regum qui cum eo erant in valle sabe hoc est vallis regis. De quo statim sequitur Et melchizedech rex salem protulit panem et vinum et reliqua. Si ergo hec civitas regis est. et vallis regis sive ut lxx transtulerunt campus quem hodie aulonem palestini vocant manifestum est hominem fuisse qui in urbe et valle et urbe regnavit. Habes que audierim que legerim de melchizedech. Tuum fuit citare testes tuum de fide testium est iudicare. Quod si omnes refelleris tuum certe illum spiritalem misterium non neque recipies. qui imperitus sermone et sciencia tanto supercilio et auctoritate melchizedech spiritum sanctum pronunciavit ut illud verissimum comprobarit quod apud grecos canitur Imperitia confidenciam. eruditio timorem creat. Ego post longam egrotacionem vix in quadragesime diebus hec fabricare potui. Et cum alteri me operi prepararem paucos dies qui supererant in mathei exposicione consumpsi. Tantaque aviditate studia omissa repetivi ut quod exercitationi lingue profuit nocuerit corporis valitudini.

Jeronimus ad marcum presbiterum calcide super postulata fide et cetera etc.

Decreveram quidem utendum michi psalmiste voce dicentis Cum consisteret peccator adversum me obmutui et humiliatus sum et silui a bonis et iterum Ego vero tamquam surdus non audiebam et tamquam mutus non aperiens os suum et factus sum ut homo non audiens. Sed quoniam caritas omnia superat et propositum vincit affectus non tam iniuriam facientibus reddo vicem quam tibi respondeo postulanti. Apud xpianos enim qui non patitur ut ait quidam sed qui facit contumeliam miser est. Et primo quidem ante quam de fide mea que optime nosti tecum loquar adversus barbariem istius loci versu cogor clamare vulgato. Quod genus hoc hominum / queve hunc tam barbara morem permittit patria / hospicio prohibemur arene. bella cient. primaque vetant consistere terra. Que idcirco de gentili poeta sumpsimus. ut qui xpi pacem non servat / pacem saltem discat habere ethnici. Hereticus vocor homo usiam predicans trinitatis. Sabelliane impietatis arguor tres subsistentes veras integras perfectasque personas indefessa voce pronuncians. Si ab arrianis merito si ab orthodoxis qui huiusmodi arguunt fidem esse orthodoxi desierunt aut si eis placet hereticum me cum occidente hereticum cum egipto hoc est cum damaso petroque condempnent. Quid unum hominem exceptis sociis criminantur / Si rivus tenuis currit. non est alvei culpa sed fontis. Pudet dicere de cavernis cellularum / dampnamus orbem. In sacco / et cinere volutati de episcopis sentenciam ferimus. Quid facit sub tunica penitentis regius animus. Cathene sordes et come non sunt diadematis signa sed fletus. Permittant michi queso michil loqui. Cur eum lacerant qui non meretur invidiam. Hereticus sum quid ad te quiesce iam dictum est / plane times ne eloquentissimus homo in syro sermone uel greco ecclesias circumeam populos seducam scisma conficiam. michil ociosus accipio / manu cotidie et proprio sudore querimus cibum scientes ab apostolo scriptum esse qui autem non operatur non manducet. Hec venerabilis et sancte pater cum quali gemitu cum quali dolore conscripserim testis est Iesus. Tacui numquid semper tacebo dicit dominus Non michi conceditur unus angulus heremi. Cotidie exposcor fidem quasi sine fide renatus sim. Confiteor ut volunt non placet / subscribo non creditur / unum tantum placet ut hinc recedam. Iam iam cedo abripuerunt a me partem anime mee carissimos fratres ecce discedere cupiunt immo discedunt. Melius est dicentes inter feras habitare quam cum talibus xpianis. et ego ipse nisi me et corporis inbecillitas et hiemis retineret asperitas iam non fugerem / verumtamen dum vernum tempus adveniat obsecro ut paucis michi mensibus heremi concedatur hospicium uel et si hoc tardum videtur abscedo. Domini est terra et plenitudo eius Ascendant soli celum

Jer(onimus) propriis manibus quesivit victum

propter illos tamen xpistus mortuus sit habeant possideant gloriantur. Michi autem absit gloriari nisi in cruce domini nostri ihesu xpisti per quem michi mundus crucifixus est et ego mundo. De fide autem quod dignatus es scribere sancto tyrillo dedicio (?) ap(ost)olicam fidem. Qui sic non credit alienus a xpisto est. Ceterum ego fidei mee testes habeo aures tuas et beati fratris zenobii quem tecum omnes qui hic sumus plurimum salutamus

Jeronimus ad avitum ubi ea que in libris periarchon adversus catholicam fidem sibi pandit etc.

Ante annos

circiter decem sanctus vir pamachius ad me cuiusdam scedulam misit que origenis (?) ab eo periarchon interpretata volumina continerent immo viciata hortans magnopere postulans ut grecam veritatem servaret latina translacio et in utramque partem seu bene seu male dixisset ille sine (?) qui scripsit absque interpretis patrocinio romana lingua cognosceret. Feci ut voluit misique ei libros. Quos cum legisset exorruit et recludens scrinio scrinius (?) recondit ne prolati in vulgus multorum animos vulnerarent. A quodam fratre qui habens zelum dei sed non secundum scienciam ad legendum rogatus ut traderet quasi statim redditurus propter angustias temporis fraudem non potuit suspicari. Qui acceperat legendos adhibitis notariis opus omne descripsit et multo celerius quam promiserat codicem reddidit. Eademque temeritate et ut levius dicam inepcia quod male surripuerat pecius aliis credidit. Et quia difficile grandes libros et de rebus misticis disputantes notarum possunt servare compendia presertim qui furtim celeriterque dictantur ita in illis confusa sunt omnia ut et ordine in plerisque et sensu careant. Quamobrem petis amice karissime ut ipsum ad te exemplar dirigam quod a me olim translatum et nulli alii traditum a supradicto fratre perverse editum est. Accipe igitur quod petis sed ita ut scias detestanda tibi in eis esse quam plurima et iuxta sermonem domini inter scorpiones et colubros incedendum ut est illud et statim in primo volumine. Xpistum filium dei non natum esse sed factum. Deum patrem per naturam invisibilem eciam a filio non esse videri. Filium qui sit ymago invisibilis patris comparatum patri non esse veritatem. Apud nos autem qui dei omnipotentis non possumus recipere veritatem imaginariam veritatem videri ut maiestas ac magnitudo maioris quodammodo circumscripta senciatur in filio. Deum patrem esse lumen incomprehensibile xpistum in collatione patris splendorem esse per parvum qui apud nos per imbecillitatem nostram magnus esse videatur duarum statuarum maioris et parvule unius que mundum impleat et magnitudine sua quodammodo invisibilis sit et alterius que sub oculis cadat ponit exemplum priori patrem posteriori filium comparans. Deum patrem omnipotentem appellat bonum et perfecte bonitatis filium non esse bonum sed auram quandam et ymaginem bonitatis ut non dicatur absolute bonus sed cum additamento pastor bonus. Tercium dignitate et honore post patrem et filium asserit spiritum sanctum de quo cum ignorare se dicat utrum factus sit an infectus in posterioribus quid de eo sentiret expressit. Nichil absque deo patre solo infectum esse confirmans. Filium quoque minorem a patre eo quod secundus ab illo sit. Et spiritum sanctum inferiorem a filio in sanctis quibusque versari. Atque hoc ordine maiorem patris fortitudinem esse quam filii et spiritus sancti et consequenter ipsius spiritus sancti maiorem ceteris esse virtutem que sancta dicuntur. Cumque venisset ad racionabiles creaturas et dixisset eas per negligenciam ad terrena corpora esse dilapsas eciam hoc addidit grandis negligencie atque desidie est in tantum unumquemque defluere atque evacuari ut ad vicia veniens irracionabilium iumentorum possit crasso corpore colligari. Et in consequentibus. Quibus inquit moti disputacionibus arbitramur sponte sua alios esse in numero sanctorum et alios in ministerio dei. Alios ob culpam propriam de sanctimonia corruentes in tantam negligenciam corruisse ut eciam in contrarias fortitudines vertentur. Rursumque nasci ex fine principium et ex principio finem et ita cuncta variari ut et qui nunc homo est possit in alio mundo demon fieri. Et qui demon est si negligencius egerit in crassiora corpora ligetur id est homo fiat. Sicque permiscet omnia ut de archangelo possit diabolus fieri et rursus diabolus in angelum revertatur. Qui vero fluctuaverint et motis pedibus nequaquam omnino corruerint

Adsint venena diaboli unde queso lectores caute mediate

subiacentur dispensandi et regendi atque
ad meliora gubernandi principatibus po-
testatibus thronis dominationibus et for-
sitan ex hiis hominum constabit genus
in uno aliquo ex mundis qui iuxta y-
saiam celum et terra noua fient. Qui
uero non fuerint meriti ut per genus
hominum reuertantur ad pristinum statum
fient diabolus et statum eius et pessi-
mi demones ac pro uarietate meritorum
in singulis mundi partibus diuersa offi-
cia sortientur. Ipsosque demones ac rec-
tores tenebrarum in aliquo mundo uel
mundis si uoluerint ad meliora con-
uerti fieri homines et sic ad antiquum
redire principium. ita dumtaxat ut per
supplicia atque tormenta que uel in lon-
go uel breui tempore sustinuerint
in hominum eruditi corporibus rur-
sum ueniant ad angelorum fastigia.
Ex quo consequenti ratione monstratur omnes
rationabiles creaturas ex hominibus
posse fieri non semel et subito sed
frequentius. Nos et angelos futuros
et demones si egerimus negligentius.
Et rursum demones si uoluerint
capere uirtutes peruenire ad angelicam
dignitatem. Corporales quoque substantias
penitus dilapsuras. Aut certe in fine
omnium hoc esse futura corpora. quod
nunc est aer et celum. et si quod est
aliud corpus sincerius et purius
intelligi potest. Quod cum ita sit quid
de resurrectione sentiat perspicuum est.
Solem quoque lunam et astra cetera
esse animantia. Immo quomodo
nos homines ob quedam peccata
hiis sumus circumdati corporibus que
crassa sunt et pinguia sic et celi lumi-
naria talia uel talia accepisse cor-
pora. ut uel plus uel minus luceant
et demones ob maiora delicta ae-
rio corpore esse uestitos. Omnem creatu-
ram secundum apostolum uanitati esse subiec-
tam et liberari in reuelationem fi-
liorum dei. At ne quis putet meum esse
quod dicimus ipsius uerba ponamus
In fine atque consummatione mundi quando
uelut de quibusdam repagulis atque
carceribus misse fuerint a domino anime
et rationabiles creature. alias ceteras
tardius incedere ob segnitiem alias
penna euolare cursu propter industriam.
Cumque omnes liberum habeant arbi-
trium et sponte sua uel uirtutes pos-
sint capere uel uicia. ille multo in
peiori condicione erunt quam nunc sunt
he ad meliorem statum peruenient.
Quia diuersi motus et uarie uo-
luntates in utramque partem diuersum

accipient statum idem ut et angeli ho-
mines uel demones. et rursum ex hiis
homines uel angeli fiant. Cumque omnia
uario sermone tractasset asserens non
incapacem esse uirtutis et tamen nec-
dum uelle capere uirtutem ad extremum
sermone latino disputauit angelum
siue animam. Aut certe demonem quos
unius asserit esse nature sed diuersarum uo-
luntatum pro magnitudine negligentie
et stulticie iumentum posse fieri et pro
dolore penarum et ignis ardore magis
eligere ut brutum animal sit et in aquis
habitet. ac fluctibus et corpus assume-
re huius uel illius pecoris ut nobis non
solum quadrupedum sed et piscium corpora
sint timenda ut ad extremum tenetur pita-
gorici dogmatis reus qui asserit M
ETEMYXCWCIH post tam ne-
phandam disputationem qua lecto-
ris animum uulnerauit hec inquit iuxta
nostram sententiam non sint dogmata sed que-
sita tantum atque proiecta ne penitus in-
tractata uiderentur. In secundo autem libro
mundos asserit innumerabiles. non
iuxta epicurum uno tempore plurimos
et sui similes sed post alterius mundi fi-
nem alterius esse principium et ante
hunc nostrum mundum alium fuisse mundum
et post hunc mundum alium rursum factum
iri et post illum alium rursumque ceteros
post ceteros et dubitat utrum sicut futurus
sit mundus alteri mundo ita et omni par-
te consimilis ut nullo inter se distare
uideantur. an certe nunquam mundus alteri
mundo ex toto indiscretus et similis sit fu-
turus. Rursumque post modicum Si omnia
inquit ut ipse disputationis ordo com-
pellit sine corpore uixerint consumetur
corporalis uniuersa creatura et redi-
getur in nichilum que aliquando est facta
de nichilo Eritque tempus quo usus eius ite-
rum necessarius sit Et in consequentibus Sin
autem ut ratione et scripturarum auctoritate
monstratum est corruptiuum hoc induerit
incorruptionem et mortale hoc in-
duerit inmortalitatem. absorbebitur
mors in uictoriam in corruptionem et
forsitan omnis natura corporea tolle-
tur e medio in qua sola potest mors o-
perari Et post paululum Si hec non sunt
contraria fidei. forsitan sine corporibus a-
liquando uiuemus. Sin autem qui perfecte sub-
iectus est Christo absque corpore intelligitur
Omnes autem subiciendi sunt Christo et nos
erimus sine corporibus quando ei ad perfectum
subiecti fuerimus Et in eodem loco cum
subiecti fuerint omnes deo omnes depo-
situri sunt corpora et tunc corporalium
rerum uniuersa creatura soluetur in nichilum

Que si secundo necessitas postularit. o lapsu
rationabilium creaturarum rursus extiterit
deus enim in certamen et in luctamen
animas dereliquit. ut intelligant
plenam consumatamque victoriam
non ex propria se fortitudine sed ex dei gratia
consecutas. Et ideo arbitror pro vari-
etate causarum diversos mundos fieri
et elidi errores eorum qui similes sui
mundos esse contendunt. et iterum. Triplex
ergo suspicio nobis de fine suggeritur
e quibus que vera et melior sit lec-
tor inquirat. Aut enim sine corpore
vivemus cum subiecti christo subiciemur
deo et deus fuerit omnia in omnibus. Aut
quomodo christo subiecta cum ipso christo su-
bicientur deo et in unum fedus artabun-
tur ita omnis substancia redigetur in
optimam qualitatem, et dissolvetur
in ethereum quod purioris simplicioris que
nature est. Aut certe super illa quam
supra appellavimus W Π a W H H
T Z quicquid illius circulo continetur
et cingitur. dissolvetur in nichilum. Illa
vero que A N T I A W H H H ipsa te-
netur et cingitur vocabitur terra bo-
na. Nerno et altera spera que hanc
terram ipsam circuambit vertigine
et dicitur celum in sanctorum habitaculum
servabitur. Cum hec dicat nonne ma-
nifestissime gentium sequitur errores
et philozophorum deliramenta simpli-
citati ingerit christiane. Et in eodem
libro. Restat ut invisibilis sit deus.
Si autem per naturam invisibilis est neque
salvatori visibilis erit. Et in inferiori-
bus. Nulla alia anima que ad cor-
pus descendit humanum. puram et
germanam similitudinem signi in se
prioris expressit. nisi illa de qua sal-
vator loquitur. Nemo tollat animam
meam a me. sed ego pono eam a
meipso. Et in alio loco. Unde cum in-
finita cautione tractandum est. ne
forte cum anime salutem fuerint
consecute. et ad beatam vitam perve-
nerint anime esse desistant. Sicut
enim venit dominus atque salvator querere
et salvum facere quod quod perierat
ut perditum esse desistat sic anima
que perierat et ob cuius salutem venit
dominus cum salva facta fuerit, anima
esse cessabit. Illud quoque pariter requi-
rendum utrum sicut perditum aliquan-
do non fuit perditum. et erit tempus
quando perditum non erit sic et anima fuerit
aliquando non anima et erit forte
tempus quando nequaquam anima perseveret.
Et post multum de anima. Et rursum
anima instructa virtutibus mens fiet

|| Ecce tamen hec intulit Noys i. mens corruens facta est anima et rursum

Caute legendus quia certe verba dyaboli

Quod et de anime statu scrutantes
possumus invenire propter antiqua pecca-
ta eum in deteriori vita esse dampnatum.
Et de celestibus. Requirendum est autem
non eo tempore quo factus est mundus sol
anima, vel quodcumque eum appellari
oportet esse cepit sed antequam lucens
illud et ardens corpus intraret. De
luna et stellis similiter senciamus quod
ex causis precedentibus licet invite co-
pulse sunt. subici vanitati: ob pre-
mia futurorum non suam facere sed crea-
toris voluntatem A quo in hec officia
distribute sunt. Ignem quoque gehen-
ne et tormenta que scriptura sancta pec-
catoribus comminatur non ponit in sup-
pliciis sed in conscientia peccatorum quando dei
virtute et potencia omnis memoria
delictorum ante oculos nostros ponitur et
veluti ex quibusdam seminibus in a-
nima delictis universa viciorum seges
exoritur et quicquid feceramus in vita
vel turpe vel impium, omnis eorum in
conspectu nostro pictura describitur. ac
preteritas voluptates mens intuens
conscientie punitur ardore et penitu-
dinis stimulis confoditur. Et iterum
si forte corpus hoc pingue atque terrenum
caligo et tenebre nominande sunt
per quod consumato hoc mundo cum necesse
fuerit in alium transire mundum rur-
sum nascendi sumet exordia. hec
dicens per spiritum M E T A M J X W H
Y H E I T A per E platonisque defendit
Et in fine secundi voluminis de perfectione
nostra disputans intulit. Cumque in tantum
profecerimus ut nequaquam carnes et
corpora forsitan nec anime quidem
fuerimus, sed mens et sensus ad per-
fectum veniens nulloque perturbatio-
num nubilo caligatus intuebitur
rationabiles intelligibilesque substantias
facie ad faciem. In libro quoque tercio
hec vicia continentur. Sin autem semel
receperimus quod ex precedentibus cau-
sis. Aliud vas in honore. Aliud in
contumelia sit creatum. cur non recur-
ramus ad anime archanum. et intel-
ligamus eam egisse antiquitus propter
quod in altero dilecta. in altera diu
habita sit. Antequam in iacob corpore
supplantaret et in esau planta te-
neretur. Et iterum. Ut autem alie a-
nime fierent in honorem. Alie in
contumeliam materiarum causarumque
merita precesserunt. Et in eodem libro
Iuxta nos autem ex precedentibus
meritis vas quod in honore fuerat
fabricatum si non dignum vocabulo
suo opus perfecerit, in alio seculo

fiat vas contumelie. Et rursum: vas a-
liud quod ex anteriore culpa contume-
lie nomen acceperat, si in presenti vita cor-
rigere voluerit in nova creatione fiet
vas sanctificatum et utile domino in omne
opus bonum paratum. Statimque subiun-
git: Ego arbitror posse quosdam ho-
mines a parvis vitiis incipientes ad
tantam nequitiam pervenire si tamen
noluerint ad meliora converti et pe-
nitencia emendare peccata, ut et con-
trarie fortitudines fiant. Et rursum
ex inimicis contrariisque virtutibus in tan-
tum quosdam per multa tempora vulneri-
bus suis adhibere medicinam et
fluenta prius delicta constringere, ut ad
locum transeat [optimorum] potiorem. Et post paululum: Dix-
imus in infinitis perpetuisque seculis, quibus
anima subsistit et vivit, sic nonnullas
earum ad peiora corruere, ut ultimum ma-
licie locum teneant. Et sic quosdam
proficere, ut de ultimo malicie gradu [ad perfectam veniat]
consummatam perfectamque virtutem. Quibus dic-
tis conatur ostendere et homines, id
est animas, fieri posse demones, et
rursum demones in angelicam re-
digi dignitatem. Atque in eodem vo-
lumine: Sed et hoc requirendum quare
humana anima nunc ab his, nunc ab
aliis virtutibus ad diversa moveatur.
Et putant quarundam animarum venientes
in corpore merita precessisse, ut est illud
Iohannis exultantis in utero matris
sue, quando ad vocem salutationis Marie
indignam se confabulacione eius E-
lizabeth confitetur. Statimque subiungit:
Et econtrario parvuli licet pene lactan-
tes malis replentur spiritibus et in
divinos atque ariolos inspirantur [instigantur], in tan-
tum ut etiam demon phitonicus quosdam
a tenera etate possideat, quos dere-
lictos esse a providencia dei, cum
nichil tale fecerint ut istiusmodi insa-
niam sustinerent, non est eius qui nichil vult
absque deo fieri et omnia iustitia
gubernari. Rursumque de mundo: Nobis
autem, inquit, placet et ante hunc
mundum alium fuisse mundum et post is-
tum alium futurum. Vis discere quod
post corruptionem huius mundi alius
sit futurus? Audi Ysaiam loquentem:
Et erit celum novum et terra nova que
ego facio permanere in conspectu meo.
Vis nosse quod ante fabricam istius
mundi alii mundi in preterito fuerint?
Ausculta Ecclesiasten: Quid est quod fuit?
Ipsum quod erit. Et quid est quod
factum est? Ipsum quod futurum est. Et non est
omne novum sub sole, quod loquatur
et dicat: [Ecce hoc novum est, iam enim fuit in seculis preteritis que fuerunt ante nos etc.] testimonium non solum fuisse
sed et futuros mundos esse testatur. Non
quod simul et pariter omnes fiant, sed
alius post alium. Statimque subiungit: Di-
vinitatis habitaculum et veram requiem
apud superos estimo intelligi, in qua
creature rationabiles commorantes, an-
tequam ad inferiora descenderent et de invi-
sibilibus ad visibilia commigrarent, ruen-
tesque ad terram crassis corporibus indi-
gerent, antiqua beatitudine fruebantur.
Unde conditor deus fecit eis congrua
humilibus locis corpora et mundum istum
visibilem fabricatus est, ministrosque
ad salutem et correctionem eorum qui
ceciderant misit in mundum. E quibus alii
certa obtinerent loca et mundi necessita-
tibus obedirent, alii iniuncta sibi offi-
cia singulis quibusque temporibus que no-
vit artifex deus sedula mente trac-
tarent. Et ex his sublimiora mundi lo-
ca sol et luna et stelle, que ab apostolo
creatura dicuntur, acceperunt. Que creatura
vanitati subiecta est eo quod crassis
circumdata corporibus et aspectui pate-
at, et tamen non sponte subiecta est va-
nitati, sed propter voluntatem eius qui eam
subiecit in spe. Et iterum: Alii vero sin-
gulis locis atque temporibus, que solus
artifex novit, mundi gubernaculis ser-
viunt, quos angelos eius credimus. Et
post paululum: Que rerum ordinem et
totam mundi providentiam dum alie vir-
tutes de sublimioribus corruant, alie
paulatim labantur in terras, iste vo-
luntate descendunt, alie precipitantur
invite, hee sponte susceperunt ministe-
ria ut ruentibus manum porrigant,
ille coguntur invite ut tanto vel tan-
to tempore in suscepto officio perseverent.
Et iterum: Ex quo sequitur ut ob varios mo-
tus varii creentur et mundi et post
hunc quem incolimus alius multo dis-
similis mundus fiat. Nullusque alius
adversis casibus et profectibus vel
virtutum premiis vel viciorum suppliciis
et in presenti et in futuro atque in omnibus
et retro in preteritis temporibus potest merita
dispensare et ad unum rursum finem
cuncta pertrahere, nisi solus conditor
omnium deus, qui scit causas propter quas
alios dimittat sua perfrui voluntate
et de maioribus ad ultima dilabi pau-
latim, alios incipiat visitare et gra-
datim quasi manu data ad pristinum
retrahere statum et in sublimibus
collocare. Cumque de fine disputare
cepisset, hec intulit: Quia ut crebro
iam diximus principium rursum ex fi-
ne generatur, queritur que vere et tunc
futura sint corpora an sine corporibus

xxix

a

aliquando vivendum sit qualem et deus noni-
mus. Nec dubium est quin si omnia corpora
ad mundum istum sensibilem pertineant
que appellantur ab apostolo visibilia.
futura sit vita incorporalium incorpora-
lis. Et paulo post. Illud quoque quod
ab apostolo dicitur omnis creatura libera-
bitur a servitute corruptionis in libertate
te glorie filiorum dei sic intelligimus
ut primam creaturam rationabilium et
incorporalium esse dicamus. que non ser-
viat corruptioni eo quod non sit vestita
corporibus et ubicumque corpora fuerint
statim corruptio consequatur. pos-
tea autem liberabitur de servitute cor-
ruptionis quando receperint gloriam dei filii
et deus fuerit omnia in omnibus. Et in
eodem loco. Ut autem incorporeum
finem omnium rerum esse credamus illa
nos salvatoris oratio provocat in
qua ait / ut quomodo ego et tu unum
sumus sic et isti in nobis unum sunt.
Etenim scire debemus quid sit deus et
quid sit futurus in finem salvator
et quomodo sanctis similitudo patris
et filii repromissa sit / ut quomodo
ille in se unum sint sic et isti in eis unum

d

sint. Aut enim suscipiendum est universita-
tis deum vestiri corpore et quomodo nos
carnibus sic illum qualibet materia
circumdari ut similitudo vite dei in
fine sanctis possit equari. Aut si hoc in-
decens est maxime apud eos qui sal-
tim ex minima parte dei sentire cu-
piunt maiestatem esse ingenitam
atque omnia excedentis nature gloriam
suspicari. e duobus alterum suscipere co-
gimur ut aut desperemus similitudi-
nem dei si eadem sumus corpora semper
habituri. Aut si beatitudo nobis ea-
dem cum deo vite promittitur eadem qua
vivit deus nobis condicione vivendum
est. Ex quibus omnibus approbatur quid
de resurrectione sentiat et quod omnia
corpora interitura confirmet et simus

b

absque corporibus quomodo prius fuimus
antequam crassis corporibus vestire-
mur. Rursumque de mundorum varieta-
tibus disputans et vel ex angelis de-
mones vel ex demonibus angelos
sive homines futuros esse contestans
Et econtrario ex hominibus sententiam suam
tali fine confirmat. Nec dubium est
quin post quedam intervalla tempo-
rum rursum materia subsistat et corpora
fiant et mundi diversitas construatur
propter varias voluntates rationabilium crea-
turarum que post perfectam beatitudinem
usque ad finem omnium rerum paulatim ad
inferiora delapsa tantam maliciam

recepinit ut in contrarium vertantur dum vo-
lunt servare principium et incorruptam be-
atitudinem possidere. Nec hoc ignora-
dum quod multe rationabiles creature
usque ad secundum et tertium et quartum mundum
servent principium nec mutationi in se
locum tribuant. Alie vero tam parum de
pristino statu amissure sint. ut pene nichil
perdidisse videantur et non nulle grandi
ruina in ultimum precipitande sint bara-
trum. Novitque dispensator omnium deus
in condicione mundorum singulis abuti
iuxta meritum / et oportunitates et causas
quibus gubernacula mundi sustentantur
et currant ut qui omnes vicerit nequ-
tia et penitus se terre coequaverit in
alio mundo qui postea fabricandus est
fiat dyabolus principium plasmationis
domini ut illudatur ei ab angelis qui ex
ordii amiserunt virtutem. Quibus dic-
tis. quid aliud conatur ostendere
nisi huius mundi homines peccatores malio
mundo posse diabolos et demones
fieri et rursum nunc demones malio
mundo posse vel angelos vel homines
procreari. Et post disputationem lon-
gissimam qua omnem naturam corpo-
ream in spiritalia corpora et tenuia dicit

c

esse mutandam / cunctamque substantiam in
unum corpus mundissimum et omni splen-
dore purius convertendam et talem
qualem nunc humana mens non potest
cogitare ad extremum intulit / et erit deus
omnia in omnibus ut universa natura
corporea redigatur in eam substantiam
que omnibus melior est in divinam
videlicet qua nulla est melior. In quarto
quoque libro qui operis huius extremus est
hec ab ecclesia Christi dampnanda interserit
Et forsitan quomodo in isto mundo qui
moriuntur separatione carnis et anime
iuxta operum differentiam diversa apud inferos
optinent loca sic quidem celestis ierusalem
ut ita dicam administratione moriuntur ad
inferna mundi inferna descendunt ut qua-
litate meritorum diversa inferis possideant
loca. Et certum quia comparationis de isto
mundo ad inferna pergentes animas
his animabus que superiori celo ad nostra
habitacula venientes quodammodo mor-

a

tue sunt prudenti investigatione rima-
dum est. An hoc ipsum possimus etiam
animarum in nativitate dicere singularum
ut quomodo que in ista terra nostra nas-
cuntur anime vel de inferno rursum
meliora cupientes ad superiora veni-
unt. vel de melioribus locis ad nos
usque descendunt sic et ea loca que
supra sunt in firmamento alie anime pos-
sideant. que de nostris sedibus ad meliora

perficiat. Alie que de celestibus ad fir-
mamentum usque delapse sunt nec tamen
fecere peccati. ut ad loca inferiora que
in columnis trruderentur. Quibus dicit-
mittitur approbare et firmamentum idem
celum ad comparacionem superiorum celi
esse inferos et hanc terram quam inco-
limus collatione firmamenti inferos

d

appellari et rursum ad comparacionem
inferorum qui sub nobis sunt nos celum
dici ut quod aliis infernus est aliis
celum sit. Nec hac disputacione con-
tentus dicit in fine omnium rerum quando ad
celestem ierusalem reversuri sumus, ad-
versariarum fortitudinum contra populum
dei bella consurgere ut non sit eorum
ociosa virtus sed exerceantur ad prelia et
habeant materiam roboris quam consequi
non possunt nisi fortes primum adversariis re-
stiterint quos racione et ordine et
pollencia repugnandi in libro numerorum
legimus esse superatos. Cumque dixisset
iuxta Johannis Apocalipsim evange-
lium sempiternum id est futurum in celis tam
precedere hoc nostrum evangelium, quantum
Christi predicatio legis veteris sacramenta
ad extremum intulit quod et cogitasse sa-
crilegum, pro salute demonum Christum eciam
in aere et in supernis locis esse passu-
rum et licet ille non dixerit. tamen quod

uba origenis

consequens sit intelligitur. Sicut pro
hominibus homo factus est ut homines li-
beraret sic et pro salute demonum deum
futurum quod dii sunt hii ad quos ven-
turus est liberandos. Quod ne forsitan
de nostro sensu putemus asserere ipsius
verba ponenda sunt. Sicut enim per um-
bram evangelii umbra legis imple-
uit sit quia omnis lex exemplum, et um-
bra est cerimoniarum celestium diligencius
inquirendum utrum recte intelligamus le-
gem quoque celestem et cerimonias
superni cultus plenitudinem non habere
sed indigere evangelii veritate. Quod
in Johannis Apocalipsi evangelium le-
gimus sempiternum ad comparacionem huius
nostri evangelii quod temporale est
et in transituro mundo a seculo predicatur.

c

a

Quod quidem eciam si usque ad pas-
sionem domini salvatoris voluerimus in-
quirere. quamquam audax et temerarium
sit in celo eius querere passionem tamen
si spiritualia nequicie in celestibus sunt
et non erubescimus crucem domini con-
fiteri propter destructionem eorum quos
sua passione destruxit. cur timeamus
eciam in supernis locis in consummatione
seculorum aliquid simile suspicari ut omnium
locorum gentes illius passione salven-
tur. Rursumque blasphemias de filio

sic locutus est. Si enim patrem cognoscit
filius videtur in eo quod novit patrem
posse eum comprehendere ut si dicamus
artificis animum artis scire mensuram.
Nec dubium quin si pater in filio, et com-
prehendatur ab eo in quo est. Sin autem
comprehensionem eam dicimus ut non so-
lum sensu quis et sapiencia comprehendat
sed virtute et potencia cuncta teneat
que cognovit non possumus dicere quod
comprehendat filius patrem. pater vero omnia
comprehendit. Inter omnia autem et filius est
ergo et filium comprehendit. Ut sciremus
causas quibus pater comprehendat fi-
lium et filius patrem non queat compre-
hendere. hec verba subnectit. Curiosus lec-
tor inquirat utrum ita a semetipso cog-
noscatur pater quomodo cognoscitur a filio
sciensque illud quod scriptum est pater qui me
misit maior est omnibus verum esse conten-
dit omnibus ut dicat et in cognicione
filii patrem esse maiorem dum perfectius et
purius a semetipso cognoscatur quam
a filio ΜΕΤΡΡΕΧΩ ΣΕΙ. quoque
et abolicione corporum. hec rursum
consentire comunitatur. Siquis autem
potuerit ostendere incorporalem ra-
cionabilemque naturam cum expoliaverit
se corpore vivere per semetipsam et in

b

peiore condicione esse quando corporibus
vestiebatur in meliori quando illa deponit
nulli dubium est non principaliter sub-
sistere sed per intervalla ob varios motus
racionabilium creaturarum nunc fieri ut
qui hiis indigent vestiantur, rursum in nichili

et [illegible]

et hac semper successione variari et
ne parum putaremus impietatem
esse eorum que premiserat in eiusdem volu-
minis fine coniungit. Quod omnes raciona-
biles creaturas idest patrem et filium
et spiritum sanctum angelos potestates dominaciones
ceterasque virtutes ipsum quoque hominem
secundum anime dignitatem unius esse substancie.
Intellectualem inquit racionalem-
que naturam sentit deus, et unigeni-
tus filius eius. et spiritus sanctus, sen-
ciunt angeli et potestates ceterreque virtu-
tes sentit interior homo qui ad yma-
ginem et similitudinem dei conditus
est. Ex quo concluditur deum et hec
quodammodo unius esse substancie. Unum ad-
didit verbum quodammodo ut tanti
sacrilegii crimen effugeret. Et qui ma-
lo loco filium et spiritum sanctum non vult de
patris esse substancia. ne divinitatem in par-
tes secare videatur. naturam omnipotentis
dei angelis hominibusque largitur.
Cum hec se ita habeant que insania
est paucas de filio et spiritu sancto co-

hactenus uba origenis

mutatis que apertam blasphemiam

pferebant certa ita ut scripta sunt protu
lisse in medium et impia voce laudas
se cum utique et illa et ista de impie
tatis fonte processerint adversum
omnia scribere nec huius temporis
et omnis adversum arrium et eunomium
manicheumque et diversas scripserunt he
reses. hys quoque impietatibus re
spondisse credendi sunt. Quisquis igitur
hos voluit legere libros. et calciatis
pedibus ad terram repromissionis per
gere ne alicubi a serpentibus morde
atur et arcuato vulnere scorpius
verberet / legat primitus librum et
antequam ingrediatur viam que sibi
cavenda sint noverit. Diffinitio fi
dei simbolique interim Concilij et cetera

Credimus in

unum deum patrem om
nipotentem. omnium visi
bilium et invisibilium et
invisibilium creatorem et in unum do
minum nostrum ihesum christum filium eius. na
tum de substancia dei patris. ipsa que grece
dicitur homousion. deum de deo. lumen
de lumine deum verum de deo vero natum non
factum. sicut heretici dicunt / per quem omnia
visibilia et invisibilia facta sunt
tam in celis quam et in terra / qui propter
nos homines et propter nostram salutem
descendit et in carne natus homo fac
tus est passus: et resurrexit tercia die
et ascendit in celos veniet inde iudi
care vivos et mortuos. Et in spiritum sanctum
qui de patre procescit proprie. et deus est
verus sicut filius. hos autem qui dicunt
erat tempus quando non erat filius natus
et priusquam nasceretur non erat. Aut
quod ex nichilo factus sit aut natus
aut mutabilem aut convertibilem fi
lium dei dicunt esse hos anathematizat
catholica ecclesia. Que fides invisi
bilium rerum est non visibilium unde arri
ani salvatorem videntes in carne pu
taverunt eius divinitatem talem esse
qualem et carnem. passibilem. mu
tabilem convertibilem comprehensibilem
et quasi formidantem et quasi nes
cientem omnia: et proficientem etate
et sapiencia. et nichil facientem ex se. et
subiectum et orantem ad patrem et
gracias agentem. et edentem et pacien
tem. et lacrimantem. et gementem. et
quiescentem. et postremo que sunt
creature propria hec carni create salva
toris adscribenda sunt utique non di
vinitati quia deus dicit in scriptura et
homo. Quia ergo propter nos et homo

~~Quia ergo propter nos et homo~~ dicitur non de
bemus que sunt carnis deo ascribere
et que sunt dei carnis estimare proprie
Siquid igitur minus aut inequa
le. aut impotens dicatur in scriptura aut
aut subiectum. Aut humile carnis eius
est assumpte quia vere natus est
de carne et quia cum hominibus xxx^ta
et plus annos conversatus est et ve
re habebat pati. ideo et verus ho
propter carnem accipitur et verus deus in
carne natus est. In carne passus. na
tura passibilis non deitatis. hec enim
que pati debuerat caro hominis
pro transgressis hominibus dignatus
est deus per carnem passibilem ut et
divinitatis eius in enarranda po
tentiam in re visibili predictam invi
sibilem senciamus et bonitatis eius
divicias id est per passionem remissionem
peccatorum credentes in eum consequimur
Quale est igitur malum hoc ut au
deat quis graciam domini nostri ihesu christi qui
pro nobis fecit se humilians. ut nos
exaltaremur humanis sensibus
et voce heretica non solum intelligere
insuper eciam periculosis blasphemiis
ad iniuriam eam adducere / atque ultro
ei adversari dicente scriptura scitote
enim graciam domini nostri ihesu christi quoniam di
ves cum esset propter nos pauper factus est
ut nos eius paupertate divites ex
isteremus. Absit ergo in filio dei
aliquid plus minus ve. Aut in loco
aut in tempore. Aut impotencia. aut
in sciencia. aut inequalitate. aut in
subiectione concederet hoc ut deitati
eius. et non carni adscribantur. si ei
plus minus. Aut aliquid tale inve
nitur: excepto hoc quod genuit pater
filium et excepto hoc quod filius non
ex semetipso natus est. sed de patre na
tus est. proprie non in tempore sed semper
non aliunde. sed de sua substancia de alia
ipsa propria forte secundum verbum eorum
aut invidens. aut impotens pater
insuper etiam et temporalis agnoscitur
Et cum apte hoc vetet scriptura et ex
ercetur quodammodo temporalem
deum quemadmodum gentiles vene
rantur. ipsi etiam similiter adorant
Nam si temporalis est nec verus po
test esse. Et si non verus neque pot
omnia. Et quid iam huic tali deo
credendum est. qui erat aliquando
quando non erat et ex nichilo natus est
dicente scriptura Si audieris me israel
non erit in te deus recens. Si ergo
recens est non debet verus credi
Si autem sempiternus erat qui lo //

in duo folia

X

Cim

a

vias meas pessimas ut eam inveni
rem viam que dicit in evangelio
ego sum via vita et veritas. Audi
prophetam loquentem. Qui seminat
in lacrimis in gaudio metent. euntes
ibant et flebant portantes semina
sua venientes autem venient in ex
ultacione portantes manipulos su
os. et loquere cum eo. Lavabo per
singulas noctes lectum meum in lacri
mis stratum meum rigabo. Et item
dicit desiderat cervus ad fontes a
quarum ita desiderat anima mea ad
te deus. Sitivit anima mea ad deum
fontem vivum. facte sunt lacrime mee panes
per diem et noctem. et in alio loco. deus
deus meus ad te de luce vigilo. Siti
vit ad te anima mea quam multipliciter
tibi caro mea. In terra deserta et invia
aquosa sic in sancto apparui tibi.
Quamquam enim sitierit te anima mea
tamen multo te plus carnis mee
labore quesivi et tibi in sancto apparere

b

non potui nisi prius in terra deserta a vi
ciis. et in via adversariis potestatibus
et absque humore et renmate ullius
libidinis commorarer. Flevit et dominus
super civitatem ierusalem quia non egisset
penitenciam. Et petrus trinam nega
tionem amaritudine abluit lacri
marum. Implevitque illud propheticum exitus
aquarum deduxerunt oculi mei. plangit
et ieremias populum penitenciam non a
gentem dicens. Quis dabit capiti
meo aquam et oculis meis fontem
lacrimarum. et plorabo populum istum per die
et noctem. Cur autem plangat. et de
fleat sequenti sermone demonstrat. No
lite flere mortuum neque plangatis eum
flete planctum qui egreditur. et non
revertetur ultra. Nequaquam ergo gentilis
plangendus est atque iudeus qui in
ecclesia non fuerunt et semel mortui sunt
de quibus salvator dicit dimitte mor
tuos ut sepeliant mortuos suos.
Sed eos qui per scelera atque peccata
egrediuntur de ecclesia et nolunt ultra
reverti ad eam dampnacione viciorum.
unde et ad viros ecclesiasticos qui mu
ri et turres ecclesie nuncupantur loquitur
sermo propheticus dicens. Muri syon pro
ducite lacrimas. implentes illud apostoli
Gaudere cum gaudentibus. flere cum
flentibus ut dura corda peccato
rum vestris lacrimis provocetis ad fletum. Ne
perseverantes in malicia audiant ego
plantavi te vineam frugiferam omne
semen verum quomodo conversa es in a
maritudinem vitis aliena. Et cum hec
non dixerunt pater meus es tu et

lapidi tu me genuisti et verterunt ad
me dorsa. et non facies suas. Et est sen
sus. Noluerunt ad me converti ut agerent
penitenciam. sed cordis duricia in im
iram meam sua terga verterunt. Qua
obrem et dominus loquitur ad ieremiam
Vidisti que fecerunt michi habitatio
israel. Abierunt super omnem montem ex
celsum. et subter omne lignum frondosum
et fornicati sunt ibi. Et dixi postquam for
nicata est. post hec omnia ad me rever
tere et non est reversa. O clemencia dei
o nostra duricia. Deum et post tanta scelera
nos provocat ad salutem et ne sic qui
dem volumus ad meliora converti. Si
reliquerit inquit uxor virum suum. et
alium nupserit et noluerit postea reverti
ad eum numquid suscipiet eam et non
detestabitur. pro quo scriptum est iuxta
ebraicam veritatem quod in grecis
et latinis codicibus non habetur. Et
tu reliquisti me tamen convertere. et
suscipiam te dicit dominus. Isaias quoque in
eundem sensum pene loquitur sermoni
bus. Convertimini qui profundum con
silium cogitatis. et iniquum filii israel re
vertere ad me et redimam te. Ego deus
et non alius preter me. Iustus et salvator
non est absque me. revertimini ad me et
salvi eritis. qui estis in extremis terre. Re
cordamini horum et ingemiscite et a
gite penitenciam qui errastis convertimini
corde et mementote priorum seculorum quoniam ego
sum deus et non est alius absque me.
Scribit et iohel. Convertimini ad me ex
toto corde vestro in ieiunio. et lacrimis
et planctu et scindite corda vestra et
non vestimenta vestra. Misericors enim
et miserator est dominus. et agens penitenciam
super maliciis. Quante autem sit inme
et quam ut ita loquar inineffa
bilisque clemencie Osee propheta nos
doceat per quem loquitur deus. Quid tibi
faciam effraim quomodo te protegam
israel. Quid tibi inqua faciam. Sicut
adamantem ponam te et sicut seboim.
Conversum est cor meum in me et
conturbata est penitudo mea nequaquam
faciam secundum iram furoris mei.
Unde et david loquitur in psalmo. Non
est in morte qui memor sit tui. in inferno
autem quis confitebitur tibi. Et in alio
loco. peccatum meum notum feci et iniquita
tem meam non abscondi. et tu dimisisti impi
etatem cordis mei. pro hac orabit ad
te omnis sanctus in tempore oportuno
verum tamen in diluvio aquarum ad ipsum non
approximabunt. Vide quanta magnitu
do sit fletuum ut aquarum diluvio compare
tur. Quos qui habuerit et dixerit

non abscondi. dixi pronunciabo contra me iniusticiam meam.

Cv
a

cum Jeremia. no sileat pupilla oculi
mei. statim in illo complebitur. m(isericord)ia
et veritas obuiauerunt sibi. iusticia
et pax deosculate sunt / ut sit iusticia
et veritas que seruauerunt. m(isericord)ia et
pax prouocent ad salutem. Totam
p(eniten)tiam pectoris ostendit psalmus quin-
quagesimus. qui ingressus est / dauid
ad bethzabee uxorem urie ethei et
nathan propheta ante correptus respo-
dit dicens. peccaui. statimque meruit
audire. et d(omi)n(u)s abstulit a te peccatu(m).
Adulterio enim iunxerat homicidiu(m). et
tamen conuersus ad lacrimas. Miserere
ait mei deus secundum magna(m) m(isericordi)am
tuam. Et secundum mul(titudinem) mi(serationum) tuar(um) de(le)
ini(quitatem) meam. Magnum enim peccatum
magna indigebat m(isericord)ia / unde iugit
et dicit. Multa laua me ab iniquitate
mea. et a peccato meo munda me. Quoniam
iniquitatem meam ego cognosco et
delictum meu(m) contra est semp(er). Tibi so-
li peccaui. Rex enim aliu(m) no(n) timebam
et malu(m) coram te feci ut iustificeris
in sermonibus tuis. et uincas cum iudi-
caris. Conclusit enim deus omnia sub
peccato ut omnibus misereatur. Tantu(m)
que profecit. ut dudum peccator et peni-
tens transierit in magistrum et dicat.
docebo iniquos vias tuas et impii
ad te conuertentur. Confessio enim et
pulchritudo coram eo. ut qui sua fuit
peccata confessus et dixerit corrupte
sunt et computruerunt cicatrices mee
a facie insipientie mee. feditatem
uulnerum in sanitatis decorem commu-
tet. Qui enim abscondit iniquitatem
suam. no(n) prosperabitur. Achab rex im-
pijssimus uineam naboth cruore
possedit. et cum iezabel no(n) tam coniu-
gio sibi qua(m) crudelitate coniuncta helye
increpatione corripitur. hec dicit d(omi)n(u)s
occidisti et possedisti. Et iterum In loco quo
linxerunt canes sanguinem nabothe
ibi lingent sanguinem tuu(m). et iezabel
canes comedent ante muros iezra-
hel. Quod cu(m) audisset achab scidit ves-
timenta sua. et posuit saccu(m) sup(er) carne(m)
suam ieiunauitque et dormiuit in ci-
licio. factusque est sermo d(omi)ni ad helyam
dicens. Quoniam reuersus est achab et
humiliatus est mei causa. no(n) inducam
malu(m) in diebus eius. Unde unu(m) sce-
lus achab et iezabel. et tamen conuer-
sus achab ad penitentiam pena differ-
tur in posteros (filios) / et iezabel in scelere
perseuerans / p(re)senti iudicio condempnatur.
loquitur et d(omi)n(u)s in ewangelio uiri ni-
niuite se surgent in iudicio cu(m) gene-
ratione hac. et condempnabunt ea(m)

b

quia p(eniten)tiam egerunt ad predicatione(m)
ione. No(n) enim venit vocare iustos
sed peccatores ad penitentiam. drag-
ma periit et tamen inuenitur in ster-
core. Nonaginta nouem oues re-
linquuntur in solitudine et una ouis
que errauerat. pastoris humeris repor-
tatur. unde et leticia angelorum est
sup(er) uno peccatore agente p(eniten)tiam.
Quanta felicitas ut de salute n(ost)ra ex-
ultent celestia. de quibus dicitur. Peni-
tentiam agite appropinquauit enim reg-
nu(m) celoru(m). Nullum in medio spatiu(m)
mors et vita sibi contraria sunt. et
tamen p(eniten)tia copulantur. Luxuriosus
filius totam prodigerat substantiam et
procul a patre vix porcorum cibis me-
diam sustentabat. Reuertitur ad
patrem immolatur ei vitulus saginatus
stolam accepit et anulum / ut x(rist)i
recipiat vestimentum vestimentum
quod dudum polluerat et audire
mereatur. candida sint vestimenta
tua semp(er). receptoque signaculo dei
proclamet ad d(omi)n(u)m. pater peccaui in
celum et coram te et reconciliatus
osculo dicat ad eum. signatum est
sup(er) nos lumen vultus tui d(omi)ne. Justicia
iusti no(n) liberabit eum in quacumque
die peccauerit et iniquitas iniqui no(n)
nocebit ei quacumque die conuersus fuerit
unumquemque iudicat sicut inuenit. nec
p(re)terita considerat. sed p(re)sentia / si tamen
vetera crimina nouella conuersione
mutentur. Septies cadit iustus et
resurgit. Si cadit quomodo iustus.
Si iustus quomodo cadit. Si iusti
vocabulum no(n) amittit. qui per
penitentia(m) semp(er) resurgit. Et non
solum septies sed septuagies septi-
es delinquenti si conuertatur ad pe-
nitentiam peccata donantur. Cui plus
dimittitur. plus diligit. Meretrix

c

lacrimis pedes saluatoris lauat et
crine detergit. et in typum ecclesie de
gentibus congregate meretur
audire. dimittuntur tibi peccata. pha-
risei iusticia perit superbia et publi-
cani humilitas confessione saluatur.
P(er) Jeremiam contestatur deus ad
summam loquar contra gentem et
regnu(m) ut eradicem. et destruam
et disperdam illud si p(eniten)tiam egerit
gens illa a malo suo quod locutus
sum aduersum eam. agam et ego
p(eniten)tiam sup(er) malo quod cogitaui ut
facerem ei. Et ad summa loquar sup(er)
gente(m) et regno ut edificem et ut
plantem illud. Si fecerit malum
in conspectu meo et no(n) audiat uoce(m)

·A·

spm sau et omnia potentem et ubiqz ee et omnia tasse et omnia saluare sca nob scptura annctiat. unde et saluator in euglio blasphemia sp̄us sti neqz hic neqz in futo hominibus statuit dimittendam dicens ido vobis dico qd omis blasphemia et ome pecc dimittet hominibus n̄o vtiqz blasphemia aut sps aut sancti neqz hic neqz in futuro dimitte hominibus. Novtiqz blasphemia diceba aliam sp̄us sancti uideris n̄ ht ut deus aut no erat. Aut dedo pp̄e no est. Nam in veris quod iudei non audent denegare spm quo insptius sculbi legunt aut cātiam accipiunt sic angelum. Aut scripm prem existimant et tā quam psona accipiunt aut compositū arbitrant deū prem cū sit pp̄e natūe sp̄us p̄z ex hys spm etiam alterz putant enim consistere et vbum cū sit hoc rei composite et trialis quā vere diuine in corporee ac si plias que solet audeis sic intelligi ut apagams int dum. Nobis igitur vnus p̄z et vnus filius eius verus deus et vnus sp̄us sanctus verus deus et hij tres vnū sit. vna diuinitas et potencia et vnū regnū. Sūt autem tres psone. no due. no vna. no sm reuelationem. aut collectioz. aut cōfusionem sed semp p manentibus psonis diuinis. hac fides datur ad baptisma ab hys et remissa dantur peccata et vita etna sine aliqua dubitatione speratur. huic fidei fmtati credentes vere sancti et beati patriarche et pphete et apli et martires et martiry gram meruerūt. et spem vite ppennis adepti sunt. et regnū celorum hereditatē no ambigua sunt sortiti.

Epistola beati Jeronimi ad exuperantiū de philargia cōmonentis

71

Inter omnia que michi sancti fris quītiliam pstiterunt. hoc uel maximum est qd te michi ignotum corpore mēte sociauit. Quis em no diligat eum q̄ qui sub paludamēto et habitu militari agat opa pphetarum. Et exteriore hominem aliud promittentem uincat interiore homine qui formatus est ad ymaginem creatoris. Vnde et prior agressum prouoco litterarum. et ptor ut in occasione sepius pbuas respondendi quo dete tō sebam audatius. Illud aut prudencie tue breuit signifitasse sufficiat. meminis aplice sine vinctus es uxori: ne queras solucionē. Solutus es ne queras uxorem. id e allegatoz que solutioni contraria est. Qui go huit officio coniugali vinctus est. Qui vinctus est. seruus est. Qui aute solutus: et liber est. Cum go et gaudeas libertate. et aliud agas. aliud repromittas ac pp̄e modū in domate constitutus sis. no debes ad tollendā tunicam tecta descendere. nec respicere post tergum. nec aratri semel arrepti stiua dimittere. Sz si fieri pot imitare Joseph. et egypte dñe pallium relinque ut nudus sequaris dnm saluatorem qui dicat in euāgº. nisi quis tulerit crucem suā et secutus me fuerit. no pot meus esse discipulus. proice sartinam secli. ne queras diuicias: que camelorz pravitatibus comparant. Nudus et leuis ad celū vola. nec alas virtutū tuaz auri depmat pondera. hoc ac dico no quo te auarum didicerim sed sub intelligam id ē adhuc milicie opam dare. ne impleas sacculum quem euacuare dns pcepit. Si igi qui hnt possessiones et diuicias iubentur omnia vendere et dare pauperibus et sic sequi saluatorem dignatio tua. Aut diues est. et debes facere quod pceptum est. Aut adhuc tenuis et no debes querere qd erogaturus est. Certe xp̄us pro animi voluntate oīa in acceptum refert. Nemo aplis paupior fuit et neo tm pro dno deliquit. vidua illa me euangelio paupcula que duo minuta misit in gazophilaciū cūctis prefertur diuitibus quia totū quod habuit dedit. Et tu ergo eroganda no queras. sed quesita iam pbue ut fortissimū tyrunculū suū xp̄us agnoscat. Vt letus tibi de longissima regione veniēti occurrat p̄z. ut stolam pbuat ut donet anulū. ut immolet pro te vitulū saginatum. ut expeditum cū sco fre quintilliano ad posita faciat nauigare. pulsaui amicitiarū fores si aperueris: nos crebro habebis hospites.

Item epla beati Jeronimi ad rustitū monachū exhortatoria sup penitentia tacta

72

Quod ignotus ad ignotum audo scribere sancte anulle xp̄i edicie. et filie mee coniugis tue artemie immo sororis et coniuge atqz conserue fecit deprecacio. Que nequaqz ppa salute cōtenta tua et ante quesiuit et patā

et nunc in sanctis locis querit salutem
imitari cupiens andree et philippi
aplorum beniuolentiam / quorum vterque
inuentus a xpo fratrem symonem et alium
nathanahel inuenire desiderat. vt
alter eorum mereatur audire tu es symo
filius Johannis tu vocaberis cephas
quod interpretatur petrus. Alter donum dei
hoc enim in lingua nostra sonat natha-
nahel xpo ad se loquentis testimonio
subleuetur. ecce vere israhelita in quo
dolus non est. Optauerat quondam et
loth cum filiabus saluare coniugem suam
et de incendio sodome et gomorre pe-
ne semiustus erumpens eduare eam
que post tamen vias tenebatur adstricta
sed et trepida desperatio respiciens
post tergum et non in fidelitatis titulo
condempnatur / et ardens fides pro vi-
ra muliere perdita. totam segor li-
berat ciuitatem / denique postquam
sodomiticas valles. ac tenebras. de-
relinquens / ad montana. conscendit
. ortus est ei sol in segor que interpretatur
paruula. ut parua fides loth quia
maiora non poterat. saltem minora
fuaret. Neque enim grauiore quon-
dam et erroris habitator statim ad
meridiem poterat peruenire. in quo
abraham amicus dei cum angelis
suscepit deum et Joseph fratres pascit in e-
gipto sponsus quoque audit sponsa vbi pas-
cis. vbi cubas in meridie. Samuhel
quondam plangebat saul quia sup-
bie vulnera penitentie medicamine
non curabat. Et paulus lugebat cho-
rintheos qui fornicationis maculas
lacrimis delere nolebant. Vnde et
ezechiel librum deuorat scriptum intus
et foris. carmine planctu et ue. Car-
mine. super laude iustorum planctu super
penitentibus ue super hiis de quibus scrip-
tum est. cum venerit impius in profun-
dum malorum contempnit. Quos ostendit
esaias dicens vocauit dominus sabaoth in
die illa. ad fletum. et ad planctum
et de caluacionem / et accinctione cilici-
orum. ipsi autem fecerunt leticiam
et exultationem. mactantes vitulos
et occidentes oues. ut comederent
carnes / atque dicerent manducemus et
bibamus cras enim moriemur. de qui-
bus et ezechiel loquitur. et tu fili ho-
minis dic domui israhel Sic locuti estis
dicentes Errores nostri et iniquitates
nostre super nos erunt et in ipsis contra-
besamus et quomodo salui esse pote-
rimus. dic eis viuo ego dicit dominus nolo
mortem peccatoris sed conuertatur
a via sua. Et iterum Reuertimini re-

cedentes a via vestra. quare moriemini
domus israhel. Nichil ita offendit deum
quam desperatio. Ad desperationem me-
liorum heredes peioribus licet et
ipsa desperatio incredulitatis indicium
sit. Qui enim desperat salutem non
putat futurum esse iudicium / Quod si
metueret vtique bonis operibus se
iudici prepararet. Audiamus per Iere-
miam loquentem deum. Conuerte
pedem tuum a via aspera. et guttur
tuum a siti. Et iterum Numquid qui cadit
non resurget. aut qui auersus est
. non reuertetur. Et per ysaiam. Quan-
do conuersus ingemueris tunc sal-
uus eris. et scies vbi fueris. Scire
non possumus egrotacionis mala nisi
cum fuit sanitas consecuta. Et quan-
tum boni virtus habeat: vitia
demonstrant. Clariusque fit lumine com-
paratione tenebrarum. Ezechiel quoque
eisdem verbis quia eodem et spiritu
conuertimini inquit: et recedite
ab iniquitatibus vestris domus israhel
et non erunt vobis in tormentum impie-
tates. / proicite omnes impietates vestras
in quibus impie egistis contra me et
facite vobis cor nouum et spiritum nouum
Et quare moriemini domus israhel. No-
lo enim mortem peccatoris dicit dominus. Vnde
in consequentibus loquitur / viuo ego di-
cit dominus nolo mortem peccatoris di-
cit dominus. nisi ut reuertatur a via sua
et viuat. Ne mens incredula bonorum
repromissione desperet et semel ad
perditionem animus destinatus non
adhibeat vulneri curationem quod ne-
quaquam estimat posse curari. ideo
iurare se dicit / vt si non credimus pro-
mittenti deo. credimus saltem pro nostra
salute iuranti. Quam ob causam et ius-
tus precatur et dicit Conuerte nos
deus salutaris noster et auerte furore
tuum a nobis Et item domine in voluntate
te tua prestitisti decori meo fortitudi-
nem. Auertisti faciem tuam / et factus
sum conturbatus / postquam enim feditatem
tatem delictorum meorum virtutum deco-
re mutaui infirmitatem meam tua
gratia roborasti. Ecce audio pollicentem
persequar inimicos meos et compre-
hendam illos. et non conuertar donec
deficiant / vt qui te ante fugiebam
et inimicus eram. comprehendar ma-
nu. ne cesses a persequendo donec deficiam
a via mea pessima et reuertar ad vi-
rum meum priorem qui michi dabat
linteamina mea. et oleum et simi-
lam et cibabat me pinguissimis ci-
bis. Quem ideo obsessit atque preclusit

vide cor

quebatur montibus sanctis et legem dedit moysi in monte syna et omnia potens et omnia sciens et ade in paradiso visus est et in predestinacione carnali futura enuncians ei et cum iacob luctatus est et queadmodum humana fragilitas capere poterat condescendens infirmitatibus omnium diversorum genere approbat / aliis in gloriam timoris omnem causam aliis in humilitate eminentis eius bonitatis agnoscende. Si ergo sempiternus filius de patre est genitus quippe et omnia sciens et omnia potens et omnia saluans omnia continens / omnia iudicans. creans cum patre semper et cum spiritu sancto. Accipe quod creatura deus verus non esse potest neque creatura creaturam saluare dicente scriptura. Et coluerunt et servierunt creature potius quam creatori qui est benedictus deus in secula / Vides igitur quod magis paganitatis est hoc / quam christianitatis Et quod non in tempore est natus sed sempiternus erat de patre dicit beatus apostolus Invisibilia enim eius a creatura mundi per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur. sempiterna quoque eius virtus et divinitas / Vides igitur quod christus filius dei est non temporalis sed sempiternus qui de substantia divina patris semper natus est. Ipse ait salvator in evangelio Quod nascitur de carne caro est / et quod nascitur de spiritu spiritus est quoniam deus spiritus est. Et quod verus deus est filius dei dicit scriptura. erat lumen verum quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum Et ipse iterum ait evangelista beatus / hic est ihesus christus deus verus / et semper erat / ait ipse In principio erat verbum et verbum erat apud deum et deus erat verbum Et quod omnipotens est filius omnium creator / ait ipse evangelista beatus. omnia per ipsum facta sunt. Si ergo omnia per ipsum facta sunt visibilia et invisibilia quomodo dicit ante passionem salvator quod de die et hora nemo novit neque angeli celorum neque filius hominis nisi pater. Attendens igitur inde quod propter utilitatem hominum dixit se nescientem per firmacione ne negligenciores efficiantur homines. Nam et humilitatem sue tamen hoc dixit propter carnem passionis quia quasi homo hominibus videbatur et utilitate omnium tacuit / res quidem gerendas in seculo eis annuncians atque enumerans. diem autem et horam non eis aperiens. Quod ergo propter utilitate nostra tacuit et se humiliavit non

debemus ei ultro esse ingrati et non solum non intelligentes: insuper etiam iudaico more et hominem estimantes eundem creaturam et ignorancie et impotencie participem iudicantes tamquam iudei Quod non divinitas naturaliter paciebatur : sed caro ipse ostendit iudeis dicens solvite hoc templum et in tribus diebus ego suscitabo illud. Et cum hoc dubium est quod deus hoc dicebat / id est filius dei eternus / verbum veniens patris et sapiencia dei et virtus dei. eterna et sempiterna et imago dei invisibilis ab invisibili natus non factus / facta autem est caro et plasmata in qua deus erat quam et indutus erat propter invisibilitatem et impossibilitatem visionis nostre. Neque enim intrinsecus erat solum / sed extrinsecus et intrinsecus et in celis et in terra omnia continens et implens. Nichil ergo imperfectum in filio dei. nichil inequale nichil impotens nichil temporale nichil incognitum / omnia vera / omnia possibilia / omnia ingenita. omnia equalia patri dicente salvatore. neque filium novit nisi pater et nemo novit patrem nisi filius et cui vult filius revelare vides equalitatem filii ad patrem. Cum ergo patrem novit filius inenarrandum et incomprehensum diem nescit et horam. quam ipse facit. Absit a sensibus nostris hoc iterum ipse salvator dicit ad illos per ut honorificent filium sicut honorificant patrem. Equalis igitur deo est filius deitate dicente apostolo Qui cum in forma dei esset non rapinam arbitratus est esse equalis deo Sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens / humiliavit se usque ad mortem mortem autem crucis vides quod utrumque scriptura non abneget in filio dei. et quod dei est virtutis et omnipotentis. omnia scientis omnia complentis omnia continentis omnia habentis / omnia dantis. iudicantis saluantis. creantis et quod create nature est. id est carnis eius et pacientis. et plorantis et quasi nescientis et quasi non potentis omnia que si subiecti et cetera huic similia. Non ergo debet esse confusio rerum temporis coniuncti inmortalis dei / rei mortali coniuncta est / propter nostram salutem et creditur post passionem corporis in quo apparuit mens etiam permanens in perpetuum. ut et illi qui crucifixerunt eum aspiciant et inpassibilem sensus eius nature divine permanentem conspirabilem sustineat et indicam visibiliter termineturum / et misterii secreti sciencia revelentur et

potentie eius maiestas. et bonitas
a cunctis hominibus cognoscatur. Quod patrem
et spiritum sanctum unum deum inveniimus in scrip-
tura. et de patre procedere esse et cum filio
et patre semper esse et regnare et creare
et ubique esse, et saluare et iustifica-
re. et peccata dimittere. et omnia scire
et inhabitare et quemadmodum filius
dei. ita et spiritus sanctus personaliter sicut
filii et patris. Tres enim persone sunt quas
credimus vere equales diuine unius
substantie id est de patre filius et spiritus sanctus
procedere et vere de patre qui prodit primum
accipe quod de patre est procedere et spiritus sanctus
dicente scriptura. Verbo dei celi firmati
sunt et spiritu oris eius omnis virtus eorum.
Et saluator ait. Cum autem venit
paraclitus spiritus veritatis qui de patre pro-
cedit. ille de meo accipiet, quia ipse
me glorificabit et venies annuncia-
bit vobis. et soluit statim interpretans
dominus ostendens primum quidem quod ipse
sit spiritus sanctus, dicens ille de meo accipi-
et. Et ne sicuti seruum aut creaturam aut
partem impotem monstraret patre mox
soluit interpretans et dicit Ideo ante
vobis dixi. uel quia ille de meo accipi-
et. quia omnia que patris sunt ea filii
sunt. et omnia que filii sunt eque spiritus
sancti sunt. nichil ergo in omnibus de-
est filio quod non ad eius ad tineat pota-
tem. nichil quod non ab eo factum sit et eius
nutu ac moderamine non regatur. Cum
ergo omnia habeat filius in potestate in om-
nibus nichil deest omnium, horum ergo
omnium habet potestatem et spiritus sanctus
quoque et filius. Sic enim dicit de spiritu sancto
saluator Ille iudicabit mundum et con-
ueniet et docebit de peccato et de iustitia et
de iudicio. de peccato quidem quod non
crediderunt in me. de iustitia autem quia
vado ad patrem meum. de iudicio autem
quod princeps huius mundi iam iudi-
catus est. Vides igitur quod spiritus sanctus
annunciat filium et docet de filio. et de patre
et de spiritu sancto et spiritus sanctus docet de
patre et filio Trinitas ergo quia vera
est. inenarranda est. inuisibilis est.
omnipotens est. sese predicat, sese annunci-
at dignanter omni creature visibili. et
inuisibili. Non valet quis dignanter
aut narrare aut mirari. Aut compre-
hendere. aut inuestigare aut que-
admodum est humanis eam sensi-
bus occupare. Constat ergo infirma-
ri homine sancte venerande quoque trinita-
tis inenarranda gloria maiestate aut
potencia. Cuius igitur trinitatis narra-
tio glorie se extendit. quanto magis
frustrabuntur qui audent in patrem

et filium et spiritum sanctum aut locum aut
tempus, aut aliquam causam humane
potentie inducere. qui non solum
quid sit deus intellexerunt qui nec e-
tiam quid sit homo attendere
potuerunt. Nichil ergo in trinitate
subitaneum nichil inprimum nichil
temporale. nichil inpotens. nichil
minus nichil inequale trinitas ve-
neranda deprecanda trinitas inenar-
randa inuestiganda incomprehende-
da. et quod inuisibilium rerum fides est
nobis dicat apostolus Est autem fides
sperandarum substantia rerum inuisibilium
ex animatrix. In hac enim testimonium
meruerunt seniores. Et item in euangelio
deum nemo vidit umquam. Et item
Spiritus ubi uult flat et uocem eius
audis sed nescis unde veniat et quo
vadat. Quod deus est spiritus, dicat pe-
trus beatus apostolus ei qui mentitus
est spiritui sancto Ananie. Non est men-
titus hominibus. sed deo. Non dixit
patri aut filio. sed spiritui sancto. Vi-
des igitur quod deus est spiritus sanctus
Et quod ubique est dicat sanctus propheta.
Quo fugiam a spiritu tuo domine. aut
a facie tua quo vadam. Et quod omnia
complet spiritus deus sicut filius ait propheta
Spiritus domini impleuit orbem terrarum
Et ita in actibus apostolorum. hec dicit spiritus
iubens. separate michi barnaban et
paulum ad opus, quod vocaui eos
mittere. Et item apostoli, placuit spiritui sancto
et nobis Et in libro regnorum dicit
deus iudeis Regnauit non per me. ne-
que per spiritum meum. Et in prophetis ita dominus
israel concitauit spiritum domini. Et quod habitet
in sanctis spiritus sanctus quomodo filius dicat
et apostolus. Quoniam corpora vestra templum
est sancti spiritus qui habitat in nobis
Et item Nescitis quia templum dei estis
et spiritus dei habitat in vobis Et quod
omnia nouerit spiritus, dicat apostolus sanctus
ita. Alii datur per spiritum verbum sapientie
Alii verbum scientie in eodem spiritu
Alii fides alii linguarum genera. A-
lii interpretationes in eodem spiritu. Alii
gubernatio, hec autem omnia operatur unus
et idem spiritus diuidens omnibus sicut
vult. Non dixit sicut iubetur sed si-
cut uult. Ostendit non creaturam sed
unum spiritum de deo esse et omnia posse si-
cut filium. Vnde ait statim apostolus que-
admodum nemo nouit hominum que
sunt in homine. nisi spiritus hominis qui
est in eo. Ita et que sunt dei nemo
nouit. nisi spiritus qui de deo est. Spiritus
dei enim perscrutatur etiam alta dei
Vides quemadmodum omnia sciente

vide ante

vocem meam · penitentiam agam super bo-
no quod locutus sum ut facerem ei
statimque infert Ecce ego fingo con-
tra vos malum et cogito contra vos co-
gitacionem · Revertimini unusquisque
a via sua mala · et dirigite vias vestras
et studia vestra · Qui dixerunt desperavi-
mus · post cogitaciones enim nostras
ibimus et unusquisque pravitatem
cordis sui malum faciemus · Symeon
iustus loquitur in euangelio Ecce hic
positus est in ruinam et in resurreccionem
multorum qui agunt penitentiam · Apostolus scri-
bit ad corinthios Auditur inter vos
fornicacio et talis fornicacio qua-
lis nec inter gentes quidem ita ut ux-
orem patris aliquis habeat et vos
inflati estis et non magis luctum ha-
buistis ut tolleretur de medio vestrum
qui hoc opus fecit · Et in secunda ad eos-
dem epistola Ne habundanciori tristicia
pereat qui eiusmodi est · renovat
enim et obsecrat ut confirment super
illum caritatem et qui in cestu peri-
erat penitencia conservetur · Nullus
enim mundus est a peccato nisi si unius
quidem diei fuerit vita eius · Innu-
merabiles autem anni vite illius ·
Astra quoque ipsa non sunt munda in
conspectu eius et adversum an-
gelos suos · perversum quid excogitavit ·
Si in celo peccatum quanto magis in terra ·
Si delictum in hiis qui carent temp-
tacione corporea quanto magis
in nobis · qui fragili carne circum-
damur · et cum apostolo dicimus · Miser
ego quis liberabit me de corpore
mortis huius · Non enim habitat in car-
ne nostra bonum nec agimus quod vo-
lumus ut aliud anima desiderat
aliud caro facere cogatur · Quod
siquidem iusti appellantur in scripturis
et non solum iusti sed iusti in conspectu
dei iuxta illam iusticiam appellantur
iusti · iuxta quam supra dictum est sep-
ties cadit iustus et resurget et iuxta
quod iniquitas iniqui non nocebit
ei in quacumque die conversus fuerit
denique et zacharias pater Iohannis qui
scribitur iustus peccavit in eo quod
non credidit et statim silencio con-
dempnatur · Et iob qui iustus et im-
maculatus ac sine querela in principio
voluminis sui scribitur postea et di-
vinitate et confessione sui peccator ar-
guitur · Si abraham ysaac et iacob
prophete quoque et apostoli nequaquam
caruere peccato si purissimum frumentum ha-
buit mixtas paleas quid de vobis
dici potest · de quibus illud proprie dicitur

Quid paleis ad frumentum dicit dominus · Et cum
palee future reservatur incendio et ziza-
nia hoc tempore mixta sunt segetibus
frumentorum donec veniat qui habet
ventilabrum in manu sua et purgabit
aream ut triticum congreget in horrea ut
quisquilias ghehenne igni tribuat ·
Hec omnia quasi per pulcherrima scripturarum
prata discurrens in unum locum volui con-
gregare et de speciosissimis floribus co-
ronam tibi texere penitencie quam
imponas capiti tuo et assumas pennas
columbe et voles et requiescas · et
clementissimo reconcilieris patri · Nar-
ravit michi uxor quondam tua nunc
soror · atque conserva quod iuxta preceptum
apostoli ex consensu ab invicem vos ab
opere nupciarum · et patrueris orationi
Tuaque rursum vestigia quasi in salo
posita fluctuasse immo ut apercius lo-
quar esse prolapsa illam autem audisse
a domino cum moyse : Tu vero hic sta me-
cum et dixisse de domino · statuit supra
petram pedes meos · Tuam domum que
fundamenta fidei solida non habebat
postea dyaboli turbine concidisse · por-
ro illius perstare in domino et suum tibi hos-
picium non negare · ut cui prius iunctus
fueras corpore nunc spiritu copuleris
qui enim adheret domino unus spiritus est cum eo
Cumque vos rabies barbarorum et im-
minens captivitas separaret sub iu-
ris iurandi testificacione pollicitus es
ut ad sanctam fugientem loca · vel statim
vel postea sequereris et servares animam
tuam quam visus fueras negligencia
perdidisse · Redde igitur quod presenti domino
spospondisti · Incerta est vita mortalium
ne ante rapiaris quam tuam imple-
as sponsionem · Imitare eam quam
docere debueras · pro pudor fragilior
sexus vincit seculum · et robustior superatur
a seculo · Tanti dux femina facta est · et
non sequeris eam in tanta salute candi-
datus es fidei · Quod si te rei familia-
ris tenent reliquie · ut videlicet mortes
amicorum et civium videas et ruinas
urbium · atque villarum saltim inter captivi-
tatis mala · et ferocitates hostium vultus
et provincie tue infinita naufragia te-
neto tabulam penitentie et memento
conserve tue que tuam cottidie
suspirat salutem · Tu vagaris in
patria immo non patria quia patriam per-
didisti · Ista pro te in locis venerabi-
libus resurrectionis · et crucis et cu-
nabulorum domini salvatoris in quibus
parvulus vagiit cum nominis recor-
datur · teque ad se orationibus trahit
ut si non tuo merito saltem huius salveris

fide. Iacebat quondam paraliticus in lec
tulo et sic erat cunctis artubus disso
lutus ut nec pedes ad ingrediendum
nec manus mouere posset ad operandum
et tunc perfertur ab aliis et restituitur pri
stine sanitati. ut portaret lectulum qui
dudum a lectulo portabatur. Et te igitur
absente corpore presente fide offert chananea
tua domino saluatori et dicit cum cha
nanea filia mea male vexatur a de
monio. Recte enim appellabo animam
tuam filiam tuae eius. qui sexus nes
cit diuersitatem. quia te quasi paruu
lum atque lactantem et nec dum valentem
sumere solidos cibos. inuitat ad lacti
fancie et mistici tibi alimenta demon
strat ut possis dicere cum propheta Ezra
ui sicut ouis perdita. quere seruum tuum quia
mandata tua non sum oblitus. Epistola sancti Jeronimi ad desiderium ad mu
tuum aspectum inuitantis etcetera

Rectus sermo dignationis tue quem
michi nec opinanti tua
beniuolencia exhibuit ga
uisus sum quidem testi
monio honesti et eloquentissimi
viri. sed in memet reuersus satis dolui
indignum tantis laudibus atque proprio
oppressum pondere potius quam leuari. Nobis enim
dogma nostrum humilitatis tenere vexillum
et prima gradientes. ad summa nos
scandere. Quotus ergo ego uel
quantus sum. ut erudite vocis merer
ar testimonium. ut michi ab eo palma
eloquencie deferatur qui scribendo di
sertissime deterruit ne scriberem. Verum preci
audiendum est et caritas que non querit
que sua sunt. sed que proximi. reddat
salutacionis officia. quia locum im
plere non valet preceptoris. Gratulor
tibi et sancte atque venerabili sorori
tue serenille. que ad ΕϹΤΟΝ ΗΝ ΑΛΥΤΑ (?)
calcatis fluctibus seculi ad Christi tran
quilla peruenit. quamquam hoc mune
ris vaticinium etiam in te predestinatum
sit legimus enim sanctum quoque danielem ap
pellatum desideriorum virum et amicum
dei. quia misteria eius scire desidera
uit. Itaque quod venerabilis paula me
cum desiderata ut facerem sponte facio
hortor que vos et precor per dominum caritatem
ut nobis vestros exhibeatis aspectus et per
occasionem sanctorum locorum tanto ditetis
munere. Certe si consortia nostra displi
cuerint. adorasse ubi steterunt pedes
domini pars fidei est. et quasi recentia
natiuitatis. et crucis ac passionis
vidisse vestigia. Opusculorum meorum

quia plurima euolauerunt de nidulo suo
et temerario edicionis honore uul
gata sunt nichil misi ne eadem for
sitan mitterem que habebas. Quod
si exemplaria libuerit mutuari uel
a sancta marcella que manet in auen
tino uel a loth temporis nostri domi
nico viro sanctissimo accipere poteris.
Ego autem operiens presencia tua
aut totum dabo cum affueris aut si hoc
aliqua impedierit difficultas quecumque
cumque preceperis libens mittam. Scripsi li
brum de illustribus viris ab apostolis usque
ad nostram etatem. imitatus tranquil
lum grecumque appollonium. Et post
cathologum plurimorum post me quoque
in calce voluminis quasi abortiuum
et minimum omnium christianorum posui
vbi michi necesse fuit usque ad quar
tum decimum annum theodosii principis
que scripserim breuiter adnotare. Quem
librum cum a supradictis susceperis quicquid
deinde minus habueris paulatim
scribi faciam si volueris etcetera

Jeronimus de virtutibus tribus etcetera

Tres quodam modo virtutes dei as
sumens propheta fortitu
dinem sapienciam
atque prudenciam. unicuique earum
propria opera distribuit. fortitudini ter
ram. sapiencie orbem terrarum. pruden
cie celum. Audi quippe scripture or
dinem dominus qui fecit terram in for
titudine sua et erexit orbem in sa
piencia sua. et in prudencia sua ex
tendit celum et nos igitur in nostra
terra dictum est. quippe ad adam
terra es. necessariam habemus fortitu
dinem quia absque ea impossibile nobis
est. id exequi quod carni repugnat
Cum autem mortificata fuerint
membra super terram. tunc parent spiritus
voluntati siquidem iuxta apostolum spiritu
gesta carnis mortificantur. Dominus ergo
fecit terram in fortitudine sua. Si autem
et ad hanc terram venias. et consi
deres id quod in iob scriptum est. iux
ta emendatissima tamen exempla
ria quomodo statuerit eam super nichi
lum inuenies fortitudinem dei
in medietatem mundi terre libra sus
tineri. veniamus ergo ad orbem terrarum
qui grece ΟΙΚΟΥΜΕΝΗ. mancipatur
idem inhabitata. Scio animam in
habitatam scio desertam. Si enim
non habet deum prophetam si non habet
spiritum sanctum anima deserta est. Habita
ta autem est quando plena est deo

// si non habet filium dicente ego et pater veniemus ad eam et mansionem apud eum faciemus. pater etcetera

qui habet Christum

qui habet xpm et spm scm anima de
qua est habitata autem est qui plena
vini hec differenter et varie in scriptu
dicitur in anima hominis patrem et filium et
spm scm commorari / Nam et david
in psalmo confessionis tres spus pos
tulat dicens / Spu principali confir
ma me / Spm rectum innova in visce
ribus meis / Spm scm tuum ne aufe
ras a me Qui sunt isti tres spus
principalis spus pater est. rectus spus
xpus est / spus sctus. spus sanctus est
hec in approbacione eius rei diximus
quod habitata / id est orbis terrarum
in sapiencia dei fabricata sit. Sapientia
quippe auxiliabitur iusto. super decem
potentatem habentes in civitate Sapi
enciam autem et disciplinam qui abi
cit infelix est et vana spes eius et
labores eius insensati et inutilia
opera eius ait sapientia que titulo
inscribitur salomonis Ideo quanto

b

possumus labore nitamur ut ha
bitata nostra sapiencia dei erigatur
Cecidit quippe et de sublimi corruit
venientibus nobis in locum istum in
feriorum Cecidit habitata nostra / post
quam peccavimus inique fecimus
iniuste egimus. Impie gessimus et
post ruinam indiget erectione. Si
autem non vis ista similia adduci com
mune totius orbis queramus rui
nam et post casum eius consequenter
deus erigens predicetur quicunque est
in orbe isto ante erectionem cecidit / Si
autem cecidit consequenter erigendus
fuit Nemo quippe sine casu suble
vatur / Si autem erectus est videamus
que ruina precessit. Omnes corruimus
per peccatorum pondera in orbe terrarum et dominus
qui erigit allisos elevavit nos iacen
tes. In adam omnes morimur atque ita
corruit orbis terrarum et indiget erec
tione ut in xpo omnes vivificentur Igitur
duplicem intellectum de orbe tradidi
mus unum quomodo singule anime
aut habitate sint / Aut diserte al
terum quomodo universus orbis pariter
cecidit. Et in sua prudencia extendit
celum / Non fortuitu prudencia in ce
li extensione assumpta est. In ve
teribus et in prioribus dictum. dominus sapiencia
fundavit terram / preparavit autem celos
in prudencia. Est ergo aliqua prudencia
dei. quam nolo ut extra xpm requi
ras. Omnia quippe que dei sunt xpus
est Ipse sapiencia eius. ipse fortitudo
ipse iusticia ipse sanctitas et redemp
cio ipse ut ad presens veniam / etiam
prudencia Sed cum sit in subiecti

pro varietate sensuum diversis vocabu
lis nuncupatur Aliud significat sa
piencia. aliud iusticia. Quando enim
sapientia dicitur / disciplina de divinarum
humanarumque rerum instituit / Quando iusti
cia distributor et iudex meritorum signi
ficatur. Quando sanctitas. illa virtus de
scribitur que credentes deo efficit sanctos
Ita ergo intelligi et prudencia eius in
telligere cum doctrina est. et demonstracio
bonarum aut malarum rerum sive neutrarum
Atque in hunc mundum extendisse nunc
dicitur celum in prudencia sua. Quo
modo autem extendatur celum ex
tendente eum prudentia. Audi / Quoniam
extendit / verba non attendentur. Asserit
quippe extensionem quandam esse
verborum similiter ut nunc dicitur celi
Iuxta illud quod in alio loco scriptum
est qui extendit celum ut pellem / Ex
tenditur autem et anima nostra que pri
us fuerit contracta ut possit capax
esse sapiencie dei. verum ut ad propositum revertamur
mur. diximus de eo quod prudentia
celum factum sit / et nunc affirmamus
eos qui celestem hominem portant
esse celestes. Si enim ad peccatorem dicitur
terra es. et in terram ibis quare non
dicatur ad iustum cuius est regnum ce
lorum / celum es / et in celum ibis
Aut si propter choicum dicitur ei qui portat
imaginem choici. terra es et in terram
ibis. cur propter celestem ei qui imaginem
celestis portat. non conveniat dici / ce
lum es et in celum ibis / Unusquisque
autem nostrum. aut celestia facta habet
aut terrena. Si terrena facta sunt ad cog
natam sibi terram ducunt eum qui the
saurizat eam in terra. et non in celo. Rur
sumque hec que iuxta virtutem gesta

d.

sunt. thesaurizatorem suum appropinqua
tem sibi ad celorum regionem subeunt
Et eduxit nubes ab extremis terre Istius
modi disputatio in psalmo nuper inci
dit et dictum est a nobis quomodo
deus eduxerit nubes ab extremo terre
Quod quidem nunc rursum cogimur
retractare. ut hij qui audierunt
plenissime eorum que sunt reminiscan
tur et hij qui autem non interfuerunt. aut
obliti sunt contextum sermonis ag
noscant. que tunc prout valuimus ex
hibuimus / Diximus autem sanctos esse nu
bes et enim hoc quod scriptum est ve
ritas tua usque ad nubes non potest re
ferri ad inanimales nubes. non potest
sed veritas dei usque ad illas nubes
est que audiunt mandatum dei et
noverunt quo pluvias deferant et qui
bus eas suspendant. De his nubibus

Quando deus dicitur sapientia
Quando iusticia
Quando sanctitas
Quando prudencia

Qualiter dicatur deus
celum extendere

dam est et mandabo nubibus meis ne
pluant sup eam imbrem / dehis enim
que ex densato aere constare dicunt
si nō fuerint pluuie nō precepit dn̄s ne
pluant sup vineam / aut quācumque re
gionem imbrem / sed omnino nō appa
reret. Ut in tercio regnorum libro legimus
qm̄ in tempore siccitatis nulla nubes
apparuit. et postea iuxta prophetiam
helye future pluuie signū in vestigio
hominis ostensum est atque ita post nube
globatam imber descendit in terras. Istis vero
quasi subsistentibus nebulis iubetur plu
uiam continere. cū indigna fuit anima
in imbre celesti et dicitur. Mandabo
nubibus ne pluant super eam imbrem

Cum
a

Itaque quod unusquisque sanctorum nubes est.
Moyses nubes erat et quasi nubes loque
batur. Attende celū et loquar et au
diat terra sermones ex ore meo expectetur
ut pluuia verba mea / et descendant ut
ros eloquia mea. Si nō fuisset nubes
nunquā dixisset expectentur ut pluuia ver
ba mea et descendant ut ros eloquia
mea. Quasi nubes dicebat ut imber
sup gramen. et pruina sup fenū quia no
men dn̄i inuocaui. Sic et ysaias ut
nubes loquebatur. Audi celum et au
ribus percipe terra quia dn̄s locutus est.
Et quia ipse nubes erat et faciebat a
lias nubes conprophetantes sibi ideo
vaticinans aiebat mandabo nubibus
ne pluant sup eam imbrem. Si autem ia
didicimus qui sint nubes / videamus
quomodo deus educat nubes ab extremo
terre. Ait saluator. Siquis uult primus
esse erit omniū nouissimus. Fecit hoc
mandatū paulus et fuit nouissimus
in hoc mundo dicens / puto enim deus
nos aplos nouissimos ostendit qua
si mortificatos quia spectaculum fa
cti sumus mundo / et angelis et homini
bus. Siquis ergo sanctus custodiens
preceptum saluatoris / factus fuerit
in hac vita nouissimus / iste fit nubes
et educat deus nubes nō a finibus terre
nō a consulibus nō a ducibus / nō a di
uitibus sed ab extremis terre. Beati enim pau
peres quoniam vrm̄ est regnū celorum. vides
quomodo ab extremis conducet deus nu
bes et corporeas nebulas. propterea

b.

si volumus nubes fieri ad quas perue
niat veritas dei nouissimi omniū
fiamus et tam affectu quam ope dicamus
puto enim nos deus aplos nouissimos
ostendit. Et si nō sim aplus licet tamen
michi fieri extremū ut educens nu
bes ab extremo terre educat et me et ful
gura in pluuiam faciat. Aiunt natu
ralium causarum scrutatores quia fulgura
ex nubium conllisione fiunt. in more sil
licum duorum. quos cum conplosceris sibi
medius ex hiis ignis elabitur. atque ita
cū fulgure parit et tonitrua iugere
Tonitruum scilicet sonitū excussi luminis
claritatem. Si intellexistis exemplum
considera nunc nubes racionales. Moy
ses nubes erat / ihesus naue nubes erat
Isti secum colloquuntur ex sermonibus eorum
fulgura micant. Ieremias. et baruch
nubes erat. Sermocinentur inuicem et
videbis rutilare fulgura. potes et tu
ipse describtius scis in huiusmodi modū nubiū
inuenire concursus ex quibus ignes e
mittantur. Ut autem et ad nouum testamen
tum veniamus / paulus et sila due
nubes in vnū conuenerunt et ecce totum
mundū replere eorum fulgor illuminat. fulgo
ra in pluuiā fecit et eduxit ventos
de thezauris suis. Ergo ne hij venti qui
sup terras perflant in thezauris dei sunt
et nō hominum natura manifesta est / quomodo
et qua racione subsistant. Sed sunt qui
dam ventorum thezauri spirituum. Spiritus
sapientie spiritus consilij et virtutis / spiritus
sciencie et pietatis spiritus timoris dn̄i
et fortitudinis dileccionis / et caritatis

Qui sunt colli gendi thezauri ventorum dei et ubi sunt et invenien dam

c

potes et ipse describtius hos ventos
congregare et istorum spirituū inuenire
thezauros. vbi sunt isti thezauri. utique
meo in quo sunt thezauri sapientie et
sciencie absconditi. In cristo sedem ha
bent inde oriuntur hij spiritus ut alius fi
delis alius eruditus et alius quod
cumque donorum dei possideat. Alij
enim per spm̄ datur sermo sapientie alij ser
mo sciencie iuxta eundem spm̄. A
lij fides in eodem spū / Eduxit ergo

alij sapientiam

nubes ab extremo terre. fulgura in
pluuiam fecit et eduxit ventos de
thezauris suis et nos iuxta misericordiam
dei ad hos thezauros occurrisse nos puta
mus. Et quia plures sunt thezauri
forte iuxta ordinem resurgencium erit
et requies in thezauris dei. Quod autem
dico istiusmodi est. Resurrectio mortu
orum in quibus ordinibus futura est

Resurgencium erit requies in thezauris dei

Ait quippe aplus vnusquisque autem
resurget in suo ordine: et nō ut libet
misceantur ordines resurgencium. Alius
ordo erit in illo et in illo thezauro
dei. Alius ordo in alio. et in alio the
zauro dei. Isti autem omnes thezauri
vnū habent thezaurum in quo sunt
thezauri sapientie et sciencie absconditi
et quomodo possideo vnā preciosissimam
margaritam per plures alias margari
tas. si inuenio ad thezaurum thezau
rorum et dn̄m dominorum et regem regū
cū dignus fuero spiritibus in dei thezauris

comorantibus Eduxit enim ventos de the
zauris suis Infatuatus est omnis homo
abstiencia Si omnis homo abstiencia et
paulus homo est. paulus infatuatus
est abstiencia Ex parte enim cognoscimus
et ex parte prophetamus Infatuatus est
abstiencia videns per speculum et in e
nigmate. porciunculam quandam vides
et si sit expedit dicere ipsius porciuncule
partem minimam recognoscens Et homo
autem intellige quid sit infatuatus
est omnis homo abstiencia. Comparacione
peccatorum iherusalem sodomorum peccatum iusticia est
Justificata est enim ait sodoma ex te.
Quomodo enim non habent iusticiam sodo
morum peccata per se sed collacione maiorum
scelerum iustificantur sic e contrario sciencia
pauli ad illam celestem scienciam adul
lum consumatum electionis intellectum stul
ticia reputatur Vere infatuatus est
omnis homo abstiencia Tale quiddam
ecclesiastes ut arbitror deprehendens effa
tus est. dixi sapiens efficiar et ipsa elo
gauit se a me amplius quam erat / et al
ta profunditas quis inveniet eam Vo
luimus quiddam audenter licet dicere
Quoniam hoc quod descendit in mundum eua
cuauit seipsum ut euacuacione eius mun
dus compleretur Si autem hoc quod des
cendit in mundum euacuauit se euacuacio
ipsa sapiencia est. Quoniam quod fatuum est dei
sapiencius est hominibus Si ego dixissem
fatuum dei quomodo aucupes sermonum
meorum et semper dediti ad criminandum ve
nenatas in me linguas vibrarent.
Nunc vero paulus quasi sapiens et
peritam habens aplicam. Ausus est dicere
omnem sapienciam terrenam que mise que
in petro que in ceteris apostolis erat que
mistum mundum descenderat stulticiam
esse dei Ad comparacionem quippe illius
sapiencie quam terrenus non capit locus
ad illam sapienciam que celestis est / que
mundi limites excedit. hoc quod des
cendit ad homines fatuum dei est unum
id fatuum dei sapiencius est hominibus
Quibus hominibus. Non utique stultis sed
sapientibus. dicas licet sapientes seculi
istius siue principes siue vates. istis
sapientibus seculi istius siue principes
siue vates / hoc quod exposuimus fa
tuum dei sapiencius est / Mirabile quid
dam volumus inserere quoniam sapiencia
mundi stulticia est apud deum et infa
tuauit deus sapienciam mundi Non
in sapiencia sua infatuauit sapienciam mundi
ut esse stulticia arguatur. Neque enim
dignatur sapiencia dei ad mundi sapienciam co
uincendam. tota descendere sed po
cius modicum hoc est incarnacionis

facinus. Quid necesse fuit quod fatuum dei erat
ut hoc paruo et fatuo dei infatuaretur
seculi sapiencia. Non enim valebat seculi sapiencia
magnitudinem in se venientis sapiencie
sustinere. unum exemplum interponam ut per
spicue possit intelligi quomodo fatuum dei
stultam fecit sapienciam mundi / Fingamus
paulisper me qui aliquid putor nosse cum
insipiente aliquo et ineruditto confer
re sermonem. qui nichil intelligat in ch
acute disputacionis interroget Numquid
nam michi opus est ad illius stulticiam
coarguendam dialetice artis calliditatem
tem et profundorum sensuum acumen ad
hibere. Nonne ad unus seruunculi tac
tum vilis et modici qui tamen illius
intelligencie videamur / acriter fatuum
eum et insipientem esse conuincam Sic
ergo ad mundi sapienciam stultificandam
dam non est opus sapienciam dei descendere
et cum ea colluctari que deorsum est
sapiencia Sed sufficit fatuum dei quoniam sapiencius
est hominibus et infirmum dei quia forcius
est hominibus et omnia contraria saluator
noster et dominus assumpsit ut contrariis dissol
uat contraria et confirmentur ab infirmi
tate eius et sapientes efficiamur a fatuo
eius et inhec inducti possimus attendere
ad sapienciam et virtutem dei ihesum christum cui
est gloria et virtus et imperium in secula seculorum amen

Epistola sancti Jeronimi ad dardanum de
terra repromissionis rec tera

Q*ueris dardane*
christianorum nobilissime. no
bilium christianissime que sit
terra repromissionis quam
iudei redeuntes ex egipto
possiderunt cum a maioribus eorum iam fuit
ante possessa / ac per inde non sit promis
sa sed reddita / hijs enim verbis uteris
in talc epistole tue quod interrogans. vide
ris illud sentire quod plurimis nostrorum
placet aliam repromissionis terram esse
querendam. de qua et dauid loquitur
in psalmo Credo videre bona domini in
terra viuencium Et dominus in ewangelio Be
ati mites quoniam ipsi possidebunt terram
utique dauid qui hec cantabat in spiritu
in terra repromissionis erat et non so
lum iudee finibus morabatur: sed
multarum in circuitu nacionum victor
extiterat que a torrente egipti qui
est rinicoruris usque ad eufratem flu
uium tendebantur / dicens in malio lo
co In idumeam. extendam calcia
mentum meum. mihi alienigene serui
ent. Quomodo ergo credebat se
accipere. quod iam victoria possidebat
et ne forsitan legentibus iudeus

ambiguum dereliquat que sit illa terra quam videre cupiebat ipso sermone demonstrat dicens. Credo videre bona domini in terra viventium. Ergo terra viventium que dictionis illius erat: non est terra viventium. id est abraham ysaac et iacob. de quibus dominus in questione resurrectionis dicit / Non est deus mortuorum / sed viventium vivi terra et regio mortuorum de quibus loquitur ezechiel. Anima que peccaverit ipsa morietur. et non mortui laudabunt te domine. Sed nos qui vivimus qui et in resurrectione occursuri sumus domino salvatori / dicente apostolo hoc enim dico vobis in sermone domini quia nos vivimus qui relinquamur in adventu domini non preveniemus eos qui dormierunt. de quibus ieremias loquitur dereliquerunt te super terram scribantur. Quod usque promittit credo videre bona domini ad spiritualem nos perspicue trahit intelligentiam. Que etenim bona rex alia requirebat. Aut quo indigebat qui tante potencie fuit ut partitis pollim opibus. salomon filius eius quo nullus in orbe terrarum ditior fuit contentus esset. sed in terra viventium bona illa requirebat que nec oculus vidit nec auris audivit nec in cor hominis ascendit que preparavit deus diligentibus se / Quod autem in ewangelio dicitur / beati mites quoniam ipsi possidebunt terram iuxta litteram sibi videtur esse contrarium. Non enim terre possessio mansuetorum est et innocentium qui sepe etiam a parentibus derelicta perdunt propter mansuetudinem sed violentorum forum et violentorum / qui sunt ad bella promptissimi. denique et in psalmo xlmo quarto qui sub nomine salomonis ad christi ecclesie que eius sacramentum refertur scribitur. Accingere super femur tuum potentissime. Specie tua et decore tuo et intende et prospere et regna propter mansuetudinem et iusticiam et veritatem. et deducet te mirabiliter dextera tua. hic est qui in psalmo alio loquebatur. Memento domine david et omnis mansuetudinis eius. Et iterum assumens mansuetos dominus. Et apertius in euangelio discite a me quia mitis sum et mansuetus corde. In cuius typum et moyses omnium hominum qui erant super terram mansuetissimus scribitur. hec est ut diximus terra viventium in qua sanctis viris atque mansuetis bona domini preparantur. que ante adventum in carne domini salvatoris nec abraham nec ysaac nec iacob. nec prophete nec alii iusti viri consequi potuerunt. denique et abraham licet divisis locis cum lazaro videtur apud inferos et iacob vir iustus dicit lugens et gemens et descendens ad infernum

Que sit terra et regio mortuorum

Que terra possessio mitium

Sanguis christi clavis paradisi est dicentis ad latronem / hodie mecum eris in paradiso. ista est ut diximus terra viventium. terra divitiarum. et bonorum dei. quam primus adam perdidit et secundus invenit / Immo ab illo perditam / iste restituit dicente apostolo regnavit mors ab adam usque ad moysen sub cuius persona lex intelligitur in similitudinem prevaricationis ade qui est forma futuri. volumus scire quam sit hec terra / manifestius legimus in malachia. Beatos vos dicent omnes dicit dominus. quoniam eritis vos terra voluntaria que significantius hebraice appellatur ... ... quam vel sancti desiderant vel que placeat deo. ysaias quoque in hac verba consentit dicens et erit vir abscondens sermones suos et apparebit in terra syon sicut fluvius gloriosus in terra sicienti que est terra syon. In qua apparebat fluvius gloriosus. Illa videlicet de qua idem david in alio psalmo canit. Gloriosa dicta sunt de te civitas dei et iterum diligit dominus portas syon super omnia tabernacula iacob. Istas portas diligit deus quas videmus in cineres et favillas esse conversas. Non dico prudentibus sed ne stultis quidem hoc persuaderi potest. Ergo arbitror et illud quod in lxmo iiijto psalmo legimus visitasti terram et inebriasti eam multiplicasti locupletare illam / fluvius dei repletus est aquis parasti cibum illorum quoniam sic est preparatio eius. sulcos eius inebria multiplica genimina illius in stillicidiis suis letabitur germinans / huic sensum convenire. Illa enim terra cotidie visitatur a deo et inebriatur cunctisque est plena divitiis. de hac fluvius egreditur dei. de quo scriptum est. fluminis impetus letificat civitatem dei. Qui et in descriptione templi ab ezechiel mistico sermone narratur. In cuius ripis arbores sunt ex utraque parte per singulos menses novis frugibus habundantes de qua terra et in proverbiis scripsit vir sapientissimus. Qui operatur terram suam. Implebitur panibus. Quod si de hac terra qua cernimus. et que magis a peccatoribus possidetur / de qua scriptum est / maledicta terra in operibus tuis. aliquis intelligendum putat respondeat. quomodo possit hec stare sententia. qui operatur terram suam implebitur panibus. Quanti operantur terram exercent vomere et tamen multis impedientibus causis. egestate afficiuntur et penuria. Sed considerandum scriptura quid dicat. qui operatur terram suam. que proprii iuris sui est de qua numquam eici

pot. Secundum quem sensum et illud scriptum
est. redemptio anime viri proprie divi-
tie. et hoc secundum terram sentiri potest. Quanti
enim alienis amicorum que redimuntur pe-
cuniis / huius terre cultores et agricole
apostoli sunt / quibus dicitur. vos estis
sal terre. Et in malo loco. In paciencia vestra
possidebitis animas vestras. Quorum pri-
mus vas electionis confidentissime
loquebatur / dei enim cooperatores sumus
dei agricultura dei edificatio estis
et multa alia que idcirco non repli-
co ne sensum videar legentis obtun-
dere. et memorie illius diffidere /
Illud quoque sollicita mente tractemus
et scripturarum nos doceat auctoritas
sanctos huius terre quam iudei terram repro-
missionis autumant non habitatores
esse sed accolas atque peregrinos. Ex iusti
viri persona legimus. advena sum ego
et peregrinus sicut omnes patres mei. Qui
cum diu in huius terre tenebris versaretur
flebiliter ingemiscit et dicit / heu me
quia peregrinatio mea prolongata est
habitavi cum habitantibus cedar. mul-
tum incola fuit anima mea. Ubicumque
que habitatorem terre legitur / et priora et
media et extrema tractemus et lin-
guo scripturarum poterit regula compro-
bari semper habitatores appellari
de quibus in Apocalipsi Iohannis illud
exemplum est. Ve habitatoribus terre.
Abraham ad quem primum facta est
repromissio dicente domino. tibi da-
bo terram hanc / et semini tuo in-
stephani primi in Christo martiris con-
cionem nec vestigium quidem pedis
huius terre dicitur accepisse. Ita enim
scriptum est. Tunc egressus de terra cal-
deorum habitavit in charran et inde
postquam mortuus est pater eius. migra-
vit in terram in qua vos nunc habita-
tis et non dedit ei possessionem. nec
vestigium quidem pedis quam repromi-
sit dare ei in possessionem et semi-
ni eius post eum. Et ne forsitan lec-
toris tacita cogitatio trahat eum ad
illam intelligenciam ut quod non
est datum parentibus reddatur poste-
ris vas electionis loquitur ad hebre-
os. Fide qui vocatur abraham obe-
divit egredi in locum quem accepturus
erat in possessionem egressus est. nesci-
ens quo iret. Fide peregrinatus est in
terra repromissionis quasi aliena in
tabernaculis habitans. cum ysaac et
iacob coheredibus eiusdem promis-
sionis. Expectabat enim fundamenta
habentem civitatem cuius artifex et cre-
ator deus est. Et iterum cum de abel et
enoch. et noe. saraque dixisset intulit
Iuxta fidem mortui sunt hii omnes non
acceptis repromissionibus. sed procul
eas videntes et salutantes / et con-
fitentes. quia peregrini et advene
erant super terram. Qui enim hec loquuntur
ostendunt quod querunt patriam. et si
quidem illius recordabantur de qua
egressi erant. habebant tempus ut
reverterentur. Nunc vero meliorem de-
siderant. id est celestem. Multisque in
medio sanctis commemoratis ad extremum in-
tulit. et hii omnes testimonium haben-
tes in fide non acceperunt repromissi-
onem deo de nobis melius quid
providente / ne sine nobis perfecti ef-
ficerentur. Accessimus enim ad montem si-
on et civitatem viventis ierusalem ce-
lestem et multa milia angelorum so-
lempnitatis et ecclesiam primitivorum
qui scripti sunt in celis. Nec me fugit
quod perfidia iudeorum hec testimonia
non suscipiat. que utique veteris testa-
menti auctoritate firmata sunt. illud
nostris dicendum est / hanc epistolam que
inscribitur ad hebreos / non solum ab ec-
clesiis orientis. sed ab omnibus retro
ecclesie grece sermonis scriptoribus qua-
si apostoli pauli licet plerique eam vel
barnabe. vel clementis arbitrentur.
et nichil interesse cuius sit cum ecclesias-
tici viri sint et cotidiana ecclesiarum
lectione celebretur. Quod si eam la-
tinorum consuetudo non recipit inter scrip-
turas canonicas nec grecorum quidem
ecclesie Apocalipsim iohannis eadem
libertate suscipiant. et tamen nos utramque
suscipimus nequaquam huius temporis
consuetudinem. sed veterum scriptorum
auctoritatem sequentes qui plerum-
que utriusque abutuntur testimoniis. non
ut interdum de apocrifis facere solent
quippe et qui gentilium litterarum raro u-
tuntur exemplo. sed quasi canonicis
et ecclesiasticis. Respondeant michi
qui hanc terram que nunc nobis Christi
passione et resurrectione terra repro-
missionis effecta est possessam pu-
tant a populo iudeorum / postquam est
reversus ex egipto quantum possederit
utique a dan usque ad bersabe que
vix centum lx. milium in longum
spacium tenditur. Neque enim david et
salomonem potentissimos reges excep-
tis hiis quos post victoriam in a-
miciciam receperunt. plus tenuisse
scriptura testatur. Et hoc dico ut taceam
quinque palestine civitates gazam et
ascalonem. geth et accaron. Azo-
tum id non eos quoque a meridiana

Epistola pauli ad hebreos an apostoli sit

Apocalipsim non suscipiunt apud grecos

LXI
a

plaga vix viginti quinque milibus ab iero
solima separatos. Arabas et agarenos
quos nunc sarracenos vocant in vicinia
urbis ierusalem pudet dicere latitudinem
terre repromissionis: ne ethnicis occa
sionem blasphemandi dedisse videa
mur. Ab ioppe usque ad viculum nostrum beth
lehem xl^ta sex milia sunt / cui succedit
uastissima solitudo plena ferocium bar
barorum / de quibus dicitur. Contra faciem
omnium fratrum tuorum habitabis et quorum
facit poeta eloquentissimus mentionem
lateque vagantes barchei a barca op
pido quod in solitudine situm est quos
nunc corrupto sermone afri barchianos
vocant. Hii sunt qui pro locorum qualita
tibus diversis nominibus appellantur. Et
a mauretania per affricam et egiptum
palestinamque et phenicem coelon sy
riam et osroenem mesopotamiam
atque persidem tendunt ad indiam / Hec
est iudee tuarum longitudo et latitu
do terrarum / In his gloriaris super his te
diversas provincias ignorantibus
iactitas ad populum phaleras / Ego te
intus et in cute novi. Quod si obiecte
ris terram promissionis dici que in
numerorum volumine continetur. A meridie
maris salinarum per sidetsina et cades
barne usque ad torrentem egipti qui
iuxta rinocoruram mari magno
influit. et ab occidente ipsum mare
quod palestine, fenici syrie coelen
ciliceque pretenditur. ab aquilone taurum
montem et zepherium usque emath
que appellatur epiphania syrie. ad
orientem vero per antiochiam et lacum
cenereth que nunc tiberias appella
tur et iordanem qui in mare fluit
salinarum quod nunc mortuum dicitur. trans
iordanem autem duarum semis tribu
um possessio est ruben et gad et di
midie tribus manasses / et ego fate
bor hec tibi repromissa non tradita
si observasses mandata dei et in pre
ceptis illius ambulasses si non pro omni
potente deo coluisses behelphegor
et bahalim et behelzebub et chamos
quos quia pretulisti deo omnia que tibi
promissa fuerant perdidisti. Et michi in
ewangelio promittuntur regna celorum
que testamentum vetus omnino non nominat
Sed si non fecero que precepta sunt nequaquam
est culpa in promittente sed in me qui
promissum accipere non merui. Ubi enim
optio proponitur ad eligendum opera premit
tuntur. Si non operaris frustra cupis quod
promissum est. Lege librum Josue et iudi
cum et quantis possessionis angustiis
sis coartatus intelliges. Quid dicam

sarum urbium alienigenas commemo
rem quos populus iudeorum non quivit ex
pellere de urbibus et de sedibus suis.
Cum ipsa metropolis tua prius iebus. pos
tea salem tercia ierosolima et nunc he
lia iebuseos expellere non valuerunt
Sed manserunt cum eis in scandalum eorum
plurimeque victorum in tantum ut ubi templum
tum conditum est area orne fuerit
iebusei et ipsum templum lxx milium
latomorum et lxxx milium vectorum
hoc est totum quinquaginta milium ex
cer vectorum hoc est centum ut cerni [illegible] exceptis
prepositis operum per multitudinem habi
tancium secum in ortu cisorum a bethym
tis extructum sit / Et hoc dico in su
gillationem terre iudee. ut hereticus
sicophanta mentitur. Aut quo aufe
ram historie veritatem que fundamen
est intelligencie spiritualis sed ut decuti
am supercilium iudeorum qui synagoge
angustias ecclesie latitudini preferunt.
Si enim occidentem tantum litteram sequuntur
et non spiritum vivificantem ostendant
terram repromissionis lacte et melle
manantem. Sin autem per tropologiam
dicunt putant pro rerum omnium habunda
cia. et nos terram confessionis terramque
viventium terre veprium preferemus dicen
te domino ad moysen / de abiectione israel
et assumptione gentium. dimitte me
ut deleam populum istum / et faci
am te in gentem magnam et eodem
patre ad filium / postula a me et dabo
tibi gentes hereditatem tuam et pos
sessionem tuam terminos terre. Et
apertius per ysaiam. parum tibi est ut sis
puer meus ad suscitandas tribus ia
cob. et fetes vel reliquias israel con
gregandas. dedi te in lucem gencium
ut sis salvator universe terre. Ex quo per
spicue demonstratur omnia illius populi
in umbra. et typo et imagine precessis
se / scripta autem esse pro nobis in quos
fines seculorum decurrerunt. Multa in
dee scelera commisisti cunctis circa te
servisti nationibus / ob quod scilicet. viti
um propter ydolatriam. Cumque fuerces cre
bro misertus tui est deus et misit iu
dices: et salvatores qui te de famula
tu moabitarum. et ammonitarum philis
tiim quoque et diversarum gentium libera
runt. Novissime sub regibus offendisti
deum: et omnis tua provincia babylo
nio vastante deleta est per lxx^ta annos
templi solitudo permansit. A ciro rege
persarum est laxata captivitas hesdra
hoc et neemia plenissime referunt
Extructum est templum sub dario rege
persarum atque medorum a zorobabel filio

salatiel et ihesu filio iosedech sacerdote magno. Que passi sitis a medis egiptiis macedonibus quoque non est numero. nec tibi adducam in memoriam antiochum epiphanen crudelissimum omnium tyrannorum. Nec non pompeium gabinium scaurum varum / cassium sosiumque replicabo quibus urbibus et precipue insultavere iherosolime. Ad extremum sub vespasiano et tito / urbs capta templumque subversum est / deinde civitatis usque ad adrianum principem per l^ta annos mansere reliquie. post eversionem templi paulo minus per ccc annos et urbis et templi ruine permanent ob quod tantum facinus. certe non colis ydola sed etiam serviens persis atque romanis et captivitatis pressus iugo ignoras deos alienos. Quomodo clementissimus quondam deus qui numquam tui oblitus est nunc per tanta spacia miseriis tuis non adducitur ut solvat captivitatem et ut verius dicam expectatum tibi mittat antichristum / ob quod inquam facinus et tam execrabile scelus avertit a te oculos suos ignoras. Memento vocis patrum tuorum sanguis eius super nos et super filios nostros. venite occidamus eum. et nostra erit hereditas et non habemus regem nisi cesarem. habes quod elegisti usque ad finem mundi serviturus cesari donec gentium introeat plenitudo et sit omnis israel salvus fiet ut qui quondam erat in capite vertatur in caudam. Hec tibi vir eloquentissime in duplicis prefecture honore transacto nunc in christo honoratior tumultuaria et brevi lucubratione dictavi ne viderer omnino reticere. Eodem enim tempore immo eodem die mihi et littere tue reddite sunt et mox expetite ut aut tacendum fuit aut inculto eloquio respondendum quorum alterum pudoris alterum caritatis est. Item ieronimus ad iulianum beatum ad altiora provocans mutat iherosolimam et de ieiunio sabbati atque cottidiane eucharistie perceptione satis edocet et cetera sequitur.

76

Hec opinanti

michi subito littere tue reddite sunt que quanto insperate tanto gaudiorum plene quiescentem animam suscitaverunt ut statim amore complecterer que oculis ignorabam et illud mecum tacitus mussitarem quis dabit michi pennas sicut columbe et volabo et requiescam ut inveniam quem dilexit anima mea. vere nunc

vite dominicus sermo completus est. Multi de oriente et occidente venient et recumbent in sinu abrahe. Cornelius centurio cohortis italice iam tunc iuliani mei prefigurabat fidem. Apostolus paulus scribens ad romanos cum in hispaniam proficisci cepero spero quod preteriens videam vos et a vobis deducar illuc tantis fluctibus adprobavit quid de illa provincia quereret. in brevi tempore ab iherosolimis usque ad illiricum evangelii iaciens fundamenta. Roma vinctus ingreditur ut vinctos supersticionis erroribus liberos faciat. Manet in hospicio conducto per biennium ut nobis utriusque instrumenti eternam reddat domum / piscator hominum misso reti apostolico te quoque quasi pulcherrimum auratam inter innumera piscium genera traxit ad litus. Reliquisti amaros fluctus. salsos gurgites scissuras moncium et leviathan regnantem in aquis cum ihesu desertum expetens contempsisti ut possis propheticum illud canere. In terra deserta et invia et inaquosa sic in sancto apparui tibi. Et iterum. Ecce elongavi fugiens et mansi in solitudine. Expectabam eum qui me salvum faceret a pusillanimitate spiritus et tempestate / obsecro igitur te et moneo parentis affectu ut qui sodomam reliquisti ad montana festinans. post tergum ne respicias ne aratri stivam. ne fimbriam salvatoris ne crines eius noctis rore madefactos quos semel tenere cepisti aliquando dimittas. Ne de tecto virtutum prestinas quesiturus vestimenta descendas. ne de agro revertaris domum nec campestria cum loth et amena ortorum diligas que non irrigantur de celo ut terra sancta. sed de turbidoso flumine iordane. postquam dulces aquas maris mortui commixtione mutavit. Cepisse multorum est ad culmen pervenisse paucorum. Qui in stadio currunt omnes quidem currunt unus autem accipit coronam. At e contrario de nobis dicitur sic currite ut apprehendatis. Non est invidus agonitheta noster. nec alteri palmam alteri parat ignominiam omnes athletas suos desiderat coronare. Gaudet anima mea et magnitudine leticie rem merroris pacior: ut in lacrimis verba prorumpant. Zacheus publicanus ad unius hore conversionem hospitem ihesum meruit salvatorem. Martha et maria convivio preparato dominum suscepere. Meretrix lavat fletibus pedes et unguentis bonorum operum dominici corporis dedicat sepulturam

qui post agoni[…]

vel luctum lacrimas

Symon leprosus inuitat magistrum cum discipulis et non contempnitur. Abrahe dicitur: Egredere de terra tua et de cognacione tua et de domo patris tui et vade in terram quam demonstrauero tibi. Reliquit caldeam, reliquit mesopotamiam, querit quod nescit ne perdat que inuenerat. Non enim arbitratus est simul habere posse et patriam et dominum. Sed iam tunc illud prophete dauid ope complebat: Aduena sum apud te et peregrinus sicut omnes patres mei. Hebreus id est peratikos, id est transitor, dum non est presenti virtute contentus, sed preteritorum obliuiscens in futurum se extendit, et facit illud: Ibunt de virtute in virtutem. Misticum sortitus est nomen et viam tibi aperit quomodo non queras ea que tua sunt, sed que aliena, et illos putes parentes, fratres, affines atque cognatos qui tibi in christo copulati sunt. Mater inquit mea et fratres mei hii sunt qui faciunt voluntatem patris mei. Habes tecum prius in carne nunc in spiritu sociam, de coniuge germanam, de femina virum, de subiecta parem, que sub eodem iugo ad celestia simul regna festinet. Cauta rei familiaris dispensatio et ad cauillos rediens non cito deponitur. Joseph cum tunica egiptiam effugere non potuit. Adolescens ille qui opertus sindone sequebatur ihesum quia terreni fuerat cum ministris terrenum abiciens operimentum nudus euasit. Helias igneo curru raptus ad celum melotem reliquit in terris. Helizeus iuga et boues prioris operis conuertit in vota. Loquitur sapientissimus vir: Qui tetigerit picem inquinabitur ab ea. Quamdiu versamur in rebus seculi et anima nostra possessionum ac redditum procuratione deuincta est, de deo libere cogitare non possumus. Que enim participatio iusticie cum iniquitate? Aut que societas lucis ad tenebras? Qui consensus christi ad belial? Que pars fidelis cum infideli? Non potestis inquit dominus seruire deo et mamone. Aurum deponere incipientium est, non perfectorum. Fecit hoc thebanus crates, fecit antistenes. Seipsum offerre deo proprie christianorum est et apostolorum, qui duo cum vidua a paupertatis sue in gazophilacio era mittentes totum censum quem habuerant domino tradiderunt, et meruerunt audire: Sedebitis super xii solios iudicantes xii tribus israel. Hec et ipse intelligis quo animo replicem, et quod sub aliis verbis te ad sanctorum locorum mittam habitaculum. Abundancia tua multorum inopiam sustentauit, ut et horum diuicie in tuam indigenciam redundarent. Fecisti tibi amicos de iniquo mamona qui te recipient in eterna tabernacula. Laudanda res et apostolicorum temporum virtutibus coequanda, qui venditis possessionibus suis et precia earum afferebant peccunias atque fundebant ante pedes apostolorum, ostendentes auariciam esse calcandam. Sed dominus magis querit animas credencium quam opes. Legimus: redempcio viri anime proprie diuicie. Possumus quidam diuicias proprias intelligere que non de alieno non de rapinis sunt, iuxta illud: Honora dominum de tuis iustis laboribus. Sed melior est illa intelligencia ut diuicias proprias cognoscamus thezauros absconditas quos nec fur possit suffodere nec latro violentus eripere. Opuscula mea que non sui merito sed bonitate tua desiderare te dicis ad describendum hominibus tuis dedi et descripta vidi in chartaceis codicibus. Ac frequenter admonui ut conferrent diligencius et emendarent. Ego enim tanta volumina pre frequencia commeancium et peregrinorum turbis relegere non potui, et ut ipsi comprobauere presentes longo tempus incommodo, vix diebus quadragesime quibus ipsi proficiscebantur respirare cepi. Unde si paragmata reppereris vel minus aliqua descripta sunt que sensum legentis impediunt, non michi debes imputare sed tuis et imperitie notariorum librariorumque incurie qui scribunt non quod inueniunt sed quod intelligunt, et dum alienos errores emendare nituntur ostendunt suos. Porro iosephi et sanctorum papie et policarpi volumina falsus ad te rumor pertulit a me esse translata, quia nec ocii nec virium est tantas res eadem in alteram linguam exprimere venustate. Origenis et sancti didimi pauca transtulimus, volentes nostris ex parte ostendere quid greca doctrina contineret. Canonem ebraice veritatis excepto octateucho quem nunc in manibus habeo pueris tuis et notariis describendum dedi. Septuaginta interpretum editionem et te habere non dubito et ante annos plurimos diligentissime emendatam studiosis tradidi. Nouum testamentum grece reddidi auctoritati. Ut enim veterum librorum fides de ebreis voluminibus examinanda est, ita nouorum greci sermonis normam desiderat. De sabbato quod queris utrum ieiunandum sit, et de eucharistia an accipienda cottidie, quod romana ecclesia et hispanie obseruare prohibentur, scripsit quidem

Quare dicitur hebreus

Antiqua minucio

De ... animas credencium quam opes

Do...

.Cxm.
a

b

et ypolitus vir quidem disertissimus
huic carptim diversi auctores in variis
auctoritatibus edidere / Sed ego illud
breviter te ammonendum puto tradi-
tiones ecclesiasticas presertim que fidei
non officiant ita observandas ut a ma-
ioribus tradite sunt / nec aliarum con-
suetudinem aliarum contrario more
subverti. Atque utinam omni tempore
ieiunare possemus. Quod in actibus
apostolorum diebus penthecosten et die
dominico apostolum paulum et cum eo creden-
tes fecisse legimus. Nec tamen manichee
hereseos accusandi sunt cum carnalis
cibus preferri non debuerit spiritali. Eucha-
ristiam quoque absque condempnacione
nostri et pungente consciencia semper ac-
cipere et psalmistam audire dicen-
tem gustate et videte quoniam suavis
est dominus et cum eo canere eructavit cor
meum verbum bonum. Nec hoc dico quod
festis diebus ieiunandum putem. et
contextas quinquaginta diebus fe-
rias auferam sed unaqueque provinci-
a habundet in sensu suo et precepta
maiorum leges apostolicas arbitretur / Duo
palliola et amphimulum de tuis usibus
vel utenda vel sanctis danda suscepi
Ego in signa paupertatis et cotidiani
simboli ac prime tibi et sorori tue misi
quatuor ciliciola apta proposito et usi-
bus vestris et codicem hoc est visiones
ysaie valde obscurissimas quas nuper
historica explanatione disserui / ut
quotienscumque ea opuscula videris
totiens amici dulcissimi recordatus
navigationem quam paulisper distuleras
pares et quia non est in homine via eius
et a domino gressus hominis dirigitur si
forte quod procul absit aliquid fue-
rit impedimento queso ut quos caritas
iungit terrarum longitudo non separet
et absentem lucinium vestrum semper presente
litterarum vicissitudine senciamus Inci-
pit epistola sancti Iule liber sancti
Jeronimi contra Elvidium de virgini-
tate perpetua sancte Marie etc.

7.1. NUPER ROGATUS
a fratribus ut adversus
libellum cuiusdam he-
lvidii responderem.
facere distuli / Non quo difficile fuerit
hominem rusticanum et vix primis litteris
quoque imbutum verbis superare assertione
vincere sed ne respondendo dignus
fieret qui vinceretur / Huc accedat
quod homo turbulentus et solus in
universo mundo sibi et laycus et sacer-
dos qui ut ait ille loquacitatem fa-
cundiam existimat et maledicere om-
nibus bone consciencie signum arbitratur
Accepitque materiam disputandi amplius
incipiet blasphemare et quasi de su-
blimi loco in totum orbem ferret sententiam
neque quia veritatem non posset lacera-
ret conviciis / Verum quia hec omnia tamen
iuste silencii cause ob scandalum fratrum
qui ad eius rabiem movebantur
iustiori fine cesserunt iam ad radices
infructuose arboris euangelii securis est
amovenda et cum infecunditate foliorum
tradenda flammis ut discat aliquando
reticere qui numquam didicit loqui. Spiritus
sanctus michi invocandus est spiritus
ut marie virginitatem suo sensu meo
ore defendat. Invocandus dominus ihesus
ut sacri ventris hospicium cuius decem
mensibus habitator fuit ab omni co-
itus suspicione tueatur. Ipse quo-
que deus pater est inprecandus ut matrem fi-
lii sui virginem ostendat fuisse post
partum que fuit mater et antequam
nupta. Non campum rethorici desi-
deramus eloquii ~~non dialeticorum~~ eloquii
non dialeticorum tendiculas et aris-
totelis spineta conquirimus. Ipsa scrip-
turarum verba ponenda sunt ipsis quibus
adversum nos usus est testimoniis
revincatur / ut intelligat se et legere
et non intelligere potuisse que scripta
sunt. Prima eius proposicio fuit matheus
aut loquitur. Christi autem generatio sic erat
Cumque esset desponsata mater eius ma-
ria ioseph priusquam convenirent in-
venta est in utero habens de spiritu sancto / Iustus
autem vir eius cum esset iustus et nollet
eam traducere voluit occulte dimittere
illam / hec eo cogitante ecce angelus
domini in sompnis apparuit ei dicens. Jo-
seph fili david ne timeas accipere ma-
riam coniugem tuam quod enim in ea na-
tum est. de spiritu sancto est. Ecce inquit
habes desponsatam non commendatam
ut dicitis / et utique non ob aliud despon-
satam / nisi quandoque nupturam. Neque ei
de non concubituris euangelista dixisset priusquam
convenirent quia nemo de non pransuro
dicit antequam pranderet / Deinde ab angelo
uxorem appellatam atque coniunctam. Au-
diamus interim quid scriptura pronunciet
Exurgens inquit ioseph a sompno fe-
cit sicut precepit ei angelus domini et
accepit uxorem suam et non cognovit
eam donec peperit filium. Curramus
per singula et impietatem hisdem qui-
bus ingressa est vestigiis persequentes
pugnantia inter se dixisse verba doceamus
desponsatam confitetur et statim
uxorem vult esse quam confessus est

Cxiii a

sponsam. Rursumque quam uxorem nominat
dicit non ob aliud desponsatam nisi quia
nuptiarum et ne parum hoc arbitrarentur
habes inquit desponsatam non commen-
datam id est nec dum maritali vinculo
copulatam. In eo vero quod ait priusquam
convenirent, de non convenientibus evangelista dix-
isset, prius quam convenirent quia nemo de
non pransuro dicit antequam pranderet.
Doleam ne an rideam, nescio. Imperi-
tie arguam an temeritatis accu-
sem. Quasi si quis dixerit antequam
prandere in portu ad affricam navi-
gavi, non possit stare sententia nisi et in
portu quandoque prandendum sit. Aut si veli-
mus dicere Paulus apostolus antequam ad
Hispaniam pergeret Rome in vincula
coniectus est. Aut certe illud: Helvidius
antequam penitentiam ageret morte preven-
tus est. Statim aut paulo post vin-
cula ad Hispaniam sit eundum aut Hel-
vidio penitentia agenda post mortem
cum scriptura dicat: In inferno autem quis con-
fitebitur tibi. Aut non potius sic intelli-
gendum quod ante propositio licet sepe et
consequentia indicet, tamen non numquam
ea tamen que prius cogitabantur osten-
dat, nec necesse sit ut cogitata fiant
cum ideo aliud intervenerit ne ea que
cogitata fiant cum ideo sinit fierent.
Igitur cum evangelista dicat priusquam
convenirent, proximum nuptiarum tempus
ostendit et in eo rem iam fuisse ut
que prius sponsa fuerat esse uxor in-
ciperet. Quasi dixerit antequam os-
cula amplexusque miscerent, antequam
rem ageret nuptiarum, inventa est habens
in utero. Inventa autem a nullo alio nisi
a Joseph, qui sponse uterum tumentem
pene iam licentia maritali et curio-
sis oculis deprehendit. Non tamen sequitur
ut prioribus docuimus exemplis cum
cum Maria convenisse post partum, cuius
conveniendi desiderium utero conceptione
sublatum est. Quod autem in somnis dicitur
ad Joseph: ne timeas accipere Mariam
uxorem tuam, et rursum: exurgens autem
Joseph a somno fecit sicut precepit
ei angelus Domini et accepit uxorem
suam, nullum debet movere quasi ex
eo quod uxor est appellata sponsa
esse desierit. cum ~~hanc esse desierit~~ cum
hanc esse scripture divine consuetudi-
nem noverimus ut sponsas appellat
uxores sicut consequentibus Deuterono-
mii testimoniis approbatur. Si quis in-
quit invenerit virginem desponsatam
viro in campo et vim faciens dormi-
erit cum ea moriatur quia humiliavit ux-
orem proximi sui. Et in alio loco

Hic desponsata et non pocius ysponso sponsata et sponsa appellat uxor

Si autem fuerit adolescentula desponsa-
ta viro et invenerit eam homo in
civitate et dormierit cum ea, educes
utrumque ad portam civitatis illius et
lapidabuntur lapidibus et morientur.
Adolescentula quidem quia non ex-
clamavit in civitate, vir autem quia
humiliavit uxorem proximi sui, et
eradicabitis malignum ex vobis ipsis.
Et in alio et alibi: Et quis ille homo
cui desponsata est uxor et non acce-
pit eam. Vadat et revertatur in do-
mum suam, ne forte moriatur in bello
et homo alius accipiat eam. Si tamen at
scrupulus commovet quare a marito virgo con-
cepit, sciat triplicem fuisse rationem.
Primam ut per genealogiam Joseph
cuius Maria cognata erat, Marie quoque
origo demonstraretur. Secundam ne iuxta
legem Moysi adulteria lapidaretur
a populo. Tertiam ut ad Egyptum fugiens
haberet solacium custodis potius quam
mariti. Quis enim ~~potuit~~ in tempore
illo virgini credidisset de spiritu eam
spiritu concepisse, venisse angelum
Gabrielem dei fuisse mandatum. Et non
magis quasi adulteram condempnas-
set, cum hodie toto credente mundo ar-
gumententur Iudei, Ysaia dicente: Ecce
virgo in utero concipiet et pariet, in he-
breo iuvenculam scriptum esse non vir-
ginem, id est ahalma, non vetula. Ad
versus quos in alio loco competentius
disseremus. Denique excepto Joseph et
Elizabeth et ac ipsa Maria paucisque
quos ab hiis audisse possimus esti-
mare, omnes Ihesum filium estimabant
Joseph, in tantum ut etiam evangeliste opi-
nionem vulgi exprimentes que vera
historie lex est, patrem eum dixerint
salvatoris, ut ibi: Et venit in spiritu
in templum, haut dubium quin Symeon,
cum inducerent parentes puerum Ihesum ut
facerent de illo secundum consuetudinem
legis. Et alibi: Et erant pater illius
et mater mirantes super hiis que
dicebantur de eo. Et rursum: et ibant
parentes eius per annos in Ierusalem in sollem-
ni die pasche. Ac deinde: et com-
pletis diebus cum reverterentur remansit
sit puer Ihesus in Ierusalem et non cog-
noverunt parentes eius. Ipsa quoque
Maria que ad Gabrielem responderat
dicens quomodo erit hoc quia virum
non cognovi, quid de Joseph loquitur aus-
culta: Fili quid fecisti nobis sic. Ecce
te pater tuus et ego dolentes querebamus
te. Non hic iudeorum ut plerique aesti-
mant, non illudentium vox est. Evan-
gelista patrem dicit, patrem Maria

confitetur. nō quo ut supius indicauimus
uere Joseph pat̄ fuerit saluatoris sed
quo ad famam cōseruandam pat̄ sit
ab omnibus estimatus qui antequā ab
angelo moneretur Joseph fili dauid
ne timueris accipe mariam coniugē
tuam. qđ enī in ea natū est de spū sctō
est cogitabat occulte dimittere eam
in cō suū nō esse qui conceptus fuerat
confidebat. Sed iam satis docendi
magis quā respondendi studio dis
putatum est cur Joseph pr̄ dn̄i. cur
maria appellata sit coniux. in quo
et hoc breuit̄ continetur. cur fr̄es
eius quidam esse dicant / Verū qr̄
suū locum huic questiuncule reseruamus.
et ad reliqua festinat orō. Nunc
illud est disserendum. quomodo scriptura
dicat exurgens aut̄ Joseph a somno
fecit sicut p̄cepit ei angelꝰ dn̄i et
accepit uxorem suā / et nō cognosce
bat eā donec pepit filiū. et voca
uit nomē eius ihesum. Jn quo primo
aduersarius sup̄fluo labore desudat
cognoscendi uerbū ad coitū magis ꝙ
ad scienciam magis esse referen
dum / quasi hoc quisquā negauit
et eas ineptias quas redarguit ali
qđ prudens quispiam potuerit sus
picari. Deinde uult docere qđ donec
siue usqꝫ aduerbiū. certū tempus sig
ficat quo cōpleto fiat id quod usqꝫ
ad illud temporis quod scriptum est nō
fiebat velut in p̄nti et nō cognosce
bat eam. donec pepit filiū. Apparet
inquit cognitam esse post partū cuiꝰ cog
nitionem filij tantū generatio differe
bat Et ad hoc ad probandum conge
rit de scripturis exempla quā plurima
more andabatarū gladiū in tenebris
uentilans et lingue sonū ad confo
dienda sui tm̄ corporis mēbra con
cuciens. Ad quod nos breuit̄ respon
demus. et cognoscebat / et usqꝫ sermo
nem in scripturis sanctis dupliciter in
telligi. Et de eo quidem quod scriptum ē
cognoscebat / ad coitū quoqꝫ nō esse
referendū ipe disseruit / Nullo dubi
tante quin ad scienciam sepe refe
ratur. ut ibi remansit ihus puer in
ierlm̄ et nō cognouerūt parentes eiꝰ
Nunc illud est ostendendū ut quomodo
ibi scripture consuetudinē secutus est
sic etiam hic donec eiusdem scripture
auctoritate frangatur. Que sepe
certum tempus sicut ipe disseruit in
eius assumpcione significat sepe in
finitum Vt est illud quod deus ad
quosdam loquitur in p̄phetis Ego sū
Ego sum et donec senescatis ego sū

Nunquid postquā illi senuerit deus esse
desistit. Et saluator in ewangelio ad
aplos Ecce ego inquit vobiscum omnibꝰ
diebus usqꝫ ad consummacionē sc̄li. Ergo
post cōsummationem sc̄li a discipulis dn̄s
abscedet Et tunc qn̄ in xij. solijs iudica
turi sūt xij. tribus isrl' dn̄i consorcio
fraudabunt̄ / paulus quoqꝫ aplus co
rinthijs scribens p̄mitte ait xp̄us / de
inde hij qui sunt xp̄i qui in aduentu eiꝰ
crediderunt deinde finis erit cum tra
diderit regnū deo et pr̄i. Cum destrux
erit omnem principatum et omnem
potestatem et virtutem / oportet enī illum
regnare donec ponat oms̄ inimicos
sub pedibus eius. Esto de homine dn̄i
sit nō negamus de eo qui passus est
crucem qui postea sedere iubetur a
dextris / Quid sibi uult hoc quod ait
oportet enī illum regnare. donec po
nat oms̄ inimicos sub pedibus eius
nunquid tam diu regnaturus est dn̄s. do
nec inimici incipiant eē sub pedibus
eius et postquam illi sub pedibus fue
rint regnare desistet. Cum utiqꝫ tunc
magis regnare incipiat cū inimici
ceperint esse sub pedibus. Dauid quoqꝫ
in quarto graduū psalmo / Sicut oculi
ancille in manibus dn̄e sue. ita oculi
nr̄i ad dn̄m deum nr̄m / donec misere
atur nobis Ergo tam diu p̄pha ocu
los habebit ad dn̄m. quia diu misericordiā
impetret. post impetratam misericordiā
oculos torquebit ad terras / Qui in alio
loco dicit Oculi mei defecerūt in salu
tare tuū. et in eloquium iusticie tue. po
teram innumerabilia sup hoc exem
pla congerere / et omnem lacessientis
(garrulitatis)
procacitatem testimoniorū nube ce
lare verū adhuc pauca subiciam. ut
his similia ipe sibi lector inueniat
loquit̄ in genesi sermo diuinꝰ. et tra
diderūt iacob deos alienos qui erāt
in manibus eorū et inaures que erāt
in auriculis eorū et abscondit eas ia
cob sub terebintū que erat in sicimis
et p̄didit eas usqꝫ in hodiernū diem
Jtem in fine deutronomij et defunctꝰ
est moyses seruus dn̄i in terra moab
p̄ verbū dn̄i. Et sepelierūt eū in geth p̄pe
domū phegor et nemo scit sepulchrū
eius usqꝫ in diem istum. Certe ho
diernus dies illius temporis estimā
dus est quo historia ipa contexta
est siue moysen dicere volueris auc
torem pentatheuci siue ezrām ei
usdem instauratorem opis nō re
cuso. Nunc hoc quæritur utrum quod dictū
est usqꝫ in diem istū ad illam refe
ratur etatem quo libri editi sunt

adubiū concedent

terebintꝰ arbor ē hn̄s fructꝰ modicos

hic ondit ezram instauratorem legis fuisse

conscripti sunt. Doceat igitur post illam
diem tot iam annorum usque ad nos vo
luminibus exactis, aut ydola que sub
terebinto condita fuerant reperta.
Aut moysi tumulum investigatum quia
obnixe asserit donec post et usque esse
incipere quod tam diu non fuit: quamdiu
usque compleretur et donec. Quin po
tius animadvertat scripture sancte idioma
et nobiscum in quo hesitat intelli
gat ea de quibus posse ambigi si non
fuissent scripta signari, cetera vero nostre
intelligentie derelinqui. Si enim ad
huc recenti tempore viventibus hys
qui viderant moysen sepulchrum eius
potuit ignorari, multo magis tot se
culis preterientibus. Juxta quod et
illud intelligitur de ioseph evangelista
id indicasse de quo scandalum po
terat moveri non eam cognitam esse
viro suo usque ad partum et multo ma
gis intelligeremus cognitam non fuis
se post partum a qua tunc se absti
nuit cum adhuc de visione poterat
fluctuare. Ad summam illud requiro quare
se abstinuerit ioseph usque ad partus
diem. Respondebit utique quia ange
lum audierit dicentem quod enim in ea
natum est de spiritu sancto est. Ad quod nos
inferimus et certe audierat ioseph
fili david ne timeas accipe mariam
coniugem tuam. Prohibitum ei fuerat ne
relinqueret ne separaretur magis
fuisset amonitus. Et audebant in
quiunt vir iustus dei in utero audiens
filium de uxoris coitu cogitare. Pulchre.
Qui ergo somno tantum credidit ut uxo
rem non auderet attingere is post
quam pastores voce cognoverat
angelum domini venisse de celis et dixisse
ad eos nolite timere ecce evangelizo
vobis gaudium magnum quod erit omni
populo quia natus est nobis hodie
salvator qui est christus dominus in civita
te david et cum eo laudes militie co
cinuisse celestis. Gloria in excelsis deo
et in terra pax hominibus bone volun
tatis. Qui symeone iustum inter am
plexus parvuli viderat predicantem
nunc dimittis servum tuum domine secundum verbum
tuum in pace quia viderunt oculi mei
salutare tuum. Qui anam prophe
tissam magos stellam herodem an
gelos viderat qui inquam miracula
tanta cognoverat dei templum spiritus
sancti sedem domini sui matrem aude
bat attingere. Et certe maria conser
vabat omnia verba hec conferens
in corde suo. At ne impudenter ne
ges ista ignorasse ioseph et erant

inquit lucas pater illius et mater ad
mirantes super hys que dicebantur
de eo. Licet tu mira impudentia in
mendosis codicibus falsata contendas
que non solum omnes pene grece trac
tatores in suis voluminibus reliquerunt
sed nonnulli quoque e latinis ita ut in
grecis habetur assumpserunt. Nec nunc
est mihi de exemplariorum varietate
tractare cum omne et veteris et nove
scripture instrumentum in latinum sermonem
exinde tractum sit. Et multo purior
manare credenda sit fontis unda
quam rivi. Hec ais apud me rustice sit
et argumentatio superflua et disputatio
magis curiosa quam vera numquid non
potuit scriptura dicere et accepit ux
orem suam et non fuit amplius ausus
contingere eam, sicut de thamar
dixit et iuda. Aut defuerunt matheo
verba quibus id quod volebat intelli
gi posset effari. Non cognovit eam in
quit eam donec peperit filium, post
partum ergo cognovit cuius cogni
tionem ad partum usque distulerat.
Si tam contentiosus es iam nunc
tua mente superaberis. Nolo michi
aliquod inter partum coitum tempus
interseras. Nolo dicas mulier que
cumque conceperit et peperit masculum
immunda erit septem diebus secundum di
es secessionis purgationis sue immunda
erit et octavo die circumcidet carnem
preputii eius et xxx tribus diebus se
debit in sanguine puro et omne sanctum
non tanget et reliqua. Statim eam in
vadat ioseph, statim audiat iere
miam equi insanientes in feminas
facti sunt michi unusquisque ad ux
orem proximi sui hinniebat. Alio
quin quomodo stare poterit non cog
novit eam donec peperit filium suum si
purgationis tempus expectat. Si
xl rursum diebus tanto tempore
dilatata libido differtur, pollua
tur more puerpere obstetrices parvu
lum vagientem maritus lapsam
teneat uxorem sic incipiant nuptie
ne evangelista mentitus sit. Sed absit
ut hoc de matre salvatoris et virgine vi
to sit estimandum. Nulla ibi obstetrix
nulla muliercularum sedulitas inter
cessit ipsa pannis involvit infantem
ipsa et mater et obstetrix et collocavit
eum inquit in presepio quia non
erat ei locus in diversorio. Que
sententia et apocriforum deliramenta con
vincit. Dum maria ipsa pannis in
volvit infantem et helvidii expleri
non patitur voluntatem dum diversorio

locus nō fuit nuptiarum. Sed quia iā satis habunde respondimus ad id quod proposuerat. Antequā conuenirent et nō cognouit eam donec peperit filiū. Ad tertiam veniendū est quoniam

Tercia questio

Iuxta ordinē disputationis eius etiā nostre responsionis ordo procedat. vult enim alios quoque filios mariam procreasse et ex eo quod scriptum est. Ascendit autem et ioseph in ciuitate dauid ut profiteretur cū maria vxore sua pregnante. factū est autē cum ibi essent. Impleti sūt dies ut pareret et peperit filiū suū primogenitū. nititur approbare primogenitū nō posse dici nisi eū qui habeat et fratres sicut vnigenitus ille uocetur qui parentibus solus sit filius. Nos autem diffinimus. Omnis unigenitus est primogenitus. Non omnis primogenitus vnigenitus. primogenitus est nō post quem et alius sed ante quem nullus.

de primogenito et unigenito

Omne inquit dominus ad aaron quod aperit vuluā ab omni carne que offeretur domino ab homine usque ad pecus tibi erit. tamen pro pretiis redimentur primogenita hominum et primogenita pecorum hominum et inmundorum diffiniuit sermo dei quid sit primogenitū. Omne enim quod aperit vuluā. Alioqui si nō est primogenitus nisi his tamen quem sequuntur et fratres tam diu sacerdotibus primogenita nō debentur quā diu et alia fuerint procreata ne forte partu postea consequente vnigenitus sit et nō primogenitus. Redemptio inquit eius erit ab vno mense estimatio quinque sicli et pro siclo viginti oboli sūt. Tamen primogenita vitulorum et primogenita caprearum nō redimes sancta enim sūt. Cogit me primo deus ut omne masculinū quod aperit vuluā si de mundis animalibus fuerit deo voueam si de inmundis redimā dans pretium sacerdoti possim respondere et dicere. Quid me vnius mensis astringis articulo. Quid primogenitū vocas quem an quem fratres sequantur ignoro. Expecta donec nascatur secundus. nichil debeo sacerdoti nisi et ille fuerit procreatus per quem is qui ante natus est incipit esse primogenitus. Nonne michi ipsi apices loquentur et me stulticie redarguent eū dici esse primogenitum qui aperiat vuluā nō qui habeat et fratres. Deinde interrogo de iohanne quem constat esse unigenitū an et primogenitus fuit vtrum nam et ipse secundum legem pro toto ei legi fuerit obnoxius ambigi nō potest. Certe de saluatore scriptura sic loquitur. Cū expleti essent dies purgationis eorum secundum legem moysi duxerunt eū in ierusalem ut offerent eū domino sicut scriptū est in lege domini quia omne masculinū quod aperit vuluā sanctū domino vocabitur et ut darent hostias secundum quod dictum est in lege domini par turturum aut duos pullos columbarum. Si hec lex tamen ad primogenitos pertinet. primogenitum autem sequentes faciunt nō debuit lege primogeniti teneri qui de sequentibus ignorabat. Sed quia tenetur lege primogeniti etiam ille quem fratres certi nō sequuntur colligitur primogenitū eū vocari qui vuluā aperiat. et ante quem nullus sit. nō sequitur colligitur primogenitū ~~eū vocari qui uulua aperiat et ante quem nullus sit~~. nō eū quem fratres postgenitus subsequitur. Moyses scribit in exodo. factū est autem circa mediam noctem. et dominus percussit omne primogenitū in terra egipti. A primogenito pharaonis qui sedebat super thronū et usque ad primogenitos captiue que est ad lacum et omne primogenitū pecoris.

primogenitus

Responde michi hi qui nunc ab exterminatore fuerint interempti. primogeniti an et unigeniti fuerint. Si primogeniti tamen illi vocantur qui fratres habent ergo ab interemptione unigeniti liberati sūt. Si autem et unigeniti cesi sūt contra sententiam tuā factū est ut et primogenitos et unigeniti morerentur. Aut unigenitos liberabis a pena et ridiculus eris. Aut si eos fateberis interfectos ingratis obtinebimus et unigenitos primogenitos appellari.

Ultima questio

Extrema expositio fuit licet ad primum primogenito noluerit ostendere fratres domini in euangeliis nominari vt ibi Et ecce mater eius et fratres eius stabant foris querentes loqui cū eo. Et alibi post eum fratres eius. Transi hinc. hec ascendit capharnaum ipse et mater eius et fratres eius. Et ibi dixerunt ergo ad eum fratres eius. Transi hinc et vade in iudeam ut et discipuli tui videant opera que facis. Nemo enim aliquid in occulto faciens querit ipse in palam esse. Si hec facis manifesta teipsum huic mundo. Iohannes desuper inferente neque enim fratres eius credebant in eū. Item marcus atque matheus. et docebat eos in synagoga eorum in patria sua ita ut stuperent et dicerent. Unde huic hec omnis sapientia et virtutes. Nonne hic est fabri filius. Nonne mater eius dicitur.

Quos primo intelligit ... fratres ...

Cxvii

maria. Et fratres eius iacobus et ioseph
et symeon et iudas. Et sorores eius
omnes apud nos sunt. Lucas quoque in
actibus apostolorum ita refert. Hii omnes e-
rant instantes unanimes oracioni cum
mulieribus et maria que fuit mater ihesu
et fratribus ipsius. Nec non et paulus apostolus
in eadem historie veritate pari voce
concordat. Ascendi autem hierusalem
et neminem vidi nisi petrum et Jacobum
fratrem domini. Et rursum in alio loco. Numquid
non habemus potestatem uxoris
manducandi et bibendi. Numquid
non habemus potestatem uxores circumducendi
sicut ceteri apostoli et fratres domini et cephas.
Et ne forte aliquis iudeorum testimo-
nium non admittet, qui etiam noticiam
fratrum illius evidenter similiter eos assensi
in fratribus errore deceptos quo improbe
estimando sunt lapsi arguite predicant
et ait hec eadem vocabula ab evan-
gelistis in loco alio nominari. et eos-
dem esse fratres domini filios marie. Ma-
theus loquitur. Erant autem ibi haud
dubium quin ante crucem domini etiam
mulieres multe a longe conspicientes
que secute fuerant ihesum a galilea
ministrantes illi. Inter quas erant maria
magdalena et maria Jacobi et iose-
tis mater et mater filiorum zebedei. Item
marcus. Erant autem et mulieres de
longe aspicientes inter quas erat ma-
ria magdalene et maria iacobi mi-
noris et iosetis mater et salome. Ibique
postmodum et alie multe que ascen-
derant cum eo in ierusalem. Sed et lucas.
Erant autem maria magdalene et
iohanna et maria Jacobi et cetere
cum eis. Hec idcirco replicavimus ne ca-
lumpnietur et clamitet ea que pro se fa-
ciunt a nobis esse subtracta et sentenciam
suam non testimoniis scripturarum sed
lubrica disputacione convulsam. Ecce
inquit Jacobus et ioseph filii marie
idem quos iudei appellaverant fratres.
Ecce maria iacobi minoris et iosetis
mater. Minoris autem iacobi ad distinc-
tionem maioris qui erat filius ze-
bedei sicut et in alio loco marcus posuit.
Maria autem magdalene et maria
Jacobi et iosetis viderunt ubi poneretur.
Et transacto sabbato emerunt aroma-
ta et venerunt ad monumentum. Et vti-
que ait quam miserum erit et impium hoc
sentire de maria. ut cum alie femine ci-
ram sepulture ihesu habuerint matrem
eius dicam non interesse. Aut alteram ma-
riam esse nescio quam confingamus
presertim cum evangelium iohannis testetur eam
illic presentem fuisse. Quam illam dominus de

cruce iam viduam ut matrem Johanni com-
mendat. Aut numquid et ewangelis-
te fallerentur et fallunt ut eorum mariam
matrem eius fuisse presentem dicerent
quos iudei fratres ihesu esse dixerunt. O furor
cecus et in perniciem exitium mens vesa-
na dicis ad crucem domini matrem eius fu-
isse presentem, dicis iohanni discipulo
ob viduitatem et solitudinem commen-
datam quasi iuxta te non habet qua-
tuor filios et innumeras filias quorum
consorcio frueretur. Viduam quoque
nominas quod scriptura non loquitur
et cum omni evangeliorum exempla proponas
solius tibi iohannis verba non placent.
Dicis sub historie ad crucem domini eam
fuisse presentem ne consulto preterisse
videaris et tamen que cum illa mulie-
res fuerint similes. Ignoscerem
nescienti nisi viderem consulto reti-
centem. Audi itaque Johannes evangelis-
ta quid dicat. Stabant autem iuxta
crucem ihesu mater eius et soror matris
eius maria cleophe et maria mag-
dalene. Nulli dubium est duos fuisse
apostolos iacobi vocabulo nuncupatos.
Iacobum zebedei et iacobum alphei.
Istum minorem nescio quem iacobum
quem marie filium nec tamen matris domini scrip-
tura commemorat apostolum vis esse an
non. Si apostolus alphei filius erit et credet in ihesum et non erit de illis fratribus
de quibus scriptum est. Neque enim fratres eius
fuit credebant in eum. Si non est apostolus
tercius nescio quis iacobus est frater domini
putandus et quo tercius ad distincti-
onem maioris appellabitur minor
cum maior et minor non inter tres sed
inter duos soleat prebere distanciam
et frater domini apostolus sit paulo dicente. De-
inde post annum veni ierosolimam
videre petrum et mansi apud eum diebus
quindecim. Alium autem vidi neminem
nisi iacobum fratrem domini. Et in eadem epi-
stola. Et cognita gratia que data est mihi
petrus et Jacobus et iohannes qui
videbantur columpne esse. Ne autem
hunc iacobum putes filium zebedei. lege
actus apostolorum iam ab herode fuerat
interemptus. Restat conclusio ut ma-
ria ista que iacobi minoris scribitur
mater fuerit uxor alphei et soror
marie matris domini. Quam mariam cleo-
phe iohannes evangelista cognominat sive
a patre sive a gentilitate familie aut
quacumque alia causa ei nomen impo-
nens. Si autem inde tibi alia atque alia
videtur quod alibi dicatur maria iaco-
bi minoris mater et hic maria cleo-
phe. disce scripture consuetudinem eun-

hominem diversis nominibus appellari Raguhel socer moysi et iothor dicitur. (Ietro)
Gedeon nullis causis inmutati nominis ante premissis subito ierobaal legimus. ozias rex iuda vicissim azarias vocatur. Mons thabor taburium dicitur. Rursum hermon phenices cognominant sanior et amorreus cognominavit eum sanir. Eadem terre plaga tribus nominibus appellatur nageb theman daron. lege ezechielem. petrus simon dicitur et cephas. Et iudas zelotes in alio euangelio taddeus dicitur. Multa que alia que ad exemplum horum pertinent ipse sibi de omnibus scripturis lector poterit congregare.
Nunc illud est quod conamur ostendere ut fratres domini appellentur filii matertere eius marie qui ante non credentes postea crediderunt. licet fieri potuerit ut uno statim credente alii diu increduli fuerint. Et hanc esse mariam dictam iacobi minoris. Que si esset mater domini magis eam ut in omnibus matrem illius appellasset et non aliorum filiis dicendo intelligi. Verum in hac parte contentiosum funem non traho. Alia fuerit maria cleophe. Alia maria iacobi et iosetis dummodo constet non eandem mariam iacobi et iosetis ~~dummodo constet non eandem mariam iacobi et iosetis~~ esse quam matrem domini. Et unde ais fratres domini dicti sunt qui non erant fratres. Iam nunc doceberis quatuor modis in scripturis divinis fratres dici. Natura. gente. cognatione. affectu. Natura ut esau et iacob. duodecim patriarche. Andreas et petrus. iacobus et iohannes. Gente quia omnes iudei fratres inter se vocantur. Ut in deuteronomio. Si autem fratrem tuum qui est hebreus vel que est hebrea serviet tibi sex annis et in septimo anno dimittes eum liberum abs te. Et in eodem. Constituendo constitues super te principem quem elegerit dominus deus tuus ex fratribus tuis. Non enim poteris constituere super te hominem alienigenam qui non est frater tuus. Et rursum. Non videns vitulum fratris tui vel oves eius errantibus per viam negliges ea sed reversione reducas ea fratri tuo. Quod si non appropinquat ubi frater tuus neque noveris eum colliges intra domum tuam et erunt tecum donec querat ea frater tuus et reddes ei. Item apostolus paulus. optabam inquit ipse ego anathema esse a christo pro fratribus meis cognatis secundum carnem qui sunt israhelite. Porro cognatione fratres vocantur qui sunt de una familia id est patria. quas latini paternitates interpretantur et cum ex una radice multa generis turba diffunditur. Ut in genesi dixit autem abraham ad loth. Non sit rixa inter me et te et inter pastores meos quia omnes fratres nos sumus. Et iterum. Et elegit sibi loth regionem iordanis et elevavit loth ad orientem et discesserunt unusquisque a fratre suo. Certe loth non est frater abrahe sed filius fratris eius aram. Thara quippe genuit abraham et nachor et aram. Et aram genuit loth. Et rursum. Abraham autem erat annorum septuaginta quinque quando exivit de carra et sumpsit abraham sarai uxorem suam et loth filium fratris sui. Quod si adhuc dubitas fratrem filium fratris nuncupari accipe exemplum. Cum audisset autem abraham quia captivus ductus est loth frater suus numeravit vernaculos suos cccxviii et octo et cum eadem nocturni impetus desperisset adiecit. Et reduxit omnem equitatum sodomorum et loth fratrem suum revocavit. Sufficiunt hec ad ea que diximus approbanda. Sed ne in aliquo cavilleris et te quasi lubricus anguis evolvas testimoniorum stringendus es vinculis ne queruleris sibilus et te dicas magis argumentationibus tortuosis quam scripturarum veritate superatum. Iacob ysaac filius a rebecca cum fratris insidias metuens in mesopotamiam perrexisset accessit et devolvit lapidem de ore putei adaquavit oves laban fratris matris sue et osculatus est iacob rachel et exclamans voce sua ploravit. Et indicavit rachel quia frater est patris eius et quia filius rebecce est. Ecce et hic eadem lege qua supra frater sororis filius appellatur. Et iterum dixit autem laban ad iacob. Quia frater meus es numquid servies michi gratis. Dic michi que sit merces tua. Expletis itaque viginti annis ignorante socero uxoribus filiisque comitatus reverteretur ad patriam. consecutus est eum laban in monte galaad et cum ydola que rachel occultabat quesita non invenisset in sarcinis respondit iacob et dixit ad laban. Que culpa mea est et quod delictum meum quod persecutus es me. Et quia scrutatus es omnia vasa mea. Quid invenisti de omnibus rebus domus tuis. Pone hic in conspectu fratrum tuorum et fratrum meorum et redarguent inter duos nos. Responde qui sunt isti fratres iacob et laban qui tunc fuerunt in presenti. Esau certe frater iacob absens erat et laban filius bathuel fratres excepta rebecca

fratres cognatione

b

c

sorore no habuit Jn numerabilia sunt is=
tiusmodi libris inserta diuinis Sed ne
longum faciam ad extrema diuisionis
partem reuertor. eadem et affines fratres di
cti Qui in duo scindi in spale et in co
mune. Inspale. quia omnes xpiani fratres
vocantur. vt ibi Ecce quam bonum et
quam iocundum habitare fratres in vnum
Et saluator Narrabo inquit nomen
tuum fratribus meis Et alibi vade dic
fratribus meis. porro in comune quia omnes
homines ex vno patre nati / pari inter nos
germanitate coniunguntur. dicite ait hijs
qui oderunt vos fratres nostri vos estis Et
apostolus ad chorintheos Siquis frater
nominatur fornicator aut auarus aut
ydolis seruiens. aut maledicus aut e=
briosus. aut rapax cum eiusmodi nec ci
bum sumere Et cetera his similia Inter=
rogo nunc iuxta quem modum fratres domini in
euangelio intelligas appellari. iuxta
naturam sed scriptura non dicit Nec ma
rie eos vocans filios nec ioseph iux
gentem: Sed absurdum est ut pauci ex
iudeis uocati sint fratres cum omnes qui ibi
erant hac lege iudei fratres potuerint
appellari Juxta affectum humanitatis
et spiritus. vnum si sic qui magis fratres
quam apostoli quos docebat in ministerius
quos matres vocabat et fratres Aut si
omnes quia homines fratres. stultum fuit
nuntiare quasi proprium ecce fratres tui querunt
te cum generaliter omnes hoc iure sint fratres.
Restat igitur ut iuxta superiore expo
sicionem fratres eos intelligas appella
tos cognatione. non affectu non gentis
priuilegio non natura. Quomodo loth
abrahe. quomodo iacob labe appella
tus est frater quomodo et filie salfaath
acciperunt clerum inter fratres suos quo
et ipse abraham sara sororem suam
habuit vxorem Et enim ait vere so=
ror mea est de patre sed non de matre
idest filia non sororis Alioquin qua
le est ut abraham vir iustus patris
sui filiam coniugem super ferit cum in pri=
mis hominibus propter aurium sanctitatem
idem scriptura non nominet. Malens
intelligi quam proferri et deus legem
postea sanciat et minetur qui ac=
ceperit sororem suam de patre suo uel
de matre sua et viderit turpitudinem
eius et ipsa viderit turpitudinem il=
lius obprobrium est exterminabuntur coram
filijs generis sui. turpitudinem soro=
ris detexit. peccatum suum recipient. Jm=
peritissime homo ista non legeras Et
toto scripturarum pelago derelicto
ad iniuriam virginis tuam rabiem
contulisti Jn exemplum eius que
fabule ferunt Cum vulgo esset ignotus
et nichil boni posset, facinus exco=
gitare quo nobilis fieret diane incen=
disse templum et nullo prodente sac=
legum ipum in medio processisse clami=
tantem sese incendium subiecisse Sci=
ctantibus ephesi principibus quam
ob causam facere voluisset respondisse
vt quia bene non poteram male om=
bus innotescerem. Et cum hec quidem
greca narret historia tu vero tem
plum domini corporis succendisti Tu co
taminasti sacrum ex quo uis quadri=
gam fratrum et sororum protulisse co=
geriem. demumque cum iudeis voce so
ciata dicis. Nonne hic est fabri filius
Nonne mater eius dicitur maria Et fratres
eius Jacobus. et ioseph et symon
et iudas et sorores eius omnes apud
nos sunt / omnes nisi de turba non dicerentur
Quis te oro ante hanc blasphe=
miam nouerat. Quis dispondij sup=
putabat. Consecutus es quod uo=
lebas. Nobilis es factus in scelere
Ego ipse qui contra te scribo cum in ea=
dem tecum vrbe consistam albus
ut aiunt aterne sis nescio. Preter mitto
vitia sermonis. quibus liber tuus
scatet Taceo ridiculum exordium. o
tempora. o mores Non quero elo=
quentiam quam ipse non habens in
fratre cartherio requisisti Non inquam
flagito lingue nitorem anime quero
pietatem. Apud xpianos enim sole=
cismus est magnus et vitium turpe
quid uel narrare / uel facere Ad cal=
cem venio et te cornuta interrogatione
concludo sicque tecum agam quasi
superius nichil egerim Eodem modo
dictos esse fratres domini. quo ioseph
dictus est pater / ego inquit et pater tuus
dolentes querebamus te Mater
hec loquitur non iudei et ipse euangelista
referens. et erat pater illius et mater
admirantes super hys que dicebantur
de eo et his similia que iam enume
rauimus. et in quibus parentes vo
cantur At ne forte de exemplario=
rum varietate causeris quia tibi
stultissime persuasisti grecos codices
esse falsatos. ad iohannis euangelium vero
in quo plane scriptum scribitur Inuenit
philippus nathanahel. et ait illi
Quem scripsit moyses in lege et
prophete inuenimus ihesum filium ioseph
a nazareth Certe hoc in tuo codice
continetur. Responde michi quomodo
ihesus filius sit ioseph quem constat
de spiritu sancto procreatum. Vere io
seph pater fuit quamuis sis hebes

Marginalia: Cxix a; b; custodio; pre; hystoria de gerente famam i(n)... lo incendium templi dyane

dicere non audebis. An putabatur
eodem modo estimetur et fratres
quo estimatus est pater. Sed quoniam
e cautibus et confragosis locis ena-
vigavit oratio pandenda sunt vela et
in epilogos illius irruendum in quo
sciolus sibi visus tertullianum in tes-
timonium vocat. et victorini pictha-
viensis episcopi verba ponit. Et de tertul-
liano quidem nichil amplius dico
quam ecclesie hominem non fuisse. De
victorino vero id assero quod de e-
vangelistis fratres enim dixisse domini
non filios marie fratres autem eo sensu
quo supra exposuimus propinquita-
te non natura. Sed nugas terimus
et fonte veritatis amisso opinionum
rivulos consectamur. Nunquid non
possum tibi silvam veterum scriptorum gratie
commovere: Ignatium policarpum hy-
roneum iustinum martirem multos-
que alios apostolicos et eloquentes vi-
ros qui adversus ebionem et theo-
dotum valentinum hec eadem sen-
tientes plena sapiencie volumina
conscripserunt. Que si legisses aliquid
plus saperes. Sed melius puto brevi-
ter ad singula respondere quam diu-
tius in morando volumen extendere.
In illud nunc impetum facio in quo
tu virginitatem et nuptias compa-
rando dissertus esse voluisti. Risimus
inte proverbium camelum vidimus sal-
titantem. Dicis: Nunquid meliores
sunt virgines. abraham ysaac et
iacob qui habuere coniugia. Nunquid
non cottidie dei manibus parvuli fin-
guntur in ventribus uxorum ut merito erubesce-
re debeamus mariam nupsisse post
partum. Quod si hoc illis turpe vi-
detur superest ut non credant etiam
deum per genitalia virginis natum.
Turpius est enim iuxta eos deum per
virginis pudenda genitum quam vir-
ginem viro suo nupsisse post partum.
Junge si libet alias nature contumelias
novem mensibus uterum insolescen-
tem, fastidia, partum, sanguinem
pannos. ipse tibi describatur infans
tegmine membranarum soluto convo-
lutus. Ingerantur dura presepia
vagitus parvuli octavi diei circum-
cisio. tempus purgationis ut pro-
betur inmundus. Non erubescimus non
silemus. Quanto sunt humiliora que
pro me passus est tanto illi plus de-
beo et cum omnia replicaveris nichil cru-
ce contumeliosius proferes quam
profitemur et credimus et in qua
de hostibus triumphamus. Sed ut hec

que scripta sunt non negamus ita ea que
non sunt scripta renuimus. Natum deum esse
de virgine credimus quia legimus. Mariam
nupsisse post partum non credimus quia
non legimus. Nec hoc ideo dicimus quod
nuptias condempnemus. ipsa quippe
virginitas fructus nuptiarum est. Sed quod
nobis de sanctis viris temere estimare
nichil liceat. possumus enim hac estima-
tionis possibilitate contendere plures
quoque uxores habuisse ioseph. quia
ipse plures habuerit abraham. plures
habuerit iacob et de hiis esse ex uxoribus
fratres domini quod plerique non tam pia quam
audaci temeritate confingunt. Tu di-
cis mariam virginem non mansisse. Ego
michi plus vendico etiam ipsum ioseph
virginem fuisse per mariam ut ex virgi-
nali coniugio virgo filius nasceretur.
Si enim in virum sanctum fornicatio non cadit
et aliam eum uxorem habuisse non scri-
bitur. marie autem quam putatus est ha-
buisse custos fuit potius quam ma-
ritus: relinquitur virginem eum mansis-
se cum maria qui pater domini meruit ap-
pellari. Et quia de comparatione virgi-
nitatis et nuptiarum sermo aliqua dictu-
rus obsecro lectores ne me putent
nuptiis detraxisse in virginum laude et
aliquam fecisse distanciam inter sanctos
veteris testamenti et novi. id est inter eos
qui habuere coniugia et hos qui a
complexu mulierum penitus recessere.
verum pro diversitate temporum alia eos tunc
subiacuisse sine. et alie nos in quos
fines seculorum decucurrerunt. Quamdiu
lex illa permansit crescite et multipli-
camini et replete terram et maledicta
sterilis que non parit semen in israhel nu-
bebant omnes et nubebantur. et derelictis
parentibus fiebant una caro. Cum vero
vox illa petonuit tempus breviatum
est. reliquum est ut et qui habent uxores
sic sint quasi non habentes adherentes domino
unus cum eo efficimur spiritus. Quare. Quia
qui sine uxore est sollicitus est que di-
sunt quomodo placeat deo. qui autem cum uxo-
re est sollicitus est que sunt huius mundi
quomodo placeat uxori. divisa est mulier
et virgo que non est nupta cogitat que
sunt domini ut sit sancta corpore et spiritu.
Illam que nupta est cogitat que sunt
mundi quomodo placeat viro. Quid obla-
tras. Quid repugnas. vas electionis
hec loquitur divisa est dicens mulier
et virgo. vide quante felicitatis sit que
et nomen sexus amiserit. virgo iam
mulier non vocatur que non est nupta
cogitat que sunt domini ut sit sancta
corpore et spiritu. virginis diffinitio est

De ioseph quod etiam fuit virgo per mariam

Responsio ad illud crescite et multiplicamini

Dicit quod virgo et nupta et ponit utriusque opera

Cxx a

sctam esse corpore et spu quia michil p̄=
sit carnem hr̄e v̄ginem si mente nup=
serit quis. Que vero nupta ē cogitat
que sūt mūdi quō placeat viro. Idem
tu putas esse diebus ac noctibus vaca=
re orōni vacare ieiunijs et aduenti
mariti expolire faciem. gressū fingere
simulare blandicias. Illa hoc agit
ut turpior pareat et nature bonū in=
fuscet iniuria hec ad speculū pingitur
ut in contumeliam artificis conatur.
pulchor esse q̄ nata ē. Inde infan=
tes garriūt familia pstrepit. liberi
abore dependet. Computatur sumptus
Impendia pparantur. hinc coquorum
accincta manus carnes terit. hinc
textricū turba conmurmurat. Nunci=
atur interim vir venisse cū socijs
illa ad hyrundinis modū lustrat v=
niuersa penetralia. si thorus rigeat
si pauimenta verruerint si ordinata
sint pocula si prandiū ppatum respō
de queso in ista. vbi sit dī cogitacio
et hee felices domus. Ceterū vbi tympana
sonant. tibia clamitat. lira gar=
rit cymbalum concrepat quis ibi di=
timor. parasitus in contumelijs gloriatur
ingrediuntur exposito libidinū victime
et tenuitate vestiū. unde impudici
oculis ingeruntur his infelix vxor aut
letatur et perit aut offenditur et
maritus ī iurgia concitatur. hinc
discordia seminarium repudij. Aut si
aliqua ī ueniatur domus in qua ista
nō fiant. que tamen rara visa ē ipa
dispensatio domus. liberorū educacio
necessitas mariti correctio seruulorū
quā a xpī cogitacione nō aduocent
Defecerant ait scriptura sare muliebria
post quod dicitur ad abraham.
Omīa quecunqꝫ dicit tibi sara audi
vocem eius. Que nō est in partus
anxietatibus et dolore que defici=
entibus menstrui cruoris officijs mulierum
ee desijt a dī maledictione sit libera
nec est ad virū conuersacio eius. sed
econtrario vir subiacitur ei et dnī voce
pcipitur. omīa quecūqꝫ dicat tibi
sara audi vocem eius et sic incipi=
ant vacare orōni. quia quā diu in
coniugio debitū soluitur orandi pre=
teritur instancia. Non negamus
viduas. nō negamus maritatas
sanctas mulieres ī ueniri. sed que
vxores ee desierint que in ipa neccessi=
tate coniugij imitantur v̄ginū castita=
tem. hoc est quod apls breuiter xpo
in se loquente testatus est. Nupta co=
gitat que sūt mūdi quomodo place=
at viro. Nobis super hoc campum ī

telligencie delinquentis. Neqꝫ tn̄ alicui
necessitatem imponit aut laqueum
sed id quod honestum est suadet
volens oīs esse sicut seipm. Et q̄
quā de v̄ginitate preceptum dnī nō
habeat quia vltra homines est quo
dāmō impudentis erat. aduersum
naturā cogere. aliōqꝫ modo dicere
volo vos esse quod angeli sūt. vnde
et virgo maioris est mercedis dum
id contempsit quod si fecerit nō delinquit
Nichilominus in coherentibus infert
consiliū aut do. tamquā misericordiam con=
secutus a dnō ut sim fidelis. Existimo
ergo hoc bonū ee. ppter instantem
necessitatem. quia bonū est homini
sic ee. Que est ista necessitas. Ve
pregnantibus et nutrientibus in illa
die. Ideo silua succrescit ut postea
recidatur. Ideo ager seritur ut
metatur. Iam plenus est orbis. Ter=
ra nos nō capit. Cottidie bella
secant. morbi subtrahūt. naufra=
gia absorbent et nichilominus de
finibus litigamus de hoc numero
sūt illi qui agnū secuntur qui vestimenta
sua nō coinquinauerunt. Ego nō au=
deo exponere ne heluidius calumpni=
etur. Quod aūt ait quasdam ee vir=
gines tabernarias. Ego tibi plus di=
co esse in his et adulteras et quo
magis mireris et clericos ee cau=
pones et monachos impudicos.
Sed quis nō statim intelligat nec ta=
bernariam v̄ginem. nec adulterum
monachum nec clericū ee posse cau=
ponem. Numquid v̄ginitatis est cul=
pa si simulator v̄ginitatis est. Ego
certe preterinissis alijs premissis ad v̄gi=
nem veniam que institorias ex=
ercet artes nescio an corpore quod scio
spū v̄go nō permanet. Rethoricati
sumus et in more declamatorum pau=
lulū lusimus. Tu nos heluidi coe=
gisti qui iam euangelio coruscante
eiusdem vis ee glorie virgines et ma=
ritas. Et quia arbitror te veritate
superatum ad detractionem vite mee
et ad maledicta conuerti. Solent
enim hoc et mulierculę facere que
victoribus dnīs male optant man=
gulis. Illud dico prouenient glorie
mee tua forte conuicia cū eodem quo
marie detractiore me laceres et ca=
ninam facundiam seruus dnī pariter
expiatur cū matre. Incipit liber pri=
mus beati Ieronimi aduersus Iovi=
nianum hereticum et cetera

Pauci admo
dies sunt quod sancti ex
urbe fr̃es cuiusdam mi
ioviniani comentario
los transmiserunt ro
gantes ut eorum inep
tijs responderem et epicuru xp̃ianorum
euglico atque ap̃lico vigore conte
rerem Quos cum legissem et omnino
non intelligerem cepi revoluere crebrius
et non verba modo atque sententias sed
singulas pene sillabas discutere
volens prius scire qd̃ diceret et sic
uel probare uel redarguere quod
dixisset. Verum scriptorum tanta barba
ries est. et tantis vitijs spurcissimus
sermo confusus. nec quid loquatur
nec quibus argumentis velit probare
quod loquitur potuerim intelligere
Totus enim tumet totus iacet adtol
lit se per singula et quasi debilitatus
coluber in ipso conatu frangitur. Non
est contentus nostro id est humano mo
re loqui altius quiddam aggreditur
Parturiunt montes nascitur ridiculus
mus. qd̃ ipse non sanus esse hominis
non sanus uncet hostes. preterea sic
uoluit omnia et quibusdam inextri
cabilibus nodis universa conturbat
ut illud plautinarum litterarum ei pos
sit aptari hys quidem preter sillabas
leget nemo. nam diuinandum est
furiosas appollinis uates legimus
. et illud virgilianum dat sine mente
sonum. Eraclitum quoque cognomento
CKOTINON sudantes philosophi vix
intelligunt. Sed quid ad nostrum ENI
CMATITCEN cuius libros multo
difficilius est. nosse quam vincere
quamquam et in victoria non parua sit
difficultas. Quis enim eum superare que
at cuius assertionem penitus ignoret
Et ne lectorem longius traham cuius
modi eloquentie sit et quibus verborum
floribus ornatus incedat secundi libri
eius monstrauit exordium quod hec
tenam capulam ructans ita euo
muit. Satis facio inuitatis. non ut
claro turri sermone. sed a rumore
purgatus viuam. Vano obsecro a
grum nouella plantationum arbus
ta teneritudinis erepta deuiorum
gurgitibus audiencia communicam
agminibus sinam et eciam spe fi
de caritate in accessibilem non est in
ea in maturus omnis docibilis impetu
irrumpere uel arte eludere potest nullus
Rogo que sunt hec portenta verborum
qd̃ descriptionis dedecus. Nonne uel febri
eum sommiare putes uel arreptum
morbo frenitico hypocratis vinculis
alligandum. Quotienscumque eum
legero. ubi me defecerit spus. ibi
distinctio est. Totum incipit totum
pendet ex altero Nescio quid cui cohe
reat. et exceptis testimonijs scripturarum
que ille venustissimo eloquentie sue
flore mutare non ausus est reliquus
sermo omnium materie conuenit quia nulli
convenit. Que res michi aliquam
suspitionem intelligentie dedit vel
le eum ita nuptias predicare ut vir
ginitati detrahat. Quando enim mi
nora maioribus coequantur inferi
oris comparatio superioris iniuria est
Neque vero nos marcionis et manichei
dogma sectantes nuptijs detrahimus
nec taciani principis encratitarum
errore decepti omnem coitum spurcum
putamus qui non solum nuptias sed ci
bos quoque quos deus creauit ad uten
dum. dampnat et reprobat Scimus
in domo magna non solum vasa esse
aurea et argentea sed et lignea et
fictilia et super fundamentum xp̃i quod
paulus architectus posuit alios edi
ficare aurum argentum lapides precio
sos. alios e contrario ligna fenum stipu
lam. Non ignoramus honorabiles
nuptias et cubile inmaculatum legimus
primam dei sentenciam crescite et multipli
camini et replete terram. Sed ita nup
tias recipimus ut virginitatem que
de nuptijs nascitur preferamus Num
quid argentum non erit argentum. si aurum
argento preciosius est. Aut arboris
et segetis contumelia est si radici et
folijs culmo et aristis poma preferantur
et fructus. ut poma ex arbore frumen
tum ex stipula. ita virginitas e nup
tijs. Centesimus. et sexagesimus. et tri
cesimus fructus quamquam de una terra et de
vna semente nascatur. tamen multum differt
in numero. Triginta referuntur ad nup
tias Nam et ipsa digitorum coniunctio
et quasi molli osculo se complexans et
federans. maritum pingit et coniugem
lx. vero ad viduas eo quod in angus
tia et tribulatione sint posite vnde
et superiori digito deprimuntur. Quantoque
maior est difficultas ex parte quon
dam voluptatis illecebris abstinere
tanto maius et premium porro centesimus
numerus diligenter queso lector atten
de de sinistra transfertur ad dextram
et eisdem quidem digitis sed non ea
dem manu quibus in leua manu nup
te significantur et vidue circulum
faciens exprimit virginitatis corona

CXXI
a

hec de impaciencia magis quam iuxta or//
dinem disputacionis dixerim. Cum
enim adhuc de portu egrediar. et rude
tibus uela sustollam in medium me
questionum pelagus subitus loquendi
estus arripuit. vnde cohibebo cursum
et paulisper sinus contraham. nec in dul
gebo mucroni iam nunc pro virginita
te ferire cupienti. balista quanto plus
retrahitur. tanto fortius mittitur.
Non est dampnum dilacio. ubi certior fit
ex dilacione victoria. proponam bre//
uiter aduersarii sermones et de tenebrosis
libris eius quasi de foueis serpentes
protraham. Nec sinam venenosum
caput spiris maculosi corporis pro
tegi. pateat quod noxium est. ut pos
sit conteri cum patuerit. dicit virgi//
nes viduas et maritas. que semel
in xpo lote sunt. si non discrepent ceteris
operibus: eiusdem esse meriti. Nititur
approbare eos qui plena fide in baptis//
mate renati sunt a diabolo non posse
subuerti. Tercium proponit inter abstinenci
am a bonis. et cum graciarum actione percep
tionem eorum nullam esse distanciam.
Quartum quod extremum est omnium qui suum
baptisma seruauerint vnam in reg//
no celorum remuneracionem. hec est
sibila serpentis antiqui his consiliis
draco de paradiso hominem expulit.
Nam et saturitatem ieiuniis preferendo
repromisit eos non mortales futuros
quasi numquam possent corruere. Et dum
diuinitatem equalem cum deo polli
cetur. expulit eos de paradiso ut qui
nudi et expediti et absque ulla ma
cula virgines domini consorcio frue//
bantur. deiecti in valle lacrimarum
tunicis consutis et pelliciis vestirentur.
Sed ne lectorem diucius morer. sequar
vestigia particionis exposite. et ad
uersus singulas proposiciones eius scrip
turarum vel maxime inter testimoniis
ne querulus garriat se eloquencia
magis quam veritate superatum. Quod si ex
pleuero. et illum utriusque instrumenti nube
oppressero assumam exempla secularis
quoque litteratue: ad quam et ipse
prouocat. docuitque eciam inter philosophos et egre
gios in re publica viros virtutes volup//
tatibus id est pitagoram et platonem
et aristidem. aristippo. et epicuro et
alcibiadi ab omnibus solere preferri
vos queso utriusque sexus virgines et
continentes mariti quoque et digami
ut conatus meos oracionibus adiuuetis.
Cunctorum in commune iouinianus hos
tis est. Quorum ego oracionibus indigeo
et quos adiutores mei operis precor

Adam
Eva

ructum manichei errorem dampnare
commoueo. Nam quia qualia omnia
asserit merita tam virginitati facit in
iuriam dum eam nupciis comparat
quam et nupciis sic castitatis assensus
ut secunda et tercia matrimonia. Sed et
meos digamus et trigamus ad uscuiusque
ibi ponens scortatores quondam et li
bidinosissimos post penitenciam ubi dupli//
cata et triplicata matrimonia. Nisi quod
meo digami et trigami dolere non
debent. quia idem scortator et peni//
tens in regno celorum etiam virginibus
adequatur. proponam igitur manu
festioribus verbis et habentibus a//
liquam consequenciam argumenta
eius et exempla de nupciis eodemque
ordine omnia quo ab eo dicta sunt di
geram nec molestum lectori sit si
nauseam eius et vomitum legere com
pellatur. Libencius antidotum xpi
bibet cum diaboli venena presserint.
Audite pacienter virgines. Audite quaeso
voluptuosissimum concionatorem.
Immo quasi syrenarum cantus et fabu
lis clausa aure transite. veras fert te
paulisper iniurias. putate vos cum
domino crucifixas phariseorum audire
blasphemias. prima inquit dei sentencia
est propter quod dimittet homo patrem suum
et matrem suam. et adherebit vxori sue
et erunt duo in carne vna. Et ne for//
sitan diceremus hoc scriptum in veteri
testamento asserit a domino quoque id ipsum
in euangelio confirmari. quod deus
coniunxit homo non separet. Statimque
subnectit crescite et multiplicamini
et replete terram et per ordinem replicat
seth. enos. caynan. malaleel. iareth
et enoch matusalem. lamech. noe
omnes habuisse vxores et ex dei sentencia
filios procreasse quasi generacionis or//
do et historia condicionis humane
sine coniugibus et liberis poterit e//
narrari. Iste est inquit enoch. qui
ambulauit cum deo. et raptus in celum
est. Iste noe: qui cum essent ubique vir//
gines propter etatem. solus cum filiis et
vxoribus naufragio orbe seruatus
est. Rursum post diluuium quasi al
tero principio generis humani vi
rorum et vxorum paria iunguntur
et ex integro generacionis instauratur
benediccio. crescite et multiplicamini
et replete terram. Insuper etiam come
dendarum carnium licencia relaxatur
et omne quod mouetur vobis erit in
escam sicut olera herbarum dedi vobis
vniuersa. Currit ad abraam. ysaac
et iacob. Equibus per trigamus. sedes

CXXII
a

monogamus. tercius quatuor uxorum
est lie rachel. balle et zelphe. et
asserit abraham ob fidei meritum
benedictionem in generacione filii sui
recepisse. Saram in typo ecclesie cum defe
cerant muliebria maledictum sterili
tatis per his benedictione mutasse. Quod
rebecca iecit quasi prophete interrogare
dominum / et audierit ab eo. due gentes et
duo populi in utero tuo / Quod iacob
in uxore seruierit et existimante rachel
virum esse dare liberos ac dicente da
michi liberos. sin autem moriar
responderit. numquid pro deo ego sum
qui te conclusit. Intantum inquit sciebat
fructus nuptiarum esse domini non ma
riti. Quod ioseph. vir sanctus ac castis
simus et omnes patriarche uxores habu
erint quibus equaliter per moysem be
nedicat deus. Iudam quoque proponit
et thamar et onan, onan percu
sit a domino. quia fratri inuidens semen nup
tiarum opera perdebat. Moysen proponit
et marie lepram. que fratri pro uxore
detrahens iusto dei ulcione percussa
est. Laudat sampson / et uxorum
nazareum interis effert peronijs deb
boram quoque replicat et barach
qui absque uirginitatis bonis zizaram
et iabin et currus ferreos debella
runt. Iahel uxorem taber cinei du
cit in medium et palo armatam perdi
cat manum. Inter iepte patrem et vir
ginem filiam que immolata sit domino
dicit nullam fuisse distanciam quin
potius fidem parentis prefert ei que
tesa sit lugens. venit ad samuhel al
terum nazareum domini qui ab infancia
nutritus in tabernaculo est et vestitus
ephod bad quod interpretatur vestibus
lineis / dicitque cum filios procreasse nec
sacerdotalem pudiciciam uxoris contami
quinatam esse complexu. Booz. cum
sua ruth moabitea collocat et iesse ad
dauid inde producit / Primumque dauid
ducentis preputijs eciam cum vite periculo
refert regis filie quesisse contubium.
Quid dicam de salomone qui ponitur
in cathologo maritorum in ymaginem
asserit saluatoris et de illo esse mul
scriptum deus iudicium tuum regi da: et
iusticiam tuam filio regis et dabitur
ei de auro arabie. et orabunt pro eo
semper. At repente transit ad helyam
et heliseum et narrat quasi grande
misterium quod requieuit spiritus helie
in heliseum et hoc cur dixerit tacet
nisi forte helyam quoque et heliseum
arbitratur habuisse uxores. Tran
sit ad ezechiam et cum in eius lau

dibus immoretur. miror autem oblitus sit a
modo filios faciam Iosiam virum iustis
simum sub quo in templo deuteronomij
liber repertus est ab olda uxore sellum
instructum refert. danielem quoque et tres
pueros inter maritos numerat / et eua
gelium repente transcendens zachari
am et elizabeth / petrum ponit et socrum
eius ceterosque apostolos et consequenter in
fert dicens. Si autem noluerit assume
re vana defensionem et obtendere quod
rudis mundus indiguerit incremento
audiant paulum loquentem. Adulescen
tiores viduas volo nubere. et hono
rabiles nuptie. et cubile immacula
tum. et mulier alligata est viro quamdiu
diu viuit vir eius si autem vir mortuus
fuerit. nubat cui vult tantum in domino. Et
adam non est seductus mulier autem
seducta facta est in preuaricacionem.
salua autem fiet per filiorum generacionem
sed si permanserit in fide et dilectione
et sanctificacione cum sobrietate. Cer
te cessat hic illud apostolicum et qui
habent uxores sic sint quasi non ha
beant nisi forte dicetis propterea vult
eas nubere quia iam quedam conuer
se sunt retro post sathanam quasi ex
virginibus nulla cadat / et non sit cari
maior ruina ex quo manifestum est
vos manicheorum dogma sectari pro
hibencium nubere et vesci cibis quos
deus creauit advertendum cauteriatam
habencium consciam et post multa que
nunc ocio sum est reuoluere excitit se
quasi in locum rethorum et facit astro
pham ad virginem dicens Non facio
tibi virgo in iniuriam elegisti pudici
ciam propter presentem necessitatem placuit
tibi ut esses sancta corpore et spiritu ne
superbias eiusdem ecclesie membrum es
cuius et nupte sunt. Prolixius fortasse
fuerim in exposicione proposicionum eius
et legenti fastidium fecerim sed vtile
ratus sum cuncta molimina eius
quasi instructam aciem contra me
ponere / et totum hostilem exercitum cum
suis turmis ac ducibus congregare
ne post primam victoriam alia michi
de integro prelia nascerentur. Igitur non di
micabo contra singulos nec pauca re
ero passim congressione contentus
Toto certandum est agmine et more po
siti hostium cunei ac latrocinij more
pugnantes instructa et ordinata
acie repellendi. opponam in prima fron
te apostolum paulum et quasi fortissimum
ducem suis telis idest suis armabo
sententijs. Tractantibus enim super hac
questione corinthijs plenissime

respondit doctor gencium et magister ecclesie
Quidquid autem statuerit. hoc Christus in illo lo
quentis legem putemus. simulque ne lec
toris tacita cogitacio cum cepimus singula
que proposita sunt diluere semper ad apostolum
se reservat et studio validissimarum questionum
omnium priora negligens ad extrema festi
net. Inter cetera corinthii per litteras quesierant
utrum post fidem Christi celebes esse deberent
et continencie causa quas habebant
uxores dimitterent. An si virgines credi
dissent inirent matrimonia et cum eduo
bus ethnicis unus credidisset in Christum
utrum nam credens relinqueret non cre
dentem et si esset ducende uxores et
anas cum accipi iuberet an et ethni
cas. Videamus igitur quid ad hec pau
lus rescripserit. De his autem que scripsistis
michi bonum est homini mulierem non
tangere propter fornicationem autem unus
quisque uxorem suam habeat et una quequi
que virum suum habeat. Uxori vir debitum
reddat similiter et uxor viro. Uxor proprii cor
poris non habet potestatem sed vir. Similiter
et vir sui corporis non habet potestatem
sed uxor. Nolite fraudare invicem
nisi forte ex consensu ad tempus ut
vacetis oracioni et iterum ad idipsum reddite
ne temptet vos sathanas propter inconti
nenciam vestram. Hoc autem dico iuxta
indulgenciam non iuxta imperium. Vo
lo enim omnes homines esse et meipsum
sed unusquisque proprium donum habet
ex deo. alius quidem sic. alius autem
sic. Dico autem innuptis et viduis
bonum est eis si sic permanserit ut ego
Si autem se non continent nubant. Melius
est enim nubere quam uri. Revertamur
ad caput testimonii. Bonum est inquit
homini mulierem non tangere. Si
bonum est mulierem non tangere, malum
est ergo tangere. Nichil enim bono
contrarium est nisi malum. Si autem malum
est et ignoscitur. ideo conceditur. ne
quid malo deterius fiat. Quale autem
illud bonum est quod conditione deterio
ris conceditur. Nunquam enim subie
cisset. unusquisque uxorem suam habeat
nisi premisisset propter fornicationes autem.
Tolle fornicationes et non dicet unus
quisque uxorem suam habeat. Velut
si quis diffiniat. bonum est tritici vesci
pane et edere purissima simila. tamen
ne quis compulsus fame comedat
stercus bubulum concedo ei ut vescatur
et ordeo. Nunquid ideo frumentum
non habebit puritatem suam si fimo
ordeum preferatur. Bonum est illud na
turaliter quod comparacione non habet
mali. quod prelatione alterius non ob

umbratur. Simulque animadvertenda
apostoli prudencia non dixit bonum est ux
orem non habere. sed bonum est mulierem
non tangere. Quasi et in tactu periculum
sit. quasi qui illam tetigerit non
evadat. que viriorum preciosas animas ca
pit. que facit adolescenciam evolare
corda. Alligabit quis in sinu ignem
et non comburetur. Aut ambulabit
super carbones ignis et non ardebit.
Quomodo igitur qui ignem tetigerit
statim aduritur. ita viri tactus et
femine sentit naturam suam et diver
sitatem sexus intelligit. Narrant
et gentilium fabule mithram et eric
tonium vel in lapide vel in terra de solo
estu libidinis esse generatos. Unde et
noster ioseph quia tangere illum vole
bat egiptia fugit e manibus eius
et quasi ad morsum rabidissime ca
nis ne paulisper virus serperet pallium
quod tetigerat abiecit. Propter for
nicationem autem unusquisque uxorem
suam habeat et una queque virum suum
habeat. Non dixit propter fornicationem
unusquisque ducat uxorem. Alioquin
hac excusatione libidini frena lax
asset ut quocienscumque uxor mortua
fuerit. totiens ducenda sit alia ne fornicetur.
Sed unusquisque uxorem suam habeat
suam inquit habeat. sua utatur quam
habebat antequam crederet. Qua
bonum erat non tangere. et post fidem
Christi sororem tantum nosse non coniugem
nisi fornicatio tactum eius excusa
bilem faceret. Uxor proprii corporis
non habet potestatem. sed vir. Similiter
et vir corporis sui non habet potestatem
sed uxor. Omnis hec questio est de
hiis qui in matrimonio sunt. An eis
liceat uxores dimittere quod et
dominus in euangelio prohibuit. Unde et
apostolus Bonum est ait homini mulierem
non tangere. Sed quia qui semel
duxit uxorem. nisi ex consensu se non
valet abstinere nec dare repudium
non peccanti. reddat coniugi debitum
sponte quippe se alligavit. ut red
dere cogeretur. Nolite fraudare
invicem: nisi forte ex consensu ad
tempus ut vacetis oracioni. Oro te quale
illud bonum est quod orare prohi
bet. quod corpus Christi accipere non
permittit. Quamdiu impleo mariti
officium non impleo continentis. Iu
bet idem apostolus in alio loco ut semper
oremus. Si semper orandum est nunquam
ergo coniugi serviendum. Quamvis quoti
diecumque uxori debitum reddo orare
non possum. Petrus apostolus experimentum

Lxxiii a

ioseph

b

Non hoc dicit debere intelligi quod matrimonium est adeunti remedium fornicacionis vitandum sed non potest cum officio ut colligitur gen. i. et ii. c.

habens coniugalium vinculorum inde quomodo informet ecclesiam quid doceat varios. Similiter viri cohabitantes iuxta scientiam quasi infirmiori vasculo muliebri tribuentes honorem et sicut coheredes multiplicis gratie ut non impediantur orationes vestre. Eccc eodem sensu quia eodem et spiritu impediri dicit orationes officio coniugali. Quod autem ait similiter ad ita admonitationem provocavit viros quia iam supra uxoribus preceperat dicens ut videant viri in timore castam conversationem vestram. Quarum sit non exterius compositio crinium et districtio auri et in cultu vestis ornatus. sed absconditus cordis homo in incorruptione mitis et silentis spiritus hoc est coram deo pla[ce]t. Cernis quale coniugium inter viros et uxores esse precipiat. Cohabitantes iuxta scientiam et noverint quid velit quid desideret deus et tribuant honorem vasculo muliebri. Si abstinemus nos a coytu honorem tribuimus uxoribus. Si non abstinemus perspicuum est honori contrariam esse contumeliam. Ad uxores quoque ut videant inquit viri castam conversationem vestram et ornatum in abscondito cordis hominis in incorruptione mitis et silentis spiritus. O vere digna vox apostoli et petra christi. Maritis uxoribus que dat legem et dampnato cunctis ornatu castitatem predicat et ornatum interioris hominis in incorruptione mitis et silentis spiritus. Quodammodo hoc dicens quoniam exterior vir homo corruptus est et beatitudinem incorruptionis que propria virginum est habere desistis imitamini incorruptionem spiritus saltem per seram abstinentiam et quod corpore non potestis mente prestate. Has enim christus divitias et hos vestre coniunctionis querit ornatus. Verum ne quis putet ex eo quod sequitur ut vacetis orationi et iterum ad ipsum redite apostolum hoc velle et non propter maiorem ruinam condere statim infert Ne temptet vos sathanas propter incontinentiam vestram. pulchra ammirandum indulgentia et iterum ad ipsum quod erubescat suo vocare nomine. quod temptationi prefert sathane. Quod causam habet in continentia laboramus quasi obscurum disserere tum exposuerit se ipse qui scripsit Hoc autem inquit dico secundum indulgentiam non iuxta imperium. et musitamus adhuc nuptias non vocare indulgentiam sed preceptum. quasi non eodem modo et secunda et tercia matrimonia concedantur quasi non fornicatoribus per penitentiam fores aperiantur ecclesie quodque his est maius incestis. Nam illum violatorem noverce quem in prima ad corinthios epistola tradiderat sathane in interitum carnis ut spiritus salvus fieret in secunda recepit et ne habundantiori tristicia absorbeatur sic laborat. Aliud est velle quid apostolum aliud ignoscere. In voluntate promeremur in venia abutimur. Vis scire quid velit apostolus iunge quod sequitur volo autem omnes homines esse ut me ipsum. Beatus qui pauli similis fuerit. Felix qui audit apostolum precipientem non ignoscentem. Hoc inquit volo hoc desidero ut imitatores mei sitis. sicut et ego christi. Ille virgo de virgine de incorrupta incorruptus. Nos quia homines sumus et nativitatem salvatoris non possumus imitari. imitemur saltem conversationem. Illud divinitatis est et beatitudinis. hoc humane conditionis est et laboris. volo omnes homines similes mei esse et dum mei similes sunt. similes fiant et christi cui ego similis sum. Qui enim in christo credit. debet sicut ille ambulavit et ipse ambulare. Sed unusquisque proprium habet donum ex deo. Alius quidem sic. alius autem sic. Quid inquit velit perspicuum est. Sed quoniam in ecclesia diversa sunt dona. concedo et nuptias ne videar dampnare naturam. Simulque considera quod aliud donum virginitatis sit aliud nuptiarum. Si enim eadem esset merces nuptarum et virginum. nunquam dixisset post preceptum continentie sed unusquisque proprium habet donum ex deo alius quidem sic alius autem sic. Ubi proprietas singulorum est ibi alterutrius diversitas. Concedo et nuptias esse dei donum sed inter donum et donum magna diversitas est. Denique et apostolus de eodem post incestum penitente et confusio inquit donate ei et consolamini et si cui quid donastis et ego. Et ne putaremus donum hominis contempnendum addidit Nam et ego quod donavi. si quid donavi propter vos coram christo diversa sunt dona christi. Unde et Joseph in typo eius variam habebat tunicam et in psalmo xliiii° Astitit regina a dextris eius in vestitu deaurato circumdata varietate. Et petrus apostolus. sicut coheredes

Quid sit tribuere honorem vasculo muliebri

De violatore noverce

Quid sit in[t]elle[gere] quid apostolum et ignoscere

Cxxiii
a

ait multiplicis gratie quod significantius
grece dicitur Πολυκοιλια id est varie
Sequitur dico autem nuptis et viduis
bonum est eis si sic permanserint ut ego
Si autem non se continent nubant Melius
est autem nubere quam uri postquam nuptis
concesserat usum coniugii et ostende
rat se quid vellet et quid ne conce
deret transit ad nuptias et viduas et
sui proponit exemplum / et felices
vocat si sic permanserint. Si autem
non se continent nubant Idipsum quod
supra propter fornicationes autem et ne
temptet vos sathanas propter concupis[incontinentiam]
centiam vestram redditque causam cur
dixerit. si non se continent nubant
melius est nubere quam uri Ideo melius
est nubere / quia peius est uri. Tolle
ardorem libidinis et non dicet melius
est nubere. Melius semper ad comparationem
deterioris respicit non ad simplicitatem
incomparabilis per se boni. velut si di
ceret Melius est unum oculum habere quam
nullum Melius est uno niti pede et
alteram corporis partem baculo sus
tentare quam fractis cruribus repere
Quid agis apostole non tibi credo dicenti
et si imperitus sermone non tamen sci
entia Quomodo illud de humilitate des
cendit qui non sum dignus vocari
apostolus. et michi minimo omnium apostolorum
et tamquam abortivo sit et hoc humili
tatis dictum puto Nosti sermonum pro
prietates Quamobrem et de Pirme
dine et Meandro. et de Aratro que
dam sumis testimonia ubi de con
tinentia loquitur et virginitate bonum
est ais homini mulierem non tangere
et bonum est ais si sic permanserint ut
ego Et puto hoc bonum esse eis propter
instantem necessitatem Et quia bonum
est homini sic esse. ubi ad nuptias
venit non dicis bonum est nubere quia
non potes iungere quam uri. Si per se bone
nuptie sunt noli illas incendio com
parare sed dic simpliciter bonum est
nubere Suspecta est michi boni
tas eius rei quam magnitudo al
terius mali malum esse cogit inferioris
Ego autem levius non melius malum
sed simplex per se bonum volo. Huiusque
primum capitulum edissertum est / veniamus
ad sequentia His autem qui matrimo
nio iuncti sunt precipio non ego sed dominus
uxorem a viro non discedere. Quod
si discesserit manere innuptam aut
viro suo reconciliari et vir uxorem
non dimittat Illam ceteris ego dico non
dominus Si quis frater uxorem habet in
fidelem et hec consentit habitare

cum illo non dimittat illam et cetera
usque ad eum locum ubi ait unusquis
que sicut vocavit enim dominus ita ambu
let. et sicut in omnibus ecclesiis do
ceo / Hic locus ad presentem controver
siam non pertinet. docet enim Iuxta
sententiam domini uxorem excepta causa for
nicationis non repudiandam et repu
diatam vivo marito alteri non nubere
Aut certe viro suo debere reconci
liari. his autem quos in matrimonio
deprehendisset fides hoc est si unus
credidisset e duobus precipit ne credens
repudiet non credentem. Causisque
expositis quod candidatus fidei in
fidelis si nolit a credente discedere
E contrario iubet si infidelis repu
diet fidelem propter fidem Christi discedere
debere credentem / nec coniugem pre
ferre Christo cui etiam anima post
ponenda est. At nunc plerique contemp
nentes apostoli iussionem iunguntur
legibus et templa Christi ydolis pro
stituunt / nec intelligunt se eius cor
poris partem eius et coste sunt. Ig
noscit apostolus infidelium coniunctioni quae
habentes maritos in Christum postea
crediderunt non his que cum Christiane
essent nupserunt gentilibus. Ad
quas alibi loquitur Nolite iugum
ducere cum infidelibus. Que enim
participatio iusticie cum iniquitate
Aut que societas luci ad tenebras
Que autem conventio Christi et belial
Aut que pars fideli cum infideli
Qui autem consensus templo dei
cum ydolis / Vos enim templum dei vi
vi. Licet in me sentencias sanctam plurimas
matronarum licet eadem impudencia
sua qua dominum contempserunt impu
litem et omnium Christianorum minimum de
bachaturas / tamen dicam quod
sentio loquar quod me apostolus do
cuit non illas iusticie esse sed iniqui
tatis non lucis sed tenebrarum non Christi
sed belie non templa dei viventis / sed
fana et ydola mortuorum / Vis apertius
discere quod Christiane omnino non liceat
ethnico nubere Audi eundem a
postolum. Mulier inquit alligata est quanto
tempore vir eius vivit Quod si dor
mierit vir eius liberata est cui vult
nubat tantum in domino id est cum Christiano
Qui secundas nuptias trinasque concedit
in domino primas cum ethnico prohibet
Unde et abraham adiurat servum
femore suo hoc est in Christo qui de
eius erat semine nasciturus ut fi
lio suo ysaac alienigenam non
adducat uxorem et Ezras offensum

de sequela apostoli cum exemplo
de lege coniugii
abraham

di him. eiusmodi uxor repudiatae coges
cit. Et malachias ppha preuaricatus
est inquit iudas et abhominatione
fecit in isrl et ierlm polluit qm scm
dni et dilexit et habuit filiam dei
alieni. disperdat dns uiru qui fecit
hoc magistrum et discipulu de tabna
culis iacob et offerentem munera do
mino uirtutu hec ideo dixi ut qui nup
cias virginitati conparant sciant
saltim tales nuptias digamie et
trigamie subiciendas. Ad superiore
disputatione in qua docuerat fide
lem ab infideli no debere discede
sed pmanere in mtrimonio sicut eos
inuenisset fides. et unumqueqz ul
celibem uel maritu ita durare ut
eet xpi baptismate dephensus In
fert subito parabolas circucisi et
ethnici serui et liberi et sub METAΦOPA corporis de nuptis disputat et
innuptis. Circucisus aliquis uoca
tus est no adducat ppuciu In ppu
cio uocatus est no circumcidatur
circucisio nichil est et ppuciu nichil
est sed obseruatio madatorum dei
unusquisqz in qua uocatione uoca
tus est in ea pmaneat. Seruus uoca
tus es no sit tibi cure sed et si potes
liber fieri magis utere Qui enim
in dno uocatus est seruus libertus e
dni Similit et qui liber uocatus e
seruus est xpi. Precio empti estis noli
te fieri serui hominu unusquisqz in
quo uocatus est fr in eo pmaneat
apud deum. Ac primu quia nonnullos
hanc intelligentiam reprehensuros
arbitror interrogare libet que sit co
sequentia ut de maritis et uxoribus
disputans repente transiret ad con
parationem iudei et ethnici serui et li
beri. Et rursum ac disputatione fi
nita rediret ad virgines dicens. De v
ginib9 aut preceptum dni no habeo
Quid sibi uult inter coniugia et virgi
nitatem. Iudei et ethnici serui libe
riqz collatio. Sedo quomo posset
intelligi circucisus aliquis uocat9
est. no adducat ppuciu. in quid q
semel amputatum habet ppuciu
pot si uelit rursus illud adducere
deinde quo sensu exponendu sit
qui eni in domino uocatus e seruus
libertus e dni. Similit qui liber uo
catus est seruus est xpi. Quarto q°
modo ille qui precipit seruis. seruire dnis
carnalibus nunc dicat nolite fieri
serui hominu. Ad extremu quid ptineat
ad seruitutem uel circucisionem. u
nusquisqz in quo uocatus e frat

in eo pmaneat apud deum. Jam et conci
num est superiori sermoni. Si eni audiuim9
illu nolite fieri serui hominu quia racoe
possumus in ea pmanere uocatioe
qua uocati sumus. Cu multi credide
rint habentes carnales dnos quib9
nunc seruire prohibent. Porro ad cir
cucisionem quid facit pmanere in
ea uocatione in qua uocati sumus
cu in alio loco idem aplus clamitet
Ecce ego paulus dico uobis qm si cir
cucidemini xpus uobis nichil proderit
. Restat igitur ut circucisio et ppuciu
seruus et liber superiori sensui coap
tentur et de antecedentibus pende
ant. Circucisus aliquis uocatus est
no adducat ppuciu Eo inquit tepe
quo uocatus es et credidisti in xpm
si circucisus uocatus es ab uxore
et celebs eras noli ducere uxorem
hoc est noli adducere ppuciu ne
circucisionis et pudicitie libtate
onerес sarcina nuptiarum. Rursu
si in ppucio quis uocatus est no
circucidatur. habebas inquit
uxorem cu credidisti. noli fidem xpi
causam putare discidij. quia in
pace nos uocauit deus. Circucisio
nichil est et ppuciu nichil est. sed
obseruatio mandatorum dei. Nichil
eni prodest absqz opibus celibat9
et nuptie cum etia fides que ppe
xanorum est si opa no habuerit mor
tua esse dicatur et hac lege virgines
queqz uestite et pnomis minime
sanctarum que dut ordine nomina
unusquisqz in qua uocatione uo
catus est in ea pmaneat in quo
uocatus est. Ac phoc no tam virgines
cogit ut nubant qm repudia pro
hibet et sicut hntibus uxores tollit
licenciam dimittendi eas sic virgib9
nubendi amputat facultatem Ser
uus uocatus es no sit tibi cure
sed si potes liber fieri magis utere
Etiam si habes inquit uxorem et
illi alligatus es et soluis debitu
et no habes tui corporis ptatem
atqz ut manifestius loquar seruus
uxoris es noli ppt hoc habere tristicia
nec de amissa virginitate suspires
sed etiam si potes causas aliquas
inuenire discidij ut libtate pudi
citie pfruaris. Noli salutem tua
cu alterius interitu querere. Habe
to paulisp uxorem nec pcurras
morantem expecta dum sequitur
si egerit patienter coniux mutabitur
in sororem. Qui eni in dno uoca
tus est seruus libertus est domini

Marginalia: objectum ... | .Cxxv. a | b | c

similiter qui liber vocatus est servus
est Christi. Reddit causas cur nolit uxo
res deseri. In Christo ait precipio ut in
Christum de gentilitate credentes in ita
ante fidem matrimonia non relin
quant. quia qui uxorem habens cre
didit non tanto dei fructu detinetur
quanto virgines et innupte. sed quo
dammodo est liber et servitutis illi fre
na laxantur et dum uxoris est
servus ut ita dicam libertus est
domini. porro qui uxorem non habens
credidit et liber a servitute con
iugii vocatus a domino est iste vere servus
est Christi. Quanta felicitas non uxoris
servum esse sed Christi non carni servire
sed spiritui qui enim adheret domino unus
est spiritus. Ac ne forsitan in eo quod
supra dixerat servus vocatus es non sit
tibi cure sed si potes liber fieri ma
gis utere. sugillasse continentiam
videretur. et in famulatum nos tra
didisse coniugum infert sententiam que
omnem cavillationem amputet.
Precio empti estis: nolite fieri ser
vi hominum. Redempti sumus preciosissi
mo Christi sanguine. Immolatus est pro
nobis agnus et aspersi calidissimo ro
re ysopi omnem pituitam noxie vo
luptatis excoximus. Quibus in bap
tismate mortuus est pharao et u
niversus eius suffocatus exercitus
cur rursum egiptum querimus et
post mannam angelorum cibos al
lia et cepe et pepones et carnes
varias suspiramus. Maritorum et con
tinentium disputatione premissa tandem
ad virgines venit et ait de virgini
bus autem preceptum domini non habeo con
silium autem do tamquam misericordiam conse
cutus a domino ut sim fidelis. Existimo
ergo hoc bonum esse propter instantem ne
cessitatem. Hic adversarius tota
exultatione bacchatur. hoc velut
fortissimo ariete virginitatis mu
rum quatiens. Ecce inquit apostolus
profitetur de virginibus domini se non habere
preceptum et qui cum auctoritate de maritis
et uxoribus iusserat. non audet im
perare quod dominus non precepit. Et recte.
Quod enim precipitur imperatur quod
imperatur necesse est fieri. et quod
necesse est fieri nisi fiat penam habet
frustra enim iubetur quod in arbitrio
eius ponitur cui iussum est. Si virginita
tem dominus imperasset videbatur nup
tias condempnare et hominum auffer
re seminarium unde et ipsa virgini
tas nascitur. Si precidisset radicem
quomodo fruges quereret. Nisi ante fun
damenta iecisset qua ratione edificium
extrueret et opertum tecta desuper
culmine imponeret. Multo labore
fossorum subvertuntur montes. Multo
labore fossorum subvertuntur montes
terrarum penetralia penetrantur
ut inveniatur aurum. Cumque de granis
minutissimis prius conflatione
fornacis deinde callidi artificis manu
fuerit monile compactum. non ille
beatus vocatur qui de luto excussit aurum
sed qui auri utitur pulchritudine.
Noli igitur admirari si inter titilla
tiones carnis et incentiva viciorum
angelorum vita non exigimur sed do
cemur. quia ubi consilium datur of
ferentis arbitrium est ubi preceptum
necessitas servientis. Preceptum inquit
domini non habeo consilium autem do tam
quam misericordiam consecutus a domino. Si autem
non habes preceptum domini quare au
des dare consilium de quo non habes
iussionem. Respondebit michi a
postolus. Et vis ut ego iubeam quod dominus
obtulit potius quam precepit. Ille crea
tor et figulus sciens fragilitatem
vasculi quod operatus est. virgini
tatem in audientis potestate dimisit
et ego doctor gentium qui omnibus
omnia factus sum ut omnes lucrifa
ciam onus perpetue castitatis stati
in principio credentium imponam
cervicibus infirmorum. discant pri
us ferias nuptiarum vacent ad tem
pus orationi. ut accepto gustu pudi
cicie semper habere desiderent quod
ad modicum delectati sunt. Dominus
temptatus a phariseis utrum secundum
legem moysi uxores liceret di
mittere omnino fieri prohibuit.
Et discipuli considerantes dixerunt
ei. Si talis est causa hominis cum
uxore non expedit nubere. Quibus
ille respondit. Non omnes capiunt verbum sed
quibus datum est. Sunt enim eunuchi
qui de utero matris nati sunt et sunt
eunuchi qui eunuchizati sunt ab
hominibus et sunt eunuchi qui se cas
traverunt propter regnum celorum qui potest ca
pere capiat. In propatulo est cur apostolus
dixerit de virginibus autem preceptum
domini non habeo. profecto quia premise
rat dominus non omnes capiant verbum sed
quibus datum est et qui potest ca
pere capiat. proponit agonothe
tes premium invitat ad cursum
tenet in manu virginitatis bravium
ostendit purissimum fontem et clami
tat. Qui sitit veniat et bibat qui
potest capere capiat. Non dicit velitis

molestasse

pituita dicitur humor noxius et fetidus corporis que quidem [illegible] pituita [illegible] vocant [illegible]

mortalis peccat vehemens contra precepta

optima similitudo

monile id est ornamentum mulieris a muniendo dictum

CXXVI

a

b

nolitis bibendū uobis ē atq currendū
sed qui voluerit qui potuerit currere
atq portare. ille vincit ille satiabitur
Et ideo plus amat virgines xpus quia
sponte tribuunt qd sibi nō fuerat Impa
tum / maioris q grē est offerre qd
nō debeas quia reddere qd exigeris
Apli vxoris onere contemplato. si
talis ē inquiunt causa hominis cū vxo
re nō expedit nubere. Quoꝝ dns
snām probans. recte quidem ait
sentitis. qd nō expediat homini
ad celoꝝ regna tendenti accipere
vxorem. sed difficilis res est. nō
oms capiunt verbum istud ꝟm qui
bus datum est. Alios eunuchos na
tura facit alios ius hominum. Michi il
li eunuchi placent quos castrat
nō ncītas sed voluntas. Libenter il
los in meos recipio sinus qui se cas
trauerit ꝑ regnū celoꝝ et ob meū
cultum noluerint ēē qd nati sunt
Simul q tractanda snīa qui se in
quit castrauerit ꝑ regnū celorum
si castrati mercedem habent reg
na celorum ergo qui se nō castra
uerit: locum nō pōt accipere cas
tratorum. Qui potest inquit cape
capiat Grandis fidei est. Grandis
q virtutis templū dei ēē purissimū
totum se holocaustū offerre dnō
et iuxta eundē aplm ēē sanctum et corꝑe
et spū. Hij sunt eunuchi qui se lignū
aridū ob sterilitatem putantes et
audiunt ꝑ ysaiam quod pro filijs et
filiabus locū hēant in celis ꝑpatū
horum typus est abdemelech eunu
chus in ieremia et spado ille regi
ne candacis. Et in actibus aploꝝ qui
ob robur fidei viri nomē obtinuit. Ad
hos et clemens successor apli petri
cuius paulus meminit scribit eplas
omneq pene sermonē suū de virgini
tatis puritate contexuit et deinceps
multi aplici et martires et illustres
tam in sanctitate quā in eloquentia
viri quos expertus scitis nosse pfi
ciale est Existimo inquit hoc bonū
esse ꝑ instantē ncītatem. Que
est ista ncītas que spreto vinclo
coniugali virginitatis appetit libr
tatem. ve ꝑgnantibus et nutrienti
bus in illo die. Non hic scorta. nō
lupanaria condempnantur de
quoꝝ dampnatōe nulla dubitatio
est / sed vteri tumētes et infantū
vagitus et fructus atq opera nuptia
rum Omne bonū ē homini sic ēē
Si bonū est homini sic ēē malum
est ergo homini nō sic esse alligatus

es vxori noli querere solutionem. So
lutus es ab vxore noli querere vxo
rem / Habet vnusquisq suos ter
minos suos Redde michi meū et
tu tene tuū. Si alligatus es vxori ne
illi des repudiū. Si solutus sum ab
vxore nō queram vxorem vt ego nō
soluo coniugia si semel ligata sunt
ita tu nō liges quod solutū est. Simul
q significancia considanda ꝟborum
est Qui vxorem habet et debitor dicitur
et ē in ꝑputiū et seruus vxoris et qd
malorum seruorum est alligatus Qui
aūt sine vxore est pmū nullius de
bitor. deinde circumcisus. tercio liber
ad extremū solutus. Curramus reli
qua neq enim nos patitur magni
tudo voluminis diucius in singulis
commorari. Si autem acceperis vxorē
nō peccasti. Aliud est nō peccare a
liud benefacere et si nupserit vir
go nō peccauit Non illa virgo que
se semel dei cultui dedicauit / Harum
enim si qua nupserit habebit damp
nationem. quia primam fidem irritā
fecit. Si autem hoc de viduis dictū
obiecerit quanto magis de virginibus
ꝑualebit Cum etiam hijs nō liceat
quibus aliquando licuit. virgines
enim que post consecrationem nup
serint nō tam adultere sunt quā
inceste Et ne videretur in eo quod
dixerat. et si nupserit virgo nō pec
cauit. rursum celibes ad nuptias
ꝑuocare: statim se restrinxit et a
liud inferendo infirmauit quod
concesserat dicens Tribulationē
tamē carnis habebunt huiusmodi
Qui sunt isti qui tribulationē carnis
habebunt. Quibus supra indulserat
si acceperis vxorem nō peccasti. et si
nupserit virgo nō peccauit tribu
lationem tū carnis habebunt huius
modi. Nos ignari rerum putamus
nuptias saltem carnis hēre licen
ciam. Si aūt in ibentibus etiam in car
ne tribulatio est in qua sola vide
bantur hēre delicias. quid erit reli
quū ꝑ quod nubant cum et in spū
et in aīa et in ipsa carne tribulatio
fit Ego autem vobis parco. Sic ait
ostendo carnis tribulationem quia
nō maiora sunt ꝑ que nubere nō
debeatis. Igitur hoc dico fratres tempus
breue est reliquū est ut et qui hñt
vxores sic sē sint tamquā nō ha
bentes Nequaquam iam de virginibus
disputo quos nulla ambiguitas
est esse felices Ad maritos venio
Tempus breue est dns ꝑpe etiam

caute considandum

Si decies centenis viveremus annis ut antiqui homines, tamen breve putandum esset quod haberet aliquando finem et esse cessaret. Sin vero tam brevis sit non tam leticia quam tribulatio nuptiarum. Quid accipimus uxores quas cito cogimur amittere? Et qui flent inquit et gaudent et emunt et utuntur hoc mundo, sic sint quasi non fleant, gaudeant, emant, utantur hoc mundo. Preterit enim figura huius mundi. Si mundus transit quo universa clauduntur, immo figura et conversatio huius mundi, quasi nubes preterit, inter cetera mundi opera et nuptie preteribunt. Neque enim post resurrectionem coniugia. Si autem mors finis est nuptiarum, cur necessitatem non voluntatem vertimus? Et quod multis extorquendum, cur spe premiorum non offerimus deo? Qui sine uxore est sollicitus est que sunt domini quomodo placeat ... [illegible] Qui cum uxore est sollicitus est que sunt mundi quomodo placeat uxori et divisus est. Videant amici virginis maritique distantias. Virgo domino, maritus uxori placere desiderat et ut uxori placeat sollicitus est de his que sunt mundi, que cum mundo utique transitura sunt. Et divisus est in multas scilicet partes sollicitudinum miseriarumque districtus. Non est huius loci nuptiarum angustias describere et quasi in communibus locis rethoricorum exultare sermone. Plenius super hac re contra Helvidium et in eo libro quem ad Eustochium scripsi arbitror absolutum. Certe et Tertullianus dum adhuc esset adolescentulus lusit in hac materia. Et preceptor meus Gregorius virginitatem et nuptias disserens grecis versibus explicavit. Nunc illud breviter ammoneo in latinis codicibus hunc locum ita legi: Divisa est mulier et virgo. Quod quamquam habeat suum sensum et a me quoque pro qualitate loci sit edisertum, tamen non est apostolice veritatis. Siquidem apostolus ita scripsit ut supra interpretatus sum: Qui cum uxore est sollicitus est que sunt mundi quomodo placeat uxori et divisus est. Et hac sententia diffinita transgreditur ad continentes et virgines et ait: Mulier innupta et virgo cogitat que sunt domini, ut sit sancta et corpore et spiritu. Non omnis innupta et virgo est. Que autem virgo utique et innupta. Quamquam ob elegantiam dictionis poterit id ipsum altero verbo repetere: Mulier innupta et virgo, vel certe definire voluisse quid esset innupta, id est virgo, ne eas putaremus innuptas nulli certo matrimonio copulatas. Quid ergo cogitat innupta et virgo? Que domini sunt, ut sit sancta et corpore et spiritu. Et si nichil aliud esset in nulla merces amplior virginem sequeretur, sufficeret ei hec sola prelatio cogitare que domini sunt. Statimque docet que sit ipsa cogitatio, ut sit sancta corpore et spiritu. Non enim quippe sunt virgines carne non spiritu, quarum corpus integrum est et anima corrupta. Sed illa virginitas hostia Christi est, cuius nec mentem cogitatio nec carnem libido maculavit. E contrario que nupta est cogitat que sunt mundi, quomodo placeat viro. Sicut qui uxorem habet sollicitus est que sunt mundi quomodo placeat uxori, sic nupta res mundi cogitat quomodo placeat viro. Nos autem non sumus de hoc mundo qui in maligno positus est, cuius figura preterit, de quo dicitur ad apostolos: Si essetis de hoc mundo amaret utique mundus quod suum erat. At ne forsitan putaretur omnis gravissimum castitatis nolentibus imponere, statim iungit causas suadendi et ait: Hoc autem ad utilitatem vestram dico, non ut laqueum vobis iniciam, sed ad id quod honestum est et intente facit servire domino absque ulla distinctione. Proprietatem grecam latinus sermo non explicat. Quibus enim verbis quis possit edicere: ΠΡΟΤ ΤΟΕΥ ΣΧΗ ΜΟΗ ΚΑΙΕ ΥΠΑΡΕΥΑ ΡΟΗ Τ ΩΚΩ ΑΠ ΕΡΙΟ ΝΑΤ ΤΩΣ. Unde et in latinis codicibus ob translationis difficultatem hoc penitus non invenitur. Utamur ergo in eo quod scimus. Non imponit nobis apostolus laqueum nec cogit esse quod nolumus, sed suadet quod honestum est et intente facit servire domino et semper esse sollicitam et expeditam paratam domini voluntatem, ut quid imperaverit quasi strenuus et armatus miles statim impleat quod preceptum est et hoc faciat sine ulla distentione, que data est Ecclesiaste hominibus huius mundi ut distendantur in ea. Si quis autem considerat virginem suam, id est carnem, lascivire et bullire in libidinem nec refrenare se potest, duplexque ei inminet necessitas

Marginalia: De uite brevitate — Breve tempus est quod aliquando finem habet — CXXVII a — Que sunt domini ... [illegible] — Alia diffinicio divisionis iam facte — b — c — virginitas ... [illegible]

aut accipiende coniugis aut vivendi quod vult faciat non peccat si ducat uxorem. faciat inquid quod vult non quod debet nec peccat si ducat uxorem non tamen bene facit si duxerit quia non quod debet facit sed quod vult. Nam qui statuit in corde suo firmus non habens necessitatem potestatem autem habens sue voluntatis et hoc iudicat in corde suo servare virginem suam bene facit. Igitur et qui matrimonio iungit virginem suam bene facit et qui non iungit melius facit. Significant et proprie supra dixerat quod ducit uxorem non peccat hic qui servat virginem suam bene facit. Aliud est autem non peccare aliud benefacere. Declina inquit a malo et fac bonum. Illud declinamus hoc sequimur. In altero initium in altero perfectio est. Unum ne in eo quod dixit et qui matrimonio iungit virginem suam bene facit extimet aliquis observacionem iteram non stare protinus hoc ipsum bonum extenuat et obumbrat comparatione melioris et dicit. Et qui non iungit melius facit. Verumquam promisisset bene fecit. Si nisi illaturus fuisset melius facit in numquam promisisset: bene facit. Ubi autem bonum et melius est ibi boni et melioris non unum est premium et ubi non unum est premium ibi utique dona diversa. Tantum est igitur inter nuptias et virginitatem quantum inter non peccare et bene facere. Immo et levius dicam quantum inter bonum et melius. Finita disputatione coniugiorum et virginitatis et inter utrumque tanto moderamine precep[torum] ut nec ad sinistram nec ad dextram diverteret sed via regia graderetur et illud impleret ne sis multum iustus rursus monogamiam digamie comparat. Et quomodo nuptias subdiderat virginitati ita digamiam primis nuptiis subicit et ait mulier alligata est quanto tempore vir eius vivit quod si dormierit vir eius liberata est cui vult nubat tantum in domino. Beatior autem erit si sic permanserit secundum meum consilium puto autem quod ego spiritum dei habeam. Concedit secundas nuptias sed volentibus sed hiis que continere non possunt ne luxuriate in Christo nubere velint habentes dampnationem quod primam fidem irritam fecerunt. Et hoc concedit quia multe abierunt retro post sathanan. Ceterum beatiores inquit erunt si sic permanserint. Continuoque subiungit apostolicam auctoritatem secundum

meum consilium. Porro ne auctoritas apostoli quasi hominis levior videretur addidit puto autem quod ego spiritum dei habeam. Ubi ad continenciam provocat ibi non hominis sed spiritus dei consilium est. Ubi autem nubendi concedit veniam spiritum dei non nominat sed prudentie librat consilium. Ita singulis relaxatis ut unusquisque secundum ferre potest. Et iuxta hunc sensum omnia illa accipienda. Illa que sub viro est mulier vivente viro alligata est legi si autem mortuus fuerit vir eius soluta est a lege viri. Igitur vivente viro vocabitur adultera si fuerit cum alio viro. Et illud ad Thimotheum. Volo ergo iuniores viduas nubere filios procreare matres familias esse nullam occasionem adversario dare maledicti gratia. Iam enim quedam converse sunt retro sathanan et reliqua hiis similia. Quomodo enim virginibus fornicacionis periculo concedit nuptias et excusabilem facit quod per se non appetitur ita eadem fornicationis concedit viduis secunda matrimonia. Melius est enim licet alterum et tercium unum virum nosse quam plurimos id est tollerabilius est uni homini prostitutam esse quam multis. Siquidem et illa in evangelio samaritana sextum maritum habere se dicens arguitur a domino quod non sit vir eius. Ubi enim numerus maritorum est ibi vir qui proprie unus est esse desistit. Una costa in principio in unam uxorem versa est et erunt inquit duo in carne una non tres neque quatuor alioquin non iam duo sed plures. Primus lamech sanguinarius atque homicida unam carnem in duas divisit uxores fratricidium ut digamiam eadem catha[c]lismi pena delevit. De alto septies de alto septuagies septies vindicatum est. Quantum tamen distant in numero tantum et crimine. Quam sancta sit digamia hinc ostenditur quod digamus ad clerum eligi non potest. Et idem apostolus ad Thimotheum. Vidua inquit eligatur non minus sexaginta annorum que fuerit unius viri uxor. Hic omne preceptum de hiis est viduis que ecclesie elemosinis et id circo etas prescribitur ut ille tantum accipiant pauperum cibos que iam laborare non possunt. Simulque considera quod que duos habuit viros etiam si anus est et decrepita et egens ecclesie stipes non meretur accipere. Si autem panis isti tollitur helemosine quanto

Cxxviii

a

b

magis ille panis qui de celo descen
dit quem qui indigne comederit re
us erit violati corporis et sanguinis
domini. Quamquam hec testimonia que
supra posui in quibus viduis conceditur
ut si velint denuo nubant, qui
dam interpretantur super hiis viduis quas
amissis maritis sic inuenerit fides
xpi. Hec consequens esset ut apostolus
post baptisma viro mortuo, iubeat
alteri nubere cum habentibus quoque
uxores preceperit ut sic sint tamquam
non habentes et ob hanc causam non esse ux
orum numerum definitum quia si
ante baptisma xpi etiam si tercia
et quarta uxor fuerit quasi prima re
putetur. Alioquin si post baptisma
primo mortuo accipitur secundus quare
non secundo et tercio et quarto et quinto
mortuis accipiatur sextus et reli
qua. Potest enim accidere ut infe
licitate quadam uel iudicio dei suc
cedentes nuptias repetitas adules
centula plures accipiat viros et cum
primo marito in extrema etate vi
ducetur. Primus adam monogamus
secundus aganius. Qui digamiam
probant exhibeant tercium adam
digamum quem sequantur. ALIOQUIN
OMNINO facit ut concesserit paulus
secundus matrimonia et eadem le
ge et tertia concedat et quarta et
quotienscumque vir moritur. Multa
compellitur apostolus velle que non
uult. Circumcidit thimotheum. ra
sit ipse caluicium impe. nudipedalia
exercuit comam nutriuit et totondit
in cenchris. Et certe castigauerat ga
lathas petrumque reprehendat quod
se propter obseruationes iudaicas a
gentibus separaret. Quomodo igitur
in ceteris ecclesie disciplinis iudeis
iudeus ethnicis ethnicus et omnibus
omnia factus est, ut omnes lucrifaceret
sic et digamiam concessit incontine
tibus. Nec nuptiarum numerum pre
finiuit ut dum viderent sibi mulie
res ita post mortem mariti secundum
concedi ut tertius quartusque con
ceditur erubescant alterum accipe
ne trigamis et quadrigamis con
parentur. Ubi enim unus exceditur
nichil refert aut secundus aut tercius
sit quia desinit esse monogamus.
Omnia licent, sed non omnia expe
diunt. Non damno digamos immo
nec trigamos et si dici potest octoga
mos plus aliquid inferam etiam
scortatorem recipio penitentem.
Quidquid equaliter licet equa lance

ponsandum est. Sed quoniam ad vetus nos
retrahit testamentum et incipiens ab a
dam ad zachariam et elizabeth perue
nit addemde opponit petrum et ceteros
apostolos, nos quoque debemus per eade
curre vestigia questionum et docere
castitatem semper opinione nuptiarum fuisse
platam. Et de adam et eua quidem
illud dicendum quod ante offensam
in paradiso virgines fuerint post
peccatum et extra paradisum protinus
nuptie. Dehinc quod hoc ipsum inter
pretetur apostolus propter hoc relinquet homo
patrem et matrem et adherebit uxori
sue et erunt duo in carne una statim
que subiungat. Sacramentum hoc magnum est
ego autem dico in xpo et in ecclesia.
Xpus in carne virgo in spiritu mono
gamus una etiam habet ecclesiam
de qua idem apostolus viri inquit dili
gite uxores uestras sicut et xpus ec
clesiam. Si xpus sancte si caste si
absque ulla macula ecclesiam diligit
viri quoque in castitate uxores suas
diligant et sciat unusquisque vas suum
possidere in sanctificatione et hono
re non in passionem desiderii sicut
et gentes que non ignorant deum.
Neque enim vocauit nos deus in immun
dicia sed in sanctificatione exuentes
nos veterem hominem cum actibus eius
et induentes nouum qui renouatur
in agnitionem iuxta imaginem crea
toris sui, ubi non est grecus et iudeus
circumcisio et preputium barbarus et
schita seruus et liber sed omnia in
omnibus xpus. Imago creatoris non
habet copulam nuptiarum, ubi diuer
sitas sexus aufertur et veteri homine
exuimur et induimur nouo: in xpo
renascimur in virgine qui et natus
ex virgine et renatus per virginem est.
Quod autem ait crescite et multiplicamini
et replete terram necesse fuit prius pla
tari siluam et crescere ut esset quod de
inceps posset excidi. Simulque conside
randa vis verbi et replete terram nup
tie terram implent virginitas para
disum. Sed et hoc intuendum dum
taxat iuxta ebraicam veritatem
quod cum scriptura in primo et tercio et
quarto et quinto et sexto die expletis
operibus singulorum dixerit et vidit
deus quia bonum est in secundo die hoc
omnino subtraxit nobis intelligentiam
dereliquens non esse bonum dupli
cem numerum qui ab unione di
uidat et prefigurat federa nuptiarum.
Unde et in archa noe omnia animalia
quecumque bina ingrediuntur inmunda sunt

CXXIX a

Impar numerus mundus est. Quamquam
in duplici numero ostendatur et aliud
sacramentum quod ne in bestiis quidem et
inmundis avibus digamia comprobata
sit. Prima enim et bina ingrediuntur in-
munda et septena que munda sunt ut ha-
beret noe post diluvium quod de impari
numero statim deo posset offerre. Si
autem transfertur enoch et servatur in
diluvio noe, non reor ideirco translatum
enoch quod uxorem habuerit sed
quod primus invocavit deum et credidit
in creatorem de quo paulus in epistola
ad hebreos plenissime docet. Porro
noe qui quasi secunda radix humano generi
servabatur utique cum uxore debuit
et filiis reservari quamquam in hoc mis-
terium scriptura sit. Archa illa iuxta apostolum
petrum typus ecclesie fuit in qua octo
anime salve facte sunt. Quando in-
greditur in archam noe tam ipse quam
filii eius separantur ab uxoribus qui vero
egreditur in terram iunguntur paria
et quod in archa id est in ecclesia fu-
erat separatum in mundi conversatione
sociatur. Simul legimus si archa pluries ha-
buit mansiones et nidulos et bicame-
rata et tricamerata et diversas bes-
tias et pro qualitate animalium habi-
tationes quoque vel maiores vel mi-
nores estimo quod diversitas illa man-
sionum prefiguravit ecclesie varietatem.
Quod autem nobis obicit in secunda dei be-
nedictione comedendarum carnium licenci-
am datam que in prima concessa non
fuerat, sciat quomodo repudium iuxta
eloquium salvatoris ab inicio non da-
batur, sed propter duritiam cordis nostri per
moysen humano generi concessum est,
sic et esum carnium usque ad diluvium ig-
notum fuisse. Post diluvium autem
quasi in heremo murmuranti populo
coturnices ita dentibus nostris nervos
et virulencias carnis ingestas. Do-
cet apostolus scribens ad ephesios deum pro-
posuisse in adimpletione temporum re-
capitulare omnia et ad principium re-
trahere in christo ihesu que sunt in quit
super celos et super terram. Unde et ipse
salvator in apocalipsi iohannis Ego sum
inquit A et Ω initium et finis. Ab exor-
dio conditionis humane nec carni-
bus vescebamur nec dabamus repu-
dium nec preputia nobis eripiebantur in
signum. Hoc cursu ad diluvium usque per-
venimus. Post diluvium autem cum datione
legis quam implere nullus poterat
carnes ingeste sunt ad vescendum et
repudii concessa duritia et cultellus
circumcisionis appositus quasi dei

manus plus in nobis fecerit quam
necesse est. Postquam autem christus venerit
in fine temporum et ω revoluit ad A
et extremitatem retraxit ad principium
nec repudium nobis dare permittitur
nec circumcidimur nec comedimus car-
nes dicente apostolo Bonum est vinum non
bibere et carnes non comedere. Et vinum
enim post diluvium dedicatum est. Quid
loquar de abraham ut ipse asserit
trigamo qui signum fidei in circumcisione
suscepit. Si imitamur uxores illius nu-
merum imitemur et circumcisionem.
Neque enim in parte sectandus et in par-
te repudiandus est. Porro ysaac
rebecce unius vir christi prefigurat ec-
clesiam et digamie sigillat lasci-
viam. Si autem duas tergas uxorum
et concubinarum habuit iacob et non
vult adversarius adquiescere sup-
pientem liam deformem atque fe-
cosam synagoge typum pretulisse,
rachel vero pulchram et diu steri-
lem ecclesie significasse misterium, sci-
at eo tempore hoc fecisse iacob quo
erat inter assirios et in mesopotamia
nam laban durissimo domino serviebat.
Quando autem terram sanctam ingre-
di vult voluit et in monte galaad ex-
truxit acervum testimonii in quo
nichil inter sarcinas eius mesopo-
tamie possessor invenerat, iuras
se numquam ad locum in quo servie-
rat reversurum et ad torrentem ia-
cob cum angelo luctatus est et clau-
dicare cepit ΠΛΑΤΥΝΕΤΡΟΝ
eius emarcuit statimque israel forti-
tus est nomen. Et illa quomodo dilec-
ta coniux pro qua servierat iuxta
bethlehem in qua erat virginitas
pro eo dominus nasciturus a filio doloris
occiditur et consortia mesopo-
tamie evangelica in civitate mo-
ritur. Miror autem cur iuda et tha-
mar nobis proposuerit in exemplum
nisi forte et meretricibus delectatur
aut occisum annan quod fratri se-
men invideret quasi nos qualecumque
seminis fluxum absque liberorum
ope comprobemus. Preterivi est de
moyse quia periclitatus esset in di-
versorio nisi sephora que interpretatur
apis filium circumcidisset et preputium
nuptiarum cultro ewangelico desecasset.
Iste nempe moyses est qui cum vi-
disset visionem magnam et angelum
sive dominum et deum loquentem in
rubo nequaquam valuit ad eum
accedere nisi solvisset corrigiam
calciamenti sui et abiecisset vincla

nuptiarum. Nec mirum hoc de amico et propheta et legifero dei cum omnis populus accessurus ad montem syna et dei auditurus eloquium tribus diebus sanctificari iussus sit et se ab uxoribus abstinere. Quod quidem scimus licet preposterо faciam istorie ordinem confundere etiam ad dauid fugientem abimalech sacerdotem dictum si mundi sunt pueri ab uxoribus et ille respondit ab heri et nudius tercius. Panes enim propositionis quasi corpus xpi de uxorum cubilibus consurgentes edere non poterat et inuisit eum contemplandum quod dixerit si mundi sunt pueri ab uxoribus videlicet quod ad inmunditias corporis et omnis coytus inmundus sit. In lege quoque precipitur ut pontifex nisi virginem ducat uxorem nec viduam accipiat. Si eadem virginis vidueque condicio est quare altera recipitur

altera reprobatur. Et sacerdotalis vidua in domo iubetur sedere patris sui. Nec secundum nosse matrimonium. Si soror virgo moritur sacerdotis quomodo ad patris ex equias ita ad eius iubetur accedere si uero nupta sit quasi aliena contempnitur. Qui uxorem duxerit et qui platauit vineam uel ut propagines filiorum prohibetur ad bella procedere. Non enim potest domino seruire milicie seruus uxoris. De speculis mulierum ieiunancium quasi de purissimis corporibus virginum lauer in tabernaculo funditur. Et in in(n)secetis in sanctuario tam cherubim quam propiciatorium et archa testamenti et mensa propositionis et candelabrum et turibulum ex auro purissimo sunt mundissima sunt. Neque enim in sancta sanctorum inferri poterat argentum. Quod maior in moyse cum michi propositum sit cursum celeriterque dictanti singula breuiter perstringere et intelligencie quasdam lineas ducere. Transcendam ad ihesum nave qui ante dictus est auses siue ut rectius habetur in hebreo osee id est saluator. Ipse enim secundum epistolam iude saluauit et eduxit populum israel de egipto et in terram repromissionis induxit. Hic ihesus statim ut venit ad iordanem aque nuptiarum que semper in lege fluebant arefacte sunt et steterunt et siccis pedibus ac nudis populus omnis transit. Venit ad galgala ibique secundo est circumcisus. Quod si iuxta literam accipimus penitus stare non potest. Si enim duplex haberemus preputium uel ab scisa pellicula iterum nasceretur recte secunda et circumcisio diceret locum. Nunc autem hoc significari

quod ihesus cultello ewangelii populum qui per desertum venerat circumcidit et circumcidit petrino. Ut quod in moisi filio ante prefigurabatur in paucis id sub ihesu duce impletur in cunctis. Sed ipsa preputia in unum tumulum coaceruata et sepulta et terra obruta et ablatum opprobrium egipti et nomen loci galgala quod interpretatur reuelacio ostendit dum in preputio ambulauit populus per desertum oculos eius fuisse cecatos videamus et consequencia post ewangelii circumcisionem xii lapidum in loco reuelacionis statim pascha celebratur immolatur agnus cibus et sancte terre vestitur alimentis. Egreditur ihesus. Occurrit ei princeps milicie gladium tenens id est uel pro circumciso populo pugnare se monstrans uel dissecans glutino nuptiarum. Similiterque uti moysi preceptum fuerat et huic dicitur solue corrigiam calciamenti tui locus enim in quo stas terra sancta est. Quia sic erat dominus armatus exiciis in tubis sacerdotalibus quasi ad ewangelicam predicacionem sub typo iericho mundus subuertitur. Et ut infinita preteream neque enim nunc michi propositum est omnia veteris testamenti aperire misteria. Quinque reges qui in terra repromissionis ante regnabant resistebant ewangelico exercitui ihesu pugnante superantur. Hoc puto intellectu esse conspicuum quod antequam dominus populum suum educeret de egipto circumcideret eum visus odoratus gustus auditus tactusque regnauerint et hiis quasi principibus fuerint uniuersa subiecta quos ihesus ad speluncam corporis confugientes et ad tenebrosum locum ipsum ingrediens corpus interfecit ut per id occiderent per quod ante regnabat. Verum iam tempus est ut castitatis ihesu vexillum leuem et moyses scribitur habuisse uxorem. Moysen autem et dominus noster et apostolus interpretantur in lege habent moysen et prophetas. Et ab adam usque ad moysen regnauit peccatum etiam super eos qui non peccauerunt in similitudinem preuaricacionis ade. Nulli quoque dubium est in utroque testimonio moysen legem significari. Sicut ergo hoc legimus quod moises id est lex habuit uxorem. Ostende michi ihesum naue uxorem habuisse uel filios et si monstrare potueris victum me esse fatear et certe pulcherrimum terre iudee accepit locum. Moriturque non in uicenario numero qui semper in scripturis

Marginalia: cultello · recipitur · altera · De diecenula (?) quingenti manifesta · Quod specula mulierum castitatem significant virginitatis · ihesus naue in hebreo dicitur osee · Quod secunda circumcisio non possit hystorialiter accipi · CXXX a · b

in faustus est in quo fuit iacob et
venditus est ioseph / et que diligit
esau accipiens in eo quedam mune
ra sed inde timo de tuis laude ce
bro diximus sepeliturque in tamna ab
sare id est in perfectissimo principa
tu sive in novo opimenti nomi ut v
ginum significaret greges salvatoris
auxilio coopertos In monte effraym
hoc est in monte frugifero ab aqui
lone montis gaas qui interpretatur com
motio Mons enim syon latera aq
lonis civitas magni regis que oppo
sita semper inuidie est et per singulas
temptationes dicat mei vero pene
moti sunt pedes Cuique in sepultura ihesu
liber qui ex nomine eius appellatur
expletus sit rursum in iudicum vo
lumine quasi vivens resurgensque de
scribitur et sub ΑΝΑΚΕΦΑΛΑΙ
ωCI opera illius predicantur et legitur
misit ihesus populum et abierunt unus
quisque in hereditatem suam ut
possiderent terram et servivit popu
lus domino cunctis diebus ihesu et cetera
Statimque subiungitur et mortuus
est ihesus nave servus domini CX annorum
porro moises vidit tantum terram repro
missionis et intrare non potuit et
mortuus est in terra moab et sepeli
erunt eum in terra moab contra domum phe
gor et non cognovit vir sepulchrum
eius usque in diem hanc Compare
mus utriusque sepulturam Moyses in
terra (moab) moritur ihesus in terra iudee Ille
sepelitur in valle contra domum phe
gor qui interpretatur ignominia phegor
quippe phegor in lingua ebrea pri
apus appellatur / hic in monte ef
fraim ab aquilone montis gaas E
o in urbem verbis simplicibus sep
divinarum scripturarum sensus angustior
quia apud iudeos gloria erat et in par
tibus et in parturitionibus et ma
ledicta sterilis que non habebat semen
in israel et beatus cuius erat semen in
syon et domesticos in ierusalem et in be
nedictione maxima ponebatur uxor
tua sicut vitis habundans in la
teribus domus tue filii tui sicut no
vella olivarum in circuitu mense tue
Ideo sepulchrum eius positum in valle
describitur contra domum ydoli quod
phegor libidini consecratur Nos autem
qui militamus sub ihesu duce usque
ad presentem diem ignoramus ubi moy
ses sepultus sit Contempnimus
enim phogor / et omnem ignominiam
eius scientes quod qui in carne sunt
deo placere non possunt et dominus ante di

(Marginal notes: Quod in valle moyses sit sepultus — Sepulcrum moysi ignoratur)

diluvium quoque dixerit non permanebit
spiritus meus in hominibus istis quia car
nes sunt Quamobrem et moyses mori
ens plangitur a populo israel ihesus
autem quasi victurus non plangitur
Nuptie enim finiuntur in morte virgini
tas post mortem incipit coronari
Sampson quoque produxit in medium
nec de calvatium quondam domini naza
reum a muliere considerat Qui licet
typum teneat salvatoris quod me
retricem ex gentibus adamavit et
ecclesiam et multo plures hostium mori
ens quam vivens occiderit tamen con
iugalis pudicitie exempla non probet
et certe iste est / secundum prophetiam ia
cob qui cum coniunctus equi pinnitate fer
retur a serpente percussus retrorsum
cecidit / debbora autem et barach
et uxorem thaber cinei cur enumeret
prorsus non intelligo cum aliud sit bello
rum principes et historie ordinem
texere Aliud figuras aliquas signi
ficare coniugii que in istis omnino non
comparent porro quod profert iepte
pris fidem lacrimis virginis filie pro
nobis facit / et nos enim non tam v
gines seculi quam eas que propter christum
sunt virgines predicamus et a plerisque
hebreorum reprehenditur pater voti
temerarii quia dixerit Si trades
tradideris filios Ammon in mani
bus meis omnibus quicumque exierit
de domo mea in occursum michi cum
reversus fuero in pace a filiis amon erit
domino et offeram illud holocaustum
Si canis in quiunt si asinus occurris
set quid faceret Ex quo voluit dei
dispensatione perfectum ut qui impro
specte voverat / errorem votorum fi
lie morte sentiret Si autem samu
hel nutritus in tabernaculo ducat ux
orem quid hoc ad preiudicium pertinet
virginitatis Quasi non hodieque pluri
mi sacerdotes habeant matrimonia
et apostolus episcopum describat unius uxoris
virum habentem filios cum omni castita
te Simulque nostendimus quod samuel
levita non sacerdos nec pontifex fu
erit unde et faciebat illi mater sua
efod bad / superhumerale videlicet
lineum qui habitus proprie levitarum
et minoris est ordinis / unde et in
psalmis non nominatur inter nominatur
inter sacerdotes sed inter eos qui invo
cant nomen eius et samuhel inter eos
qui invocant nomen eius Levi ei
genuit cahath cahath genuit a
minadab genuit chore chore genuit
Asir Asir genuit helchana helchana

(Marginal note: Quod sampson significaverit Jacob dicens fiat dan coluber in via)

CXXXI
a.

Quando sit tutum spes libros procurare

De david

Non propter homicidium belli sed illud in persona urie commissum prohibitus fuit david edificare templum

De salomonis mulieribus et infra fo. sequenti magister iacobus recessit de salomone

genuit sub. sub genuit thon. thon genuit helm/ helm genuit ierobam. ierobam genuit helchana. lechana genuit samuhelem Nulli quoque dubium est sacerdotes de aaron et eleazar et finees stirpe generatos Qui cum et ipsi uxores habuerint recte nobis opponentur si errore encratitarum ducti contenderemus in omnia reprobanda et non esset noster pontifex secundum ordinem melchizedech sine patre sine matre ΑΓΕΝΕΑΛΟΓΕΤΟΣ hoc est sine nuptiis et rursum magnus filios ex liberis samuhel capit ut quia ipse placuit deo tales genuerit qui domino displicerent Quod si booz et ruth nobis obicit ad comprobandam digamiam sciant in euangelio ob typum ecclesie etiam raab meretricem in ordinem maiorum domini enumeratam porro quod david cc. preputiis emisse iactat uxorem noverit illam et alias alias habuisse quam plurimas et michol filiam saul quam prius alteri tradiderat postea recepisse etiam senem sunamitis puellule calefactum esse complexibus Nec hoc dico quod de sanctis viris quidquam detrahere audeam. sed quod aliud sit in lege versari aliud in evangelio Ille occidit vir uriam cetheum in ethus extitit in bethsabee et qui erat vir sanguinarius non ut plerique estimant propter bella. sed propter homicidium templum domini edificare prohibetur. Nos autem si unum de minimis scandalizaverimus. et si fratri dixerimus racha et non recta viderimus expedit ut mola asinaria ligetur circa collum nostrum et rei erimus gehenne et adulterium in solo nobis aspectu reputabitur Transit ad salomonem per quem se cecinit ipsa sapientia et cum uxorium cum dicat Atque nullius laudibus immoretur innoratur non negat illud de cantico canticorum. lx.ta sunt regine et lxxx.ta concubine et adolescentule quarum non est numerus et illud de regnorum libro quod dicitur habuerit uxores ccc.tas concubinas et alias innumerabiles hee nempe sunt que verterunt cor eius a domino et tamen antequam plures haberet uxores et carnis vitiis laberetur in principio regni et adolescentule extruxit domino templum unusquisque enim non de futuris sed de presentibus iudicatur. Quod si salomonis illi exempla placent iam non digamus erit et trigamus sed nisi dicitur. habuerit uxores et ccc concubinas. typum

eius et mutum implere non poterit Obsecro te lector. et ad ipsum sepe commoneo ut me scias quod loquor necessitate dicere ne detrahere de hiis qui in lege precesserint/ sed fuisse eos temporibus et condicionibus suis et illam domini implesse sententiam crescite et multiplicamini et replete terram et quod magis est futurorum typos prebuisse Nobis autem quibus dicitur tempus in collecto est superest ut qui habeant uxores sic sint quasi non habeant. aliud preceptum et virginitate a salvatore virgine dedicari heliam. et heliseum quam stulte in cathalogo posuerit maritorum me tacente manifestum Si enim iohannes baptista venit in spiritu et virtute helie et iohannes virgo est utique non solum in spiritu eius venit sed etiam in corporis castitate/ porro illud quod de ezechia comemorari pot/ quamquam hoc ille soluta soliditate non vidit quod post vitam recuperatam et xv.tim annorum spatia protelata dixerit amodo filios faciam sciat in hebreis voluminibus non haberi sed legi pro hoc patres filiis notam facient veritatem tuam Nec mirum si holda uxor sellum prophetissa consulatur a biosia rege iudee/ iam captivitate vicina et ira dei pullante super ierusalem cum hec norma sit scripturarum ut deficientibus viris sanctis mulieres in virorum laudentur opprobria Superfluum autem est et daniel dicere cum hebrei usque hodie autument illum et tres pueros fuisse eunuchos ex illa dei sententia qua ysaias loquitur ad ezechiam. et de filiis tuis qui nascentur in te tollent et facient eunuchos in domo regis Rursusque in daniel legimus et dixit rex aspaneth principi eunuchorum ut introduceret de filiis captivitatis israel et de semine regio et de procthonum pueros in quibus non esset macula pulchros facie et intelligentes sapientiam et argumentantur si de semine regio eunuchos fore scriptura predixit hos esse qui eunuchi facti sunt. Si vero illud opposuit quod in ezechiel dicitur noe daniel et iob in terra peccatrice filios et filias liberare non posse. respondendum est quod iuxta hypotesim dictum sit. Neque enim eo tempore vel non posse respondendum est quod iuxta erat noe et iob erant quos multis ante seculis fuisse cognovimus Et est sensus Si tales et tales viri fuerint in terra peccatrice filios suos et filias liberare

nō poterūt · quia iusticia pris nō libe
rabit filiū nec peccm̄ alterius alteri
reputabit̃ · Anima em̄ que peccauit
ipa morietur · Sed hoc dicendū da
niel iuxta historiam eius libri cum
ioachim rege captum eo tempore
quo ezechiel quoq; ductus est in
captiuitatem · Quomō ḡo potuit hr̄e
filios · qui adhuc puer erat et exple
to sermo · introductus est ad regis
obsequiū · Ac ne quis putet ezechi
el iam viri meminisse danielis et
nō pueri · Scrīptū est inquit in anno sex
to regni sc̄z ioachim in sexto mēse
in quinta mensis et ego sedebam in
domo mea et senes iuda sedebant
coram me atq; in eadem die dicit̃
ad eum / si fuerint noe daniel et
iob · Erat igitur daniel adhuc pu
er et notus in populo · uel pp̄ inter
pretationem somnoꝝ regis uel pp̄ su
sanne historiam et occisionem pre
sbiteroꝝ et pspicue comprobatur eo
tempore quo hec dicebant̃ de noe
et daniel et iob adhuc pueꝝ fuisse
danielem nec hr̄e potuisse filios et
filias quos sua iusticia liberaret · /
huiusq; de lege · Venit ad euāgeliū · pro
ponit nobis zachariam et elizabeth
petrum et socrum eius et ꝯsueta
vecordia nō intelligit istos quoq;
inter eos qui legi seruierint debuis
se numerari · Neq; em̄ euāgeliū an
crucem xp̄i ē · quod passione et
sanguinem illius dedicatur · Iuxta
quam regulam et ceteri apl̄i ut
ei ex supfluo interim concedam
habuerūt quidem vxores · sed
quas eo tempore acceperant quo
euāgeliū nesciebant · qui assumpti
postea in aplatum relinquūt of
ficiū coniugale · Nam cum petrus
ex psona aploꝝ dicat ad dn̄m · ecce
nos omnia nr̄a relinquentes secuti
sum⁹ te · Respondit ei dicens · Amē
dico vobis qm̄ nemo est qui dimi
serit domū · aut pn̄tes aut fr̄s aut
vxorem · aut filios pp̄ regnū dei / q
nō recipiat multo pluꝰa in sc̄lo isto
et in sc̄lo ventūo vitam etnam · Si
autem nobis illud opposuerit ad
comprobandū quod om̄s apl̄i vxo
res habuerit / nūquid nō habem⁹
ptatem mulieres · uel vxores circu
ducendi qz γ Υ Ν Α · apud grecos vtrū
qz significat · sicut ceteri apl̄i et ce
phas et fr̄s dn̄i ingat et illud qd
inḡtis toditibus est nūquid nō ha
bemus ptatem sorores mulieres
uel vxores circumducendi · Et ex quo
apparet de alijs cū scīs dixisse mu
lieribus · que iuxta morem iudai
cum magr̄is de sua suba ministra
bant sicut legim⁹ ipi quoq; dn̄o
factitatū · Nam et ordo v̄borum
hoc significat · Nunquid nō hem⁹
ptatem manducandi et bibendi aut
sorores mulieres circumducendi · V
bi de comedendo et bibendo ac
ministratiōe sumptuū pmittĩ et de
mulieribus sororibus sit inferatur
p spiritū est nō vxores intelligi de
bere sed eas ut diximus que de sua
lege de sunamite illa scribit̃ · que
solita sit helizeum recipere et po
nere ei mensam et panem et ca
delabꝝ et cetera · Aut cerᵉte si Γ Υ Ν
Ν Κ Α Σ · vxores accipim⁹ nō mulie
res id quod additur sorores · tollit
vxores et ostendit eas ꝯmanas
in spū fuisse nō ꝯiuges · Quamq; ex
cepto aplīco petro nō sit manife
ste relatum de alijs aplis quod vx
ores habuerint et cū de vno scrīptū
sit ac de ceteris tacitum · intelligere
debemus sine vxoribus eos fuisse
de quibus nichil tale scrīptura signifi
cet · Et tamē ille qui nobis obicit
zachariam et elizabeth · petrum
et socrum eius · sciat de zacharia
et elizabeth iohm̄ fuisse gn̄atum
idem de nupcijs v̄ginem de lege
euāgeliū de matrimonio castitatē
Vt a pphetā virgine v̄go dn̄s a
nunciaretur et baptizaretur · possu
mus aut de petro dicere quod habuit
socrꝯ eo tempore quo credidit et vx
orem iam non habuerit qq̄ quā le
gatur in ΠΕΡΙΟΔ ΕΙΣ et vxor
eius et filia sed nūc nobis de cano
ne omē certamē ē et quia ad a
plos prouocauit quod principes
discipline nr̄e et xp̄iani dogmatis
duces virgines nō fuerint · ut e
os interim concedam⁹ v̄gines
nō fuisse / neq; em̄ hoc preter pe
trum probari pot · nouerit hos
esse aplos de quib⁹ ysaias vatici
natur · Nisi dn̄s sabaoth reliquisset
nobis semen · quasi zodoma essem⁹
et similes gomorre fuissem⁹ / Qui
ergo erant ex iudeis v̄ginitatem
quā in iudaismo amiserant in eu
āgelio habere nō poterant / et tamē
iohannes vnus de discipulis qui mi
nimus traditur fuisse inter aplos ·
et quem fides xp̄i v̄ginem repperer
at · virgo pmansit et ideo plus
amatur a dn̄o et recubit sup pec
tus ihesu et quod petrus qui vxorē

lxxxij a

b

Solus petrus inter aplos habuit vxorem

c

habuerat interrogare non audet illum rogat ut interroget. et post resurrectionem nunciante maria magdalene quod dominus surrexisset uterque cucurrit ad sepulchrum. sed ille prevenit. Cumque essent in navi et piscarentur in lacu genesareth ihesus stabat in littore et nesciebant apostoli quem viderent. Solus virgo virginem recognoscit et dicit petro dominus est. Rursus post auditum sermonem quod ab alio cingendus esset petrus et quo nollet et traheretur illum fuisset passio prophetata et ille diceret domine quid iste. Nolens hominem deserere cum quo semper fuerat copulatus dicit ei dominus quid ad te si volo eum sic esse.

[de intellectu verborum domini iohanni sic eum volo manere donec veniam]

Unde et sermo exivit in fratribus illum discipulum non moriturum. ex quo ostenditur virginitatem non mori, nec sordes nuptiarum non abluere cruore martirii sed manere cum christo et dormitionem eius transitum esse non mortem. Si autem obnixe contenderit iohannem virginem non fuisse, et nos amoris precipui virginitatis causam diximus: exponat ille si virgo non fuit cur ceteris apostolis plus amatus sit. At dicis super petrum fundatur ecclesia licet id ipsum in alio loco super omnes apostolos fiat et cuncti claves regni celorum accipiant et ex quo super eos ecclesie fortitudo solidetur tamen propterea inter duodecim unus eligitur, ut capite constituto scismatis tolleretur occasio sed cur non iohannes qui electus est virgo.

[nota quare petrus assumptus est in principem apostolorum]

Etati delatum est quia petrus senior erat ne adhuc adolescens et pene puer progresse etatis hominibus preferretur et magister bonus qui occasionem iurgii debuerat auferre discipulis. et dixerat eis pacem meam do vobis pacem relinquo vobis et qui voluerit inter vos maior esse minimus fiat in adolescentem quem dilexerat causam prebere videretur invidie.

[nota quare non antiquior assumptus est petrus]

Ut autem sciamus iohannem fuisse tunc puerum manifestissime docent ecclesiastice historie. quod usque ad troyani imperium vixerit id est post passionem domini lxviii anno dormierit. De quo et nos in libro de illustribus viris breviter perstrinximus. petrus apostolus est et iohannes apostolus maritus et virgo sed petrus tantum apostolus iohannes apostolus. et euangelista et propheta. Apostolus quia scribit ad ecclesias ut magister. Evangelista quia librum euangelii condidit quod excepto matheo alii ex duodecim apostolis non fecerunt propheta vidit enim in pathmos insula in qua fuerat a domiciano principe ob domini martirium relegatus. Apocalipsim infiniti futurorum misteria continentem. Refert autem tertullianus quod a nerone missus in ferventis olei dolium purior et vegetior exivit quam intraverat. Sed et ipsum evangelium eius multum distat a ceteris. Matheus quasi ab homine incipit scribere. liber generationis ihesu christi filii david filii habraham. lucas a sacerdotio zacharie.

cxxxiii a

Marcus a prophetia malachie et ysaie. Primus habet faciem hominis propter genealogiam. Secundus faciem vituli propter sacerdotium. Tercius faciem leonis propter vocem clamantis in deserto parate viam domino rectas facite semitas eius. Johannes vero quasi aquila ad superna volat et ad ipsum patrem pervenit dicens In principio erat verbum et verbum erat apud deum et deus erat verbum hoc erat in principio apud deum. Exposuit virginitas quod nuptie scire non poterant. Et ut brevi multa sermone comprehendam doceamque cuius privilegii sit iohannes immo in iohanne virginitas a domino virgine mater virgo discipulo commendatur virgini. Casso, labore sudamus. obiit quippe nobis adversarius apostolicam sententiam et ait Adam primus formatus est deinde eva. Adam non est seductus mulier autem seducta in prevaricatione facta est salva autem fiet per filiorum generationem si permanserint in fide et dilectione et sanctificatione cum sobrietate. Consideremus cur apostolus ad hanc sententiam et unde pervenit. Volo ego vos orare omni loco levantes sanctas manus sine ira et disceptationibus. Consequenter itaque mulieribus precepta dat vite et ait Similiter et mulieres in habitu ornato cum verecundia et castitate ornantes se non in tortis crinibus aut auro vel margaritis. sive veste pretiosa sed quod decet mulieres pietatem per opera bona. Mulier in silentio discat cum omni subiectione. Docere autem mulieri non permitto neque dominari in virum sed esse in silentio. Et ne videretur mulieris duam conditionem que eam in mariti rediget servitutem

b

legis recordatur antique et ad originale exemplum redit quod adam primus factus sit deinde mulier ex costa eius Et quod adam diabolus seducere non potuit sed evam. Et quod post offensam dei statim viro subiecta sit

et ad maritum illius facta conversio Quod
quia exprem veterem illa que semel
conubio copulata est / et redacta in
condicionem eue filiorum procreatione
deleret ita tamen si ipsos filios erudi-
ret in fide et dilectione xpi et sanctifi-
catione et pudicitia / Non enim ut ma-
le habetur in latinis codicibus so-
brietas est legenda sed castitas id est
ϲω ϕ ρ ο ϲ ι ν η Ε Vide igitur quomodo
ex hoc quoque testimonio superetur et
quod putabas esse pro nuptiis pro vir-
ginitate sentire cogaris Nam si sal-
vatur mulier in filiorum generatione et
liberorum numerus saluacio matris (al. est)
cur addidit si permanserint filii in fide
et caritate et sanctificatione cum
castitate Tunc ergo saluabitur mulier
si illos genuerit filios qui virgines
permansuri sunt . si quod ipsa perdidit ac-
quirat in liberis et dampnum radicis
et cariem flore conpenset et pomis
Supra in transitu ubi nobis adversarius
proposuerat salomonem multinubum
qui templum dei extruxit strictim
responderam ut per questiones reliquas
currerem Nunc ne clamitet et hunc
et alios in lege patriarchas prophetas
et sanctos viros a nobis esse temeratos
exponam huius ipsius qui multas uxores
et concubinas habuit de nuptiis
voluptatem Nemo enim melius sci-
re potest quid sit uxor vel mulier nisi
ille qui passus est / loquitur ergo in
proverbiis mulier insipiens et audax
inops panis efficitur Cuius panis
nempe illius qui de celo descendit
Statimque subiungit terrigene apud
eam pereunt et in fundum inferni incurrunt
Qui sunt terrigene qui apud eam pe-
reunt Utique illi qui sequuntur primum adam
qui de terra est et non secundum qui de celo
est Et rursum in alio loco Sicut in
ligno vermis ita qui perdidit virum suum
uxor maledicta Si autem asserueris
hoc de malis dictum esse coniugibus et ego
tibi breviter respondeo Que enim mihi
incumbit necessitas venire in dubium . u-
trum bona sit an mala sit futura
quam duxero Melius est inquit habi-
tare in terra deserta quam cum uxore liti-
giosa et iracunda . Quam rarum sit
uxorem sine hiis viciis invenire
novit ille qui ducit uxorem . unde
pulchre varius geminus sublimis
orator Qui non inquit litigat celebs
est Melius est habitare in angulo
tecti quam cum uxore maledicta in do-
mo comuni Si domus communis ma-
riti et uxoris erigit uxorem in superbia

et contumeliam viro facit Quanto magis
si dicior uxor fuerit et in domo eius
vir manserit incipit enim non uxor
esse sed domina et pro si offenderit in
grandum est . Stillicidia eiciunt hominem
in die hyemali de domo sua similiter
et mulier maledicta de propria domo
Assiduis quippe iurgiis et cottidia-
na garrulitate facit superfluere do-
mum eius et eicit eum de edibus suis
id est de ecclesia / Unde et supra ab eo-
dem salomone precipitur fili ne super-
fluas . Et apostolus ad hebreos propterea
inquit debemus amplius intendere
hiis que dicuntur ne forte superfluamus
Illud vero quis taceat quod sub enig-
mate scribitur Sanguissuge tres filie
erant dilectione dilecte . et iste non
saturaverunt eam et quarta non suf-
ficit dicere satis est . Infernus et amor
mulieris et terra que non satiatur aqua
et ignis non dicent satis est Si sangu-
issuga diabolus est diaboli filie
sunt dilectione dilecte que saciari
interfectorum cruore non possunt Infer-
nus amor mulieris et terra arens
et ignis estuans . Non hic de meretrice
non de adultera dicitur / sed amor
mulieris generaliter accusatur qui semper
insaciabilis est qui extinctus accen-
ditur et post copiam rursus inops
est animumque virilem effeminat et excep-
ta passione quam sustinet aliud non
sinit cogitare Simile quid et in se-
quenti parabola legimus . Per tria
movetur terra quartum autem non potest ferri
Si servus regnet et stultus si saturetur
panibus et odiosa uxor si habuerit
virum bonum . et ancilla si deiciat
dominam suam Ecce et hic inter malorum
magnitudinem uxor ponitur Quod si re-
sponderis sed uxor odiosa dicta tibi
quod et supra ad hoc periculum imminet
et ferri non potest . Qui enim ducit uxorem
in ambiguo est / utrum odiosam an
amabilem ducat Si odiosam dux-
erit ferri non potest Si amabilem amor
illius inferno et arenti terre et in-
cendio comparatur . Veniamus ad ecclesiasten
de ipso quoque testimonia pauca po-
nentes . Omnibus tempus est . et tempus omni
rei sub celo tempus pariendi et tempus
moriendi . Tempus plantandi / et
tempus evellendi quod plantatum est
Pepercimus in lege cum moyse mo-
riamur in evangelio cum xpo plan-
tavimus in nuptiis . evellamus per
pudiciciam quod plantatum est . Tem-
pus amplexandi et tempus longe
fieri a conplexu . Tempus amandi

[Margin, left column:] De salomone quomodo hic pre ... ut ... de mulieribus
[Margin, left column:] ...

[Margin, right column:] Non quod expellit hominem de domo
[Margin, right column:] Quid sit sanguissuga
[Margin, right column:] Non quod amor mulieris non permittit alia cogitare

CXXXIIII

a

et tempus odiendi. tempus belli et
tempus pacis. Simul quoque nos commouet
ne legem euangelio preferamus. ne
pudicitiam uirginitatis nuptiis putes
equandam. Meliora sunt dicens no
uissima sermonis quam inicium eius.
Statimque subiungit. Ne dixeris quod
factum sit est quia dies priores meliora
erant quam hii. Quia non sapienter
interrogasti de hoc. et reddit causam quare
dies posteriores meliores sunt quam
priores. quia bona est inquit sapiencia
cum hereditate. In lege enim sapienciam
carnis mors sequebatur occidens.
In euangelio sapienciam spiritus. he
reditas expectans eterna. Ecce hoc
inueni dicit ecclesiastes. hominem
unum de mille inueni et mulierem
in hiis omnibus non inueni. verumtamen
repperi quod fecit deus hominem
rectum et ipse quesierit cogitationes
malas. Raro hominem inuenisse se
dicit. Considera unum ubi in homine
et uir et femina continetur. Et mulie
rem inquit in hiis omnibus non inue
ni. Legamus principium geneseos et
inueniemus adam hoc est hominem
tam uirum quam feminam nuncupari.
Cum ergo boni facti simus et recti a
domino ipsi uicio nostro sumus ad peiora de
lapsi. et quod in paradiso rectum in nobis
fuerat: egredientibus de paradiso depra
uatum est. Quod si obieceris antequam
peccaret sexum uiri et femine esse
diuisum et absque peccato eos potuisse
coniungi quod futurum fuit incertum est.
Neque enim possumus dei scire iudicia et
ex nostro arbitrio illius sine prudentiam hoc
quod factum est in propatulo est quod qui
in paradiso uirgines permanserunt eiecti
de paradiso copulati sunt. Aut quid no
cebat si paradisus nuptias recipit et
nulla est inter uirginem maritumque di
uersitas etiam in paradiso eos ante co
pulari. Eiciuntur de paradiso et quod ibi non
fecerunt in terra faciunt. ut statim a principio
condicionis humane uirginitatem pa
radisus. et terra nuptias dedicauerat.
In omni tempore. In omni tempore sint
uestimenta tua candida. Candor ues
tium sempiternus uirginitatis est puritas.
In matutino seminauimus semen
nostrum et ad uesperam non cessemus. Que
seruiuimus in lege nuptiis uirginitati
in euangelio seruiamus. Transeo ad
canticum canticorum et quod aduersarius
totum putat esse pro nuptiis. uirginita
tis continere sacramenta monstrabo.
Audiamus quid loquatur sponsa. An
tequam sponsus eius ad terras

Sponsa

ueniat. paciatur inferos penetret
ac resurgat. Similitudines auri faci
emus tibi cum distinctionibus argenti
quo adusque rex in recubitu suo est.
Antequam resurgeret dominus et euange
lium coruscaret. non habebat aurum spon
sa sed similitudines auri. Argentum
autem quod in nuptiis habere se polli
cetur. habebat uarium atque distinc
tum in uiduis continentibus atque ma
ritis. Deinde sponsus respondit ad
sponsam et docet eam quod ueteris
legis umbra transierit. et ueritas
euangelii uenerit. Surge ueni proxi
ma mea. speciosa mea. columba mea
quoniam ecce hyemps transiit. pluuia
abiit sibi hoc de ueteri testamento.
Rursum de euangelio et uirgini
tate. flores uisi sunt in terra. tempus
sectionis aduenit. Nonne tibi ui
detur ipsum dicere quod et apostolus. Super
est ut qui habent uxores sic sint quasi
non habeant. Et manifestius de
precomio castitatis. vox turturis au
dita est in terra nostra. Turtur auis pu
dicissima semper habitans in sublimibus
typus est saluatoris. Legamus phi
siologos et repperiamus turturis hanc
esse naturam ut si parem perdiderit
alteri non iungatur. et intelligamus
digamiam etiam animalibus mutis re
probari. Statimque turtur dicit ad
turturem. ficus produxit grossos su
os. idest ueteris legis precepta ceci
derunt. Et de euangelio. uites flore
tes. dederunt odorem. Unde et apostolus
christi bonus odor sumus. Surge ueni
proxima mea. sponsa mea specio
sa mea. et ueni tu columba mea in
uelamento petre iuxta promurale et
ostende michi faciem tuam et audi
tam fac michi uocem tuam quoniam uox
tua suauis et facies tua speciosa.
Dum tu uultum tegeres cum moyse
et uelamentum esset in lege nec fa
ciem tuam uidebam nec uocem
tuam dignabar audire dicens. Et
si multiplicaueritis preces uestras nec
sic exaudiam uos. Nunc autem reuela
ta facie contemplare gloriam meam
et petre firmissime tegere promurali.
Quod audiens sponsa aperit sacra
menta pudicicie. fratruelis meus
michi et ego illi qui pascitur inter
lilia hoc est inter uirginum candidis
simos choros. Vis scire qualis uerus
salomon et pacificus noster solium. et
quales habet armigeros. Ecce autem
lectus salomonis lx potentes in cir
cuitu eius de potentibus israel omnes

frameam et docti bello vir gladius
in femore eius. Qui in tirocinio salo
monis sunt: gladium habent in femo
re sicut dod ille iudex ΔΜΦΟΤΕ
ΡΟΔΕΞΙΩΣ. qui interfecit hoste
pinguissimum et totum de carne de
ditum. omnes amputans volupta
tes. Ibo inquit ad montem mirre ad eos qui
mortificaverunt corpora sua. et ad
colles libani ad purissimos virginum
greges. et loquar sponse mee. Tota
speciosa es proxima mea et macu
la non est in te. Unde et apostolus ut ex
hiberet inquit sibi sanctam ecclesiam
non habentem maculam neque ru
gam. Veni a libano veni et tran
sibis. ab initio fidei. A capite sanir
et hermon a cubilibus leonum. a mon
tibus leopardorum. libanus ΛΕΥΚΑ
ΣΜΟΣ idem candor interpretatur
Veni ergo sponsa candidissima de qua
et alibi dicitur. que est ista que as
cendit dealbata et transit per viam
huius seculi ab exordio fidei et ex sanir
quod interpretatur deus lucerne. iuxta id
quod in psalmo legimus. lucerna pedi
bus meis verbum tuum domine et lumen
semitis meis. Et hermon id est con
secratione. Et fuge leonum cubilia et
leopardorum montes qui non possunt
mutare varietatem suam. Fuge inquit
cubilia. fuge superbiam demonum ut
postquam fueris michi consecrata.
possim tibi dicere vulnerasti cor meum
soror mea sponsa. vulnerasti cor me
um in uno oculorum tuorum et uno
ornamento colli tui. Quod dicit huius
modi est non repudio nuptias. habes
et sinistrum oculum quem tibi dedi
propter inbecillitatem eorum qui recta vi
dere non possunt. sed magis michi dexter
virginitatis oculus placet qui si ceca
tus fuerit. omne corpus in tenebris e
st. ac ne putaremus eum amorem
carnis et nuptias significare cor
poreas. illico excludit hunc sensum
et ait vulnerasti cor meum soror mea
sponsa. ubi sororis nomen est sus
picio omnis fedi amoris excluditur.
Quam speciosa sunt ubera tua a
vino. de quibus et supra dixerat. fra
truelis meus michi in medium ube
rum meorum commorabitur. In prin
cipali cordis ubi habet sermo dei hos
picium. Quam speciosa tua a vino.
Quod istud vinum est quod sponse ma
mas pulcherrimas facit et pudici
cie lacte fecundas. Nempe illud de
quo sponsus in consequentibus lo
quitur. Bibi vinum cum lacte meo meo

Manducate proximi et bibite et ine
briamini fratres. Unde et apostoli dicebantur
musto pleni. Musto inquit non vino
veteri quia vinum novum in utres no
vos mittitur. et non ambulabunt in vetus
tate littere. sed in novitate spiritus.
hoc est vinum quod cum inebriaverit adu
lescentulos et puellas statim virginita
tem sitiunt. et in crapulam castitatis
eructant et expletur illud vaticinium
zacharie dumtaxat iuxta ebraicam
veritatem de virginibus ecclesie prophe
tantis. Complebuntur infantibus et
puellis ludentibus platee eius. Quid
enim boni eius est quid pulchrum eius
nisi frumentum electorum et vinum ger
minans virgines. Iste sunt virgines
de quibus in xliiii psalmo scriptum
est. Adducentur regi virgines post eam
proxime eius afferentur tibi in leticia et
exultatione. Adducentur in templum
regis. Sequitur ortus conclusus. fons
signatus. Quod conclusum est atque
signatum similitudinem habet
matris domini matris ~~natus~~ varat va. Quod conclusum
est atque signatum. similitudinem habet
et virginis. unde et in sepulchro sal
vatoris novo. quod in petra durissima
fuerat excisum nec ante nec postea
quispiam positus est. et tamen hec
virgo perpetua multarum mater est virginum.
Sequitur enim emissiones tue paradi
sus malorum granatorum cum fructu po
morum. In malo granato et pomis om
nium virtutum significabitur in virginitate.
Contextus fratruelis meus candidus
et rubicundus. Candidus in virginitate
rubicundus in martirio et quia candi
dus et rubicundus est. ideo statim
additur. Guttur eius dulcedines et
totus concupiscentia. Sponsus virgo
laudatus a sponsa virgine laudat vi
cissim virginem sponsam et dicit
ei. facti sunt gressus tui in calciamen
tis filii aminadab quod interpretatur
populi se sponte offerentis. virgini
tas enim voluntaria est. et ideo gressus
ecclesie in castitatis pulchritudine
collaudantur. Non est huius temporis
in morem commentarii omnia cantica
canticorum virginitatis pandere sacra
menta. quia et hec ipsa fastidioso lec
tori nausea concitaturam non ambigo.
loquitur ysaias spei mee fideique mis
terium. Ecce virgo in utero concipiet
et pariet filium et vocabis nomen eius
emanuhel. Scio iudeos opponere so
lere in ebreo verbum ahalma non vir
ginem sonare. sed adolescentulam
et revera virgo proprie bethula appellatur

Adulescentula aut̄ · uel puella non
ahalma dicitur sed naara quidem
igitur quid significet ahalma · Ab
sconditam virginem i· nō solum v̄
ginem / sed cum ESTT d C I virgine
quia omnis virgo abscondita est nec
abhominū fortuitu separata conspi
cimus et rebecca in genesi ob nimia
castitatem / et ecclie typum quem in
sua castitate significabat ahalma
scribitur nō bethula sicut manifestū
eē potit ex sermonibus pueri abraham
quos loquitur in mesopotamiam · et
dixit · dne deus dn̄i mei abraham · si
tu dirigis viam meam p quam ego in
gredior · ecce cum stetero sup fontem
aque · virgo que egreditur ut hauri
at aquam et dixero ad eam / da m̄
paululum aque ut bibam de ydria
tua · et responderit et tu bibe et ca
melis tuis hauriam hec erit vxor
quā pparauit dn̄s filio dn̄i mei In eo
eni loco in quo ait virgo que egre
ditur ut hauriat aquam in hebrai
co scriptum est ahalma idest virgo
secreta et nimia parentum diligencia
custodita. Aut certe ostendat michi
ubi hoc v̄bo appellentur et nupte
et impericiam confitebor Ecce vir
go in utero concipiet et pariet filiū
Si nō pfertur nuptijs virginitas
spūs sc̄us cur maritam cur viduam
nō elegit. Nam illo tempore erat
et anna filia fanuelis de tribu aser
insignis pudicicie et semper vacans
orōnibus et ieiunijs in templo dei
Si conuersacio tn̄ et bona opera et
ieiunia absq̄ v̄ginitate spūs sc̄i ad
se mererentur aduentū potuit et ista
eē mr̄ dn̄i Curramus ad reliqua
spreuit te inquit et despexit v̄go
filia syon · Quā filiam dixerat appel
lauit et v̄ginem ne si tm̄ filiam no
minasset arbitreris et nuptam hec
est virgo filio filia ad quam alibi
dicitur. Letare sterilis que nō paris
erumpe et clama que nō parturis
qm̄ plures filij deserte magis quā
eius que habet virū · Ista est de q̄
p Jeremiam loquit̄ deus dicens ·
Numquid obliuiscetur sponsa ornamen
ti sui aut virgo fascie pectoralis
sue · de hac in eadem pphecia · Gran
de miraculū est quia femina cir
cumdederit virū et vniuersitatis pare
tem v̄ginis venter incluserit Esto in
quit nuptiarum et v̄ginitatis sit diu
sa condicio Quid ad hoc poteris di
cere si virgo et vidua fuerint bap
tizate et ita pmanserint que erit

inter vtrasq̄ diuersitas Quid de petro et jo
hanne anna et maria dudū dixim9
hoc p̄nti loco pficiat Si eni inter v̄gi
nem et viduam baptizatas nichil
interest quia baptisma nouū hominem
facit eadem condicione et scorta atq̄
prostibula si fuerint baptizate v̄gi
nibus coequabunt̄ Si eni p̄rite nup
tie nichil nocent vidue baptizate et
p̄rite in meretricibus voluptates expo
sita q̄ corpora publice libidini post
lauacrum v̄ginitatis p̄mia consequentur
Aliud est purissimā mentem et nulla
recordatione pollutā deo ingerere Aliud
meminisse amplexum viri sordesq̄
necessitatis et quod corpore nō agas re
cordatione simulare Jeremias qui
sanctificatus in utero est et cognit9
in vulua mr̄is ideo hoc p̄uilegio fruit̄
quia v̄ginitatis erat beatitudini des
tinatus et cum omnes capti sint · vasa
queq̄ templi babilonio rege vas
tante direpta iste solus lib̄ ab hosti
bus est et captiuitatis nescit iniuri
as et a victoribus accipit stipendia
et nabuzardan cui dederis sanctorū
nabuchodonosor nō precepat / precepit
de ieremia hoc eni v̄m templū dei et
hec sancta sanctorum que v̄ginitatis
puritate dn̄o consecratur Et econtra
ezechiel qui captiuus tenebat̄ in
babilone qui tempestatem ab aq̄
lone venientem viderat et turbi
nem cuncta rapientem et ait mor
tua est vxor mea ad vesperum et feci
mane sicut preceptum michi erat
p̄dixerat eni dn̄s ei quod in die illa
aperietur os eius et loquetur et nō
taceret amplius · diligenter attende
donec vxor viueret nō habebat lib̄
tatem populum commonendi Morit̄
vxor et coniugale vinculū soluit̄ et
absq̄ ulla trepidacione semp mos
ticio pphatie · Qui eni liber vota
tus est vere seruus est xp̄i nō nego
beatas esse viduas que ita post bap
tismū manserint Nec illarum de tho
mito que cū viris castitate pdurat
Sed sicut he maioris apud deum p
mij sint quā nupte coniugali officio
seruientes ita et ipe equo paciant̄
animo v̄ginitatem sibi pferri Si
eni illas sera pudicicia post dispu
matas corporis voluptates eligit co
maritas cur nō in sera ppetuā cas
titatem esse se nouerint / frustra
inquit hec loqueris quia episcopi
et p̄bri et dyaconi vnius vxoris viri
et habentes filios ab apostolo con
stituuntur · Quomodo de v̄ginibus

aplus paulus dicit se non habere pre
ceptum et tamen dat consilium quasi
miam consecutus a domino et hoc
agit in omni illa disputacione ut virgini
tatem preferat matrimonio et suadet
quod imperare non audet ne inie=
re videatur laqueum et plus im
ponere ponderis quam potest hominum sus
tinere natura ita et in ecclesiastico
ordine constituendo / quia rudis ex
gentibus constituebatur ecclesia.
leniora nuper credentibus dat precepta
ne territi ferre non possent / denique et
apostoli et seniores de ierosolimis litte=
ras mittunt ut non amplius imponant
oneris hiis qui de gentibus crediderunt
nisi ut abstineant se ab ydolatria
et fornicatione et sanguine et suffocatis
et quasi parvulis atque infantibus lac
potum dant non solidum cibum Nec
precipiunt de continencia nec de virginita
te significant Nec ad ieiunia pro
vocant neque dicunt illud quod in ewan=
gelio ad apostolos dicitur ne habeant du
as tunicas neque peram neque es in
zonis nec virgam in manibus calci
amenta in pedibus Aut etiam illud si
vis perfectus esse vade vende omnia
tua et da pauperibus et veni sequere
me Si enim adolescens ille qui se iac
tauerat cuncta fecisse que legis sunt
et audiens hoc tristis abiit quia ha
bebat possessiones multas et pharisei
huiuscemodi dominum sinam subsanna
bant quanto magis tanta gencium multi
tudo cui summa virtus erat aliena non
rapere non habebat ut propositum
de castitate et continencia sempiter
na quibus precipiebatur ut abstinerent
se ab ydolis et fornicatione et in quibus
audiebatur fornicacio et talis
fornicatio que nec in gentes qui
dem est. Sed et ipsa episcopalis electio me=
tum facit / Non enim dicit eligatur
episcopus qui unam ducat uxorem et fi
lios faciat. sed qui unam habuerit
uxorem et filios in omni subditos
disciplina Certe confiteris non posse
esse episcopum qui in episcopatu filios facit
Alioquin qui deprehensus fuerit non
quasi vir tenebitur sed quasi a
dulter dampnabitur. Aut permitte sacer=
dotibus exercere opera nupciarum ut idem
sint virgines quod mariti aut si sa
cerdotibus uxores non licet tangere
in eo sancti sunt quia imitantur pudiciti
am virginalem Sed et hoc inferendum
Si laicus et quicumque fidelis orare
non potest nisi careat officio coniugali

sacerdoti cui semper pro populo offerenda
sunt sacrificia. semper orandum est Si
semper orandum est. ergo semper caren=
dum matrimonio / Nam et in veteri
lege qui pro populo hostias offerebant
non solum in domibus suis non erant
sed purificabantur ad tempus ab uxoribus
separati ut vinum et siceram
non bibebant que solent libidinem
provocare. Eliguntur mariti in
sacerdocium non nego quia non sunt
tanti virgines quanti sunt necessarii sacer=
dotes. Numquid quia in exercitu for
tissimus quisque eligendus est id
circo non assumuntur et infirmiores
cum omnes fortes esse non possent Si
exercitus viribus tantum staret et non etiam
numero militum absistentur imbecilli
ores Hic et sedaris et ceterarum vi
num gradus adsumitur ut turba
et numero exercitus compleatur Et
quomodo inquies frequenter in ordi
natione sacerdotali virgo negligitur
et maritus assumitur quia forte ce
tera opera virginitati non habet co
gruencia. Aut virgo putatur et non
est Aut est virginitatis infamis Aut
certe ipsa virginitas ei parat superbi
am et dum sibi applaudat de sola cor
poris castitate / virtutes ceteras
negligit Non fovet pauperes pecunie
cupidior est Evenit interdum ut tristi
or vultus adductum supercilium in
cessus pomparum facultatis similis
offendat populum et qui nichil habet
quod reprehendat in vita: habitum
solum oderit et incessum Multi
eliguntur non amore sui sed alterius
odio / Simpliciisque suffragium meretur
sola simplicitas et alterius prudencie
et calliditati quasi malicie opponitur
Non numquam errat vulgi plebisque iu
dicium et in sacerdotibus comprobandis
unusquisque suis moribus favet et
non tam bonum quam sui similem que
rant prepositum Evenit aliquotiens
ut mariti quae maior pars in populo
est maritis quasi sibi applaudat
et in eo se arbitrantur minores non esse
virginibus si maritum virgini preferant
dicam aliquid quod forsitan cum
offensa multorum dictus sim / Sed bo
ni non michi irascentur quia eos pecca
tor conscientia non remordebit / Interdum
hoc et pontificum vitio accidat qui
non meliores / sed argutiores in cle
rum allegunt et simpliciores quosque
impotentes inhabiles putant vel
affinibus ut cognatis quasi terre
ne milicie officia largiuntur. sive

diuini obediunt iussioni quoque hiis peius
peius est illis clericatus gradum do
nant. quorum sunt obsequijs desimiti
Alioquin si iuxta sententiam apli non erunt
epi nisi mariti ipse aplus epus esse
non debuit qui dixit volo autem omnes sic
esse ut ego sum Et iohannes indig
nus hoc gradu estimabitur et omnes
virgines et continentes quibus quasi
pulcherrimis gemmis ecclie monile
decoratur Epus et pbr et dyaco
non sunt meritorum noia sed officiorum Nec
dicitur siquis epatum desiderat bo
num gradum desiderat sed boni operis
desiderat quod in maiori ordine co
stitutus possit si uelit occasionem exten
dare virtutum. Oportet ergo epm
irreprehensibilem esse ut nulli viciorum
capatus sit. vnius vxoris virum qui
vnam vxorem habuerit non habe
at Sobrium siue ut melius in greco di
citur vigilantem idem in Η Ε Φ Δ Λ
Η Ε Ω Η pudicum hoc enim significat
cat Τ Ω Φ Ρ Ω Η Δ. ornatum et
castitate et moribus hospitalem
ut imitetur abraham et cum pe
regrinis immo in peregrinis xpm suscipi
at. Doctorem nichil enim prodest
conscientia virtutum frui nisi et cre
ditum sibi populum possit instruere
ut valeat exhortari in doctrina et
eos qui contradicunt redarguere
Non vinolentum quia qui semper
in sanctis sanctorum est ut offert
hostias vinum et siceram non bibit
CXXXVII a
Non vinolentum quia in vino lux
uria est. non vinolentum sit bibat
epus. ut an biberit ignoretur.
Non percussorem. Id est qui consci
entias non percutiat singulorum Neque
enim certatorem pugilem describit beatissi
mo aplus sed pontificem insti
tuit. quid facere non deberet doc
uit e regione quid faciat Sed mo
destum non litigiosum. non cupidum
domum suam bene regentem fili
os habentem subditos cum omni cas
titate. vide quanta pudicicia ex
igatur in epo ut si filij eius impu
dici fuerint. ipse epus esse non possit
et eodem vitio offendat deum quo
offendit et heli pontifex qui cor
ripuerat quidem filios sed quia
non abiecerat delinquentes. retror
sum cecidit et mortuus est lucerna
dei antequam extingueretur Mu
lieres similiter pudicas et cetera. In omni
gradu et sexu tenet pudicitia prin
cipatum. Cernis igitur quod epus
et pbr et diaconus non ideo sunt

beati. quia epi uel pbri sunt aut dia
cones sed si virtutes habuerint no
minum suorum et officiorum. Alioquin si
diaconus sanctior epo suo fuerit
num ex eo quod in inferiori gradu est
apud xpm deterior erit: Aut stepha
nus diaconus qui martirio corona
tus est minor futurus est in regno ce
lorum multis epis et thimotheo
ac tito Quos ut subicere non au
deo: ita nec anteponere. Quomodo
in legionibus et exercitu sunt duces sunt
tribuni sunt centuriones sunt ferenta
rij. ac leuis armature. et miles
gregarius et manipuli. commissa quoque
pugna vacant nomina dignitatum
et sola fortitudo queritur ita in hoc
campo et prelio. quo contra demones
dimicamus. non querunt nomina
sed opera. et gloriosior ille sub uexillo
imperatore xpo. non qui nobilior sed qui
fortior est Et dicis. Si omnes virgines
fuerint. quomodo stabit humanum ge
nus: par pari referam si omnes vi
due fuerint uel in matrimonio con
tinentes quomodo stirps mortalium
propagabitur. hac ratione nichil
omnino erit. ne aliud esse desistat. Vbi
gratia si cuncti philosophi sunt. agricol
le non erunt. Quod loquar de agrico
lis Non oratores non iuris consulti
non reliquarum artium preceptores. Si
vniuersi principes quis erit miles
Si omnes caput cuius vocabitur caput
cum cetera membra defuerint Vereris
ne si virginitatem plus appetierint. ces
sent esse lupe cessent adultere eque
infantes in vrbibus villisque non va
giant Cotidie mechorum sanguis effun
ditur adulteria dampnantur sed inter
ipsas leges et secures ac tribunalia fla
grans libido dominatur Noli metuere
ne omnes virgines fiant. Difficilis res
est virginitas et ideo rara quia diffi
cilis Multi vocati pauci electi Cepe
plurimorum est. perseuerare paucorum
vnde et grande premium eorum qui perseue
rauerint. Si omnes esse virgines possent
nunquam et dns diceret qui potest cape
capiat Et aplus in persuadendo trepi
daret. de virginibus autem preceptum
dni non habeo Et cur inquies creata
sunt genitalia et sic a conditore sapi
entissimo fabricati sumus ut mutuum
nostri patiamur ardorem et gestiamus
in naturalem copulam. En periclitatur
in responsionis verecundia et qua
si inter duos scopulos et quasdam
necessitatis et pudicitie ΣΙΜΠΛΗ
Γ α α ac hinc inde uel pudoris

uel cause naufragium sustinemus. Si
ad proposita respondeamus pudore suf
fundimur. Si pudor imperet silentium
quasi de loco videbimur cedere et ad
uersario feriendi occasionem dare.
Melius tamen est clausis quod dicitur
oculis andabatarum more pugnare
quam directa spicula clipeo non
repellere veritatis. Poteram quidem
dicere quomodo posterior pars corporis
et meatus per quem alui stercora di
geruntur relegatus est ab oculis et quasi
post tergum positus ita et hic qui sub
ventre est ad digerendos humores et
potus quibus vene corporis irrigantur
a deo conditus est. Sed quia ipsa orga
na et genitalium fabrica et nostra fe
minarumque discretio et receptacula
vulue ad suscipiendos et coalendos
fetus condita sexus differentiam
predicant hoc per breuiter respondebo.
Nunquam ergo cessemus a libidine
ne huiusmodi frustra membra por
temus. Cur enim se maritus absti
neat ab uxore cur casta vidua perse
ueret si ad hoc tantum nati sumus ut
pecudum more viuamus. Aut quid
michi nocebit si cum uxore mea alius
concubuerit. Quomodo enim dentium
officium ut semper fruantur natura sua
meam lassitudinem est mandare
et in aluum ea que sunt mansa trans
mittere et non habet crimen qui con
iugi mee panem dederit, ita si ge
nitalium hoc est officium ut semper fru
antur natura sua meam lassitudinem
alterius vires supparent et uxores ut
ita dixerim ardentissimam gulam
fortuita libido restringat. Quid si
bi autem vult apostolus ut ad continentiam
cohortetur si contra naturam est.
Quid ipse dominus qui eunuchorum capit
varietates. Certe apostolus qui ad suam
nos prouocat pudiciciam debet
constanter audire: Cur portas vere
trum o Paule. Cur a sexu feminarum
barba pilis aliaque membrorum qualitate
distingueris. Cur non intumescunt pa
pille non dilatantur renes non pectus
artatur vox obsolecior est sermo
ferocior hirsutus supercilium frustra
hec omnia videris habens si complexu
non uteris feminarum. Compellor ali
quid loqui et insipiens fieri. Sed
vos me ut loqui audeam coegistis.
Dominus noster atque saluator qui cum in for
ma dei esset formam serui est dignatus
assumere factus obediens patri us
que ad mortem et mortem crucis quid
necesse erat ut in hijs membris nasce
retur

quibus usurus non erat. Qui certe ut sexum
ostenderet etiam circumcisus est. Iohan
nem apostolum et baptistam sua dilectione
castrauit quos viros nasci fecerat. Qui
in Christum credimus Christi sectemur exem
pla. Et si noueramus illum iuxta car
nem sed iam nunc non nouimus eum
secundum carnem. Certe in resurrecti
one eadem erit corporum substantia
qua nunc utimur licet aucta in gloriam.
Nam et saluator in tantum ipsum corpus
habuit post inferos in quo et cruci
fixus est ut manus perforatas clauis
et lateris vulnus ostenderet. Porro
si clausis ingressus ingressus est hos
tijs quod humanorum corporum natura non
patitur ergo et Petrum et dominum negabi
mus vera habuisse corpora quia am
bulauerunt super aquas quod contra naturam
est. In resurrectione mortuorum non
nubent neque nubentur sed similes
erunt angelis. Quod alij intelligis pos
tea futuri sunt hoc virgines in terra esse
ceperunt. Si angelorum nobis similitudo nobis
promittitur inter angelos autem non sexus
est diuersitas. Aut sine sexu erimus
quod angeli sunt. Aut certe quod liqui
do comprobatur resurgentes in proprio
sexu sexus non fungemur officio.
Verum quid agimus argumentis et proposi
tiones aduersarij callida cupimus
responsione superare. Vetera transierunt
et ecce facta sunt omnia noua. Et quomodo
parabolarum sinas et quomodo in Salomonis
exemplis breues expositiunculas sub
didi ob intelligendi facilitatem ita
et nunc castitatis et continentie christiane
exempla replicabo et de multis tes
timonijs quasi unum corpus efficiam
quo et nichil quod ad pudiciciam per
tinet pretermittam et nimie prolixita
tis declinem fastidium. Debebit inter
cetera Paulus apostolus ad Romanos: Que
ergo fructum habuistis tunc in quibus
nunc erubescatis. Nam finis illorum
mors est. Nunc vero liberati a pecca
to serui autem facti dei habetis fructum vestrum
in sanctificatione finem vero vitam
eternam. Puto quod et nuptiarum finis
mors sit fructus autem sanctificationis
qui uel ad virginitatem uel ad continen
ciam pertinet vita pensatur eterna.
Et deinde: Itaque fratres mei et vos mor
tificati estis legi per corpus Christi ut sitis
alterius qui ex mortuis resurrexit ut
fructificemus deo. Cum enim essemus
in carne passiones peccatorum que per le
gem erant operabantur in membris nostris
ut fructificarent morti. Nunc autem
soluti sumus a lege mortis in quo

Cxxxviii
a

detinebamur ut seruiamus in noui
tate spiritus et non in vetustate littere
Cum inquit essemus in carne et non
in nouitate spiritus sed in vetustate littere
faciebamus ea que carnis erant et
fructificabamus morti. Nunc autem
quia mortui sumus legi per corpus christi
fructificemus deo ut simus eius qui ex
mortuis resurrexit. Hec non et malo
loco cum predixisset. sciens quia lex
spiritualis est et de violencia carnis que
crebro nos impellat facere quod
nolumus latius disputasset et ad
extremum intulit. Infelix ego homo
quis me liberabit de corpore mor
tis huius. Gratia dei per ihesum christum dominum
nostrum. Et iterum Igitur ipse mente ser
uio legi dei. carne autem legi peccati
et nichil dampnationis est his qui
sunt in christo ihesu qui non secundum carnem
ambulant. lex enim spiritus in christo ihesu
liberauit me a lege peccati et mortis.
Ac manifestius in consequentibus
docet christianos non ambulare secundum
carnem. sed secundum spiritum dicens Qui
enim secundum carnem sunt que carnis sunt
sapiunt Qui vero secundum spiritum sunt. que
sunt spiritus senciunt. Nam prudencia
carnis mors est. prudencia autem
spiritus vita et pax. Quoniam prudencia
carnis inimicitia est in deum Legi
enim dei non subicitur. nec enim potest
Qui autem in carne sunt deo placere
non possunt vos autem in carne non es
tis. sed in spiritu si tamen spiritus dei placere
non possunt vos autem in carne non estis
sed in spiritu si tamen spiritus dei habitat
in vobis et reliqua usque ad illum lo
cum in quo ait Ergo fratres debitores
sumus non carni ut secundum carnem vi
uamus Si enim secundum carnem vixitis
moriemini Si autem spiritu facta carnis
mortificaueritis: viuetis Quicumque enim
spiritu dei aguntur hii filii dei sunt Si pru
dencia carnis inimicitia est in de
um et qui in carne sunt deo placere
non possunt. Arbitror eos qui seruiunt of
ficio coniugali quod prudenciam car
nis diligant et in carne sint a qua
retrahens nos apostolus et iungens spu
dem tempus alloquitur. Obsecro vos fratres
per misericordiam dei ut exhibeatis
corpora vestra hostiam viuentem sanctam
deo placentem rationabile obseq
uium vestrum et nolite conformari huic
seculo sed renouamini in nouitate
sensus vestri. ut probetis que sit vo
luntas dei bona et beneplacens et
perfecta. Dico enim per gratiam que data
est michi omnibus qui sunt inter vos

non plus sapere quam oportet sapere
sed sapere ad pudiciciam non ad so
brietatem ut male in latinis co
dicibus legitur. sed sapere inquit
ad pudiciciam siquidem grece scriptum
est EIT TOC ω φ p H I H Consideremus
sententiam apostoli Reformamini inquit
in nouitate sensus vestri ut probetis
que sit voluntas dei bona placens et per
fecta Quod dicit huiuscemodi est
Concedit quidem deus nuptias conce
dit digamiam et sinit suas forni
cationi et adulterio prefert etiam
trigamiam. Sed nos qui corpora ex
hibere debemus hostiam viuam sanctam
placentem deo rationabile obsequi
um nostrum non quid concedat sed quid velit con
sideremus. ut probemus que sit volun
tas dei bona et placens et perfecta Er
go quod concedit nec bonum nec placens
est nec perfectum Redditur tamen cur hoc
suadeat. Scientes tempus quia hora
est iam nos de sompno surgere. Nunc
enim propior est nostra salus quam cum cre
didimus Nox precessit dies autem appropinqua
uit Et in extremo Induimini dominum ihesum
christum et carnis curam ne feceritis in
desideriis. Aliud est voluntas dei aliud
indulgencia vnde et ad chorinthi
os scribens ait Et ego fratres non potui
loqui vobis sicut spiritualibus sed sicut car
nalibus sicut paruulis in christo. lac vo
bis potum dedi non escam nec dum enim
poteratis sed neque nunc potestis Ad
huc enim carnales estis Quia qui
animalis est homo non percipit ea que spiritus sunt
dei. Stulticia enim illi est nec potest in
telligere quia spiritualiter diiudicatur.
Iste non perfecto castitatis cibo sed ru
di nuptiarum lacte nutritur. Sicut per
hominem mors. sic et per hominem re
surrectio mortuorum Quomodo in adam
omnes moriuntur sic in christo omnes viuifi
cabuntur. Viuimus lege veteri adam
seruiamus in euuangelio nouo adam
factus est enim primus homo ~~de terra~~
adam in animam viuentem. et no
uissimus adam in spiritum viuificantem
Primus homo de terra terrenus. secundus
homo de celo celestis. Qualis terre
nus tales et terreni Qualis et celes
tis tales et celestes. Sicut portauimus imagi
nem terreni portemus et ymaginem
celestis. Hoc autem dico fratres quia caro
et sanguis regnum dei possidere non
possunt neque corruptio incorrupcionem here
ditabit. Hoc tam clarum est ut nulla
expositione queat manifestius fieri
Caro inquit et sanguis regnum dei
possidere non possunt. et corruptio incorrupcionem

Si corpio ad omem coytum ptinet
in corpio aut ppe castitatis est p
mia pudicicie. nupcie possidere no
possunt. Scimus em qm si terena dom
huius habitacionis destructa fuerit
edificacionem habeamus ex deo do
mu absq manu factam sempitna
in celis. In quo ingemescem habi
taculum nrm quod de celo est sup
induere desiderantes. Cupimus em
egredi de corpore et habitare cum
xpo ppt quod et studiosissime nitim
sive extra corpus placere deo. Et ut
plenius exponeret quales nos ee vellet
in alio loco docet dicens. despondi em
vos vni viro vginem castam exhi
bere xpo. Quod si ad totam ecclesia
credencium volueris referre et in hac
desponsione xpi / et maritas et diga
mos et viduas et vgines continere
hoc quoq pro nobis facit. Nam dum
oms ad pudiciciam et pmum vginitatis
invitatis ostendit cunctis gradibus v
ginitatem ee pociorem. Rursum qz
ad galathas. Ex opibus inquit legis
no iustificabitur oms caro. Opera
legis et nupcie sunt. vnde et maledi
citur in ea que no habent filios. Que
si conceduntur eciam in evangelio. A
liud est indulgencia infirmitati tri
buere. Aliud virtutibus pmia polli
ceri. Dicam et ego nupciatoribus me
is qui post castitatem et diuturnam
continenciam subantur ad coitum et
pecorum more lasciviunt. Sic insipientes
estis cum inceperitis spu nc carne
co summamini. Tanta passi estis sine
causa. Aplus quod concie quibus
dam nodos relaxat et dimittit fre
na currentibus ppt infirmitatem car
nis hoc facit contra quam scribens de
nuo loquitur / dico aut spu ambulate
et desiderium carnis ne feceritis / caro
em concupiscit contra spm et spus con
tra carnem. Non nece est nunc de opibus
carnis dicere quia et longum est
et facile pot de apli epla sumere q
voluerit. Dicam tm de spu cuius
fructus sunt caritas. gaudium. pax
longanimitas benignitas boni
tas fides mansuetudo continencia / Oms
virtutes sps quasi solidissimum funda
mentum et sublime culmen contine
cia sustentat. et protegat. Adversus
huiuscemodi no est lex. Qui autez
sunt xpi carnem suam crucifixerunt
cum viciis et desideriis. Si vivimus
spu ambulemus et spu. Qui in cum xpo
carnem nram et passiones eius
desideria qz crucifiximus quid rursum

ea que carnis sunt agere cupimus.
Que enim seminaverit homo. hoc et
metet. Qui seminat in carne sua
de carne metet corrupcionem. Qui
aut seminat in spiritu de spu metet
vitam eternam. Estimo qd qui vx
orem habet quam diu revertitur ad
idipsum ne temptet eum sathanas i
carne seminet no in spu. Qui aut
in carne seminat no ego sed apls
loquitur qd metat corrupcionem. E
legit nos in xpo deus pr ante con
stitucionem mundi ut essemus sancti
et immaculati coram eo. Ambula
vimus in concupiscenciis carnis facien
tes voluptates eius et cogitacionum
et fuimus filii ire sicut et ceteri. Nunc
aute conresuscitavit et consedere
nos fecit in celestibus in xpo ihesu
ut deponamus scdm priorem conversa
cionem veterem hominem qui cor
rumpitur iuxta desideria erroris
et apta possit nobis cum omnibus
qui diligunt dnm in corrupcione. Con
versacio nra in celis est. vnde et
salvatorem expectamus dnm ihm
xpm qui transfiguravit corpus humi
litatis nre conforme fieri corporis
glorie sue. Quecumqz ergo sunt
vera quecumqz pudica / quecumqz ius
ta. quecumqz ad castitatem ptinencia
hiis copulemur. hec sequamur. Re
conciliavit nos xps in corpore suo
deo patri p mortem et exhibuit
scos et immaculatos et absqz vlla
reprehensione coram se. in quo et
circumcisi sumus circumcisione no manu
facta in expoliacione corporis carni
tas sed in circumcisione xpi consepulti
ei in baptismate in quo et consur
reximus. Si ergo resurreximus cum
xpo ea que sursum sunt queramus
vbi xpus est in dextera dei sedens
ea sapiamus que sursum sunt. no
que sup terram. Mortui enim sumus
et vita nra abscondita e cum xpo in
deo. Cum xpus apparuerit vita
nra. tunc et nos apparebimus cum
eo in gloria. Nemo militans deo
implicatur seculi negotiis / ut pos
sit ei placere qui se elegerit. Appa
ruit em gra dei salvatoris omnibus
hominibus erudiens nos / Vt abne
gantes impietatem et secularia desi
deria caste et iuste et pie vivamus
in presenti sclo dies me deficiet si vo
luero omnia castitatis de aplo precep
ta memorare. Ista sunt de quibus
ad aplos loquebatur dns. Adhuc
multa habeo vobis dicere sed no

Marginalia (left margin): Teoric p; Cxxxix a.

Marginalia (right margin): b; Ista dudum que in(?) scrta ad ephesios eplaz(?) ubi fine concludit [illegible]; c

potestis ea portare modo Cum autem venerit ille spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem post crucem christi statim in actibus apostolorum vna domus philippi euangeliste quadrigam producit virginum filiarum ut cesarea nunquam ex gentibus conuersa per centurionem cornelium fuerat dedicata etiam virginum puellarum preberet exempla Cumque dominus in euangelio dixerit lex et prophete usque ad Johannem iste quia virgines erant et post iohannem prophetasse referuntur. Neque enim poterat veteris testamenti lege retineri que virginitatis fulserant claritate Transeamus ad Jacobum qui frater domini dicebatur qui tante sanctitatis tanteque iustitie et perpetue fuit virginitatis ut ioseph quoque historiographus iudeorum propter huius necem subuersam iherosolimam referat Hic primus episcopus ex iudeis ierosolime credentis ecclesie / ad quem paulus cum tito barnabaque pergebat loquitur in epistola sua Nolite errare fratres mei dilecti Omne datum bonum et omne donum perfectum desursum est descendens a patre luminum: apud quem non est transmutatio aut auersionis vmbraculum. volens genuit nos verbo veritatis ut simus primitie creaturarum eius / virgo mistice virginitatem docet. Omne perfectum donum desursum descendit vbi non nuptie: et descendit non a quolibet. sed a patre luminum. qui luminum qui dicat ad apostolos vos estis lumen mundi. Apud quem non est transmutatio. iudei siue gentilis. nec illa vmbra que versabatur in lege / primitie eos qui de nationibus crediderunt Sed verbo nos genuit. et verbo veritatis quia vmbra et imago et quedam species veritatis precessit in lege vt simus primicie creaturarum eius et quomodo ipse primogenitus ex mortuis omnes in se mortuos suscitauit sic ipse virgo primitias virginum suorum in se mortuos suscitauit. sic ipse virgo primitias virginum suorum in se virginem dedicauit. Petrus quoque quid de vocatione sentiat contemplemur / Benedictus deus et pater domini nostri ihesu christi qui secundum magnam misericordiam suam regenerauit nos in spem vite per resurrectionem ihesu christi ex mortuis in hereditatem incorruptam et immaculatam et immarcessibilem que seruatur in celis in vos qui virtute dei custodimini per fidem in salutem que parata est reuelari in tempore nouissimo. vbi incorrupta predicatur hereditas et inmaculata et immarcessibilis. et preparata in celis et in tempus nouissimum reseruata et spes vite eterne qui non nubent neque nubentur ibi aliis verbis virginitatis priuilegia describuntur

Nam et in consequentibus hoc ipsum docet propter hoc accincti lumbos mentis vestre. vigilantes perfecte sperate in eam gratiam que vobis deferenda est in reuelatione ihesu christi quasi filii obediencie non conformemini prioribus ignorantie vestre desideriis sed secundum eum qui nos vocauit sanctum et ipsi sancti estote in omni conuersatione. Scriptum est enim sancti estote quia et ego sanctus sum Neque enim corruptibili auro et argento redempti sumus sed precioso sanguine immaculati agni christi ihesu ut castificemus animas nostras in obedientiam veritatis renati. non ex co im corruptibili sed incorruptione per verbum viuentis dei et permanentis et sicut lapides viui edificemur in domum spiritualem sanctum sacerdotium offerentes victimas spirituales per ihesum christum dominum nostrum Nos enim sumus genus electum regale sacerdotium gens sancta populus adquisitionis christus pro nobis carne mortuus est armemur eadem conuersatione qua christus quoniam qui passus est carne quieuit a peccato ut nequaquam in desideriis hominum sed in voluntate dei reliquum in carne tempus exigamus Sufficit enim nobis preteritum tempus exigamus quando ambulauimus in luxuriis et desideriis ceterisque viciis Grandia nobis et preciosa virginitatis promissa donauit ut per hanc efficiamur diuine consortes nature fugientes eam que in mundo est concupiscentiam corruptionis Nouit dominus sanctos de temptatione eruere et iniquos cruciandos in diem seruare Iudicii precipue eos qui post carnem in desideriis pollucionis ambulant et dominationes despiciunt Audaces et procaces. Isti enim quasi irrationabilia iumenta in ventrem et libidinem promisunt blasphemantes qui in corruptione sua corrumpuntur et corrumpentur recipientes quia mercedem iniquitatis luxuriam qui putant delicias esse iusticiam sordes et macule et nihil aliud nisi de voluptatibus cogitantes qui habent oculos plenos adulterio / et insaciabili libidine et decipiunt animas nec dum in castitate robustas / loquuntur enim verba tumentia et indoctos facile illecebris carnis irretiunt repromittentes eis libertatem cum ipsi serui sint corruptionis

vnusquisque enim ei subiacet passioni a qua vincitur. Quod si fugientes coinquinationes mundi per scientiam saluatoris nostri ihesu christi iisdem rursum superantur que ante superauerunt facta sunt eis nouissima peiora prioribus. melius enim erat eis non nosse viam iusticie quam post noticiam eius post tergum redire et relinquere sanctum mandatum quod eis traditum fuerat. Completumque est in eis verissimum illud prouerbium. Canis reuertens ad vomitum suum et sus lota in volutabro luti. Nolui omnem locum secunde petri epistole ponere ne longum faceret sed tantummodo ostendi spiritus sancti vaticinio huius temporis et doctores et heresim prenunciatam. Denique manifestius eosdem notat dicens Veniet enim in nouissimis diebus illusores seducentes iuxta propria desideria ambulantes et cetera. Descripsit sermo apostolicus iouinianum loquentem buccis tumentibus et inflata verba trutinantem. repromittentem in celis libertatem. cum ipse viciorum seruus sit atque luxurie canisque reuertens ad vomitum suum. Nam cum monachum esse se iactitet. et post sordidam tunicam et nudos pedes et cibarium panem et aque potum ad candidas vestes et nitidam cutem ad mulsum et elaboratas carnes ad iura apicii et paxami ad balneas quoque et fricticulas et popinas se conferat manifestissimum est quod terram celo vitia virtutibus anteponens ventrem preferat christo et purpuram coloris eius putet regna celorum et tamen iste formosus monachus crassus nitidus dealbatus et semper quasi sponsus incedens aut vxorem ducat et equalem virginitatem nuptiis probet aut si non duxerit. frustra contra nos verbis agit, cum opere nobiscum sit. Sed et iohannes in eadem verba concordat. Nolite diligere mundum neque ea que in mundo sunt. Si quis diligit mundum non est dilectio patris in eo quoniam omne quod in mundo est. desiderium carnis est et desiderium oculorum et superbia huius vite que non est de patre sed de mundo est et mundus preterit et desiderium eius. Qui autem facit voluntatem dei manet in eternum. Mandatum nouum scribo vobis quod est verissimum et in christo et in vobis quia tenebre preterierunt et lux iam lucet. Et rursum karissimi nunc filii dei sumus et nec dum apparuit quid futuri sumus. Scimus autem quoniam si apparuerit similes ei erimus. quia videbimus eum sicuti est et omnis qui hanc habet spem castificat semetipsum sicut et ille castus est. In hoc perfecta est nostra caritas si fiduciam habeamus in die iudicii ut quomodo ille est sic et nos sumus in hoc seculo. Epistola quoque inde tale quid significat. Odientes et carnis pollutam tunicam. Legamus apocalipsin iohannis et ibi repperiemus agnum super montem syon et cum illo CXL IIII milia signatorum habentium nomen eius et nomen patris eius scriptum in frontibus suis qui cantant canticum nouum et nemo potest dicere canticum illud nisi qui empti sunt de terra. Isti sunt qui cum mulieribus se non coinquinauerunt virgines enim permanserunt. Hii sunt qui sequuntur agnum quocumque vadit. Empti enim sunt ex omnibus primicie deo et agno et in ore ipsorum non est inuentum mendacium et sine macula sunt. De singulis tribubus excepta tribu dan pro qua ponitur tribus leui XII milia virginum signatorum esse dicuntur qui cum mulieribus non sunt coinquinati. Ac ne putaremus de hiis dici qui scorta non norant statim intulit virgines enim permanserunt. Ex quo ostendit omnes qui virgines non permanserint ad comparationem purissime et ewangelice castitatis et ipsius domini nostri ihesu christi esse pollutos. Hii sunt qui cantant canticum nouum quod nemo potest canere nisi qui virgo est. Hii sunt primicie dei et agni et sine macula. Si virgines primicie dei sunt ergo vidue et in matrimonio continentes erunt post primicias id est in secundo et tercio gradu. Nec prius perditus populus saluari potuit nisi tales hostias castitatis christo obtulerit et inmaculatum agnum purissimis victimis reconciliauerit. Infinitum est si decem de ewangelio virginum exponere sacramentum quinque stultarum et quinque sapientum. Hoc solum inter dico quod quomodo absque ceteris operibus virginitas sola non saluat. sic omnia opera absque virginitate puritate continencia castitate imperfecta sunt. Ex quo nequaquam nos illud potuit impedire quod aduersarius obicit fuisse dominum in chana galilee et nupciarum festa celebrasse. et aquas vertit in vinum. Hoc enim breuissime respondebo quod qui octauo die circumcisus est et pro quo

Cxl
a

parturitur et duo pulli columbarum
die purgationis oblati sunt. cum cete
ris ante quam pateretur iudaicam con
suetudinem comprobavit ne illis oc
casionem iuste se interficiendi prebere
videretur quasi legem destruens
dampnansque naturam. Quamquam et
hoc pro nobis faciat. Qui enim semel
iuit ad nuptias semel docuit esse nu
bendum et tunc virginitati posset offi
cere. si nuptias post virginitatem et
viduitatis testimoniam non in gradu
tercio poneremus. Nunc autem cum he
reticorum sit dampnare coniugia
et dei spernere conditionem quicquid
de laude dixerit nuptiarum libenter
audimus. Ecclesia enim matrimonia non
dampnat / sed subicit nec abicit / sed
dispensat / sciens ut supradiximus / in
domo magna non solum esse vasa
aurea et argentea sed et lignea et
fictilia et alia esse in honorem alia
in contumeliam / et quicumque se munda
verit eum futurum esse vas honora
bile et necessarium in omne opus bonum prepa
ratum. Satis habundeque christiane
pudicitie et virginitatis angelice de
divinis libris exempla proposuimus / sed
quoniam intellexi in commentariis adversarii
provocari nos etiam ad mundi sapientiam
quod numquam hoc genus sit in seculo
probatum et novum dogma contra
naturam religio nostra prodiderit. percur
ram breviter grecas et latinas bar
barasque historias et docebo virgini
tatem semper tenuisse pudicitie prin
cipatum. Referunt fabule Athalan
tem calidoniam virginem. semper
in venatibus semper in silvis non tu
mentes uteros feminarum fastidia
que conceptuum sed expeditam et cas
tam amasse virtutem. Harpalicen
quoque virginem traciam insignis
poeta describit et reginam vulscorum
camillam quam turnus cui auxilium ve
nerat laudare volens non habuit
quod amplius diceret. nisi virginem
nominaret. Odecus italie virgo Chal
ciequos quoque illa filia leo virgo per
petua pestilentiam patrie sibi sponta
nea morte solvisse. Et Effigenie vir
ginis sanguis adversos placasse
ventos. Quid referam sibillas: Et
ritheam atque cumanam et octo reliquas
nam varro x. fuisse autumat quarum
insigne virginitas est et virginitatis
premium divinatio. Quod si eolico gene
re sermonis sibilla theobule appellatur
recte consilium dei sola scribitur nosse vir
ginitas. Cassandram quoque et chrisin

historie virginum ex [illegible]

b

eritrea

decem fuerunt sibille

vates apollinis et iunonis virgines
legimus et sacerdotes diane. et minerve
veste innumerabiles extiterunt. Qua
rum una minutia propter suspitionem
stupri viva defossa est. Iniusta reor
poena. nisi grande crimen lesa puta
retur virginitas. Certe romanus
populus. quanto honore virgines semper
habuerit hinc apparet. quod consules
et imperatores et in curribus triumphan
tes qui de superatis gentibus trophea
referebant. et omnis dignitatis gra
dus eis de via cedere solitus sit. Clau
dia virgo vestalis cum in suspitionem
venisset stupri et simulachrum ma
tris idee in vado tiberis hereret. ad
comprobandam pudicitiam suam / fer
tur cingulo duxisse navem. quam
multa hominum milia trahere nequi
verat. Melius tamen inquit lucanus
poete patruus cum illa esset actum
si hoc quod devenit ornamentum po
tius explorate fuisset pudicicie quam
dubie patrocinium. Nec mirum hoc de
hominibus cum minervam quoque et di
anam virgines deas finxerit error
gentilium et inter duodecim signa celi
quibus mundum volvi putant virginem
collocaverint. Magna iniuria nup
tiarum ut nec inter scorpios quidem et
centauros. et cancros et pisces / et
egocerotas uxorem maritumque co
luserint. Triginta athenensium ty
ranni cum phydonem necassent
in convivio filias eius virgines ad se
venire iusserunt / et scortorum more
nudari ac super pavimenta patris sangui
ne lubrica impudicis gestibus lu
dere que paulisper dissimulato do
lore. cum temulentos convivas cernerent
quasi ad requisita nature egredien
tes invicem se complexe precipitaverunt
in puteum ut virginitatem morte
servarent / Demotionis ariopagi
tarum principis virgo filia audito
sponsi leoscenis interitu. qui bellum
lamiacum concitarat / se interfecit
asserens quamquam intacta esset corpore
tamen si alterum accipere cogeretur qua
si secundum acciperet cum priori mente
nupsisset / Spartiate et messenii
diu inter se habuere amicicias in
tantum ut ob quedam sacra etiam vir
gines ad se mutuo mitterent. Quo
dam igitur tempore cum quinqua
ginta virgines lacedemoniorum
messenii violare temptassent. de
tanto numero nulla ad stuprum
consensit sed omnes libentissime pro
pudicitia occubuerunt. Quam obrem

Cxlj
a

grave bellum et longissimum concitatum
est et post multum temporis mamer
tina submersa. Aristoclides orchome
ni tyrannus adamavit virginem stim
phalidem que cum patre occiso ad templum
diane confugisset et simulachrum
eius teneret et nec vi posset evelli
in eodem loco confossa est. Cuius nec
cem tanto omnis archadia dolore
commota est ut bellum publice sume
ret et necem virginis ulcisceretur.
Aristomenes messenius vir iustissimus
victis lacedemoniis et quodam
tempore nocturna sacra celebrantibus
quo vocabantur iacinthina rapuit de
choris ludentium virgines xv et tota
nocte gradu concito fugiens exces
sit de finibus spartanorum. Cumque e
as comites eius vellent violare
monuit quam diu potuit ne facerent
et ad extremum quosdam non parentes pa
rentes interfecit / ceteris metu coherci
tis. Redempte postea a cognatis
puelle cum aristomenem viderent ce
dis reum fieri tam diu ad patriam
non sunt reverse quam diu iudicum ad
volute genibus defensorem pudici
cie sue cerneret absolutum. Quo ore
laudande sunt sceda si filie in leuc
tris boetie quas traditum est ab
sente patre duos iuvenes pretereuntes
iure hospitii suscepisse qui multum
indulgentes vino vim per noctem in
tulere virginibus. Que amisse pudi
citie nolentes super vivere mutuis
vulneribus conciderunt. Iustum est
ut locridas virgines non taceere que
cum ilium mitterentur ex more per annos
circiter mille nulla obscenum rumoris
et pollute virginitatis ullam fabulam
dedit. Quis valeat silencio preterire
septem milesias virgines que gallo
rum impetu cuncta vastante ne quid
indecens ab hostibus sustinerent
turpitudinem morte fugerunt.
Exemplum suis civibus virginibus
relinquentes. honestis mentibus
magis pudiciciam cure esse quam
vitam. Nicanor victis thebis atque
subversis unius captive virginis a
more superatus est. Cuius coniugium ex
petens et voluptuosos amplexus quod
scilicet captiva optare debuerat se
sit pudicis mentibus plus virginitatem
esse quam regnum et interfectam propria
manu flens et lugens amator te
nuit. Narrant scriptores grecie et a
liam thebanam virginem quam hos
tis macedo corruperat dissimulasse
paulisper dolorem et violatorem vir

ginitatis sue iugulasse postea dor
mientem seque interfecisse cum gau
dio ut nec vivere voluit post perditam
castitatem nec ante mori quam sui
ultor existeret. Apud gymnosophis
tas indie quasi per manus huius opi
nionis auctoritas traditur quod
buddam principem dogmatis eorum
e latere suo virgo generavit. Nec
hoc mirum de barbaris cum miner
vam quoque de capite iovis et liberum
patrem de femine eius procreatos doc
tissima finxerit grecia. Spensippus
quoque sororis platonis filius et cle
arcus in laude platonis filius et
anaxilides in secundo libro philoso
phie perictionem matrem platonis fan
tasmate appollinis oppressam ferunt
et sapiencie principem non aliter arbitran
tur nisi de partu virginis editum. Sed
et timeus scribit phytagore virginem
filiam choro virginitatis prefuisse et
castitatis eas instituisse doctrinis.
Diodorus socraticus v. filias diale
ticas insignis pudicicie habuisse
narratur de quibus et filio carnea
dis magister plenissimam scribit historiam.
Et ne nobis dominum salvatorem de
virgine procreatum romana exprobaret
potencia. Auctores urbis et gentis
sue ilia virgine et marte genitos
arbitrantur. Hec de virginibus stili cur
rens permultiplices historias et pre
rans sermo perstrinxerit / Veniam ad
maritas que mortuis vel occisis
prioribus viris super vivere noluerunt
ne cogerentur secundos nosse concubitus
et que mire unicos amaverunt ma
ritos. ut sciamus digamiam etiam
apud ethnicos reprobari. Dido soror
pigmalionis multo auri et argenti
pondere congregato affricam navi
gavit ibique urbem carthaginem
condidit et cum iarba rege libie in
coniugium peteretur paulisper distulit nup
cias donec conderet civitatem. nec
multo post extructam in memoriam
mariti quondam sichei pira maluit
ardere quam nubere. Casta mulier
carthaginem condidit et rursum
eadem urbs in castitatis laude fini
ta est. Nam hasdrubalis uxor cap
ta et incensa urbe cum se cerneret a ro
manis esse capiendam apprehensis ex
utroque latere parvulis filiis in subiec
tum domus sue devolavit incendium.
Quid loquar niterati coniugem. Que
impaciens iniurie viri mortem sibi ipsa
conscivit. Ne xxx. tyrannorum quos ly
sander victis athenis imposuerat

D

Cxliij
A

b
exempla gentilia quibus re
probantur secunde nupcie

libidinem sustineret. Arthemisia quoque
uxor mausoli insignis pudicicie fuisse
perhibetur que cum esset regina carie
et nobilium poetarum atque istoricorum
laudibus predicetur in hoc uel maxime
effertur quod defunctum maritum sic semper
amauit ut uiuum et mire magnitu-
dinis ac pulchritudinis extruxit se-
pulchrum intantum ut usque hodie omnia se-
pulcra preciosa ex nomine eius mauso-
la nuncupentur. Teuta illiriorum regina
ut longo tempore uiris fortissimis
imperaret et romanos sepe frangeret
miraculo utique meruit castitatis. In-
di ut omnes pene barbari uxores plu-
rimas habent. apud eos lex est ut uxor
carissima cum defuncto marito crema-
retur. hec igitur contendunt inter se de
amore uiri et ambicio summa certa-
ancium est ac testimonium castitatis dig-
na morte decernitur. Itaque uictrix in ha-
bitu ornatuque pristino iuxta cadauer
accubat amplexans illud et deoscu-
lans et suppositos ignes pudicicie
laude contempnens. puto que sic
moritur secundas nupcias non requirit.
Alcibiades ille socraticus uictis athe-
niensibus. fugit ad pharnabazum
Qui accepto precio a lysandro principe
lacedemoniorum iussit eum interfici. Cum-
que suffocato caput esset ablatum et
missum lysandro in testimonium ce-
dis explete reliqua pars corporis
iacebat insepulta. Sola igitur con-
cubina contra crudelissimi hostis
imperium inter extraneos et imminente
discrimine funeri iusta persoluit mori
parata pro mortuo que uiuum dilex-
erat. Imitentur matrone saltem con-
cubinarum fidem et prestent libere quod
captiua prestauit. Strato regulus si-
donis manu propria se uolens confodere
ne imminentibus persis ludibrio foret
quorum fedus egipcii regis societate
neglexerat retrahebatur formidine
et gladium quem arripuerat circum-
spectans hostium pauidus expecta-
bat aduentum quem iam iamque capiendum
uxor intelligens extorsit armaturam
e manu et latus eius transuerbe-
rauit. Compositoque ex more cadauere
se moriens. ~~se moriens~~ superiecit ne post
uirginalia federa alterius coitum susti-
neret. d Xenofon in ciri maioris scribit
infancia occiso abradote uiro quem pa-
nthia uxor miro amore dilexerat col-
locans sese iuxta corpus laceratum et con-
fosso pectore sanguinem suum mariti
infudisse uulneribus. istam causam
regis occidendi putauit uxor quam

maritus nudam amico suo se ignorante
monstrauerat. Iudicauit enim se non a-
mari que et alteri posset ostendi. Rho-
dogune filia darii post mortem uiri
nutricem que illi secundas nupcias sua-
debat occidit. Alcestin fabule ferunt
pro admeto sponte defunctam. et pene-
lopis pudicicia homeri carmen est.
Laodamia quoque poetarum ore cantatur
occiso apud troiam protesilao noluisse
superuiuere. Ad romanas nunc feminas
transeam et primam ponam lucreciam in-
securam que uiolate pudicicie nolens
superuiuere maculam corporis cruore
deleuit. Duellius qui primus rome
nauali certamine triumphauit. biliam
uirginem duxit uxorem tante pudi-
cicie ut illo quoque seculo pro exemplo
fuerit quod impudicicie monstrum erat
non uicium. Is iam senex et trementi corpore
in quodam iurgio audiuit exproba-
ri sibi os fetidum et tristis se domum
contulit. Cumque uxori questus esset
quare numquam se monuisset ut huic
uicio mederetur. fecissem inquit illa
nisi putassem omnibus uiris sic os olere.
Laudanda in utroque pudica et nobilis
femina et si ignorauit uicium uiri et
si patienter tulit et quod maritus infeli-
citatem sui corporis non uxoris fastidio
Cxliij sed maledicto sensit inimici. Certe
a que secundum ducit maritum hoc dicere non
potest. Marcia catonis filia minor cum
quereretur ab ea cur post amissum maritum
denuo non nuberet. respondit non se
inuenire uirum qui se magis uellet
quam sua. Quo dicto eleganter ostendit
diuicias magis in uxoribus eligi solere
quam pudiciciam et multos non oculis sed
digitis uxores ducere. optima sane
res quam auaricia conciliat. Eadem cum
lugeret uirum et matrone ab ea que-
rerent quem diem haberet luctus ultimum
ait quem et uite. Arbitror que ita
uirum querebat absentem. de secundo
matrimonio non cogitabat. Brutus
porciam uirginem duxit uxorem. mar-
ciam cato non uirginem. sed marcia inter
hortensium catonemque discurrit et
sine catone uiuere potuit. porcia
sine bruto non potuit. Magis enim se
unius uiris applicant femine. michi
aliud nosse magnum carioris indul-
gencie uinculum est. Annia cum propin-
quus moneret ut alteri uiro nuberet
esse enim ei etatem integram et faciem
bonam nequaquam inquit hoc faciam
Si enim uirum bonum inuenero ut
ante habui nolo timere ne perdam
Si malum quid necesse est post bonum

pessimum sustinere. Porcia minor cum
laudaret apud eam quedam bene mo
rata que secundum habebat maritum respon
dit felix et pudica matrona numquam
preter semel nubit. Marcellia maior in
terrogatur a mice sua gaudet ne se nup
sisse respondit ita valde ut amplius
nolim. Valeria messalarum soror amis
so servio viro nulli nolebat nubere
Que interrogata cur hoc faceret ait si
bi semper maritum servium vivere. Sermo
in cathologo feminarum multo me pla
dixisse quam exemplorum patitur con
suetudo et a lectore erudito iuste pos
se reprehendi. Sed quid faciam. Cum
michi mulieres mei temporis apostoli in
gerant auctoritatem et necdum e
lato funere prioris viri memoriter diga
mie precepta decantent. Ut que xane
pudicitie despiciunt fidem discant sal
tem ab ethnicis castitatem. Fertur au
reolus philozophus definit uxores non
debere duci. Aureolus theophrasti li
ber de nuptiis in quo querit. An vir
ducat uxorem et cum definisset si pul
chra esset si bene morata si honestis
parentibus si ipse sanus ac dives sic
sapientem inire aliquando matrimonium
statim intulit. Hec autem raro in nup
tiis universa concordant. Non est igitur
uxor ducenda sapienti. Primum enim
impediri studia philozophie. Nec
posse quemquam libris et uxori pariter
inservire. Multa esse que matro
narum usibus necessaria sunt. Preciose ves
tes aurum gemme sumptus ancille
supellex varia lectice et esseda deaura
ta. Deinde per totas noctes garrule con
questiones. Illa ornatior procedit in
publicum. Hec honoratur ab omnibus
ego in conventu feminarum misella de
spicior. Cur aspiciebas vicinam. Quid
cum ancillula loquebaris de foro veni
ens. quid attulisti. Non amicum habere
possumus. non sodalem. Alterius amo
rem suum odium suspicatur. Si doctissi
mus preceptor in qualibet urbium fuit
nec uxorem relinquere nec cum sarcina
ire possimus. Pauperem alere
difficile est. divitem ferre tormentum.
Adde quod nulla est uxoris electio. Sed
qualiscumque obvenerit habenda. Si
iracunda si fatua si deformis si superba
si fetida quodcumque vicii est post nup
tias didicimus. Equus asinus bos
canis. et vilissima mancipia vestes
quoque et lebetes. sedile ligneum. calix
et urceolos fictilis probantur prius
et sic emuntur. Sola uxor non ostenditur
ne antea displiceat quam ducatur.

Attendenda eius semper est facies et
pulchritudo laudanda. ne si alteram
aspexeris se estimet displicere. Voca
da domina celebrandus natalis eius
iurandum per salutem illius. ut sit
superstes optandum. Honoranda nutrix
eius et gerula servus patrinus. et
alumnus. et formosus assecla et pro
curator calamistratus et in longam
securam que libidine exsectatus spado
sub quibus nominibus adulteri delites
cunt. Quoscumque illa dilexerit ingra
tis amandi si totam ei domum regen
dam commiseris serviendum est si ali
quid tuo arbitrio reservaveris. fidem
sibi haberi fidem non putabit. et in
odium vertitur ac iurgia et nisi cito con
sulueris parabit venena. Anus et
aurifices et ariolos et institores
gemmarum sericarumque vestium si intro
miseris periculum pudicitie est si pro
hibueris suspicionis iniuria. Verum
quid prodest etiam diligens custo
dia cum uxor servari impudica
non potest. pudica non debeat. Infida
enim custos est castitatis necessitas et illa
vere pudica dicenda est cui licuit
peccare si voluit. Pulchra cito ada
matur feda facile concupiscit. Diffi
cile custoditur quod plures amant
molestum est possidere quod nemo
habere dignetur. Minore tamen miseria
deformis habetur quam formosa servatur.
Nichil tutum est in quo totius po
puli vota suspirant. alius forma
alius ingenio alius facetiis alius
liberalitate sollicitat. aliquomodo
expugnatur. quod undique incessitur.
Quod si propter dispensationem domus
et languoris solacia et fugam so
litudinis ducuntur uxores multo melius
servus fidelis dispensat obediens
auctoritati domini et dispensationi eius
obtemperans quam uxor que in eo se
estimat dominam si adversum viri
faciat voluntatem id est quod placet
non quod iubetur. Adsidere autem
egrotanti magis possunt amici et ver
nule beneficiis obligati. quam illa
que nobis imputet lacrimas suas
et hereditatis spe vendat in lumine
et sollicitudinem iactans languentis a
nimum desperatione conturbet. Quod
si langueerit coegrotandum est et num
quam ab eius lectulo recedendum
At si bona fuit et suavis uxor que
tamen rara avis est. cum parturiente
gemimus. cum periclitante torque
mur. Sapiens autem numquam esse solus
potest habet secum omnes qui sunt

quiqz numquā fuerit boni et animū
liberum quocūqz wlt transfert. Quod
corpore nō pōt cogitatione complec-
titur et si hominū inopia fuerit
loquitur cum deo. Numquam mi-
nus solus erit quam cum solus fuit. Por-
ro liberorū cā uxorem ducere ut uel no-
mē nrm nō intereat uel habeamus

Con ducentem uxorem ppter agnacionem

.Cxliiij

senectutis presidia et certis vtamur
heredibus stolidissimū est. Quid enim
ad nos ptinet recedentes e mundo
si nomine nrō alio nomine vocetur. cum et
filius nō statim patris vocabulū re-
ferat et innumerabiles sint qui sunt
eodem appellent nomine. Aut que
senectutis auxilia sunt nutrire domi
quia ut forte moriatur. Aut
puersissimis moribus sit aut certe
cum ad maturam etatem venerit
tarde ei videaris mori. Heredes
autem meliores et certiores sunt
amici et ppinqui quos iudicio eli-
gas quam quos velis nolis habere
cogaris. Licet certa hereditas sit dum
advivis bene abuti suba tua. quam
tuo labore quesita incertos vsus re-
linquere. Hec et hiuiscemodi theo-
phrastus disserens quem nō suffun-
dat xanorum quorum conuersatio in celis
qui cottidie dicit cupio dissolui et es-
se cum xpō. Heredem nimirum desidera-
bit hominem coheres xpi et optabit
liberos nepotesqz sciet delectabitur
quos forsan sit occupaturus antixps
cum legamus moisen et samuhelem
filiis suis alios ptulisse nec putasse
liberos quos videbant dnō displi-
cere. Cicero rogatus ab hircio ut post

De philosophis monogamis

repudium terrentie sororem eius du-
ceret omnino facere supsedit. Dicens nō

Dissimulat vel recusat

posse se et vxori et phie pariter operam
dare. Illa interim quam egregia et
que de fontibus tullianis hauserat
sapiam nupsit salustio inimico eius
et tertio messale coruino et quasi
per quosdam gradus eloquentia devo-

Item de bigamis phis

luta est. Socrates xantippen et mi-
rone neptem aristidis duas habebat

b

vxores. Que cum crebro inter se iur-
garent et ille eas irridere esset so-
litus quod pp se fedissimum hominem

De sorte fugato a mulieribus suis

simis naribus recalua fronte pilosis
hucris et repandis cruribus disceptar-
ent. Novissime verterunt in eum
impetum et male mulctatum fugi-
entemqz diu psecute sunt. Quadam

Contra de bono mulierem siue mitigare et delectare sig

autem tpe cum infinita conuicia et
ex supiori loco ingerenti xantippe
restitisset aqua pfusus immunda
nichil respondit amplius quam

capite deterso sciebam inquit fu-
turum ut ista tonitrua imber seque-
retur. Lucij sille felicis si nō ha-
buisset vxorem metella coniux pa-
lam erat inpudica et quia nō-
uissimi mala nra discimus, id a-
thenis cantabatur et silla igno-
rabat secretaqz domus sue primum
hostium conuiciis didicit. Gemit pom-
peio leotiam vxorem inpudicam
quam pontici spadones et mithri-
datice ambiebant caterue cum ceteri
eum putarent scientem pati. Indica-
uit in expeditione commilito et vic-
torem totius orbis tristi nuntio con-
sternauit. Marcus catho censorius
habuit vxorem actoriam paulam
humili loco natam. iuolatam impo-
tentem et quod nemo posset cre-
dere catonis supbiam. Hoc ideo ne
quis putet si paupem duxerit sa-
tis se concordie puidisse. Philippum
regem macedonum contra quem de-
mostenis philippice tonant intro-
euntem ex more cubiculum vxor exclu-
sit irata qui exclusus tacuit et in-
iuriam suam versu tragico conso-
latus est. Gorgia rhetor librum pul-
cherrimum de concordia grecis tunc
inter se dissidentibus recitauit o-
limpie. Cui melancius inimicus

c

eius hic nobis inquit de concor-
dia pcipit qui se et vxorem et an-
cillulam tres in vna domo concor-
dare nō potuit: emulabatur quip-
pe vxor eius ancillule pulchritudi-
ni et castissimum virum cotidianis iur-
giis exagitabat. Tote euripidis
tragoedie in mulieres maledicta
sunt. Vnde et hermione eloquitur, ma-
larum me mulierum decepere con-
silia. In lepti vrbe et semibarbara
et posita in solitudine moris est ut
nurus altera die socrus ollam mutu-
am postulet. que illa statim negat
vt sciat illud verum esse terrentij quod
consulto ambigue extulit. Quid
hoc est omnis socrus oderunt nurus.
Legimus quendam apud romanos
nobilem cum eum amici arguerent
quare vxorem formosam et castam
et diuitem repudiasset ptendisse
pedem et dixisse eis hic soccus quem
cernitis videtur vobis nouus et
elegans. sed nemo scit pter me
vbi me premat. Scribit herodotus
quod mulier cum veste deponat et
verecundiam. Et iterum Comicus fortuna-
tum putat qui vxorem numquam
duxerit. Quid referam pasiphen

cli temestras et eriphilas quarum summa
deliciis fluens quippe ut regis uxor
tauri dicitur expetisse concubitus. A
lia occidisse virum ob amorem a
dulteri. Tercia prodidisse amphia
raum et saluti viri monile aureum
pretulisse. Quidquid tragoedie tumet
et domos. urbes regnaque subvertit
uxorum pellicumque contentio est. Ar
mantur parentum in liberos manus
nefande adponuntur epule. et propter unius
mulierculae raptum europe atque
asie decennalia bella confligunt.
d Quasdam repudiatas altero nup
tiarum die statim nupsisse legimus
utrique reprehendendus maritus et
cui tam cito displicuit. Epicurus
voluptatis assertor quamquam metro
dorus discipulus eius leontion ha
buerit uxorem raro dicit sapienti
ineunda coniugia quia multa in
commoda admixta sint nuptiis et
quomodo divicie et honores et
corporum sanitates et cetera que
indifferencia nominamus nec bo
na nec mala sunt sed quasi in me
ditullio posita usu et eventu vel bo
na vel mala fiunt ita et uxores su
as in bonorum malorumque confinio
Grave autem esse viro sapienti veni
re in dubium utrum an mala an bona
ducturus sit ridiculo Crisippus du
cendam uxorem sapienti precipit ne
iovem gamelium et negethlium vi
olet. Isto enim modo apud latinos
ducenda uxor non erit quia iovem
non habent nuptialem. Quod si deorum
ut putant nomina vite hominum
prediciant. offendet ergo statorem
iovem quilibet sederit. Scripserunt
aristoteles. et plutarcus et noster sene
ca de matrimonio libros et quibus
et superiora nonnulla sunt et ista que
subiciamus. Amor forme rationis
oblivio est et insanie proximus. fe
dus minimeque conveniens animo sos
piti turba concilia altos et genero
sos spiritus frangit a magnis cogita
cionibus ad humillimas detrahit. Que
rulos. iracundos temerarios dure
imperiosos serviliter blandos omni
bus inutiles ipsi novissime amori
facit. Nam cum fruendi cupidita
te insaciabilis flagrat plurima tempo
ra suspicionibus lacrimis conques
tionibus perdit odium sui facit et ipse
novissime odium est. Tota amoris
insectacio apud platonem posita
est et omnia eius incommoda. lasias
explicat quod non iudicio sed furore

ducitur et maxime uxoris pulchritudi
ni gravissimus custos accubet. Refert
preterea seneca cognovisse se quen
dam ornatum hominem qui exiturus
in publicum fascea uxoris pectus col
ligabat et ne puncto quidem hore
presencia eius carere poterat. pocionem
que nullam nisi alternis tactam labris
vir et uxor hauriebant. Alia deinceps
non minus inepta facientes in que
improvida vis ardentis affectus e
rumpebat. Origo quidem amoris
honesta erat sed magnitudo defor
mis. Nichil autem interest quam ex honesti
ta quis insaniat unde et sextus in
sententiis Adulter est inquit in suam
uxorem amator ardencior. In aliena
quippe uxore omnis amor turpis est
in sua nimius. Sapiens iudicio de
bet amare coniugem non affectu re
get impetus voluptatis nec precipes
fertur ad coitum. Nichil est fedius
quam uxorem amare quasi adulte
ram. Certe qui dicunt se causa rei pu
blice. et generis humani uxoribus
iungi et filios tollere imitentur sal
tem pecudes et postquam uxoris venter
intumuerit non perdant filios nec a
matores se uxoribus exhibeant.
sed maritos. Quorumdam matrimo
nia adulteriis coheserunt et quod im
probum idem illis pudiciciam prece
perunt qui abstulerant. Itaque cito eius
modi nuptias sacietas solvit cum primum
lenocinium libidinis abscessit. Timor
quod licebat cuiuis. Nam quid ait
seneca de viris pauperibus dicam. quorum
in nomine mariti et ad deludendas
leges que contra celibes late sunt pars
magna conducitur. Quomodo potest
regere mores et precipere castitatem
et mariti auctoritatem tenere qui nup
sit. Doctissimi viri vox est. pudici
ciam in primis esse tenendam. Qua
amissa omnis virtus ruit. In hac
muliebrium virtutum principatus est.
hec pauperem commendat divitem ex
tollit. deformem redimit exornat
pulchram. Bene meretur de maio
ribus quorum sanguinem furtiva so
bole non viciat. Bene de liberis quibus
nec de matre erubescendum
nec de patre dubitandum est. Bene
in primis de se quam a contumelia ex
terni corporis vindicat. Captivita
tis nulla maior calamitas est quam
ad alienam libidinem trahi viros con
sulatus illustrat eloquencia in no
men eternum effert militaris gloria triumphusque nove gentis consecrat.

cxlv.
a

d

al. ore ?pho

Multa sunt que ipse clara ingenia nobilitent mulieribus. proprie virtus pudicitia est. hec lucreciam bruto equavit nesci as an et pretulerit. Cum brutus non posse servire a femina didicit. hec equavit cor neliam graccho. hec porciam alteri bruto. Notior est marito suo tanaquil illa rara. inter multa regum nomina iam ab scondit antiquitas. hanc raram inter fe minas virtus altius seculorum omni memorie quam ut excidere possit infixit. Sumitis ergo nupte theanum cleobulinam gor gunti mochiam claudias atque cornelias et cum apostolum in malis mulieribus digamiam viderint ignoscentem legant antiquam religionem nostram fulgeret in mundo vmalbas semper habuisse in matricis deus. per illas fortune muliebri sacra fieri solitum nullum sacerdotem digamum. nullum fla minem bimaritum. Jerophantas quoque atheniensium usque hodie cicute sor bicione castrari et postquam fuerint adlecti viros esse desinere. Explicit sancti Jeronimi adversus Jovinianum hereticum liber primus. Incipit secundus.

Secunda pro

posicio est eos qui fuerint baptizati a diabolo non posse temptari Et ne hoc stulte dicere videretur adicit. Quicumque autem temptati fu erint ostendi eos aqua tantum et non spiritu baptizatos quod in symone mago le gimus unde et Johannes dicit. Omnis qui natus est ex deo peccatum non facit quoniam semen ipsius in eo manet et non potest peccare quia ex deo natus est. In hoc manifesti sunt filii dei et filii diaboli Et in fine epistole. Omnis qui natus ex deo non peccat sed generacio dei conser vat eum et malignus non tanget illum. Revera fortis obiectio et que in disso lubilis permaneret nisi ipsius Johannis testimonio solueretur statim intulit filioli custodite vos a simulachris. Si omnis qui natus est ex deo non pec cat et a dyabolo temptari non potest quo modo precipit ut caveant ne temp tentur. Et in eadem rursus epistola Si dixerimus quoniam peccatum non habemus ipsi nos seducimus et veritas in nobis non est. Si confiteamur peccata nostra fidelis est et iustus ut remittat nobis peccata nostra et emundet nos ab omni iniquita te. Si diximus quoniam non peccavimus mendacem facimus eum et verbum eius non est in nobis. Estimo quod Johannes baptizatus ad baptizatos scripse rit et quod omne peccatum ex diabolo sit.

Ille peccatorem se confitetur et sperat re missionem post baptisma peccatorum et Jovinianus meus dicit ne tan gas me quoniam mundus sum. Quid igitur Contraria sibi apostolus loquitur. Minime. In eodem quippe loco cur hoc dixit statim edisserit. filioli mei hoc scri bo vobis ut non peccatis. Sed et si quis peccaverit advocatum habemus apud patrem Jhesum Christum iustum et ipse est propiciacio pro peccatis nostris. Non pro nostris tantum sed eciam pro totius mundi Et in hoc scimus quoniam cognovimus eum si mandata eius observemus. Qui dicit se nosse eum et mandata eius non custodit mendax est et in hoc veri tas non est. Qui autem servat verbum eius vere in hoc caritas dei perfecta est. In hoc scimus quoniam in ipso sumus. Qui dicit se in ipso manere debet sicut ille ambulavit et ille ambulare propterea inquit scribo vobis filioli mei omnis qui natus est ex deo non peccat ut non peccetis et tam diu sciatis vos in generacione domini perma nere quam diu non peccaveritis. Immo qui in generacione domini perseverant pec care non possunt. Que enim communicacio luci et tenebris: Christo et belial. Quo modo dies et nox misceri nequeunt sic iusticia et iniquitas peccatum et bona opera Christus et antichristus Si suscc perimus Christum in hospicio pectoris nostri illico fugamus diabolum Si pec caverimus et per peccati januam ingressus fuerit dyabolus protinus Christus rece dit. Unde et david post peccatum redde michi ait leticiam salutaris tui Scilicet quam peccando perdiderat Qui dicit se nosse eum et mandata eius non custodit mendax est et in hoc ve ritas non est. Christus veritas appellatur immo est. Ego sum inquit via et vita et veritas. Frustra nobis in eo applaudimus cuius mandata non facimus. Scienti bonum et non facienti id peccatum est. Quomodo corpus sine spiritu mortuum est sic et fides sine operibus mortua est. Nec grande putemus unum deum nosse cum et demones cre dant et contremiscant. Qui dicit se in ipso manere debet sicut ipse ambulavit et ille ambulare. Eli gat adversarius e duobus quod vult opcionem ei damus. Manet in Christo an non manet. Si manet ita ergo ambulat ut Christus. Si autem temera rium est similitudinem virtutum domini pol liceri non manet in Christo quia non graditur ut Christus. Ille peccatum non

fecit neque inuentus est dolus in ore eius
Qui cum malediceretur non maledixit et
tamquam agnus coram tondente se
sic non aperuit os suum ad quem uenit prin-
ceps mundi istius et non inuenit in eo
nichil Qui cum peccatum non fecisset pro no-
bis peccatum eum fecit deus Nos autem iuxta
epistolam iacobi multa peccamus omnes
et nemo mundus a peccatis nec si unius
quidem diei fuerit uita eius Quis enim
gloriabitur castum se habere cor. Aut quis
confidet mundum se a peccatis Tenemur quia
rei in similitudine preuaricationis ada
unde et dauid ecce in iniquitatibus con-
ceptus sum et in delictis peperit me
mater mea Et beatus Iob Si fuero iustus
os meum impia loquetur et si sine
crimine prauus inueniar. et si purifica-
tus fuero quasi aquis niue et lotis mundis mani-
bus satis me sorde tinxisti et exe-
cratum est me uestimentum meum Vnde
ne penitus desperemus arbitrantes
nos post peccata baptismi non posse sal-
uari statim hoc ipsum temperat et si quis
peccauerit aduocatum habemus apud
patrem ihesum christum iustum et ipse est
propiciatio pro peccatis nostris Non pro nostris
autem tantum sed etiam pro totius mundi
hec ad credentes post baptisma loquitur
et aduocatum pro delictis eorum dominum
pollicetur Nec dicat si quid peccauitis
aduocatum habetis apud patrem christum ihesum
et ipse est propiciatio pro peccatis nostris ne
eos diceres non plena fide baptisma
consecutos. Sed aduocatum inquit ha-
bemus apud patrem et ipse est propicia-
cio pro peccatis nostris Et non solum pro
nobis illorum qui peccantis sed pro totius mundi
In toto autem mundo et apostoli sunt omnesque
credentes ex quibus liquido comprobatur
post ~~liquido~~ baptisma posse peccari
Frustra enim aduocatum habemus ihesum
christum si peccari non potest petrus apostolus
ad quem dominum fuerat qui lotus est
non habet necesse ut iterum lauet et tu
es petrus et super hanc petram edifica-
bo ecclesiam meam ab ancilla perterri-
tus negat et ipse dominus symon Symon
ecce inquit sathanas postulauit
uos ut cribaret quasi triticum Ego
autem rogaui pro te ne deficeret fides
tua Et in eodem loco vigilate et o-
rate ne intretis in temptationem. spiritus
quidem promptus sed caro infirma
Quod si ante crucem domino respon-
deris ecce post crucem in oratione domi-
nica dicimus dimitte nobis debita
nostra sicut et nos dimittimus debitoribus
nostris. et ne nos inducas in tempta-
tionem. Sed libera nos a malo Si enim

Si non peccauimus post baptisma cur
nobis poscamus peccata dimitti que
in baptismate iam dimissa sunt. Quod
oramus ne incidamus in temptationem
et ut liberemur a malo si diabolus
temptare non potest baptizatos. Aliud
est autem si ad cathecuminos hec
oratio pertinet et non conuenit fidelibus
et christianis paulus electionis uas
castigat corpus suum et redigit ne
aliis predicans ipse reprobatus inueni-
atur. et datus est michi inquit sti-
mulus angelus sathane qui me
colaphizet Et ad corinthios Timeo
autem ne forte sicut serpens decepit
euam in astucia sua corrumpantur
sensus uestri a simplicitate que in christo est
Et alibi Cui autem aliquid donastis
et ego Nam et ego quod donaui propter
uos in persona christi ut non circumueniamur
a sathana non enim eius ignoramus
astucias Et rursum Temptatio uos non
apprehendat nisi humana fidelis autem
deus qui non dimittet uos temptari
super illud quod potestis sed faciet
cum temptatione etiam prouentum
ut possitis sustinere et qui sibi uidetur
stare uideat ne cadat Et ad gala-
thas Currebatis bene quis uos im-
pediuit ueritati non obedire Et ali-
bi volumus uenire ad uos ego qui-
dem paulus et semel et iterum sed im-
pediuit uos sathanas Et ad corin-
thios Et iterum ad ipsum reuertimini ne
temptet uos sathanas propter incontinen-
tiam uestram Et rursum dico autem
spiritu ambulate et desideria carnis
non perficietis caro enim concupiscit
aduersus spiritum spiritus autem aduer-
sus carnem hec enim aduersantur
inuicem sibi ut non quecumque uultis
illa faciatis ex utroque compati necesse
est ut contra se sibi bella patiantur
Et ad ephesios Non est nobis pugna
aduersus carnem et sanguinem sed
aduersus principes et potestates ad-
uersus rectores tenebrarum aduersus
spiritualia nequicie in celestibus. Et es-
timat aliquis securos et dormientes
nos esse debere post baptisma. Nec
non ad hebreos Impossibile est enim
eos qui semel sunt illuminati et gus-
tauerunt donum celeste et participes fa-
cti sunt spiritus sancti gustauerunt nichilominus
bonum dei uerbum uirtutesque seculi futuri
et prolapsi sunt renouari iterum ad penitentiam
rursum crucifigentes sibimet ipsis
filium dei et ostentui habentes Certe eos
qui illuminati sunt et gustauerunt donum
celeste et participes facti sunt spiritus

sancti gustauerunt qz bonum dei verbum
negare non possumus baptizatos
Si autem baptizati peccare non possunt
quomodo nunc apostolus dicit et prolapsi
sunt. unde ne montanus et nouatus
hic rideat qui contendunt non posse
renouari per penitentiam eos qui crucifix=
erunt sibimet filium dei / et ostentui
habuerunt consequenter hunc errorem
soluit et ait Confidimus autem de vo
bis dilectissimi meliora et viciniora
salutis. tamen et si ita loquimur Non
ita loquimur non enim iniustus deus / ut
obliuiscatur operis vestri et dilectionis
quam ostendistis in nomine eius qui ministras
tis et reuera grandis iniusticia dei
si tantum peccata puniret et bona opera
non susciperet. locutus sum inquit apostolus
ita ut vos aptius retraherem et dis
peracionis metu facerem cauciores
Ceterum confido de vobis dilectissimi

Cxlvij
a

meliora et viciniora salutis Neqz
enim iusticie dei est ut obliuiscatur
bonorum operum et ministerii quod propter
nomen eius exhibuistis et exhibetis
in sanctos et tantum meminerit peccatorum
Sed apostolus iacobus sciens baptizatos
posse temptari. et ~~corporaliter~~ propria cor
ruere voluntate beatus ait vir qui suf
fert temptacionem quia cum probatus
fuerit accipiet coronam vite quam re
promisit deus diligentibus se. Ac ne
putaremus secundum illud geneseos / ubi
scribitur abraham a deo fuisse temp
tatum nos quoqz temptari a deo ne
mo inquit cum temptatur dicat. quoniam a
deo temptatur deus enim intemptator
malorum est Ipse autem neminem
temptat. unusquisqz vero temptatur
concupiscencia sua abstractus. et illectus
deinde. concupiscencia cum conceperit parit
peccatum. peccatum vero cum consummatum
fuerit generat mortem. liberi arbitrii
nos condidit deus nec ad virtutem.
nec ad vicia necessitate trahimur. Alio
quin ubi necessitas nec corona est. Sicut
in bonis operibus perfector est deus. non
est enim volentis neqz currentis sed mi
serentis et adiuuantis dei ut peruenire
valeamus ad talem: sic malis atqz
peccatis semina nostra sunt incentiua
et perfectio diaboli. Cum viderit nos
super fundamentum christi edificasse fenum lig
na stipulam tunc supponit incendium
Aedificemus aurum argentum lapides
preciosos et temptare non audebit Qua
quam et in hoc non sit certa et secura pos
sessio. Sedet quippe leo in insidiis et in
occultis ut interficiat innocentem Et va
sa figuli probat fornax homines autem

iustos temptacio tribulacionis Et in
alio loco scribitur Fili accedens ad ser
uitutem dei prepara te ad temptacionem
Rursum idem iacobus loquitur Esto
te factores verbi. et non auditores
b
. Siquis auditor est. et non factor iste
similis est viro qui considerat vultum
natiuitatis sue in speculo Conside
rauit illud et statim recedens oblitus
est qualis sit. Frustra monuit ut iun
gerent opera fidei si post baptisma pec
care non poterant. Qui totam in
quit seruauerit et peccauit in uno
factus est omnium reus. Quis nostrum absqz
peccato est conclusit deus omnia
sub delicto ut omnibus misereatur
petrus quoqz nouit inquit dominus
pios de temptacione eripere Et de fal
sis doctoribus. hii sunt fontes sine
aqua et nebule turbinibus exagi
tate. quibus caligo tenebrarum reser
uatur. Superba enim vanitatis loque
tes polliciunt in desideriis carnis
luxurie / eos qui paululum effugerant
et ad errorem conuersi sunt. Nonne
tibi videtur pinxisse sermo apostolicus
nouam Imperitie factionem. Ape
ruit enim quasi fontes sciencie. qui
qui aquam non habent doctrinarum
promittunt hymbrem velut nubes
prophetie ad quas peruenit veritas
dei et turbinibus exagitantur de
monum atqz viciorum. Loquuntur grandia
et totus eorum sermo superbia est In
mundus autem est apud deum omnis
qui exaltat cor suum / Ut qui paulu
lum refugerant a peccatis ad suum re
uertuntur errorem ut suadent in lux
uria ciborum carnis scilicet deliciis. Quis
enim non libenter audeat / manducemus
et bibamus et in eternum regnabimus
Sapientes et prudentes prauos vo
cant eos vero qui dulces sunt in ser
monibus plus audiunt. Iohannes apostolus
immo in Iohanne saluator scribens
angelo ecclesie ephesi. Scio inquit
opera tua et laborem et pacienciam tuam
et quia sustinuisti propter nomen meum
c
et non defecisti. sed habeo aduersum
te quod caritatem tuam primam reliquisti
Memor esto unde cecideris age pe
nitenciam et prima opera tua fac Sin
autem venio tibi et mouebo candela
brum tuum de loco suo nisi penitenciam egeris Si
militer ceteras ecclesias smirnam per
gamum thiatiram sardis philadel
phiam laodiciam ad penitenciam prouo
cat. et nisi reuertantur ad opera pristina
comminatur Et in sardis paucos here
repperit qui non coinquinauerunt vestimenta

sua et ambulaturi sunt cum eo in albis
quia digni sunt. Cui autem scribit memen-
to unde cecideris et ecce missurus
est dyabolus ex vobis in carcerem
ut temptemini et scio ubi habitas, ubi
est sathane sedes et in mente habe qualiter
acceperis et audieris et serva et
penitentiam age et reliqua. Utique ei dicit
qui credidit et baptizatus est et stans
quondam corruit per delictum. Pau-
lisper de veteri testamento exempla
distuleram, quia solent ubicumque contra se
facit dicere lex et prophete usque ad Io-
hannem. Ceterum quis ignoret sub altera
dispensatione dei omnes retro sanctos
eiusdem fuisse meriti cuius nunc christiani
sunt. Quomodo ante Abraham pla-
cuit in coniugio sic nunc virgines placent
in perpetua castitate. Servivit ille legi
et tempori suo, serviamus et nos le-
gi et tempori nostro, in quos fines se-
culorum decucurrerunt. David electus
secundum cor domini qui omnes eius fecerat
voluntates, et qui in quodam psalmo
dixerat: Iudica me domine quoniam ego
in innocentia mea ingressus sum et
in domino sperans non infirmabor. Pro-
ba me domine et tempta me, ure re-
nes meos et cor meum. Postea temp-
tatus a diabolo et post peccatum pe-
nitens loquitur: Miserere mei deus secundum
magnam misericordiam tuam. Magnum peccatum
magna deleri vult misericordia. Salomon
amabilis domini et cui bis deus erat
revelatus, quia amator mulierum
fuit a dei amore recessit. Manas-
sen impiissimum regem post captivi-
tatem babiloniam in pristinam digni-
tatem liber dierum restitutum refert.
Et Iosias vir sanctus in campo ab egip-
tio rege confoditur. Jhesus quoque
filius Iosedech sacerdos magnus
qui in typo precessit salvatoris qui
nostra peccata portavit et alienige-
nam sibi ex gentibus copulavit ec-
clesiam, tamen secundum litteram post
sacerdotium sordidatus induitur, et
stat diabolus a dextris eius, et can-
dida illa demum tempus vestimenta red-
duntur. Superfluum est de Moyse et Aa-
ron scribere quod ad aquam contradicti-
onis offenderint dominum et terram pro-
missionis non intraverint. Cum beatus
Iob angelos quoque et omnem crea-
turam peccare posse commemo-
ret dicens: Quid enim? Numquid
homo coram domino mundus est aut
ab operibus suis sine macula vir? Si
contra servos suos non credit et ad-
versus angelos suos pravum quid

repperit, quanto magis habitantes
in domibus luteis, de quibus et nos
ex eodem luto sumus. Temptatio est
vita hominis super terram. Et cecidit luci-
fer qui mittebat ad universas nati-
ones, et ille qui in paradiso delici-
arum inter duodecim nutritus est lapi-
des, vulneratus a monte domini ad in-
ferna descendit. Unde et salvator
in evangelio: Videbam, inquit, sa-
tanan quasi fulgur de celo descen-
dentem cadentem. Si altissima
illa sublimitas cecidit, quis cadere
non possit? Si in celo ruine, quanto
magis in terra. Et tamen cum ceciderit
lucifer, immo post casum coluber
antiquus, virtus eius in lumbis
est et potestas eius super umbilicum ven-
tris. Obumbrantur in eo arbores
magne et dormit iuxta iuncum et
calamum et caricem. Ipse est rex omnium
que in aquis sunt ubi salacitas, volup-
tas et luxuria et propago et irrigatio
nuptiarum. Quis enim denudabit fa-
ciem vestitus eius et portas vultus
eius quis aperiet? Sagmantur in
eo nationes et partiuntur cum Fenici
gentes. At ne forsitan tacita legen-
tis cogitatio putaret eas in Fenici-
um gentes quas et populos Ethio-
pum significari quibus draco iste
tam candidus sit, statim hiis qui
per mare huius seculi transeunt et ad por-
tum salutis pervenire festinant
dicitur: Et in navibus piscatorum ca-
put eius. Stat sicud incudo infati-
gabilis, reputat ferrum ut paleas
et sicut lignum putre es, et omne aurum
maris sub eo est sicut lutum. Fervere
facit abissum sicut vas eneum,
estimat mare sicut delectum et
tartarum abissi ut captivum. Oricalcum
videt et arbitratur Iovinianus
meus fatale sibi cum posse succumbere.
Quid loquar de sanctis viris et
de angelis qui tum creature dei sunt?
Possunt utique recipere. Filium dei temp-
tare ausus est. Et prima eius et
secunda sententia repercussus nichilominus
caput levat et tercio vulneratus
usque ad tempus recedit, differens magis
temptacionem quam auferens. Et
nos nobis blandimur de baptismate,
quod sicut peccata priora dimittit, sic
in futurum servare non potest nisi bapti-
zati omni custodia servaverint cor
suum. Tandem pervenimus ad cibos
et hec questionis nobis opponitur
difficultas, ad hoc esse creata omnia ut
usui mortalium deservirent, et quomodo

Tercia pars de ieiuniis [de seminatis] in qua
multa exempla ponit gen-
tilium utriusque testamenti. Et
inserit multa contra gulam et
plura proponit et laudat. Et primo
ponit argumenta Io. et consequenter
solvit et probat ... Inchoat
propositum de abstinencia et ieiunio
et vicia illis opposita. Et deinde
et potu ... et in ipso quibus
... et a quibus abstinendum sit.
Et post ponit auctores et exempla
philosophorum et poetarum ... utriusque
testamenti ...

b

homo rationabile animal quasi quidam
habitator et possessor mundi deo subia
ceret et suum veneraretur auctorem ita cunc
ta animantia aut in cibum aut in vestitum
aut ad scindendam terram aut ad sub
vectiones frugum aut ipsius hominis creata
unde iumenta ab eo quod iuvent appellentur
Quid est inquit homo david quod
memor es eius aut filius hominis
quoniam visitas eum. Minorasti eum paulo
minus ab angelis gloria et honore
coronasti eum et constituisti eum super opera
manuum tuarum. Omnia subiecisti sub
pedibus eius oves et boves universas
insuper et pecora campi. volucres
celi et pisces maris qui perambulant
semitas maris. Est inquit bos ad
arandum equus ad sedendum ca
nis ad servandum. capre ad lac oves
ad lanicia condita sunt. Quid usus
porcorum absque esu carnium: Quid ca
pree cervi dammule. apri lepores.
et huiuscemodi venacio. Quid sil
vestres et domestici. Quid anates
Quid ficedule. Quid atagene Quid
fulica. Quid turdus. Cur in domibus
gallina discurrit. Si non comeduntur
hec omnia frustra a deo creata sunt
unum quid opus est argumentis cum
manifeste scriptura doceat omne quod
movetur sicut olera herbarum data nobis
in escam. Et apostolus clamet omnia mun
da mundis et nichil reiciendum quod
cum graciarum actione percipitur et ventuos
in novissimo qui prohibeant nubere
et vesci cibis quos deus creavit ad u
tendum ipse dominus vini potator et vora
tor a phariseis appellatur. publica
norum convivia et peccatorum zachei pran
dium non recusans vaderis ad nupciarum
epulas/ porro aliud est si stulta con
tencione dicatis eum isse ad prandium
ieiunatum. et in pastorum more
dixisse hoc comedo illud non comedo
nolo vinum bibere quod ex aquis cavi
in typo sanguinis. sanguinis sui non op
tulit aquam sed vinum/ post resurrecti
onem piscem et favum comedit non si
simila nuces et sorbiliculas/ petrus
apostolus non expectat stellam more iu
daico sed hora sexta in solario pran
surus ascendit. paulus in navi pa
nem frangit non caricas. Timotheo
dolenti stomachum vinum suadet bi
bere non piracium de cibo si placent
ab stinencia quasi non sit supersticio
gentilium castum in adim obseruet
et isidis. Sequar igitur vestigia propo
sicionis exposite et antiquam ad sen
tencias veniam doceamque ex eis gra

ieiunia et acceptabilem continenci
am argumentis phylosophorum argumenta
conponam et probabo non empedo
cli et pitagore nos dogma sec
tari qui propter ΜΕΤΕΜΨΥΧW
CIΝ omne quod movetur et vivit
edendum non putant et eiusdem criminis
reos arbitrantur qui abietem quer
cumque succiderint cuius et parricide
sunt et venefici. Sed venerari con
ditorem nostrum qui in usus hominum cunc
ta creavit Et quomodo bos ad aran
dum ad sedendum equus canes ad ser
vandum capre ad lac oves ad lani
cia condite sunt ita sues et cervos
et capreas et lepores et cetera huius
cemodi non statim ad comedendum
creata esse sed in alios usus hominum
Si enim omne quod movetur et vivit
ad vescendum factum est et preparatum gule
respondeat michi cur elephanti
cur leones. ursi leopardi lupi. cur
vipere scorpii cimices pulicesque Cur
vultur aquila corvus accipiter Cur
cete delphines foce minuteque co
cleole condite sunt Quis nostrum leo
nem: Quis viperam. quis vultu
rem Quis ciconiam. Quis milvum
Quis reptantes in littoribus formi
culos umquam comedit. Sicut igitur
hec propter usus habent ita possimus
dicere et ceteras bestias pis
ces aves non ad esum/ sed ad medi
cinam creatas. denique carnes vipere
unde tiriaca conficitur quantis rebus ap
te sint norunt medici fragmenta
eboris in medelas varias assumuntur
Fel hyene oculorum claritatem restituit
sanitatem. stercus eius et canum pu
treda curat vulnera Et quod forsitan
legenti mirum sit. hominum fimus
quantis curationibus proficiat galienus
in ΑΣΙΛΟΙΣ docet Aiunt phisici quod
pellis colubri qui exuitur decocta in
oleo inmite dolorem aurium mitigat
Quid ita inutile videtur nescien
tibus ut cimices. Si sanguisuga
faucibus adheserit fumo eius ex
cepto statim evomit et difficultas
urine huius apposicione laxatur
porcorum autem et anserum et gallinarum
fasianorumque adipes quid commodi
habeant omnes medicorum declarant
libri. Quod si legeris videbis tot
curaciones in vulture esse quot membra
sunt. pavi fimus podagre fervorem
mitigat Ciconie. acome/ fel aqui
le sanguis accipitris struccio came
lus rane cameleontes irudinis
stercus. et carnes quibus morbis apte

sunt dicerem si michi propositum esset de
medela corporum disputare. Legat
qui vult aristotelen et theophrastum
ipsa marcellum si detinet nostrum flauium
exametris versibus dissertos. pli-
nium quoque secundum et dioscoridem et
ceteros tam phisicos quam medicos qui
nullam herbam nullum lapidem nul-
lum animal tam reptile quam volatile et
natatile. non ad sue artis utilitatem re-
tulerunt. Igitur tu michi dixeris cur
porcis catus est. statim tibi respon-
debo puerorum more recutitum. Cur

CCxlix a

vipe. cur scorpii. Nec deum superfluos
iudicabis artificem quia plurime et
bestie et volucres sunt quas nec fau-
tes recusent. Sed ne contentiosum
hoc et pugnax magis videatur esse
quam verum. Audi idcirco sues et apros
et equos et reliquas animantes. ut
milites athlete naute rethores me-
tallorum quoque fossores et ceteri duo opere
mancipati haberent cibos quibus
fortitudo corporum necessaria est qui portant
arma et abazia qui pugnis
et talibus sua in victum membra de-
bilitant qui remostrabunt quorum la-
tera ad clamandum dicendumque sunt
valida. Qui subitum montes et sub
vdo et imbribus dormiunt. Ceterum
nostra religio non pictem non athletas
non nautas non milites non fossores
sed sapientie eruditum sectatorem qui se
dei cultui dedicauit et sciat cur captus
sit cur versetur in mundo quo abire
festinet. Unde et apostolus loquitur quando
infirmior tunc fortior sum. Et si ex-
terior homo noster corrumpitur sed interior
renouatur de die in diem. et cupio
dissolui et esse cum christo et carnis
curam ne feceritis in desideriis. Illud quoque
omnibus preceptum est ne duas tuni-
cas habeant. ne cibos in pera. es
in zona. virgam in manu. Calcia-
mentum in pedibus. Ut vendant uni-
uersa que possident dentque pau-
peribus et sequantur ihesum sed hiis uti-
tur qui volunt esse perfecti. Alioquin

b

ab iohanne baptista. Aliud militi-
bus aliud precipitur publicanis. Dominus
autem dicit in euangelio ad eum qui se
iactauerat vniuersa legis complesse
se. Si vis perfectus esse. vade vende
omnia que habes et da pauperibus
et veni sequere me. Ne genere onus
nolenti videtur imponere. in propria
audientis voluntate dimisit dicens
si vis perfectus esse. Qua obrem et
ego tibi dicam. Si vis perfectus esse
melius est animam saginare quam

corpus Si autem adhuc paruulus
es et coquorum fercula delectant ne-
mo eripit faucibus tuis esculentas da-
pes manduca et bibe et si tibi placet
cum ipsis lude. consurges et tanto ma-
ducemus et bibamus. cras enim mori-
emur. Manducet et bibat qui post
cibum expectat interitum. Qui cum epicuro
dicit post mortem nichil est et mors
ipsa nichil est. Nos paulo credimus in-
tonanti. esca uentri et uenter escis
deus autem et hunc et illam destruet. Hec
pauca descripsimus ut congruere magi-
cum philosophiis doceremus. Ceterum
quis ignoret et unamquamque gentem
non communi lege nature sed hiis quorum
apud se copia est vesci solitum. Ubi
gratia arabes et sarracenos et omnis he-
remi barbaries. camelorum latte viuunt
et carnibus quia huiuscemodi animal
propter et sterilitatem regionum facile
apud eos et gignitur et nutritur. hiis
nephas arbitrantur porcorum vesci car-
nibus. sues enim qui glande castaneis
radicibus filicum et ordeo ali solent
aut raro apud eos aut penitus non
inveniuntur et si inventi fuerint ali-
menta non habent que supra diximus
E regione septentrionales populos
si ad esum asinorum camelorum quoque co-
pellas simile putabant eorum vesci car-
nibus. at si lupinum comedere togam
et corium. In ponto et frigia ver-
mes albos et obesos qui nigello ca-
pite sunt et nascuntur in lignorum carie
pro magnis redditibus pater familias
exigit et quomodo apud nos attagen
et ficedula millus et scarus in deli-
ciis computantur ita apud illos xila-
phagon comedisse luxuria est. Rur-
sum orientales et libie populus quia
per desertum et calidam heremi vastita-
tem locustarum nubes reperiuntur lo-
custis vesci moris est. Hoc verum esse
Johanes quoque baptista probat. Co-
pelle frigem et ponticum ut locustas
comedat nephas putabit. Coge
syrum afrum et arabem ut vermes
ponticos gluciat. ita eos aspiciet
ut muscam mille pedas et lacertos.
Quaqua sunt cortodullis terrenis
afri etiam lactis viridibus vesci
soleant. In egipto et palestina propter
bouum raritatem nemo vaccam comedit
Taurorum carnes et boum vitulorumque as-
sumunt in cibos At in nostra prouincia sce-
lus putant vitulos deuorare Unde
et Imperator valens nuper legem per
orientem dederat ne quis vitulorum
carnibus vesceretur utilitati agriculture

De diuersitate ciborum secundum diuersitatem gentium

prouidens / et pessima iudaizantis
vulgi emendans consuetudinem
et pro altilibus. et lactentibus vitu
los consumetis. Nomades et trogo
dite et sithe et hunorum noua feri
tas semicrudis vescuntur carnibus. por
ro ixoio phagi gentes errant in lit
tore maris rubri super petras solis
calore feruentes assant pisces et
solo hoc alimento victitant. Sar
mate quadi wandali et innume
rabiles alie gentes equorum et vul
pium carnibus delectantur. Quid loquar
de ceteris nationibus. cum ipse adu
lescentulus in gallia viderim. Al
ticottos britanniam humanis vesci
carnibus. Et cum per siluas porcorum
greges. et armentorum pecudumque
repperiant / pastorum nates et fe
minarum. et papillas solere abscide
et has solas ciborum delicias arbitrari
. Scottorum natio vxores proprias non
habent. et quasi platonis πολιτείαν legerit et cathonis secte
exemplum nulla apud eos coniux
propria est ut cuique libitum fuerit pe
cudum more lasciuiunt. perse medi
indi ethiopes regna non modica
et romano imperio paria cum ma
tribus et auis. cum filiabus et neptibus
copulantur. Massagete et derbices
miserrimos putant qui egrotatione
moriuntur et parentes cognatos propinquos
cum ad senectam venerint iugula
tos deuorant. rectius esse ducentes
ut a se potius quam a vermibus consumantur
Tybareni quos dilexerint senes suspendunt in patibulo. Hircani vo
lucribus et canibus semiuiuos pro
iciunt. Caspij isdem bestijs mortuos
Scithe eos qui a defunctis amati
sunt viuos infodiunt / cum ossibus mortu
orum Bactri canibus ad hoc ipsum nutritis
obiciunt senes quod cum alexandri pre
fectus stasanor emendare voluisset
pene amisit prouinciam. Coge egip
tium vt ouium lacte vescatur. Impelle si
vales pelusioten ut manducet cepe
Singule pene in egipto ciuitates
singulas bestias et monstra vene
rantur et quodcumque coluerint / hoc
inuiolabile et sacrum putant vnde
et vrbes quoque apud eos ex anima
lium vocabulis nuncupantur leonto.
Cyno. lico busiris thinuius quod interpretatur hircus. Et ut sciremus quales
deos semper egiptus recepisset nuper
abadriani amasio vrbs eorum an
tinous appellata est. per uides utique
quod non solum mesum sed et in se
pulturis appellata est et conubijs et
in omni conuersatione vna queque gens
suo ritu et proprietatibus viuit et hoc
eam nature legem putare quod didicit
. vnius fac esum carnium cunctis nacioni
bus esse commune et passim licere
quod passim gignitur. Quid ad nos. Quo
rum conuersacio in celis est. qui super
phitagoram et enpedoclen. et omnes
sapiencie sectatores. non ei debemus
cui nati sumus sed cui renascimur qui
repugnantem carnem et ad libidi
nem incentiua rapientem inedia sub
iugamus. Esus carnium et potus
vini. ventrisque satietas. seminarium
libidinis est / vnde et comicus Si
ne cerere inquit et libero friget
venus. per quinque sensus quasi per
quasdam fenestras viciorum ad ani
mam introitus est / Non potest ante
metropolis et arx mentis capi nisi
per portas eius irruerit hostilis exer
citus. Horum perturbationibus ani
ma pergrauatur et capitur aspectu
auditu odoratu tactu sapore. Si cir
censibus quispiam delectetur. Si ad
letarum certamine si mobilitate istrionum
si formis mulierum si splendore gem
marum vestium metallorum et ceteris huius
cemodi per oculorum fenestras anime cap
ta libertas est et impletur illud prophe
ticum mors intrauit per fenestras nostras
Rursum auditus vario organorum
cantu et vocum flexionibus deli
nitur et carmine poetarum et come
diarum / mimorumque vrbanitatibus. et
strophis et quidquid per aures introiens
virilitatem mentis effeminat. Odo
ris autem suauitas et diuersa thimia
mata et amomum. et cyfi oenanthe muri
cis et pegrini muris pellicula quod
dissolutis et amatoribus conueniat et
nemo nisi dissolutus negat / porroti
borum auiditas. quod auaricie mater sit
et animum quasi quibusdam com
pedibus de grauatum intra teneat ...
ignorat propter breuem gule volupta
tem terre lustrantur et maria et ut
mulsum vinum preciosusque cibus fau
ces nostras transeat. totius vite ope
desudamus. Tactus autem alienorum
corporum et feminarum ardencior
appetitus. vicinus insanie est. ob
hunc sensum cupimus irascimur gestimus inuidemus emulamur solliciti su
mus et expleta voluptate per quan
dam penitudine rursus accendimur
querimusque facere quod cum fecerimus
iterum peniteamur. Igitur cum per has por
tas quasi quidam perturbacionum

inimici ad arcem nostre mentis intraue
rint ubi est libertas: ubi fortitudo
eius ubi de deo cogitatio maxime
cum tactus depingat sibi etiam pteri
tas voluptates et recordatione viti
orum cogat animam conpati et quodam
modo exercere quod non agit/ hys igitur
rationibus invitati multi philozophorum
reliquerunt frequencias urbium et ortu
los suburbanos ubi ager irriguus
et arborum come et susurrus avium fon
tis speculum rivus in murmuras et
multe oculorum auriumque illecebre ne
pluxum et habundancia copiarum
anime fortitudo mollesceret et eius
pudicitia constupraretur est crebro
quippe videre per que aliquando captus
sis ut eorum te experimento committere qui
bus difficulter careas Nam et phita
gorei huiuscemodi frequenciam de
clinantes et in solitudine et desertis
locis habitare consueverant. plato
nici quoque et stoici in templorum lucis et
porticibus versebantur ut amoniti
augustioris habitaculi sanctitate
nichil aliud quam de virtutibus cogitaret
Sed ipse plato cum esset dives et tho
ros eius Diogenes lutatis pedibus
conculcaret ut posset vacare philosophie
elegit achademiam villam ab urbe
procul non solum desertam sed et
pestilentem ut cura et assiduitate
morborum libidinis impetus fran
geret discipulique sui nullam aliam
sentirent voluptatem nisi earum rerum
quas discerent/ Quosdam legimus
effodisse sibi oculos ne per eorum visum
a contemplatione philosophie avocarentur
Unde et crates ille thebanus proiec
to in mari non parvo auri pondere
Abite inquit pessime male cupidi
tates ego vos mergam ne ipse mergar
a vobis. Quod si quis existimat et ha
bundancia ciborum potionumque se perfrui
et vacare posse sapientie hoc est versari
in delicias et deliciarum vitys non
teneri/ se ipsum decipit. Cum enim
procul ab hys remoti sepe capiamur
nature illecebris et cogamur ea cape
re quorum copiam non habemus quanto
magis si circumdati rebus volup
tatum esse nos liberos arbitremur.
Sensus noster illud cogitat quod videt
audit odoratur gustat. attrectat et
ad eius retrahitur appetitum cuius
capitur voluptate quod mens vi
deat/ et mens audiat et quod nec au
dire quippiam nec videre possimus
nisi sensus in ea que cernimus et au
dimus fuerit intentus. Vetus quoque

sententia est difficile immo impossibile
est delitys et voluptatibus affluen
tes. non ea cogitare que gerimus
frustraque quidam simulant. salua
fide et pudicicia et integritate mentis
se abuti voluptatibus cum contra naturam
sit corpus voluptatum sine volupta
te perfrui. Et apostolus hoc ipsum cernens
dixerit que autem in delicys est vivens
mortua est. Sensus corporum quasi
equi sunt sine ratione currentes
Anima vero in aurige modum retinet
frena currencium et quomodo equi
absque rectore per precipites ruunt. ita cor
pus sine ratione et imperio anime
in suum fertur interitum. Alia quoque com
paratio anime et corporis a philosophis ponitur
corpus puerum animam pedagogum
esse dicentibus unde et historicus
anime inquit imperio. corporis servi
cio magis utimur. Alterum nobiscum
dys alterum cum beluis commune est. Igitur
nisi vicia adolescentis et pueri pru
dentia pedagogi rexerit omnis cona
tus eius et impetus ad lasciviam
properant. Sine quatuor sensibus vi
vere possumus id est sine aspectu
auditu odoratu/ atque conplexu absque
gustu autem et cibis impossibile est hu
manum corpus subsistere. Adesse ergo
debet ratio ut tales et tantas suma
mus escas quibus non oneretur cor
pus nec libertas anime pergravetur
quia et comedendum est et deambu
landum et dormiendum et digerendum
et postea inflatis venis incentiva
libidinis sustinenda luxuriosa res
vinum et contumeliosa ebrietas. Omnis
autem qui cum hys miscetur non erit
sapiens Sic tales accipiamus cibos
quos aut difficulter digeramus aut co
mestos magna partos et perditos la
bore doleamus. Holerum et pomorum
ac leguminum et facilior apparatus
est et arte impendysque coquorum
non indiget et sine cura sustentat
humanum genus moderateque sumptus
quia nec avide devoratur quod
irritamenta gule non habet leviori
digestione concoquitur Nemo enim
uno et duobus cibis hysque vilibus
usque ad inflationem ventris one
rator que diversitate carnium et sa
poris delectatione concipitur cum
varys nidoribus fumant patine
et ad esum sui expleta esurie quasi
captivos trahunt unde et morbi
ex saturitate nimia concitantur multi
que inpatientiam gule vomitu reme
diantur et quod turpiter ingesserunt

pulchra comparatio

Alia comparatio anime et corporis
de pedagogo et puello

de vino   contumeliosa

Et ex nimia saturi
tate morbi generantur

.Cl.
a.

de ciborum diversitate ciborum

curpus egerunt. Ypocrates in a[pho]r[ismorum] op[ere]
i. c. Moi[se] docet crassa et obesa
corpora que crescendi mensuram
impleverint nisi cito ablacione
sanguinis imminuantur in paralisim et
pessima morborum genera erumpere
et ideo necessariam esse detractionem ut
rursum habeant in que possint
crescere. Non enim manere in uno
statu naturam corporum sed aut crescere
semper aut decrescere nec posse vivere
animal nisi crescendi capax sit unde
et Galienus doctissimus Ypocratis
interpres athletas quorum vita et ars
dicitur in exhortacione medicine
nec vivere posse diu nec sanos esse a
mimas quoque eorum ita nimio sanguine
et adipibus quasi luto involutas
nichil tenue. nichil celeste sed semper
de carnibus et ructu ventris ingluvie
cogitare. Diogenes tyrannos
et subversiones urbium bellaque vel
hostilia vel civilia non pro simplici vic-
tu holerum. pomorumque sed pro carni-
bus et epularum deliciis asserit exci-
tari. Quodque mirandum sit Epicurus vo-
luptatis assertor / omnes libros suos
suos replevit oleribus et pomis et
vilibus cibis dicens esse vivendum
quia carnes et exquisite epule in-
gentii cura ac miseria preparentur
maioremque penam habeant in
querendo quam voluptatem in abu-
tendo. Corpora autem nostra cibo tantum
et potu indigere ubi aqua et panis
sit et cetera hiis similia ibi nature
satisfactum quidquid super fuerit non ad
vite necessitatem spectare sed ad vicium
voluptatis. Bibere et comedere non
deliciarum ardorem sed sitim famemque
restringere. Qui carnibus ves-
cantur indigere eciam hiis que non
sunt carnium. Qui autem simplici victu
abutuntur. eos carnes non requirere. Sa-
pie[n]ciaque operam dare non possumus
si mense copiam cogitemus / que la-
bore nimio et cura diligenti ac in-
genti indiget. Cito expletur nature
necessitas. Frigus et fames simplici
vestitu. et cibo expelli potest. Unde et
apostolus Habentes inquit victum et
vestitum hiis contenti simus. Delicie
epularum varietas fomenta sunt ava-
ricie. Grandis inexultacio animi est
cum parvo contentus sis totum mundum
habere sub pedibus et omnem eius
potenciam epulas libidines propter quas
divicie conparantur vilibus mutare
cibis et grossiori tunica compensare.
Tolle epularum et libidinum luxuriam
nemo queret divicias quarum usus aut
in ventre aut sub ventre est. Qui egro-
tat: non aliter recipit sanitatem. nisi te-
nui cibo et castigato victu que a Ele-
NAINTA dicitur quibus ergo cibis
recipitur sanitas his et servari potest
ne quis putet morbos holeribus contrahi.
Si autem in Milonis illius crotoniate vi-
res olera non inspirant que nascuntur
et aluntur ex carnibus. quid necesse est sa-
pienti viro et philozopho Christi tantum
habere fortitudinem que athletis et
militibus necessaria est quam cum habuerit
ad vicia provocetur. Illi arbitrantur
carnes sagimi[n]ati congruas qui vo-
lunt abuti libidine. et incentiva demer-
si voluptatum ad coytum semper exul-
tant. Christiano sanitas absque viribus
nimiis necessaria est. Nec turbare nos
debet si rari sunt huius propositi sectatores
quia rari sunt et amici boni et fide-
les et pudici et continentes. Semper-
que virtus rara est. Lege Fabricii con-
tinenciam Curii paupertatem et in
tanta urbe vix paucos invenies
quos sequaris. Noli timere ne si car-
nes non comederis aucupes et vena-
tores frustra artificia didicerint.
Legimus quosdam morbo articulari
et podagre humoribus laborantes proscri-
pcione bonorum ad simplicem mensam
et pauperes cibos redactos convaluisse.
Caruerant enim sollicitudine dispen-
sande domus et epularum largitate
que et corpus frangunt et animum.
Irridet oracius appetitum ciborum
qui consumpti relinquunt penam
supprime voluptates. Noceat empta
dolore voluptas et cum in amenissimo
agro in morsum voluptuosorum
hominem se crassum pinguemque describe-
ret: lusit hiis versibus Me pinguem
et nitidum bene curata cute vises
Cum ridere voles epicuri de grege
porcum. Sed ex vilissimis cibis vita-
da sacietas est. Nichil enim obruit
animum ut plenus venter et exestuans
et adhuc illucque se vertens et in ruc-
tus vel in crepitus ventorum afflacione
respirans. Quale illud ieiunium aut
qualis refectio quibus ieiunium cum
pridianis epulis distendimur et gut-
tur nostrum mediatorum efficitur la-
cernarum / dumque volumus prolixioris in
die fame querere tantum vocamus qua-
tum vix altius diei nox digerat / ita
que non tam ieiunium appellandum est
quam crapula ac fetens et molesta
digestio / dicit circius militibus antiquitatum

pingues
Ypocras de crassis et epicuro ponit ole[ra] militibus [ali]us
[Qu]os cibi et potus vesti[tus] debe[n]t

et descriptione grecie refert sub saturno
idest in aureo seculo cum omnia humus
funderet nullum comedisse carnes.
sed universos vixisse frugibus et pomis
que sponte terra gignebat. persarum
idest cyri vitam xenofon octo volu
minibus explicat polenta ac carda
mo. et sale ac pane cibario eos
asserens victitare. Lacedemoniorum
mense frugalitatisque et superstitiosus xe
nofon et theophrastus et omnes pe
ne scriptores grecie testes sunt. Chere
mon stoicus vir eloquentissimus nar
rat de vita antiquorum egipti sacerdo
tum. quod omnibus mundi negociis curis
que postpositis semper in templo fuerint
et rerum naturas causasque. ac rationes
siderum contemplati sunt nunquam mu
lieribus se commiscuerunt nunquam cog
natos et propinquos ne liberos
quidem viderint et eo tempore quo
cepissent divino cultui deservire.
Carnibus et vino se semper abstinu
erunt propter tenuitatem sensus et ver
tiginem capitis quam ex parvo cibo
patiebantur et maxime propter appetitum
libidinis qui ex hiis cibis et ex hac
potione nascitur. pane vero raro vesce
bantur ne honerarent stomachum
et si quando comedebant. tam sinum pipere
ysopum siccebant in cibo vel et estum
fervorem illius calor decoqueret
oleum tamen in oleribus noverat. vini et
ipsum parum propter nauseam et asperitatem
gustus lenirent. lac et ova carnes
appellatas. Quorum alterum carnes li
quidas alterum sanguinem esse dicebat
colore mutato. Cubile eis de foliis
palmarum quas baris vocant contex
tum erat. Scabellum ad clinem ex una
parte obliquum intra propulvillo
capiti supponebat. Biduum triduumque
inediam sustinentes humores corporis
qui nascuntur ex ocio. et ex mansione u
nius loci nimia victus castigatione
siccabant. Josephus in secunda iudaice
captivitatis historia et in octavo de
cimo antiquitatum libro et contra appion
duobus voluminibus tria describit dogmata
iudeorum. pharizeos. saduceos esse
os. Quorum novissimos miris effert
laudibus. quod et uxoribus et vino
et carnibus se semper abstinuerunt et
cotidianum ieiunium verterunt in naturam
Super quorum vitam et philo vir doc
tissimus proprium volumen edidit. Cantus
crritenus et asclepiades ciprius eta
te qua pigmalion re monete reg
nabat. scribunt esum carnium non fuis
se. Eubulus quoque qui historiam

mitre multis voluminibus explicavit
narrat apud persas tria genera magorum
quorum primos qui sunt doctissimi et e
loquentissimi. excepta farina et olere
nil amplius in cibo sumere. Apud e
leusinam cavam volucribus. et piscibus
et quibusdam pomis abstinere solem
ne est. Bardesanes vir babilonius
in duo dogmata apud indos gymno
sophistas dividit quorum unum appel
lat bragmanas. alterum samaneos
Qui tante continentie sunt ut vel po
mis arborum iuxta gangen fluvium vel
publico orize. sive et vel farine a
lantur cibo et cum rex ad eos venerit
adorare illos solitus sit. pacemque
provincie sue in eorum precibus arbitra
tur sitam. Euripides in creta iovis
prophetas non solum carnibus. sed et coctis
cibis abstinuisse refert. Xenocrates
philosophus de triptolemi legibus apud a
thenienses tria tantum precepta in templo
eleusine residere scribit honoran
dos parentes venerandos deos carnibus
non vescendum. orpheus in carmine
suo esum carnium penitus detestatur.
pytagore socratis antistenis et
reliquorum frugalitatem referrem
in confusionem nostram nisi et longa
esset et proprii operis indigeret. hic etere
est antistenes qui cum gloriose docu
isset rethoricam. audissetque socraten
dixisse fertur ad discipulos suos abi
te et magistrum querite ego enim iam rep
peri. Statimque venditis que habe
bat et publice distributis. nichil sibi
plus quam palliolum reservavit. pauperta
tisque eius et laboris xenophon testis
est in symposio et innumerabiles
libri eius quorum alios rethorico
genere conscripsit. Huius diogenes
ille famosissimus sectator fuit po
tentior rege alexandro et nature
humane victor. Nam cum discipulorum
anthistenes Antisthenes nullum re
ciperet et perseverantem diogenem
removere non posset. novissime cla
va minatus est nisi abiret cui ille sub
iecisse dicitur caput atque dixisse. Nul
lus tam durus baculus erit qui me a
tuo possit obsequio separare. Refert
satirus. qui illustrium virorum scripsit
historias. quod diogenes pallio dupli
ci usus sit propter frigus peram pro cellario
habuit. secumque portavit clavam ob
corpusculi fragilitatem qua iam
senex membra sustentare solitus erat
et ΗΜΕΡΟΒΙΟΣ vulgo appella
tus sit. In presenti horam possens a quo
libet et accipiens cibum. habitavit

autem in portarum vestibulis et por
ticibus ciuitatum. Cumque se contorque
ret in dolio volubilem hunc domum vo
tabatur et se cum temporibus immu
tantem frigore enim os dolij verte
bat in meridiem. estate ad septen
trionem et ut cumque se sol inclinauerat
diogenis simul pretorium vertebatur
Quodam vero tempore habens
ad potandum caliculum ligneum vidit pu
erum in manu concaua bibere. eli
sisse illud fertur ad terram dicens. nes
ciebam quod et natura haberet pocu
lum. Virtutem eius et continentiam mors quoque
indicat. Nam cum ad agonem oli
piacum qui magna frequentia gentis
celebratur iam senex pergeret febri in
itinere dicitur apprehensus. accubuit
se in crepidine vie volentibus que eum
amicis Aut in iumentum aut in ve
hiculum tollere non adquieuit sed
transiens ad arboris umbram lo
cutus est. Abite queso et spectatum
pergite. hec me nox aut victorem
probabit aut victum. Si febrim
vicero ad agonem veniam si me
vicerit febris ad inferna descendam
Ibique per noctem eliso guttture non tam
se ait quam febrim excludere. vni
cum philosophi exemplum posui ut formosu
li nostri et trossuli et vix summis pe
dibus adumbrantes vestigia quorum
verba in pugnis sunt / et silogismi
in calcibus qui paupertatem apostolorum
et crucis duritiam Aut nesciunt aut
contempnunt imitentur saltem genti
lium paupertatem. Hec sunt que de
argumentis philosophie exemplisque disse
rui. Nunc ad exordium generis huma
ni id est ad nostra transiens docebo
primum adam in paradiso accepisse
preceptum ut cetera poma come
dens ab vna arbore ieiunaret. Bea
titudo paradisi absque abstinentia ci
bi non potuit dedicari. Quamdiu
ieiunauit in paradiso fuit. come
dit. et eiectus est. eiectusque statim
duxit vxorem. Qui ieiunus in pa
radiso virgo fuerat saturus in terra
matrimonio copulatur et tamen
eiectus. non protinus accepit licenciam
carnium comedendarum sed tantum poma
arborum. et fruges segetum et her
barum olera et traditur in cibum
ut exul quoque paradisi non carnibus
que in paradiso non erat sed similitudine
frugum paradisi vesceretur. postea uero
videns deus quod diligenter apposi
tum esset ad maliciam cor hominis
ab adolescentia. et spiritus eius in hijs

Adam
Esau

permanere non posset qui erant caro opa
carnis diluuio condempnauit et audis
simam hominum gulam probans dedit eis
licentiam comedendarum carnium ut dum
sibi intelligunt licere omnia. non deside
rarent magnopere quod licebat nec man
datum in tantum verteret preuaricationis
Quamquam et tunc ex parte imperatum ieiuni
um sit. Nam cum alia munda alia di
cantur immunda. et in archa noe de im
mundis bina et de mundis introducuntur
imparia et utique in mundorum esus abla
tus sit. ne sine causa dicerentur immunda
ex parte ieiunium dedicatum est docens ab
stinentiam omnium in quorumdam recisione
Cur perdidit esau primogenita sua Nonne
propter cibum. Impacienciamque gule la
crimis emendare non potuit. Electus
de egipto populus israel et in terram pro
missionis lacte et melle manantem
introducendus. Egiptias carnes et
pepones alliaque desiderat utinam inqui
ens obissemus percussi a domino in terra egip
ti quando super ollas carnium sedebamus
et comedebamus panes in saturitate (?) quis nos vescetur carnibus Ve
nerunt in mentem nobis pisces quos in e
gipto comedebamus gratis et cucu
meres et pepones et porri et cepe
et allia At nunc anima nostra arida
nichil vident nisi manna oculi nostri
Angelorum cibum contempnentes carnes
egiptias suspirabant. Moyses qua
draginta diebus et noctibus ieiunus
in monte syna etiam tunc probans non
in pane solo viuere hominem sed in
omni verbo dei cum domino loquitur populus
autem saciatus ydola fabricatur. Ille va
cuo ventre legem accipit scriptam di
gito dei iste manducans. et bibens.
consurgensque ludere aurum conflat
in vitulum. et egiptium bouem prefert
domini maiestati Tot dierum labor vnius
hore saturitate periit / frangit audac
ter moyses tabulas. Sciebat enim
dei sermonem non posse audire temu
lentos. Incrassatus est et pinguis fac
tus et delicatus et recalcitrauit di
lectus et dereliquit deum qui fecerat
eum et abscessit a domino salutare suo
Vnde in eodem deuteronomio precipitur
Ne cum manducaueris. et biberis et do
mos optimas edificaueris omnibus et bu
bus tuis multiplicatis et argento et
auro extollatur cor tuum et obliuisca
ris domini dei tui demque manducauit populus
et incrassatum est cor eius ne videret o
culis. et audiret auribus et corde com
peret et nullum ieiunantis moisi et in ex
ebraicam veritatem dei confabula
tione cornutum pastus et pinguior

Margin: Diogenes et ciuitatibus ... | ligneum | Cliij a | d | b | deus primo post diluuium concessit esum carnium

Ieiu[n]ij

sustinere no[n] potuit. Qua[m] obrem et
d[omi]n[u]s n[oste]r atq[ue] saluator. no[n] ob inidiam
v[ir]ginitatis et nuptiar[um] ut quidam pu
tant sed ob ieiunior[um] consorcia moysen
et helyam t[ra]nsfigurat[us] in monte secu[m]
ostendit in gloria. Quamq[uam] moises et
helyas typum p[re]ferant legis [et] p[ro]phetarum
q[ue] mostrauerint sicut manifeste eu[an]ge
lij scriptura testat[ur]. dicebant ei exitum
que[m] impleturus erat in ierusalem. pas
sionem enim d[omi]ni. no[n] v[ir]ginitas et nup
cie sed lex nu[n]ciat et p[ro]phe[te]. Quod si con
tenciose in moyse nuptias. in helia
v[ir]ginitatem dixerint demostrari bre
uit[er] audiant moisen mortuu[m] et sepul
tum / heliam igneo curru raptum an
te mortalem cepisse esse qua[m] mortuu[m].
Sed nec secunda consc[ri]ptio tabularum
absq[ue] ieiunio potuit impetrari. Quod
ebrietas p[er]diderat inedia repperit
Ex quo ostendit[ur] posse nos p[er] ieiuniu[m]
redire in paradisum vnde p[ro]p[ter] satu[ri]
tatem fueramus eiecti. In exodo ad
uersus amaleth oratione moysi et
totius populi usq[ue] ad vesperam ieiunio
dimicatum est. Ih[esu]s filius naue sta
cionem soli imparauit et lune et me
diam plusq[uam] vnius diei victoris exer
citus p[ro]thelauit. Saul sicut in regnor[um]
primo libro scribitur maledictus inquit
qui panem ederit usq[ue] ad vesperam
donec vlciscar de inimico meo. Et no[n]
gustauit omnis populus eius et tota
terra prandebat. tantaq[ue] fuit aucto
ritatis stationis semel d[omi]no destinate
ut ionathas qui causa victorie ex
titerat dep[re]henderetur sorte et igno
rancia c[ri]minis declinare no[n] posset
patrisq[ue] in se concitaret manu[m]. et
vix p[re]cibus p[o]p[u]li saluaretur. Helias
xl. dier[um] ieiunio p[re]paratus / d[omi]n[u]m uidet
in monte oreb et audit ab eo. Quid
tu hic helia. Multo familiarior ista
vox qua[m] illa in genesi. Adam ubi es.
Illa enim pastu t[er]rebat et p[er]ditum. h[ec]
hec ieiunanti famulo blandiebat[ur].
Congregatu[m] samuhel populu[m] in ma
saphat. indicto ieiunio roborauit
et fecit hostibus fortiore[m]. Assyrior[um] im
petum et potentiam senacherib e[t]
secthie regis lacrime factus et humi
liacio victus fregit prostrauit et vicit.
Et ezechie iuuene[m] in mi[n]ctem ira[m]
d[omi]ni ieiunior[um] inseracione detorsit.
Qua[m] et sodoma placasset. et gomor
ra si voluissent agere pen[iten]ciam et la
c[ri]mas penitencie patrocinante conci
liare ieiunio. Achab rex impijssimus
ut s[ente]n[ti]am dei subterfugeret et euer
sio domus eius differretur in posteros

ieiunio impetrauit et sacco / anna vxor
elchane. inanem cibo ventrem filio
meruit implere. p[re]dicitant[ur] in Babi
lone magi omnis coniector. et ario
lus et aruspex ceditur / daniel et
tres pueri reuelatione merentur
ieiunio / et pasti leguminibus pulchrio
res sunt et prudenciores hys qui de
mensa regis carnibus vescebantur.
Deinde sc[ri]ptum est quod daniel trib[us]
ebdomadibus ieiunauit. panem
suauem no[n] comederit caro et vinu[m]
no[n] intrauerit in os eius / oleo vnctus
no[n] sit. et venerit ad eum angelus
dicens. daniel homo miserabilis es.
Qui deo miserabilis apparuerat
post ieiuniu[m] leonib[us] in lacu fuerat
horribilis. Qua[m] pulchra res que
placat deu[m] leones mitigat. demo
nes terret. Mittitur ad eum licet
hoc in ebraicis voluminibus no[n] inve
nerimus / Abacuk messoru[m] pran
diu[m] portans talem enim discoforum
inedia meruerat ebdomedis. Da
uid peccati et contempte filio post adulteriu[m]
H ro cav K w a wy c i h in cinere et
ieiunio facit dicens. Quia cinere[m]
tamqua[m] pane[m] manducabam et
pocum meu[m] cu[m] fletu miscebam / et
infirmata sunt in ieiunio genua me
a. et ecce iam audierat a nathan
d[omi]n[u]s abstulit a te hoc pecc[atum]. Sampso[n]
et samuhel vinu[m] et siceram no[n] bi
bunt erant enim filij repromissionis et
p[er] abstinenciam ieiuniu[m] q[ue] concepti.
Aaron et ceteri sacerdotes ingressuri
templu[m] om[n]e quod pot[est] inebriare no[n]
potant. ne moriant[ur]. Ex quo intelli
gim[us] mori eos qui in ecclesiam no[n] so
brie ministrauit. Qua[m] obrem et
exprobratur israheli. potu dabatis
nazareis meis vinu[m]. Ionadab filius
rechab p[re]cepit filijs suis ut no[n] bibe
rent vinu[m] usq[ue] in eternu[m] quib[us] cum
offerret Ieremias ut biberent et
illi bibere noluissent. loquitur d[omi]n[u]s
p[er] p[ro]pham. Quia obedistis p[re]cepto io
nadab filij rechab stans in conspectu
meo cunctis diebus. In foribus euglij
anna filia phanuelis. uniuira in
ducitur semp[er] ieiunans et d[omi]n[u]m
virgine longa castitatis longaq[ue] ieiu
nia suscipere / precursor eius et
pro locustis alitur et siluestri melle
no[n] carnibus habitacioq[ue] deserti et
incunabula monachor[um] talibus in
choant[ur] alimentis. Sed et ipse d[omi]n[u]s
baptisma suu[m] xl. dier[um] ieiunio de
dicauit et arriora demonia docuit
no[n] nisi oratione et ieiunijs posse

preb[eb]it[ur] vestro no[n] deficiet vir
de stirpe Ionadab [et]c.

Cliiij
a

suparat Cornelius centurio ut spm scm
acciperet antequam baptisma: helemo
sinis meruit crebris q ieiuniis post
se superari Paulus aplus post fame
et sitim et ceteros labores suos et
pericula latronum naufragii solitudi
nis crebra ieiunia enumerat et
discipulo thymotheo dolenti stomachum
et infirmitates plurimas sustinenti
suadet vini modicam potionem
iam noli aquam bibere / ondit eum
aquam ante potasse quod non co=
mederet nisi crebre infirmitates et
dolor stomachi postulassent / Repro
bat quidem aplus eos qui prohibe
bant nuptias / et iubebant cibis ab
stinere quos deus creavit advertendum
tamen gratiarum actione sed marcionem
designat et tacianum et ceteros he
reticos qui abstinenciam indicunt
perpetuam ad destruenda et contemp
nenda et abhominanda opera creato
ris Nos autem et creaturam omnem
laudamus dei et maciem sagine
Abstinenciam luxurie ieiunia pre
ferimus saturitati / vir quippe in la
boribus laborat sibi et vim facit
in interitum suum et a diebus Johannis
baptiste ieiunatoris et virginis reg
num celorum vim patitur et violenti
diripiunt illud. Timemus enim ne
ab adventu eius in iudicio sicut in di
ebus diluvii et eversionis sodome
et gomorre et deprehendamur ma
ducantes et bibentes nubentes et
nuptum tradentes Nam et diluvi
um et ignis e celo saturitatem pavit
et nuptias quas deleret invenit
Hec mirum si omne quod in macello
venditur aplus eum iubeat et come
di cum ydolatris et adhuc in templis
ydolorum quasi ydolathica vescentibus
pro summa abstinencia fuerat cibis
tamen abstinere gentilium Quod si lo
quitur ad romanos. ib qui mandu
cat non manducantem non spernat
et qui non manducat manducantem
non iudicet. non inter ieiunia et satu
ritatem equalia iura dispensat sed
contra eos loquitur qui in xpm creden
tes adhuc iudaizabant et eos qui
ex gentibus crediderant monet ne scan
dalisent illos cibo suo qui adhuc
in fide infirmiores erant. Denique
et in consequentibus hoc ipm sonat
Scio et confido in dno ihu quod nichil
commune per ipm est nisi ei qui existimat
quod commune esse illi commune est Si
enim propter cibum frater tuus contristatur
iam non secundum caritatem ambulas

tm at d' in noli aqua bibe

Noli cibo tuo illum perdere. pro quo
xpus mortuus est Non ergo blas
phemetur bonum nrm. non est enim
regnum dei esca et potus. At ne quis
putaret de ieiuniis hoc dici et ne
de superstitione iudaica statim edisset
Alius credit manducare omnia. Qui
autem infirmus est olera mandu
cet Et rursum Alius iudicat diem
plus quam diem. Alius iudicat omnem
diem. unusquisque in suo sensu ha
bundet Qui sapit diem dno sapit
et qui manducat dno manducat. gratias
enim agit deo et qui non manducat dno
non manducat et gratias agit deo Qui
adhuc infirmi erant in fide et alias
carnes id est mundas / alias arbitrantur inmun
das et inter diem et diem esse aliquid
estimabant. verbi gratia sanctius esse
esse sabbatum et neomenias et sce
nophegias quam reliquos dies / iubentur
olera manducare que indifferenter co
meduntur ab omnibus. Qui vero firmiores
erant fidei omnes carnes et omnes dies
equales esse credebant Illud autem
quod ponere ausus est dnm vorato
rem et potatorem vini a phariseis
appellatum et qui ad epulas iverit
nuptiarum et convivia non despexerit
peccatorum / estimo quod nobiscum faci
at Iste enim est dns ut arbitraris vo
rator qui xl diebus xpianorum ieiuni
um sanctificavit qui beatos appellat
esurientes et sicientes qui escam se
habere dicit non discipuli suspicabantur
sed que in perpetuum non periret Qui
de die crastino cogitare prohibet qui
cum esurisse et sitisse dicatur et esse frequen
quenter ad prandia excepto misterio quod
in typum sue passionis expressit et pro
bandi corporis veritatem nec gule scri
bitur servisse nec ventri. Qui divitem
purpuratum propter epulas narrat in tar
taro et lazarum pauperem ob mediam
in sinu esse dicit abraham. Qui quando ie
iunamus ungi caput et lavari pre
cipit faciem ut non gloriose hominum sed
dno ieiunemus Qui comedit quidem
post resurrectionem piscis assi partem
et favum non propter esuriem et gutturis
suavitatem / sed ut veritatem sui cor
poris comprobaret / Nam quotienscumque mor
tuum suscitavit. iussit ei manducare
dari ne resurrectio fantasma putaretur
et lazarus post resurrectionem ob hac
causam scribitur cum dno iniisse convivium Nec
hoc dicimus quod negemus pisces et
cetera si voluntas fuerit in cibo esse su
menda sed quomodo nuptiis virginita
tem ita saturitati et carnibus ieiunia

d

spiritum quam perceperimus. Si autem petrus hora sexta
pransurus ascendit in cenaculum
fortuita esuries non facit preiudicium ieiu-
niorum. Hoc enim modo et dominus qui ad pu-
teum samaritane hora sexta fessus
resedit et bibere voluit omnibus an-
nunciet necessitas velint nolint hoc tempore
bibendi. Potuit autem fieri ut vel sab-
batum esset vel dies dominicus et post bi-
duum triduumque ieiunium hora sexta esurie-
rit. Nunquam enim crediderim apostolum si
ante unum diem cenaverat epulis
quibus distentus erat altius diei esurisse
meridie. Quod si cenavit pridie et
sequenti die esuriit ante prandium ex-
tremo cum non usque ad saturitatem come-
derit qui tam cito potuit esurire. Porro
si per esaiam loquitur deus quod non tale
ieiunium elegerit dicens: In diebus enim
ieiuniorum vestrorum inveniuntur voluptates
vestre et subiectos percutitis et in iudicia
et lites ieiunatis et ceditis pugnis.
Non tale ieiunium elegi dicit dominus. Qua-
le elegerit docet: Frange esurienti pa-
nem tuum et pauperes sine tecto induc
in domum tuam. Si videris nudum vesti
et domesticos seminis tui ne despici-
as. Non igitur ieiunium reprobavit sed
quale vellet ostendit. Neque enim ven-
tris esuries accepta est deo qua lites
et rapine et libidines destruuntur. Si non
vult ieiunium dominus quomodo in levitico
precepit ut septimo mense decima men-
sis omnis populus ieiunet usque ad ves-
peram et qui non afflixerit animam suam
moriatur et exterminetur de populo suo.
Quare sepulchra concupiscentie ubi
carnibus deditus populus ruit us-
que hodie in solitudine perseverant
et crassus populus ruit / ~~usque hodie~~
~~in solitudine perseverant et crassus~~
~~populus~~ ortigometram sensit ad tole-
ram usque ruptasse. Cur homo dei ad-

Clv
a

versus prophetam manus aruerat
regis ierobo[am] quia manducavit con-
tra edictum dei ~~prophetam~~ illico per-
cussus est et leo qui asinam custodivit
intactam prophete levati se de prandio
non pepercit qui ieiunus miracula
fecerat. Pransus illico saturitatis
penas luit. Sed iohel clamitat: San-
ctificate ieiunium predicate curationem
ut monstraret ieiunium sanctificari ce-
teris operibus et sanctificatum ieiunium curationi
proficere peccatorum. Quomodo autem
virginitati vere non preiudicat imitatio
virginum diaboli ita et veris ieiuniis
castimonia isidis et sibille et quorundam
ciborum eternum abstinentia maxime
cum apud illos ieiunium panis sagina

carnium compensetur. Et sicut signa
que faciebat moises imitabantur
signa egiptiorum sed non erant in
veritate. Nam virga moisi virgas ma-
gorum devorabat ita et omnia que
in emulationem dei facit diabolus non
religionis vere supersticio. Sed nostra ar-
guitur negligentia id nolentium facere
quod bonum esse etiam seculi homines
non ignorant. Quarta propositio est
que et extrema duos esse ordines o-
vium et hircorum alterum iustorum alterum pec-
catorum. Alios stare a dextris alios a
sinistris et audire iustos: Venite bene-
dicti patris mei possidete paratum vobis
regnum a constitutione mundi. Peccatoribus
vero dicit: Discedite a me maledicti
in ignem eternum qui paratus est dia-
bolo et angelis eius. Arborem bonam
non posse fructus malos facere nec ma-
lam bonos. Unde et salvator loquitur
ad iudeos: Vos de patre diabolo estis
et concupiscentias patris vestri vultis facere.
Decem virgines proponit stultas atque sa-
pientes et quinque que oleum non habu-
erunt remansisse extrinsecus. Alias vero
quinque que sibi lumine bonorum operum
preparant thalamum intrasse cum sponso
ascendit ad diluvium et ait: Qui erant
cum noe iusti servati sunt qui vero
peccatores omnes in commune perierunt. Ad-
ducit sodomam et gomorram excep-
tis duobus gradibus bonorum et ma-
lorum nulla diversitas invenitur. Qui
est iustus eripitur qui peccator pari
voratur incendio. Una salus libera-
tis unus interitus remanentibus. Ne
paululum quidem iustitia declinandum
iudicio est uxor loth. Si autem inquit
michi opponis quare iustus labo-
raret aut in pace aut in persecutioni-
bus similiter perfectus est nec maiora
premia sciat. Hoc enim facere non ut plus
quid mereatur sed ne perdat quod
accepit. In egipto quoque decem pla-
gas equaliter omnes senciunt peccatores
similes tenebre domino et servo nobili
et ignobili regi imminet et vulgo
suis vero dei et populo israel una erat lux.
Sed et in mari rubro iusti pariter tran-
seunt peccatores pariter obruuntur. Sex-
centa hominum milia excepta inbe-
cilli etate et sexu in deserto equaliter
ruunt et duo qui iusticia pares erant
equaliter liberantur. Per xl annos cunctus
israel similiter et laborat et moritur.
Gomor manne universis etatibus una
in cibo mensura est vestitus pariter
non deteruntur capilli similiter non augentur
barba in commune non crescit. Calciata

4a propositio Jovinianum dicentis [illegible] salvandos eius [illegible] ponit [illegible] ad [illegible] et [illegible] modi infra ubi [illegible] determinat [illegible] et argumenta [illegible] testimonia [illegible]

b

ex equo omnibus durant. Non in talicere pedes cibus more auctorum equaliter sapit. Ad unam enim mansionem pari labore et mercede pergebant. omnis eius equale pascha habet, equales scenophegias equale sabbatum equales neomenias. Septimo requietionis anno absque personarum discretione dimittitur et in iubileo universa cunctis debita relaxantur. atque ad antiquam possessionem venditor redit. Parabola autem in euangelio seminantis in qua in terra bona centesimus et sexagesimus et tricesimus fructus exoritur et e contrario in terra mala triplex sterilitatis varietas indicatur in duos ordines dividit bone terre et male. et quod apostolus pro relictis filiis et uxoribus in alio euangelio centies in alio septies dominus promittit et in futuro vitam eternam nullaque distancia est inter centum et septem. sic et nihil nimio non facere prejudicium ubi unius terre fertilitas predicatur. Propterea eum et euangelista marcus retrorsum numeret XXX. LX. et C. Dicit dominus. Qui manducat carnem meam et bibit sanguinem meum in me manet et ego in illo. Sicut ergo sine aliqua differentia et gradibus christus in nobis est ita et nos in ipso sine gradibus sumus. Omnis qui diligit me sermonem meum servabit et pater meus diliget eum et ad eum veniemus et mansionem faciemus apud illum. Qui iustus est diligit. Qui diligit venit ad eum pater et filius et meus habitat hospitio. Ubi autem huiusmodi habitator est. puto quod nichil deesse possit hospiti. Si autem dicat multe mansiones apud patrem meum. non in regno celorum diversas significat mansiones sed ecclesiarum in toto orbe numerum que constat una per septem. Vado inquit et preparabo vobis locum non loca. Si hec repromissio propria XII apostolorum est ergo paulus exclusus est de hoc loco et electionis vas superfluus putabitur et indignus. Iohannes et Iacobus quia plus petierunt ceteris non impetraverunt. et tamen non est eorum dignitas inminuta. quia reliquis apostolis equales fuerunt. Nescitis quia corpora vestra templum sunt spiritus sancti. Templum inquit estis non templa ut similiter habitatorem in omnibus ostenderet deum. Non pro hiis tantum rogo sed pro illis qui credituri sunt in me ut sicut ego pater in te et tu in me unum sumus ita omnes unum sint in nobis. Gloriam quam dedisti michi dedi eis dilexisti

eos sicut et me dilexisti et quomodo nos sumus pater et filius et spiritus sanctus unus deus. sic et unus populus in ipsis sit. hoc est quasi filii karissimi divine consortes nature. sponsa soror mater et quecumque alia putaveris vocabula unius ecclesie congregatio est que numquam est sponso fratre filio. una habet fidem nec construpatur varietate dogmatum nec heresibus scinditur. virgo permanet. quocumque ierit agnus sequitur illum. sola novit canticum Christi. Si autem michi inquit opposueris. stella ab stella differt in claritate. audies differre stellam ab stella hoc est spirituales a carnalibus. omnia membra equaliter diligimus. nec oculum preponimus digito nec digitum auricule sed in singulorum amissione membrorum communis dolor est. Equaliter morimur. hoc scilicet et equaliter de eo egredimur. unus adam terrenus et alter celestis. Qui in terreno fuerit a sinistris est et peribit. qui in celesti a dextris est et salvabitur. Qui fatue dixerit fratri suo et racha reus erit gehenne et qui homicida fuerit et adulter mittetur similiter in gehennam. In persecutione qui incenditur qui suffocatur qui decollatur qui fugerit qui in carcere clusus obierit varia quidem lucte genera. sed una corona victorum est. Inter eum fratrem qui semper cum patre fuerat et eum qui postea penitens susceptus nulla diversitas est. Operariis prime hore et tercie et sexte et none et undecime unus denarius equaliter redditur. et quo magis ammireris ab his incipit premium qui minus in vinea laboravit. Hiis et huiusmodi divinarum scripturarum testimoniis que ad pravitatem dogmatis sui callidus disputator inclinat quis non temptetur etiam electorum dei. et quod Iohannes apostolus antichristos dicit venisse multos. hoc est vera antichristi predicatio que inter ipsum Iohannem et ultimum penitentem nulla facit adesse distantiam. Simulque miror quomodo serpens lubricus. et Protheus in varias se mutet portenta formarum. Qui enim in coitu et in saturitate epicurus est. subito in [illegible] stoicus efficitur. Ierosolima [illegible] ut videam. a proselyti zenonem commutat. Si non licet a virtutibus paululum declinare et omnia peccata sunt paria. eidem criminis reus est qui panem esuriens surripuerit. et qui hominem occiderit tu quoque maximorum scelerum reus teneberis. Porro aliud est. si te

bonum malum ... no

ditas ne minima quidem habere potestata et tamen omnes apostoli et prophete et sancti iuxta id quod in secunda propositione disserui peccatores erant et se plangant. solus de iustitia glorieris ante mundo

b

eras pede meo non solum calciato sed et ornato. Tunc pexa tunica et nigra subucula vestiebaris / sordidatus et pallidus et callosam opere gestitans manum inter lineas et sericas vestibus et atrabatarum et laudocie indumentis ornatus incedis. Rubent bucce nitet cutis come in occipitium frontemque tornantur protentus est aqualiculus. insurgunt humeri. turget guttur / et de obesis faucibus vix suffocata verba promuntur. Certe in tanta diversitate victus atque vestitus necesse est aut ibi aut hic esse peccatum. Non quod peccatum in cibo aut in vestibus asseram. sed quo varietas et commutatio indecens reprehensioni proxima sit. Quod autem reprehenditur. a virtute procul est: Quod a virtute procul est. vitio mancipatur. Quod vitiosum arguitur peccato iungitur. Quod peccatum est iuxta tuam sententiam in sinistra parte et hircorum grege ascribitur. Aut revertaris igitur ad antiquum propositum / ut ovis esse possis ad dexteram aut si priorem sententiam perversa penitencia commutaris velis nolis quamquam barbam raseris / inter hircos numeraberis. Verum quid prodest lusciniam vocare luscinium et accusatoris dote in constancia. cum propositionum series delienda sit / oves et edos a dextra et a sinistra duos iustorum et peccatorum esse ordines non negamus. Arborem bonam fructus malos non facere nec malam bonos nulli dubium est / decemque virgines et sapientes et stultas. in bonas malasque dividimus. In diluvio liberatos iustos et peccatores aquis obrutos non ignoramus. In sodoma et gomorra

c

exceptum iustum. et impios igne consumptos omnibus perspicuum est. decem quoque plagis percussam egiptum et israel fuisse sospitem novimus. In mari rubro transisse iustos. et pharaonem cum suo exercitu demersum etiam in scolis cantant parvuli. Sexcenta milia in deserto cecidisse quia incredula fuerunt / et duos tantum terram repromissionis meruisse scriptum docent. Et reliqua que usque ad operarios vinee in duos bonorum et malorum ordines descripsisti. Sed quale est ut quia inter bonos et malos divisio est tu asseras inter ipsos bonos vel e contrario malos nullam esse distanciam. Nichil quoque referre utrum in pecore aliquis aries sit an ovicula. utrum primam lanam habeat an secundam utrum scabidum pecus sit et morbidum an vegetum atque subsultans: Maxime cum ezechiel oves rationabiles et diversitatem inter pecus et pecus sue prophetie auctoritatem demonstret dicens. Ecce ego iudicabo inter pecus et pecus. et inter arietes et hircos et inter pecus pingue et macilentum proeo quod lateribus et humeris impinguebatis et cornibus vestris ventilabatis omnia infirma pecora donec dispergerentur. Et ut sciremus que ista sunt pecora intulit statim. vos autem greges mei. greges pascue mee homines estis. Ipsum ergo erit paulus et ille penitens qui cum patris uxore dormierat quia in ecclesiam post penitentiam receptus est et quia semel ad dexteram est in eadem cum apostolo claritate fulgebit et quomodo in uno agello usque ad messem et consummationem mundi zizania per frumentaque succrescunt quia consequenter pisces boni et mali sagena est

d

christi et recti evangelico continentur. Cur in typo ecclesie id est in archa noe diversa animalia et pro qualitate meritorum diverse sunt mansiones. Cur astitit regina a dextris domini in vestitu deaurato circumamicta varietate. Cur ioseph in forma christi variam habuit tunicam. Cur apostolus loquitur ad romanos unicuique secundum quod deus divisit mensuram fidei / Sicut enim in uno corpore multa membra habemus omnia autem membra non eundem actum habent. ita multi unum corpus sumus in christo singuli autem alter alterius membra habemus autem donationes secundum gratiam que data est nobis differentes sive prophetiam secundum rationem fidei sive ministerium in ministrando sive qui docet in doctrina Qui exhortatur in exhortando qui tribuit in simplicitate qui preest in sollicitudine et cetera et in alio loco. Alius iudicat diem plus quam diem alius iudicat omnem diem unusquisque in suo habundet Et ad corinthios Ego plantavi apollo rigavit. sed deus incrementum dedit. Itaque neque qui plantat est aliquid neque qui rigat unum sunt unusquisque autem propriam mercedem accipiet et secundum suum laborem. dei enim sumus adiutores dei agricultura dei edificatio estis Et rursum alibi

Clvii
a

Secdm gram dei que data est michi
quasi sapiens architectus funda
mentu posui alius autem sup edifi
cat fundamentu autem aliud ne
mo potest pone pter id quod positu e
qui est xpus ihus. Si quis autem
sup edificat sup fundamentu auru
argenteu lapides preciosos ligna
feniu stipulam vnius cuiusqz opus
apparebit / dies enim dni illud ma
nifestabit qm in igne reuelabitur
et singulorz opus quale sit ignis
probabit. Si cuius opus manserit
quod sup edificauit mercedem ac
cipiet. Si cuius autem opus arserit
detrimentum sustinebit ipse aute
saluus erit sic tamen quasi p igne
Si is cuius opus arsit et perijt et
dampnu sustinuit laboris sui pdet
quidem opis premiu sed ipse salua
bitur no tamen absqz probacione
ignis / ergo is cuius opus manserit
qd sup edificauit. sine ignis proba
cione saluabitur et int saluatorz
et saluatorum. erit vtiqz aliqua di
uersitas. Hec no malio loco Sic
nos existimet inquit ho quasi mi
nistros xpi et dispensatores mi
misteriorz eius hic iam queritur int
dispensatores. ut fidelis quis inve
niatur vis scire qm int dispensa
torem sit multa distancia non
dico de malis et de bonis / sed de
ipis bonis qui ad dextram stant.
Audi consequencia. Ne scitis qm
qui in sacrificiis operantur de sacrificiis
comedunt. Qui altario deseruiunt
de altario pticipantur sic et dns
disposuit hys qui euangeliu annu
ciant de euangelio viuere. Ego aut
no abutor horu aliquo Non scripsi
aut hec: ut sic fiant in me. Me
lius est enim michi mori qua ut gloriam
mea quis euacuet. Si enim ewan
gelizauero. no est michi gloria mea
necessitas quippe incumbit michi
ve enim michi est nisi ewangeliza
uero. Si am sine voluntate hoc fecero
mercedem habeo si aut nolens
dispensatio michi credita est. Que
ergo est merces mea ut euangeli
zans sine sumptu ponam euangeliu
xpi ut no abutar ptate que michi
data est in ewangelio. Cum enim es
sem liber ab omnibus. omnibus me ser
uu feci ut plures lucrifacerem. Nuqd
potes dicere peccare eos qui viuunt
de euglio. et de sacrificiis participantur
vtiqz no dns enim disposuit ut qui
pdicant euglm viuat de euangelio

Aplus aut qui no abutitur hac licencia
sed laborat manibus suis. ne que
aggrauet. et die ac nocte operatur
et ministrat hys qui secu sunt. vtiqz
ideo hoc facit ut plus laborans.
plus aliquid mercedis accipiat. Cur
ramus ad reliqua. Diuisiones aut
graciarum sunt idem aut spus. et diuisi
ones ministeriorz idem dns et diui
siones operacionis idem aut dns qui
operatur omnia in omnibus vnicuiqz
autem data est apcio spus iuxta id
quod expedit Et itm. Sicut enim corpus
vnu est et mebra plurima habet
omnia autem mebra corporis cum
sint multa vnu est corpus sic et xps
vnde ne dicas in vno corpore diuisa
mebra vnu habere meritu statim
gradus describit ecclie et ait. Quos
dam quidem posuit deus in ecclia
primu aplos / scdo pphas tercio doc
tores deinde virtutes et gras cura
cionu. opitulaciones gubnaciones
gna linguarz. Nuquid omnes apli.
Nuquid omnes pphe. Nuquid omnes
doctores Nuquid omnes virtutes Nuqd
omnes graciam habent curacionu. Nu
quid omnes linguis loquentur Nuquid
omnes interpretantur. Emulamini aut
dona maiora. et adhuc excellenti
orem viam uobis monstrabo. Cu
qz de caritatis virtutibus latius dispu
tasset adiecit. Siue pphecie eua
cuabuntur siue lingue cessabunt siue
sciencia destruetur ex parte enim
cognoscimus et ex pte pphamus
Cum autem venit qd pfectum est
euacuabitur quod ex parte est Et
in consequentibus. Nunc autem ma
net spes caritas. tria hec maior
autem hys caritas Sectamini ca
ritatem emulamini spalia. magis
aut ut pphetetis Et itm volo autem
vos loqui linguis magis pphetare
Nam maior est qui pphetat qua
qui loquitur linguis Et rursum
gras ago quod omnium vrm magis
linguis loquor vbi diuersa sunt do
na et alius maior alius minor
est. et omnes spales appellantur
certe oues sunt. et stant ad dextris
et int ouem et ouem est aliqua diu
sitas. Loquitur quidem de humilitate
paulus aplus. Ego sum nouissimus
aplorz qui no sum dignus vocari
aplus. quia psecutus sum ecclesiam
dei. Gracia aut dei sum id quod
et gra eius in me no fuit vacua
sed amplius illis omnibus laboraui
no ego autem sed gra dei q in me e

b

c

2 dispensatores

Fides

veruntamen in eo quod se humiliat osten
dit posse apostolos alios minores alios esse
maiores et qui vtique vas electionis di
citur et cunctis amplius laborauit non
est in iustus deus ut obliuiscatur operis
eius et dispar meritum equali mercede com
penset / de hinc legimus sicut enim in
adam omnes moriuntur sic in xpo omnes vi
uificabuntur Vnusquisque autem in ordine
suo Quando autem vnusquisque in suo
resurgit ordine vtique diuisa sunt meri
ta resurgencium Non omnis caro eadem
caro sed alia hominum alia pecudum alia
caro volucrum alia autem piscium et corpora
celestia et corpora terrestria sed alia
quidem celestium gloria alia autem terres
trium alia claritas solis alia claritas lune
alia claritas stellarum Stella enim ab
stella differt in claritate sic erit et resur
rectio mortuorum Ad tu scilicet doctis
interpres sic exposuisti ut diceres spirituales
differre a carnalibus Ergo et spirituales
et carnales in celesti erunt Et iam non
solum oues sed etiam hirci tui consen
dunt regna celorum Stella inquit ab stel
la differt in claritate Non oues et hirci sed
oues et oues idest stella et stella Deni
que alia inquit claritas solis alia
claritas lune ne stellam et stellam totius
humane multitudinis asseres genus So
lem posuit et lunam quos certe inter hir
cos non potes innumerare Sic inquit
erit et resurrectio mortuorum ut iusti
in claritate solis fulgeant et qui in se
quenti gradu sunt lune splendore ruti
lant Vt alius lucifer sit alius arctu
rus alius orion alius mazuroth et
cetera stellarum vocabula que secreta
in iob volumine continentur Omnes enim ait
manifestari nos oportet ante tribunal
xpi Vt recipiat vnusquisque que ges
sit per corpus siue bonum siue malum
Ac ne forsitan dicas ante tribunal xpo
nos manifestari ut boni bona mali
recipiant mala in eadem epistola docet
Qui seminat parce parce et metet
et qui seminat in benedictionibus
de benedictionibus et metet Certe
et qui plus et qui minus seminat in
parte sunt dextera et cum vnius semen
tis genus sit tamen mensura et numero
differt Scribit ad ephesios idem pau
lus Vt nota fieret nunc principatibus
et potestatibus in celis per ecclesiam mul
tiplex et varia sapientia dei Quid est quod
in diuisis agminibus ecclesie varia
et multiplex dei sapientia predicatur
Nec non in eadem epistola vnicuique autem
vestrum data est gratia iuxta mensuram
gre doni Non quo xpi mensura diuisa

sit sed tantum gratia eius infunditur quantum
valemus haurire Frustra igitur oues
et hircos quinque et quinque virgines egip
cios et israhelitas et cetera huiusce modi
replicas quia non est in presenti retributio
sed in futuro Vnde dies iudicii in con
sumacione promittitur quia nunc non est
iudicium Sine causa enim appellatur extrema
dies iudicii / si modo iudicat deus In presen
ciarum nauigamus luctamur atque pugnamus
vt in fine perueniamus ad portum
coronemur Ruphemus Tu autem
peruerse et lubrice presentis seculi conuersacionem
in futurorum exempla proponis Cum vtique
hic et iusticia sit ibi iusticia donec in
tremus in sanctuarium dei et intelligamus
in nouissimis eorum Nam aliter sanctus
aliter peccator moritur In eodem mari
nauigantibus eadem et tranquillitas
et tempestas est Non aliter latro a
liter martir occiditur Nec alio modo de
adulteriis et prostibulis alio de castis
matrimoniis nascuntur filii Certe dominus et
latrones equali iudicio crucifixi sunt
Si idem est huius seculi futurique iudicium er
go quia hic pariter crucifixi sunt et in
futuro similiter habebuntur / paulus et
qui cum eo iunxerant simul nauigabant
simul sustinent tempestates simul naui
in fluctibus dissipata in littus euadunt /
/ negare non potes quin inter vinctum
et vincientes diuersa sint merita et quod
vnius apostoli meritis cunctis naufragium est Re
fert postea paulus reuelacionem
et eos qui in naui fuerant dicit sibi
a domino esse donatos Numquid eis tantum do
natur et qui donantur vnius meriti
sunt Decem sancti peccatricem possunt
eruere ciuitatem Loth cum filiabus
suis ereptus est de incendio Liberati
essent et generi si exire voluissent
Et certe multa distancia est inter loth et ge
neros eius Liberatur segor vna vrbs
de pentapoli et que eiusdem meriti
erat atque vicinis sine dubio subiacebat cum so
doma et gomorra adama et seboim
sic peccatoribus custoditur Certe diuersi meri
ti loth et segor et tamen de incendio
pariter euadunt Latrunculi qui absente
dauid vastauerant siceleg et vxores
eorum et liberos prede duxerant / die
tercia ceduntur in campo et quadrin
genti homines ascensis camelis fu
giunt Dic aliquam inter eos et qui cesi
sunt distanciam / legimus in eo quod
turris siloe cecidisse super x et viii vi
ros et obrutos occidisse Certe iux
ta sentenciam saluatoris non soli fuerant
peccatores sed in fortitudine reliquorum
puniti sunt ut pestilente flagellato

Elym
a

loth

Sodoma
gomorra
Adama

stultus sapientior fieret. Si omnium peccatorum
unum est supplicium iniuste alius occidi-
tur et per mortem alterius alius commonetur.
Opponis michi gomor manne unam
quam mensuram et vestitum et capillos
et barbam et calciamenta ex quo is-
rahelitarum quasi non et nos xpi corpus
equaliter accipiamus una est in minis-
teriis sanctificatio domini et servi nobi-
lis et ignobilis regis et militis quamquam
pro accipientium meritis diversum fiat quod
unum est. Qui enim indigne manduca-
verit et biberit reus erit violati cor-
poris et sanguinis xpi. Numquid quia
et iudas de eodem calice bibit de quo
et xpus et ceteri apostoli unius cum reliquis
erit meriti. Quid si nolis recipe sac-
mentum. Ecce omnes equaliter vivimus
unum trahimus aerem. eodem humore
irrigamur. eisdem cibis vescimur
porro si alimenta coquorum arte muta-
tur in melius et fit aliquid sicuti
ius conditurus huiuscemodi tibi non
nature satisfaciunt sed voluptati. Et
que consumimus eque algemus. simul
confirmamur frigore. estibus et calore
dissolvimur. Sol quoque ipse et luna et
omnis astrorum chorus et pluvie et mun-
dus equaliter nobis currunt et isdem
omnes iuxta evangelium imbribus irriga-
mur. boni et mali iusti et iniusti
Si presentia exempla sunt futurorum
ergo sol iustitie equaliter iustis et
peccatoribus impiis et sanctis. xpianis
et iudeis atque gentilibus orietur cum
scriptura dicat. Timentibus autem dominum
orietur sol iustitie. Si timentibus
dominum orietur. ergo contemptoribus
et pseudo prophetis occidet. Quos quis
stat ad dextris vadunt ad regna celo-
rum hirci in tartarum detruduntur.
Parabola ista non omnium ad regna
in te se mista et confusio describit hir-
corum sed inter oves et hircos tantum dis-
tantiam facit. Neque enim in omnibus
locis docent omnia. sed unaqueque
similitudo ad id refertur cuius et simili-
tudo est. Dicit et decem virgines non
totius generis humani sed sollicitorum
et pigrorum exempla sunt. Quorum
alteri dominum semper prestolantur adventum
alii somno et inertie se dantes fu-
turi iudicium non putant. Unde et sic
parabole dicitur. Vigilate quia nes-
citis diem neque horam. Si in dilu-
vio liberatus est noe et omnis or-
bis interiit omnes tunc erant et prop-
terea perierunt. Aut non eiusdem

esse dicas meriti filios noe et noe propter quem
liberati sunt filii. Aut maledictum
cham in eodem pones loco in quo et
patrem quia de diluvio similiter libera-
tus est. In passionem xpi omnes decli-
naverunt. simul inutiles facti sunt non
fuit qui faceret bonum non fuit usque
ad unum. Audebis ne igitur dicere sic
negasse petrum et ceteros apostolos qui fu-
gerunt quomodo et cayphan et pha-
riseos et clamantem populum cruci-
fige crucifige talem. Et ut de apostolis
taceam eiusdemne tibi sceleris vide-
bitur reus annas et cayphas et
iudas proditor cuius et pylatus qui
nolens compulsus est contra dominum ferre
sententiam. Quanto maioris fuit meriti
iudas tanto maioris et criminis est
et quanto maioris criminis tanto et
maioris et pene. Potentes enim potenter
tormenta patientur. Arbor mala
bonos fructus non facit nec bona
malos. Si hoc ita est responde michi
quomodo paulus cum esset arbor mala
persequens ecclesiam xpi fecerit postea
fructus bonos et iudas cum esset arbor
bona signa faciens cum apostolis postea
versus in proditorem fecerit fructus
malos. Tamdiu ergo nec arbor bo-
na malos fructus facit nec mala
bonos quamdiu vel in bonitate sua
vel in malitia perseverat. Porro quod
omnis ebreus equaliter pascha facit
et septimo anno liber efficitur et
iubeleo id est quinquagesimo universa
possessio redit ad dominos hoc non de
presenti dicitur sed de futuro. Quia in
sex diebus huius seculi servientes in
septimo vero die et eterno sabbato
liberi erimus. Si tamen voluerimus esse
liberi dum adhuc servi sumus in seculo
Si autem noluerimus perforabitur nobis
auricula in testimonium inobedientie
et cum uxore et cum liberis nostris quos pre-
tulimus libertati id est cum carne
et opibus eius iugiter serviemus
. Parabola autem sementis que ex uber-
tate parte ternos fructus facit et
iuxta apostolum super fundamentum xpi alius
edificat aurum argentum lapides pre-
ciosos alius ligna. fenum stipulam
cum et in domo magna vasa diversa
sint perspicue patet rhinc velle con-
dicere aptissime impudentie est. Ta-
men ne exultet in mendatio et ex-
emplum apostolorum in primordium centena-
rii et sexagenarii et triceanarii affe-
rat numeri. sciat in matheo et in
marco. Apostoli sunt qui sua universa di

clix

miserant centuplum

uiscrant. centuplum repromissum
euangelio autem luce multo pluã
idest d tio di sl d d tio tt d. et pe
nitus in nullo eũgelio procentum
scriptum esse septem seqz aut falsa-
rij aut imperitie rerum teneri. Hc
notere nobis quia in eũgelio alio
c. in alio xxx. incipit numerare
cum omis scriptura maxime uetus mi-
norem pponat numerũ et sic gra-
datim ad maiora conscendat. uer-
bi grã ut dicat aliquẽ fuisse anorũ
v. et lxx. et c. sflet tame v. et lxx.
pluã potcrut esse q̃ centũ. quia po-
ra sũt nominata. Si nõ accipis in bo-
nam ptem diuersitatem numeri. c. et
lx. et xxx. nec in malam partẽ acci-
pies et idem piculũ erit seminis qd
scdm uiam cecidit et sup petras et
sup spinas si et illa tria et hec / uel
in malam uel in bonã ptem singlã
sũt stultum fuit p duabus reb9 sex
species numerare. Pp̃tim cũ et in
matheo et in marco et in luca nar-
rata parabola saluator semp in-
tulerit qui habet aũes audiendi
audiat / ubi nichil ẽ qd in misterijs
lateat frustra ad intelligendum
mistica prouocam̃. Si autẽ pr et
filius mansionẽ faciũt apud cre-
dentes et ubi xpus hospes est. ibi nichil
deesse estimas / puto. quod alit xr
habitauerat in corinthijs alit in e-
phesijs. hoc est in hys apud quos
paulus aplus pctã multa rephendt
et alit in hys quib9 sacra asclis ig-
norata disseruit alit in tito. et timo-
theo alit in paulo. Certe in t natos
mulierũ nõ fuit maior iohe bap-
tista. ubi autem maior dicit / nece
est et certos habuerit minores. et
qui minimus est inquit in regno
celorũ maior ẽ illo / uides ergo qd
et in celis sit maxim9 et minim9
et inter angelos quoqz et t invisibiles
creatuas sit multiplex et infinita
diuersitas. Quare apli dicũt Dñe au-
ge nobis fidem si oim cma mesũa
est Et dns ad discipl'm Quid dubi-
tasti modice fidei In ieremia quoqz
de futuro regno legim9 Ecce dies ve-
niũt dicit dns et feriã domui isrl
et domui iacob fedus nouũ / nõ scdm
pactum quod pepigi cũ prib9 vris
Et post paululũ dabo legem meã
in visceribus eorum et in corde eo2
scribam illam et ero illis in deum et
ipi erũt michi in populũ et nõ doce-
bit ulf. vir pximũ suũ et vir frem
suũ dicens cognosce dnm. Oms enim
cognoscent me a minimo usqz ad max-
imũ. Perspicite ex contextu illius
loci futuri xpi regnũ pp̃ha describit Et
qua consequẽtia erit ibi minimus
et maxim9 si oms equales futuri
sũt. utiqz ea qua et in eũgelio dr.
Qui docuerit et fecerit uocabitur
maxim9 in regno celo2. Qui aũt
docuerit et aliqua nõ fecerit erit
minim9. In conuiuio saluator precipit
ut inferiorem occupem9 locũ ne cum
maior uenit de superiori turpit detru-
dant. Si cadere nõ possum9 sed tm
ppriam subleuamur quid sibi uult
scala illa in bethel p quam angli
descendũt atqz ascendũt Qui de cel
ad terram uenũt certe inferiores et ad
dexteram stabant dum ibi essent An-
geli de celis descendũt et iouinianus
de eo2 possessione securus est. Quis
autem risum tenere queat in eo qd
multas mansiones apud patrem ecclias
arbitratur in toto orbe diffusas Cũ
manifestissime scriptura doceat scdm e-
uangeliũ iohanis nõ de ecclia2um
numero sed de celorum mansionib9
et eternis tabnaculis que pp̃ha desidat
dno fuisse sermonẽ. In domo inquit
pris mei mansiones multe sũt Si quo
minus dixissem uobis. quia uado pa-
rare uobis locum et si abiero et p-
parauero uobis locum itũ ueniam et
accipiam uos ad meipm ut ubi ego sũ
et uos sitis. Loca et mansiones que p-
parare se dicit xpus aplis in domo
utiqz sũt pris id est in regno celorũ
nõ in terra in qua pris aplos relinque-
bat. Simul qz sensus scripture intuend9
est. diceremi inquit uobis quia et ppa-
rauero uobis locum. si nõ mansiones
essent multe apud patrem hoc est si
nõ unusquisqz mansionẽ sibi nõ ex
largitate dei sed ex pprijs opib9 ppa-
raret et ideo nõ ẽ meũ parare sed
urm. Quia et inde nichil profuit
paratus locus quẽ suo uitio pdidit
iuxta quẽ sensum et illud intelli-
gendũ quod ad filios dicit zebedei
quo2 alt a sinistris alt sedere cupi-
ebat a dextris. Calicem quidem meũ
bibetis sedere aũt a dextris meis
siue a sinistris nõ est meũ dare
uobis sed quib9 paratum ẽ a patre meo
Non est dare filij et quomo pris ẽ
pparare / parate inquit sũt in celo
diuerse et plurime mansiones plurimis
diuersis qz virtutibus quas nõ psone
accipiũt sed opa. Frustra ergo me
petistis quod in uobis situm est. qd
pater meus illis parauit qui digni

Clx

a

ꝯtutibus ad tantam ascensiũ sunt dignitatem. porro quod ait / iterũ veniam et accipiam vos ad me ipm / vt vbi ego sum et vos sitis ꝓprie ad aplos loquitur de quibus et in alio loco scriptum est ut quomodo ego et tu pr vnũ sumus sic et illi in nobis vnũ sint. qui credide rũt qui pfecti sunt qui pnt dicere ps mea dns. Si aũt nõ sunt plime mansiones quomõ et in veti testameto et in nouo / aliũ ordinem pontifex tenet. aliũ sacdotes. aliũ leuite. aliũ edituí aliũ cantores. Et in volumine ezechielis vbi futuře ecclie et celestis ierlm ordo descbitur. Sacerdotes qui peccauerant degradant. mediuos. et hostiarios et cum sint in teplo dei hoc est ad extus nõ sunt inter arietes sed inter minimas oues. In fluuio quoqz illo qui de templo egreditur / et irrigat salsũ mare et vniuersa viuificat multe species piscium descbuntur. Quare in regno celorum archangeli sunt angeli throni dominationes ptates cherubim et seraphin et omne nomen quod nominatur nõ solum in presenti seculo. sed etiam in futuro. Nomine causa diuisitas nomini est vbi nõ est diuisitas meritorum. Archangelus vtiqz aliorum minorum est angelorum archangelus et ptates et dnationes habent aliqua p que exerceat ptatem et in que subiecta dominetur. hoc in celis est hoc in ministerio dei. Ne nos solito more irrideas atqz subsanes. si imperatores posuerimus et pfectos eius et comites et tribuos et centuriones et manipulos et reliquũ ordinem milicie. Illud autẽ quod ait nescitis quia corpa vra templũ sunt spus sancti vnde friuolũ est cũ scriptura diuina soleat et vnũ pluralit et plura singularit appellare et tamen sciat in templo quoqz ipso multas esse mansiunculas esse exterius atriũ esse vestibula esse scita scõrum sanctorum sunt et culmine in templo sunt et cellariola sunt et torcularia et vasorum receptacula. Ita et in templo corporis nri diuersa sunt merita. Nõ eque deus in omnibus habitat nec ad eandem mensuram omnibus infunditur / de spũ moisi auffertur et lxx pbris datur. puto alia esse habundancia fluminis. aliam riuulorum. helie spus. helizeo duplex datus est vnde et duplex gratia fecit signa maiora. Ille vnius mortuum iste mor

b

tuus mortuũ suscitauit. Ille famem inprecatus est populo / iste obsesse ciuitati sub vna die hostiles copias pbuit. Licet hoc quod ait nescitis quia corpora vra templũ sunt spus sancti de cuncta credentiũ dicat ecclesia qui pariter congregati vnũ xpi corpus efficiant. hic iam queritur in corpore qui pedibus dignius sit q capite / qui oculis eius sit qui manus. Quod et due mulieres in euuangelio penitens et sca significant quarum altera pedes. altera caput tenet. Tamen et si nõ nulli estimet vnã esse et que pmũ cepit a pedibus eam gradatim ad verticem puenisse. Sed et illud quod obicit nõ pro hys tantum rogo sed pro illis qui credituri sunt p vbum eorum in me. ut sicut ego pater in te et tu in me vnũ sumus ita oms vnũ sint in nobis. Et quod oms populus xpianus / vnũ sit in domo quasi filij . . . diuine consortes nature iam supdiximus et nc plenius inculcandum est nõ nos sm naturam sed scdm graciam vnũ esse in pre et filio. Neqz em eiusdem substantie est quod manichei solent dicere anima humana et deus. Sed dilexisti inquit eos sicut et me dilexisti. Vides ergo quod in consortiũ substancie eius adsumimur / nõ nature esse sed gre et ideo nos diligit. quia filiũ dilexit pr membra scilicet diliguntur in corpore. Quotquot em receperunt xpm dedit eis pater filios dei fieri qui credunt in nomine eius qui nõ ex sanguinibus neqz ex voluntate carnis neqz ex voluntate viri sed ex deo nati sunt. Verbũ caro factum est vt nos de carne transeamus in vbũ. Nec vbum desijt esse quod fuerat nec homo pdidit esse qd natus est. Gloria auctã est nõ mutata natura / vis scire quomõ cũ xpo vnũ corpus efficiamur. doceat te ipe qui condidit. Qui comedit carnem meã et bibit sanguinẽ meũ in me manet et ego in illo. Sicut misit me viuens pr et ego viuo ppter prem et qui comedet me viuet pp me. Iste est panis qui de celo descendit. Sed et iohes euangelista qui de pectore xpi hauserat sapiam in eadem vba concordat dicens. In hoc intelligimus qd in eo manemus et ipe in nobis. qm de spũ sco dedit nobis / Si quis confessus fuit qm ihus est filius dei deus in eo manet et ipe in deo est. Si credis in xpm quomõ et apostoli

c

crediderunt unum cum eis in christo corpus
efficieris. Si autem temerarium est
fidem eorum tibi et opera vendica-
re qui fidem eandem et opera non
habes eundem locum habere non
poteris / porro quod iactitas sponsam
sororem matrem et omnia hec vo-
cabula unius esse ecclesie cetus
quoque credentes hiis nominibus signifi-
cari contra te facit. Si enim unus ordo
est ecclesie et non habet plurima membra
in uno corpore quid necesse est ut
sponsa soror vocetur et mater
nisi aliorum sponsa soror aliorum ma-
ter sit. Stant quidem omnes ad dexteram
sed alius stat ut sponsus Alius
stat ut frater Alius ut filius. filioli
inquit mei quos iterum parturio donec
christus formetur in nobis putas eiusdem
meriti esse eos qui parturiuntur et qui par-
turiunt unde et stulte asserere voluisti
omnia membra equaliter nos diligere nec
oculum preponere digito nec manum auri-
cule sed in singulorum amissione mem-
brorum dolorem esse communem Cum et
paulus doceat ad corinthios alia mem-
bra esse honestiora alia verecundiora et
que ~~et que~~ verecundiora sunt maiore ho-
nestate circumdari. que vero per se ho-
nesta non non indigere sollicitudine.
Eiusdem ne ordinis arbitraris et mini-
os et alium oculos et meatus per quos
fimus et urina digeritur Lucerna in-
quit corporis tui est oculus. Si oculus
cecus fuerit totum corpus tuum in tenebris
erit Si digitum amputes si summita-
tem auricule est quidem dolor sed non
tantum dampnum nec tanta cum dolore defor-
mitas / quantum si oculos eruas truncas
nares os disseces sine aliis membris
vivere possumus. Sunt peccata levia sunt
gravia. Aliud est decem milia talen-
ta debere. aliud quadrantem. Et de
ocioso quidem verbo et de adulterio rei
tenebimur sed non idem est suffundi et
torqueri erubescere et longo tempore
cruciari putas mirum esse quod loqui-
mur Audi apostolum iohannem Qui scit fratrem
suum peccare peccatum non ad mortem. pe-
tet et dabit ei vitam peccanti non
ad mortem Certus quod si pro peccatis
minoribus deprecemur Impetremus ve-
niam si pro maioribus difficilis im-
petratio sit et inter peccata et peccata mag-
nam esse distanciam / unde et populus
israel quia peccaverat ad mortem.
dicitur ad ieremiam Noli orare pro
populo hoc. nec assumas pro eis
deprecationem et non obsistas michi quia
non exaudiam te. Si autem omnes equaliter

// et introivimus in seculum et exivimus a seculo et sic
pendemus futurum ergo equaliter ~~et iusti~~ etc

et iusti et peccatores habebimur apud
deum quia nunc pari modo et genera-
mur et morimur Quod si duos esse
contendis adam alterum terrenum alterum
celestem et qui in terreno fuerint
eos esse a sinistris qui vero in celesti
eos a dextris responde michi interim
ut de duobus te fratribus interrogem.
Esau in terreno fuit. an in celesti. Nulli
dubium est quin in terreno eum fuisse re-
spondeas Iacob in quo fuit. Dices
protinus in celesti. Et quomodo in celesti
fuit cum adhuc christus non venisset in
carne qui secundus et celestis adam
dicitur Aut igitur omnes ante incarna-
cionem christi in veteri reputabis adam et
iusti quoque in terreno homine et a si-
nistra erunt inter hircos tuos Aut si im-
pium est ibi ysaac ponere ubi isma-
hel ibi iacob ubi esau ibi sanctos
ubi peccatores novissimus adam ex eo
tempore numerabitur quo christus est
natus ex virgine. et argumentum duorum
adam non proficiet omnibus et edis-
cis quia in primo adam et oves fu-
isse et hedos convincimus et in uno
atque eodem homine alios a dextris
dei stetisse alios a sinistris / Ab a-
dam enim usque ad moysen mors super
omnes dominata est etiam super eos qui
non peccaverunt in similitudinem pre-
varicationis adam / Ideo autem
quod nitereris approbare contumeliam et ho-
micidium racha et adulterium et ocio-
sum sermonem et impietatem uno
supplicio repensari. Iam et supra
tibi responsum est / et nunc breviter
respondebo Aut peccatorem te ne-
gabis ut non sis reus gehenne Aut
si peccator fueris etiam de levi crimine
duceris ad tartarum. Os inquit quod
mentitur occidit animam Suspicor
te aliquando ut hominem fuisse mentitum
Omnis enim homo mendax / ut sit deus
solus verax et iustificetur in sermo-
nibus suis et vincat cum iudicatur
Aut igitur homo non eris. ne mendax
non sis Aut si quia homo es mendax
fueris cum parricidis et adulteris
punieris Nulla enim est inter peccata
diversitas et non tibi habeunt tantas
gratias quos de humili in sublimi levas
quantum irascentur quos propter leve et
cotidianum peccatum in exteriores tene-
bras retrusisti. Si autem in perse-
cucione qui suffocatur / et qui de-
collatur et qui fugerit et qui in car-
cerem retrusus obierit in variis
luctaminibus una corona victorie
est et hoc pro nobis facit. In martire

etiam voluntas ex qua ipsa mors nascitur coronatur. Nec enim est apponere gentilium furori et dominum non negare. iam in illorum arbitrio est aut decollare aut urere aut recludere in carcerem aut varia genera adhibere penarum. Quod si fugero et in solitudine obiero. eadem erit corona morientis quia eadem et causa mortis est Christus. Illud vero quod dicis inter eum fratrem qui semper cum patre fuit et qui postea penitens est receptus. nichil penitus discrepare addicio. Si vis et dragma una que perdita fuerat et inventa inventa esse cum reliquis et ovem unam quam Christus nonaginta novem ovibus derelictis bonus pastor quesivit inquisivit et retulit explesse numerum centenarium. Sed aliud est penitentem esse et lacrimis veniam deprecari Aliud semper esse cum patre Unde et ezechiel ad reparatum et perditum quondam filium loquitur. pastor et pater Et suscitabo pactum meum tecum et scies quia ego dominus et recordaberis et confunderis ut non sit tibi ultra aperire os pre confusione tua cum placatus fuero tibi in omnibus que fecisti Ut nichil minus iusto habeant penitentes sufficiat eis pro omni pena sola confusio unde et malachie dicitur ad eos et recordabimini viarum vestrarum pessimarum et omnium scelerum quibus polluti eratis et displicebitis vobis in conspectu vestro in omnibus maliciis vestris quas fecistis. et scietis quia ego dominus cum benefecero vobis propter nomen meum et non secundum vias vestras malas neque secundum scelera vestra pessima Arguitur quoque a patre filius qui saluti fratris invideat et cum angeli letentur in celo ille livore cruciatur Cumque quaque duorum fratrum similitudo frugi et luxuriosi non esse ad eadem iuncta totius generis humani sed vel ad iudei pertineat christianique personas vel ad sanctorum et penitentium super qua parabola libellum damaso quondam episcopo dum adviveret dedicavi. Porro si operariis prime hore et tercie et sexte et none et undecime unus denarius redditur et ab eis incipit primum qui novissimi in vinea laboraverant et hic non unius temporis et unius etatis homines describuntur sed ab exordio mundi usque ad finem vocationis sacramenta sunt diversarum. Prima hora vocatus est abel et seth. Tercia enoch et noe. Sexta abraham ysaac et iacob Nona moises et prophete Undecima gentium populus cui primo redditur

merces quia in crucifixum credens dominum difficultate fidei magnitudine meruit premiorum. Multique prophete et reges quesierunt videre que videmus et non viderunt. Unus autem denarius non unum est premium sed una vita et una de gehenna liberacio. Ceterum quoque ad indulgenciam principale diversorum criminum rei dimittuntur e carcere et uniusquisque pro labore et opibus suis in hoc vel illo statu vite est ita et denarius quasi indulgencia veri principis omnes per baptismum emittit e carcere. iam in nostri laboris est prodiversitate virtutum diversa nobis premia preparare. Ducuisque propartes ad proposita respondimus sequens sermo in commune ad omnia respondebit. Dominus ad discipulos suos Qui vult inquit inter vos maior esse sit omnium minimus Si omnes in celo equales futuri sumus frustra nos hic humiliamus ut ibi possimus esse maiores. De duobus debitoribus quingentorum denariorum et quinquaginta cui plus dimittitur plus amat. Unde et salvator. Dico inquit tibi remittentur ei tibi peccata multa quoniam dilexit multum Cui autem minus dimittitur minus diligit et qui minus diligit. et minus ei dimittitur utique in minori gradu erit. Pater familias proficiscens tradidit servis suis substanciam. alii quinque talenta alii duo alii unum unicuique secundum proprias vires. Simile quid et in alio euangelio scribitur quod homo nobilis proficiscens in regionem longinquam ut acciperet sibi regnum et reverteretur vocaverit decem servos et dederit eis singulas mnas e quibus unus lucratus sit x mnas alius quinque et singuli iuxta vires suas et in emolimentum vel decem vel quinque acceperint civitates. porro alius qui unum talentum sive unam mnam acceperat quod acceperat infodit sive in sudario colligavit et domini reservavit adventum. Primum considerandum quod si iusti non spem percepti sunt ut velit noster zeno. sed ne perdant quod acceperant non peccavit Magis bene lauranda cautio reservantis quam cassus labor eorum qui sine laboris premio desudarunt. Deinde quod hoc ipsum talentum quod aufertur a timido vel negligente servo non datur ei qui minus lucrifecerat sed qui plus. id est qui super decem positus fuerat civitates Si numerus non facit ordinem. quare dixit dedit unicuique

Clxii a

hic ipse ... talentum fodit ... ... acceperat

sedm vires suas. Si eadem lucra sunt
quinque talenta et x cur ei qui minus
lucri fecerat non x et ei qui plus non
quinque traduntur vrbes. Quod autem
deus non hiis contentus sit que ha
bemus sed semper maiora desideret
ipse demonstrat dicens. Quare non de
disti pecuniam meam ad mensam tra
pezitas et ego veniens cum vsura ex
egissem. Quod quidem et paulus
apostolus sciens preteritorum obliuiscatur et
ad ea que in ante sunt se extendit
id est cotidie proficit nec seruat in
sudario delicate gratiam quam accepit
sed auarus negotiator renouatur
de die in diem et decrescere se putat
nisi semper creuerit. Sex vrbes fugi
tiuorum describuntur in lege. qui homi
nem interficerent nolentes et ipse vr
bes sacerdotales sunt. Interrogare libet
fugitiuos istos inter hircos tuos. an
inter oues meas collotes. Si hirci essent
occiderentur ut homicide reteri nec in
ministrorum dei intrarent ciuitates. Si o
ues dixeris utique non erunt tales oues
que absque luporum metu tota libertate
pascantur / et probabitur tibi oues qui
dem eas esse sed erroneas a dextris
esse unum non stare sed fugere donec
moriatur sacerdos magnus et ad in
ferna descendens liberet animas
fugitiuorum Gabaonite occurrunt filiis
israel et ceteris aliis gentibus in ligni
narios et aquarios reseruantur.
Tantique apud deum inuiti sunt ut stirps
saul ab eorum iniurias sit deleta Inter
quos eos collocabis Inter hircos Sed
non sunt interfecti et sina deum vendicantur
inter oues. Sed dicit scriptura diuina
quod non sint eiusdem meriti omnes christiani licet
vides ergo quod stent quidem a dextris
sed multo inferiori gradu Inter dauid
virum sanctum et saul regem pessimum me
dius ionatha fuit quem nec inter e
dos possumus ponere quia propheta a
more dignus est nec inter arietes ne
parem eum faciamus dauid maxime
cum et ipse interfectus sit Erit igitur
inter oues / sed inferiori ordine et quo
modo inter dauid et ionathan. ita inter
ouem et ouem congeris suscipe dicas
Seruus qui cognouit voluntatem domini
sui et non preparauit se nec fecit sedm
voluntatem eius vapulabit multis plagis
Qui autem non cognouit / nec fecit
digna plagis vapulabit paucis.
Omni enim cui multum datum est multum
queretur ab eo et cui commendatur
multum plus exigetur ab illo. Ecce
seruo et seruo plus minus ve committitur

et pro qualitate commissi atque peccati
plagarum quoque numerus irrogatur
Tota terra iudee tribuumque descriptio. fu
ture in celis ecclesie typus est. Legamus
iterum atque legamus ezechielis ex
tremas partes et videbimus quidquid in al
tero quasi per historiam in terra describitur
in altero in celis spaliter repromitti. Quid
sibi voluerunt in descriptione templi vii
et viii gradus. Quid rursum in psal
terio post elementa centesimi octaui
decimi psalmi. quibus in stetum erudi
mur alphabetum per quindecim gradus
usque illuc peruenimus. ut possimus ca
nere. ecce nunc benedicite dominum omnes
serui domini qui statis in domo domini in
atriis domus dei nostri. Quare due et
semis tribus transiordanem habi
tant ubi plurima sunt iumenta et no
uem et semis reliquie uel expellunt
pristinos habitatores de sedibus suis
uel cum ipsis habitant. Cur leuitica
tribus in terra partem non accepit. sed
dominus pars eius est Et inter ipsos leuitas
et sacerdotes ad sancta sanctorum ubi cherubin
et propiciatorium est pontifex solus in
greditur. Quare reliqui sacerdotes
lineis tantum utuntur vestibus et non habent
indumentum auro et iacincto cocco et
purpura bisso contextum In ferio
ris gradus leuite et sacerdotes plaus
tra et boues accipiunt et maioris
ordinis ipsi gestant archam domini
humeris suis. Si tollis ordinem tab
naculi templi ecclesie. si omnes qui a
dextris sunt unum ut uulgo dicitur
entomia ad iniuriam probat. nequa
quam episcopi. frustra presbiteri sine causa dia
coni sunt Quid perseuerant virgines
Cur laborant vidue. Cur maritate
se continent / peccemus omnes et post
penitentiam idem erimus quod apostoli sunt
/ Verum iam repimus terram prospectare de
pelago et post montes gurgitum et
spumeos fluctus et naue uel in pinna
sublime uel subrectam uel in ima
precipitem paulatim fessis et lang
uescentibus portus aperitur / Diximus
mus de nuptis viduis virginibus vir
ginitatem viduitati. viduitatem
pretulimus matrimonio. Exposita est
ISTEPIKONEH apostoli de huius temo
di questionibus disputantis singulis
oppositionibus responsum est stela
ris quoque litura venit in medium quo
virgines fuerint in medium que vine
et ecomiro quasi inter duo habet mo
lestias omnium coniugale Transimus
ad secundam partitionem in qua negat
eos qui tota fide baptisma consecuti

h perseruerantes sunt omnes et post Jo.

No[ta] d[e] p[ro]d

sunt de non posse peccare et docuimus
quod excepto deo omnis creatura sub
vicio sit. Non quo universi peccaue
rint sed quo peccare possint et simi
lium ruina stantium metus sit. Tercio
venimus ad ieiunia et quia adu[er]
sarii duplex propositio fuerat uel ad
philozophos vel ad diuinarum scripturarum
rum prouocantis exempla nos quo
que ad utrumque respondimus. Quarta
idest extrema diuisio oues et edos.
dexteram et sinistram. iustos et pec
catores in duos ordines distribuerat
volens ostendere quod nullam inter ius
tum et iustum peccatorem et peccatorem
esse distanciam et ut probaret in
finita de scripturis exempla congesse
rat. quasi suo sensui congruencia
Cui nos questioni et argumentis et
exemplis respondimus scripturarum
veterem que zenonis sinam tam communi
sensu quam diuina lectione contriui
mus. Nunc restat ut epicurum nostrum su
bantem in hortulis suis inter adulescentulos
centulos et mulierculas alloquamur.
Fauent tibi crassi nitidi dealbati. ad
de si vis iuxta socraticam irrisionem
omnes sues et canes. Et quia carnes
amas vultures quoque aquile. accipi
tres et bubones. Nunquam nos aristip
pi multitudo terrebit. Quoscumque for
mosos. quoscumque calamistratos quas
crine compositas quas rubentibus
buccis videro de tuo armento sunt im
mo inter tuos sues grunniunt. De nostro gre
ge tristes. pallidi sordidati et quasi
peregrini huius seculi licet sermone tace
ant habitu loquuntur et gestu. Heu
michi quia peregrinatio mea prolon
gata est habitaui cum habitantibus
cedar videlicet tenebris huius mundi
quia lux lucet in tenebris. et tene
bre eam non comprehenderunt. Ne glo
rieris quod multos discipulos habes
Filius dei docuit in iudea et xii illu
m apostoli sequebantur. Torcular in
quit calcaui solus. et de gentibus non
est vir mecum. Ille in passione solus
remansit. et petri quoque erga eum
trepidauit constancia. Phariseorum
autem doctrine omnis populus adplau
debat dicens Crucifige crucifige
talem. nos non habemus regem nisi
cesarem. Idest vicia sequimur non virtu
tes. epicurum non christum Iouinianum non
apostolum paulum. Quod ad quiescunt
multi sentencie tue iudicium voluptatis
est Non enim tam te loquentem pro
bant quam suis fauent viciis In trium
uiis platearum cotidie fictus ariolus
stultorum nates uerberat de obtorto
fuste dentes mordencium quatit nec
tamen deest qui semper possit induci
Et pro magna sapiencia reputas si plu
res porci post te currant quos gehen
ne succidio nutrias. Post precomium tu
um. et balneas que viros pariter et
feminas lauant omnis impudicia que
ardentem prius libidinem quasi vere
cundie vestibus protegebat nudata
est et exposita que ante in occulto
erant nunc in propatulo sunt. Osten
disti tales discipulos non fecisti hoc
profecit doctrina tua ut peccatum ne pe
nitenciam quidem habeant. Virgines
tue quas prudentissimo consilio quod
nemo unquam legerat nec audie
rat de apostolo docuisti melius est nube
re quam uri. occultos adultos in apertos
verterunt maritos Non suasit hoc
apostolus non eleccionis vas. virgili
anum consilium est. Coniugium vocat hoc
pretexit nomine culpam. Quadrin
genti ferme anni sunt quod christi pre
dicatio fulget in mundo ex quo in
numerabiles hereses tunicam illius
sciderunt. uniuersus pene error de chal
deo et syro et greco sermone procces
serat. Basilides magister luxurie et tur
pissimorum complexuum post tot annos
ita in iouinianum quasi in euforbum
transformatus est. et latina quoque
lingua haberet et heresim suam
Nulla ne fuit alia in toto orbe pro
uincia que reciperet preconium volup
tatis. in qua coluber tortuosus ir
reperet nisi quam petri doctrina super
petram fundauerat christi. vexillum crucis
et predicationis austeritas ydolorum
templa destruxerat e regione luxu
rie penis et gutturis subuertere nititur
fortitudinem crucis. Unde per ysaiam
loquitur deus dicens populus meus
qui beatificant vos. seducunt vos
et semitas pedum vestrorum conturbant
Et nunc per Ieremiam fugite de medio
babilonis et seruate unusquisque animam
suam et nolite credere pseudo prophetis
qui dicunt pax pax. et non est pax. Qui
semper ingeminant templum domini. prophe
tiii viderunt tibi falsa et insipiencia
non aperuerunt iniquitatem tuam ut
te ad penitenciam prouocarent. Qui
deuorant plebem dei ut cibum panis
dominum non inuocauerunt. Ieremias
captiuitatem nuncians lapidatur
a populo Ananias filius azur fran
gebat ad presens ligneas torques et
in futurum ferreas preparabat. Semper
pseudo prophete dulcia pollicentur et ad

Jovinianus contra Jo.

C.lxiii
a

In multi[tudine] discipulorum non e[st] gl[ori]a magistri

b

modicum placent / Amara est veritas
et qui eam predicant replentur ama
ritudine. In azimis enim sinceritatis
et veritatis domini pascha celebratur
et cum amaritudinibus comeditur / E
gregia sane vox et quam audiat spo
sa xpi inter virgines / viduas . celebes
vnde et ipsum nomen inditum est . quod
celo digni sint qui coitu careant . Ra
ro ieiunate crebrius nubite . Non
enim potestis implere opera nuptiarum
nisi mulsum et carnes et intellectum
sumpseritis viribus opus est ad libi
dinem cito caro consumpta marcescit
cat Nolite metuere fornicationem
Qui semel in xpo baptizatus est
est cadere non potest habes enim adde
spumandas libidines solacia nupti
arum. Quin si et cecideritis reintegra
bit vos penitencia et qui in baptismate
fuistis y ΠΛΟΚΡΙΤΑΙ eritis in prima
solide fidei . Neque turbemini putantes
inter iustum et penitentem aliquid interesse
et huiuscemodi gradum dare quidem
veniam et coronam tollere vna est re
tributio Qui ad dexteram steterit introi
bit in regna celorum . hiis consiliis subul
cum vestris pastoribus ditiores sunt et
hirci plures secum capras trahunt
Equi insanientes in feminas facti sunt
statim ut mulieres viderint adhin
niunt et impatienciam suam pro nephas
scripturarum consolantur exemplis / Sed
et ipse mulierculæ miserae et non mise
rabiles precatoris sui verba cantitant
Quid enim nisi semen requirit deus
non solum pudicitiam sed et verecundiam
perdiderunt maiorique procacitate defen
dunt libidinem quam exercent / habes preterea
monasterio tuo plures subcenturiatos ha
bes sarrias et velites in presidiis tras
fos compositos . nitidos . clamatores .
qui te pugnis calcibus que defendant
Tibi cedunt de via nobiles tibi oscu
lantur divites caput . Nisi enim tu ve
nisses . ebrii atque ructantes paradisum
intrare non poterant . Macte virtute im
mo vitiis . Habes in castris tuis et A
mazonas exerta in animam et nudo
brachio . ac genu / venientes contra
se viros ad pugnam libidinum provoca
tes et quia opulentus paterfamilias
est in armariis tuis non turtures . sed
vppupe nutriuntur que tota fetide volup
tatis lustra circumvolant . Me carpe
me dissice . oblite omnia que volueris
argue luxuriæ et deliciarum magis me
amabis si talis fuero . ero enim de ar
mento tuo . Sed et ad te loquar que
scripta in fronte blasphemiam cum confessione

de celesti / vrbs potens . vrbs orbis domina
vrbs apostoli voce laudata interpretare vo
cabulum tuum ΡΩΜΗ Rome aut for
titudinis nomen est apud grecos aut
sublimitatis iuxta hebreos . Serua
quod diceris virtus te excelsam faciat
non voluptas humilem . Maledictionem
quam tibi saluator in apocalipsi co
minatus est potes effugere per penitenciam
habens exemplum niniuitarum Caue
iouinianum nomen quod de ydolo diri
uatum est . Squalet capitolium templa
iouis et cerimonie conciderunt . Cur vo
cabulum eius apud te et vitia vigeant
adhuc sub regulis et sub numa pom
pilio facilius maiores tui pithagore
continenciam quam sub consulibus epicuri
luxuriam susceperunt Explicit S. Jeronimi
aduersus Jouinianum liber secundus

Incipit Epistola beati Jeronimi aduersus vi
gilancium ubi eius arguit blasphemias

Iustum quidem fuerat nequaquam tibi
litteris satisfacere qui
tuis auribus non credi
disti. Neque enim scedule
potes acquiescere qui vivo
sermoni non accomodasti fidem . Sed
quia xpus perfecte nobis humilitatis
exemplar in se prebuit / dans osculum
proditori et latronis penitenciam in pati
bulo suscipiens eadem absenti sig
nifico que presenti quoque locutus sum
Me ita origenem legisse vel legere
ut appollinarem et ceteros tractato
res quorum in quibusdam libros ecclesia
non recipit Non quo omnia dicam con
dempnanda esse que in illorum volumi
nibus continentur / sed quo quedam
reprehendenda esse confitear . verum
quia operis mei et studii est multos
legere et ex plurimis diversos flores car
pam non tam probaturus omnia quam que
bona sunt electurus assumo multos
in manu mea ut vnde a multis multa
cognoscam Secundum illud quod scriptum
est omnia legentes quod bonum est re
tinentes / vnde satis miror te voluisse
origenis mihi obicere dogmata . cuius
impleisque errorem usque ad hanc eta
tem penitus ignoras . Ego ne here
ticus Et cur me queso heretici non a
mant . Tu orthodoxus qui etiam con
sciam tuam et lingua alia predicante
aut invitus subscripsisti et prevaricator
es aut volens et hereticus / dimisis
ti egiptum . cunctas provincias re
liquisti in quibus sectam suam libera
plerique fronte defendunt . Elegisti me
ad insectandum . qui omnia contra eccle

dogmata publica uoce condempno / Orige-
nis hereticus quid ad me qui illum in ple-
risque hereticum non nego. Errauit de resur-
rectione corporis. Errauit de animarum
statu. de diaboli penitentia et quod
his maius est filium et spiritum sanctum in comme-
tariis ysaie seraphim esse testatus est.
Si errasse non dicerem et hec cotidie non
anathematisarem essem erroris illius
socius. Neque enim debemus bona eius
ita recipere ut mala quoque suscipere
cogamur. At idem et scripturas in multis
bene interpretatus est et prophetarum obscura
disseruit et tam noui quam ueteris tes-
tamenti reuelauit maxima sacramenta.
Si igitur que bona sunt transtuli et
mala uel amputaui uel correxi uel taciui argu-
endus sum. Cur per me latini bona eius
habeant et ignorent mala. Si hoc crimen est
arguatur confessor hilarius qui psal-
morum interpretationem / et omelias in
iob ex libris eius id est ex greco in lati-
num transtulit. Sit in culpa eiusdem con-
fessionis versellensis eusebius qui
omnium psalmorum commentarios heretici
hominis vertit in nostrum eloquium licet he-
retica pretermittens optima queque trans-
tulerit. Taceo de victorino picta-
uensi et ceteris qui origenem in expla-
natione dumtaxat scripturarum secuti
sunt et expresserunt ne non tam defendere
quam socios criminis uidear querere
ad te ipsum veniam. Cur tractatus eius
in iob descriptos habes / in quibus contra
diabolum et de stellis celoque disputans
quedam locutus est que ecclesia non
recipit. Tibi soli licet. τῳ σοφωτατῳ
κρανιῳ. de cunctis et grecis
et latinis tractatoribus ferre sententiam
et quasi censoria uirgula alios eicere
de bibliothecis alios recipere et cum tibi
placuit me uel catholicum uel hereticum
pronunctiare nobis non licet peruersa
respuere et dampnare que sepe
dampnauimus. Lege ad ephesios libros
lege cetera opuscula mea et maxime
in ecclesiasten commentarios et liquido
peruidebis me ab adolescentia numquam
alicuius auctoritate decretum atque
eius esse heretice prauitati. Non paruum
est scire quod nescias prudentis ho-
minis est nosse mensuram suam
nec telo diaboli non concitatum imperi-
tie sue cunctum orbem testem facere.
Scilicet gloriari cupis ut in patria
tua iactites non me potuisse respon-
dere eloquentie tue / et acumen in te
chrisippi formidasse. Christiana vere-
cundia teneor. et cellule mee la-
tebras nolo mordaci sermone

reserare. Alioquin proferrem την αγαν
ηγηνα πιστιαν σου και αποπνεοσοφιαν [sic] paruulorum quoque
uoce cantatum. Sed hec aliis aut lo-
quenda aut ridenda dimitto.
Ergo quasi christianus cum christiano lo-
quens. obsecro te frater ne plus uelis
sapere quam sapis ne uel innocentiam
uel simplicitatem tuam. uel certe ea que
taceo et te non intelligente ceteri intel-
ligunt stilo proferas et ineptiarum
tuarum cunctis cachinnum prebeas. Aliud
a puero etate didicisti aliis assuetus
es disciplinis. Non est eiusdem hominis
et aureos nummos et scripturas proba-
re. degustare uina et prophetas uel
apostolos intelligere. Me laceras sanctum
fratrem oceanum in culpam heresios
uocas presbiterorum tibi vincentii et pauli-
niani et fratris eusebii iudicium displicet.
Solus es cato romani generis disser-
tissimus qui testimonio tuo et pru-
dentie uelis credi. Recordare queso
illius diei. quando me de resurrec-
tione et ueritate corporis predicante ex-
ultabas et ad plodebas pedem et
orthodoxum me conclamabas postquam
nauigare cepisti et ad intimum cere-
brum tuum sentine putredo peruenit
tunc nos hereticos recordatus es.
Quid tibi faciam. Credidi sancti
presbiteri pauliniani epistolis et illius super nomine
tuo non reputaui errare iudicium et
licet statim accepta epistola inconditum
δε ιν η δ ρετον sermonem tuum
intelligerem. tamen rusticitatem et sim-
plicitatem magis in te arbitrabar
quam uecordiam. Nec reprehendo
sanctum uirum. Maluit enim apud me dis-
simulare quod nouerat quam por-
titorem clientulum suis litteris
accusare. Sed memetipsum arguo
qui alterius potius acquieui / quam
meo iudicio et oculis aliud cernentibus
aliud scedule credidi quam uidebam.
Quam obrem desine me lacessere
et uoluminibus tuis obruere. Parce sal-
tem nummis tuis quibus notarios
librariosque conducens. Eisdem et scrip-
toribus uteris. et fautoribus qui te
ideo forsitan laudant / ut lucrum in scri-
bendo faciant. Si libet exercere inge-
nium. trade te grammaticis atque rethori-
bus. disce dyalecticam sectis instruere
philosophorum ut cum omnia didiceris
saltim tunc tacere incipias. Quamquam
quid stultum faciam magistro cunctorum
magistros querere et ei modum impo-
nere qui loqui nescit et tacere non
potest. Verum est illud apud grecos prouerbium

ΟΗΟΓΑΙΡΑΤ. Ego reor et nomen
tibi ΚΑΤΑΑΗΤΙ ΦΡΑCΙΗ. positu
Jam tota mente dormitas et profu
dissimo nō tam sopno stertis quā li
targo Intercetas quippe blasphemias
quas ore sacrilego protulisti ausus
es dicere montem de quo abscisus ē
in daniele lapis sine manibus eē
diabolū et lapidem xpm. Cuique as
sumpsit corpus adam qui diabolo
ante p vicia coheserat natū esse de
vgine. ut a monte hoc est a diabolo
separet / O pcidendā linguā. ac p
partes et frustra lacerandam / Quis
quā ne xpianus dnm prem ompo
tentem in psona diaboli inteptetur
et tanto piaculo totius orbis aures
maculat. Si in teptatione istam q̄s
quam nō dicam catholicorum. sed
hereticoꝝ sive gentilium umq̄ reci
pit piū sit quod locutus es. Sin at
tm̄ nefas nunq̄ xpi audiuit ecclesia
et p tuū primū os ipē se montem in tp
tatus est qui dixerat ero similis
altissimo age pniam et in sacco ver
sare et cinere / et tm̄ scelus iugibus
absterge lacrimis si tamē tibi dimit
titur hec impietas et iux errorem
origenis tūc veniā consequaris qn
consecuturus ē. et diabolus qui nu
q̄ plusq̄ p os tuū deprehendit blas
phemasse. Meam iniuriam paciēter
tuli impietatem contra deū ferre nō
potui unde et visus mordacius
in extrema epla scribere quā promise
ram. Quamq̄ post priorem penite
tiam commisisses unde agas pniaz
postquā a me veniā depcatus es
itm̄ commisisse unde agas pniam sto
lidissimū sit. Tribuat tibi xpus ut
audias et taceas / ut intelligas. et
sic loquaris Epla Sancti Jeronimi
Contra vigilancium ad Riparium pbrm

Acceptis pri
mum litteris tuis nō re
spondere supbie est / re
spondere temeritatis
de his enim rebus in t
rogas que et proferre
et audire sacrilegiū est. Ais vigila
ntiū qui cata antifrasim hoc vocatur
nomine nam dormitancius rectius
diceretur os fetidū rursum apire
et putorem spurcissimū contra sac
toꝝ martirum proferre reliquias
et nos qui ea suscipimus appellare
temerarios et ydolatras. qui mor
tuoꝝ homin ossa veneramur. O in
felicem hominem et omni lacrimaꝝ
fonte plangendum. qui hec dicens nō
se intelligit esse samaritanū et iudeū
qui corpa mortuorū pro immundis hnt
etiam vasa que in eadem domo fuerit
pollui suspicantur sequētes occidente
litteram et nō spm vivificantem. Nos
autem dico martiꝝ reliquias sed ne
solem quidem et lunā nō angelos. nō
archangelos. nō seraphim nō cheru
bin et omē nomē quod nominatur et
in pnti seculo et in futuro colimus et a
doramus ne serviamus creature potius
quā creatori qui est bndictus in scl'a
Honoramus aut reliquias martiꝝ
ut eum cuius sut martires adoremus
honoramus servos ut vel honor ser
vorum redundat ad dnm qui ait. q
vos suscipit me suscipit Ergo petri et
pauli inmunde sunt reliquie. Ergo
moisi corpus inmundū erit quod iux
ebraicam veritatem ab ipso sepultū
est dno Et quotienscumq; aploꝝ et pphaꝝ
et omi martiꝝ basilicas ingredimur
totiens ydolorum templa veneramur
accensique ante eoꝝ tumulos cerei
ydolatrie insignia sut / plus aliquid
dicam quod redūdet in auctoris ca
put et insani cerebꝝ vel sanet aliqn
vel doleat ne tantis sacrilegiis simpli
ciū anime subvertantur Ergo et dni
corpus in sepulchro positū inmundū fuit
Et angeli qui candidis vestibus utebantur
mortuo cadaveri. atq; polluto prebe
bant excubias / Ut post multa secula
dormitancius sompniaret immo dissiaz
crapulam et cū iuliano augusto pse
cutore scoꝝ basilicas aut destrueret
aut in templa converteret / Miror
scm̄ epm in cuius prochia esse pbr dicitur
acquiescere furiis eius et nō virga
aplica atq; ferrea confringere vas
inutile et tradere in interitū carnis
ut spus salvus fiat Meminerit illius
dicti. videbas furem et currebas cū
eo. et cum adulteris porcionem tuam
ponebas Et in alio loco In matutino
interficiebam oms peccatores fre ut dis
pderem de civitate dni oms opan
tes iniquitatem. Et itm̄ Nonne odi
entes te dnē odio habui / et sup ini
micos tuos tabescebam / perfecto o
dio oderam illos. Si nō sunt honora
de reliquie martiꝝ quomodo legi
mus. Preciosa in conspectu dni mors
sanctoꝝ eius / Si ossa eoꝝ polluunt
contingentes quomodo helizeus
mortuus mortuū suscitavit / et de
dit vitam. quod iuxta vigilanciū
iacebat inmundum. Ergo omnia castra
israhelitici exercitus et populi dei

dei fuere in immunda: quia ioseph et
patriarcharum corpora portabant in
solitudine et ad sanctam terram in mundos
cineres pertulerunt. Joseph quoque qui
in typo precessit domini salvatoris scelleratus
fuit qui tanta ambitione
iacob in chebron ossa portavit / ut
immundum patrem avo et attavo sociaret
immundis et mortuum mortuis
copularet. Precidenda lingua a
medicis immo insanum curandum caput
ut qui loqui nescit discat aliquando
reticere. Ego vidi aliquando hoc portentum
et testimoniis scripturarum quasi
vinculis ypocratis volui ligare furiosum
sed abiit excessit evasit erupit.
et inter hadrie fluctus cotiique regis
alpes iniuras declamando clamavit.
Quicquid enim amens loquitur
vociferatio et clamor est appellandus.
Tacita me forsan cogitatione
reprehendas. cur in absentem invehar
fateor tibi dolorem meum. Sacrilegium
tantum patienter audire non possum.
Legi enim siromasten finees austeritatem
helie. zelum symonis
chananei / petri severitatem. Ananiam
et zaphiram trucidantis
paulique constantiam qui elimam
magum / viis domini resistentem eterna
cecitate dampnavit. Non est crudelitas
pro deo pietas. unde et in lege
dicitur. Si frater tuus et amicus et uxor
que est in sinu tuo depravare
te voluerit a veritate. sit manus
tua super eos. et effunde sanguinem
eorum. et auferas malum de medio israhel
Iterum dicam. Ergo mortuorum immunde
sunt reliquie. Et quid passi
sunt apostoli ut velit dormire in immundum
stephani corpus tanta funeris ambitione
prosequerentur et facerent ei
planctum magnum. ut illorum in luctus
in nostrum gaudium verteretur. Nam
quod dicis eum vigilias execrari
facit et hoc contra vocabulum suum
ut velit dormire vigilantius et
non audiat salvatorem dicentem
Sic non potuisti una hora vigilare
mecum. vigilate et orate ut non
intretis in temptationem. Spiritus
promptus sed caro infirma. Et in alio
loco propheta dicit. Media nocte
surgebam ut confiterer tibi super
iudicia iusticie tue. Dominum quoque
in evangelio legimus pernoctasse et
apostolos clausos carcere: tota nocte
vigilasse. ut illis psallentibus terra
quateretur / custos carceris
crederet: magistratus et civitas
terrerentur. Loquitur paulus. orationi
insistite. vigilantes in ea. Et
in alio loco in vigiliis frequenter.
dormiat itaque vigilantius et ab exterminatore
egipti cum egiptiis dormiens
suffocetur. Nos dicamus cum
david. Non dormitabit neque dormiet
qui custodit israel. ut veniat ad nos
sanctus ethir qui interpretetur vigil
et si quando propter peccata nostra dormierit. dicamus
ad eum. Exurge quid dormitas
domine. Et cum navis nostra fluctibus
et navicula fluctuante clamemus. Magister
salvos nos fac perimus. plura
dictare voluerram si non epistolaris brevitas
pudorem tacendi nobis imponeret
et si tu libros ipsius ad nos voluisses
mittere cantilenas / ut scire
possemus. ad que rescribere deberemus.
Nunc autem aerem verberavimus
et non tam illius infidelitati / que omnibus
patet quam nostram fidem aperuimus.
Ceterum si volueris longiorem
nos adversum eum librum scribere
mitte nenias illius et ineptias. ut
iohannem baptistam audiat predicantem
Iam securis ad radices arborum posita
est. omnis arbor que non facit fructum
excidetur et in ignem mittetur.

Sanctus Jeronimus Adversus eundem vigilantium requisitus a Ripario et Desiderio

62

Multa in orbe monstra generata sunt. Centauros et sirenas ululas
et onocrotalos in ysaia
legimus. Job leviathan
et behemoth mistico sermone describit.
Cerberum et stimphalidas aprumque
erimantium. et leonem nemeum
chymeram atque hydram multorum capitum
narrant fabule poetarum.
Cacum describit virgilius triphonem gerionem
hispanie prodiderunt. Sola
gallia monstra non habuit sed viris
semper fortibus et eloquentissimis
habundavit. Exortus est subito vigilantius.
dormitantius / qui in immundo
spiritu pugnet contra christi spiritum et martirum
neget sepulchra veneranda
dampnandas dicat esse vigilias. Nunquam
nisi in pascha alleluia cantandum. Continentiam
heresim pudicitiam libidinis
seminarium. Et quomodo euforbus
in pythagoram renatus esse perhibetur
sic in isto iovinianii mens prava
surrexit ut et in illo et in hoc / diaboli
respondere cogamur insidiis. Cui
iure dicetur semen pessimum parate
filios tuos occisioni peccatis patris tui

Mare dicit adriaticum et alpes cotias a cotio rege dictas

de vigiliis

Clxvi.

Ille romane ecclesie auctoritate dampnatus inter phasidos aves et carnes suillas non tam emisit spiritum quam eructavit. Et iste caupo Calagurritanus et in pessimum propter nomen viculi mutus Quintilianus miscet aquam vino et de artificio pristino sue venena perfidie catholice fidei sociare conatur. Inpugnare virginitatem odisse pudicitiam, in convivio secularium contra sanctorum ieiunia declamare. Dum inter phialas philosophatur et ad placentas ligurriens psalmorum modulatione mulcetur ut tantum inter epulas David et Idithun et Asaph et filiorum Chore cantica audire dignetur. Hec dolentis magis effudi animo quam ridentis. Dum me cohibere non possum et in iniuriam apostolorum ac martirum surda nequeo aure transire. Pro nephas episcopos sui sceleris dicitur habere consortes, si tamen episcopi nominandi sunt qui non ordinant diaconos nisi prius uxores duxerint nulli celibi credentes pudicitiam immo ostendentes quam sancte vivat qui male de omnibus suspicantur et nisi pregnantes uxores viderint clericorum infantesque de ulnis matrum vagientes, Christi sacramenta non tribuunt. Quid faciunt orientis ecclesie, quid Egipti et sedis apostolice, que aut virgines clericos accipit aut continentes aut si uxores habuerint mariti esse desistunt. Hoc docuit dormitantius libidini frena permittens et naturalem carnis ardorem qui in adolescentia plerumque fervescit suis hortatibus duplicans immo extinguens coitu feminarum ut non sit quo distemus a porcis quo differamus a brutis animantibus quo ab equis, de quibus scriptum est equi insanientes in feminas facti sunt michi unusquisque in uxorem proximi sui hinniebat. Hoc est quod loquitur per David spiritus sanctus. Nolite fieri sicut equus et mulus in quibus non est intellectus. Et rursum de dormitantio ac sociis eius. In freno et chamo maxillas eorum constringe qui non approximant ad te. Sed iam tempus est ut ipsius verba ponentes ad singula respondere nitamur. Fieri enim potest ut rursum malignus interpres dicat fictam a me materiam cui rethorica declinatione respondeam sicut illam quam scripsi ad Gallias matris et filie inter se discordantium. Auctores autem sunt huius dictantiuncule mee sancti presbiteri Riparius et Desiderius, qui parochias suas vicinia istius scribunt esse maculatas. Miseruntque libros per fratrem Sisinnium quos inter crapulam stertens evomuit, et asserunt repertos esse nonnullos qui faventes etiam viciis suis illius blasphemiis acquiescant. Est quidem imperitus et verbis et sciencia et sermo inconditus, nec vera quidem potest defendere. Sed propter homines seculi et mulierculas oneratas peccatis semper discentes et numquam ad scienciam veritatis pervenientes, una lucubratiuncula illius noctis respondebo, ne sanctorum virorum qui me hoc facere deprecati sunt videar litteras respuisse. Nimirum respondet generi suo ut qui de latronum et convenarum natus est semine, quos consul Pompeius edomita Hispania et ad triumphum redire festinans de Pirenei iugis deposuit et in unum oppidum congregavit unde et convenarum nomen urbs accepit, hucusque latrocinetur contra ecclesiam dei, et de Vectonibus, Arrebacis, Celtiberisque descendens incursat Galliarum ecclesias portetque nequaquam vexillum Christi sed insigne diaboli. Fecit hoc idem Pompeius etiam in orientis partibus et Cilicibus et Isauris piratis latronibusque superatis sui nominis inter Ciliciam et Isauriam conderet civitatem. Sed hec urbs hodie servat scita maiorum et nullus in ea ortus est dormitantius. Gallie vernaculum hostem sustinet et hominem moti capitis atque Ypocratis vinculis alligandum sedentem cernunt in ecclesia et inter cetera verba blasphemie ista quoque dicentem. Quid necesse est tanto honore non solum honorare sed etiam adorare illud nescio quid quod in modico vasculo transferendo colis. Et rursum in eodem libro. Quid pulverem linteamine circumdatum adorando osculans. Et in consequentibus. Prope ritum gentilium videmus sub pretextu religionis introductum in ecclesias sole adhuc fulgente moles cereorum accendi, et ubicumque pulvisculum nescio quod in modico vasculo precioso linteamine circumdato osculantes adorant. Magnum honorem prebent huiusmodi homines beatissimis martiribus quos putant de vilissimis cereolis illustrandos quos agnus qui in medio throni est cum omni fulgore maiestatis sue illustrat. Quis enim o insane caput aliquando martires adoravit, quis hominem putavit deum. Nonne Paulus et Barnabas cum a Licaonibus Iupiter et Mercurius putarentur et eis vellent hostias immolare sciderunt vestimenta

de civitate convenarum

Clxvii a

vestimenta sua et ab hominibus dixerint esse deos quo meliores non essent ob merita quam homines ioue atque mercurio sed quo sub gentilitatis errore honorem deo debitum deferretur. Quod et de petro legimus qui cornelium se adorare cupientem manu sublevauit et dixit surge nam et ego homo sum. Et audes dicere illud nescio quid quod in modico vasculo transferendo colis. Quid est illud nescio quid scire desidero. Expone manifestius ut tota libertate blasphemes pulvisculum inquit in modico vasculo pretioso linteamine circumdato. Dolet martyrum reliquias pretioso operiri velamine et non vel pannis vel cilicio colligari vel proici in sterquilinium ut solus vigilancius ebrius et dormiens adoretur. Ergo sacrilegi sumus quando apostolorum basilicas ingredimur. Sacrilegus fuit constantinus imperator qui sanctas reliquias andree luce et thimothei transtulit constantinopolim apud quas demones rugiunt et habitatores vigilancii illorum se sentire presentiam confitentur. Sacrilegus dicendus et nunc augustus archadius qui ossa beati samuelis longo post tempore de iudea in traciam. Omnes episcopi non solum sacrilegi sed et fatui iudicandi qui rem vilissimam et cineres dissolutos in serico et vase aureo portauerunt. Stulti omnium ecclesiarum populi qui occurrerunt sanctis reliquiis et tanta leticia quasi presentem viventemque cernerent susceperunt ut de palestina usque ad calcedonem iungerentur populorum examina. et in christi laudes una voce resonarent. videlicet adorabant samuelem et non christum cuius samuhel levita et propheta fuit. Mortuum suspicaris et idcirco blasphemas. Lege euangelium deus abraham deus ysaac et deus iacob non est deus mortuorum sed vivorum. Si igitur vivunt honesto iuxta te carcere concluduntur. Ais enim vel in sinu abrahe vel in loco refrigerii vel subter aram dei animas apostolorum et martyrum consedisse nec posse de suis tumulis aut ubi voluerint adesse presentes. Senatorie videlicet dignitatis sunt ut non inter homicidas teterrimo carcere sed in libera honestaque custodia in fortunatorum insulis et in campis elysiis recludantur. Tu deo leges pones. Tu apostolis vincula inicies ut usque ad diem iudicii teneantur custodia nec sint cum domino suo de quibus scriptum est sequuntur agnum quocumque vadit. Si agnus ubique ergo et hii qui cum agno sunt ubique esse credendi sunt et cum diabolus ac demones toto vagentur orbe et celeritate nimia ubique presentes sint martyres post effusionem sanguinis sui ara operientur inclusi et inde exire non poterunt. Dicis in libello tuo quod dum vivimus mutuo pro nobis orare possumus. postquam autem mortui fuerimus nullius sit pro alio exaudienda oratio presertim cum martyres ultionem sui sanguinis obsecrantes impetrare non quiverint. Si apostoli et martyres adhuc in corpore constituti possunt orare pro ceteris quando de se adhuc debent esse solliciti quanto magis post coronas victorias et triumphos. Unus homo moyses sexcentis milibus armatorum impetrat a deo veniam et stephanus imitator domini sui et primus martyr in christo pro persecutoribus veniam deprecatur et postquam cum christo esse ceperint minus valebunt. paulus apostolus deprecatur et postquam cum christo esse ceperint minus valebunt. paulus apostolus ducentas septuaginta sex sibi dicit in navi animas condonatas et postquam resolutus cepit esse cum christo tunc ora clausurus est et pro hiis qui in toto orbe ad suum euangelium crediderunt mutire non poterit. Meliorque erit vigilancius canis quam ille leo mortuus. Recte hoc de ecclesiaste proponerem si paulum in spiritu mortuum confiterer. Denique sancti non appellantur mortui sed dormientes. unde lazarus qui resurrecturus erat dormisse perhibetur. Et apostolus vetat thessalonicenses de dormientibus contristari. Tu vigilans dormis et dormiens scribis. et proponis michi librum apocrifum qui sub nomine ezre a te et a similibus tuis legitur. ubi scriptum est quod post mortem nullus audeat deprecari quem ego librum numquam legi. Quid enim necesse est in manum sumere quod ecclesia non recipit. nisi forte balsamum michi et barbelo et thesaurum manichei et ridiculum nomen leusibore. et quia ad radices pirenei habitas vicinusque es hiberie basilidis antiquissimi heretici et imperite scientie incredibilia portenta prosequeris et proponis quod totius orbis auctoritate dampnatur. Nam in commentariolo tuo quasi pro te faciens de salomone sumis testimonium quod salomon omnino non scripsit. Ut qui habes alterum ezram habeas et salomonem

alterum et si tibi placuit. lege fictas
revelationes omnium patriarcharum et
prophetarum et cum illas didiceris inter
mulierum textrina cantato. immo le-
gendas propone in tabernis tuis. ut
facilius per has nenias. vulgus in-
doctum provoces ad bibendum. Ce-
reos autem non clara luce accendi-
mus sicut frustra calumpniaris;
sed ut noctis tenebras hoc solatio
temperemus / et vigilemus ad lumen
ne tecum dormiamus in tenebris.
Quod si aliqui per imperitiam et sim-
plicitatem secularium hominum vel certe
religiosarum feminarum de quibus vere
possumus dicere confiteor zelum
dei habent. sed non secundum scientiam
hoc pro honore martirum faciunt. quid

Clxviii a

inde perdis. Causabantur quondam
et apostoli quod periret unguentum
sed domini voce correpti sunt. Neque enim
Christus indigebat unguento nec mar-
tires lumine cereorum et tamen et
illa mulier in honorem Christi hoc fe-
cit / devotioque mentis eius recipi-
tur et quicumque accendunt cereos secundum
fidem suam habent mercedem / dicente
apostolo unusquisque in suo sensu habundet
Ydolatras appellas huiusmodi
homines. Non diffiteor omnes nos qui
in Christo credimus de ydolatrie errore ve-
nisse. Non enim nascimur sed renasci-
mur Christiani Et quia quondam co-
lebamus ydola / nunc deum colere
non debemus ne simili videamur
cum ydolis honore venerari. Illud
fiebat ydolis et idcirco detestandum
est hoc fit martiribus. et ideo reci-
piendum est. Nam et absque martirum
reliquiis. per totas orientis ecclesias
quando legendum est evangelium acce-
duntur luminaria iam sole rutilan-
te: non utique ad fugandas tenebras
sed ad signum letitie demonstrandum
unde et virgines ille evangelice semper
habent accensas lampades et ad a-
postolos dicitur sint lumbi vestri precincti
et lucerne ardentes in manibus vestris
Et de Iohanne baptista Ille erat lu-
cerna lucens ut sub typo luminis cor-
poralis. illa lux ostendatur de qua in
psalterio legimus. Lucerna pedibus
meis verbum tuum domine et lumen semi-
tis meis. Male facit ergo romanus
episcopus qui super mortuorum hominum petri
et pauli. secundum nos ossa veneranda
secundum te pulvisculum. offert domino sacri-
ficia et tumulos eorum Christi arbitratur
altaria Et non solum urbis. sed totius orbis
errant episcopi qui cauponem vigilantium
contempnentes: ingrediuntur basi-
licas mortuorum in quibus pulvis vilissimus
et favilla nescio quo iacet linteamine
colligata ut polluta omnia polluat et
quasi sepulchra pharisaica foris de-
albata sint. cum intus immunda cum
sordeant Et post hec de barathro pecto-
ris sui fetenosam spurciciam evomens
audet dicere Ergo cineres suos amat
anima martyrum et circumvolant
eos semper ac presentes sunt / ne si forte ali-
quis precator advenerit: absen-
tes audire non possint / Oportentum
intras ultimas deportandum fides de
reliquiis martirum / et cum auctore
huius hereseos eunomio ecclesiis Christi
calumniam struis nec tali societate
terreris / ut eadem contra nos loqua-
ris que ille contra ecclesiam loquitur
omnes enim sectatores eius basilicas a-
postolorum et martyrum non ingrediuntur
ut scilicet mortuum non adoret eunomi-
um cuius libros maioris auctoritatis
arbitrantur quam evangelia et in ipso
esse credunt lumen veritatis Sicut
alie hereses paracletum in montanum ve-
nisse contendunt et manicheum

de montano et manicheo

ipsum dicunt paracletum. Sed nec adversum
heresim tua que olim erupit contra
ecclesiam ne et in hoc quasi repertor
novi sceleris glorieris. tertullianus
vir eruditissimus volumine insigni-
ca scorpiacum vocans rectissimo
nomine que arcuato vulnere in ec-
clesie corpus venena diffundit qui
olim appellabatur cama heresis
et multo tempore dormiens vel se-
pulta in te adormitantio suscitata
est. Miror quod non dicas nequaquam per-
petranda martiria. deus enim sanguinem
taurorum hircorumque non
querit. multo magis hominum non
requiret. Quod tamen dixeris immo
et si non dixeris: ita habeberis qua-
si dixeris Qui enim reliquias mar-
tirum asseris esse calcandas / prohi-
bes sanguinem fundi qui nullo ho-
nore dignus est / de vigiliis et per-
noctationibus in basilicis martirum
sepe celebrandis in alia epistola qua
ante ferme biennium scripario
presbytero scripseram respondi breviter
Quod si ideo estimas respuendas ne
sepe videamur pascha celebrare et
non sollempnes post annum exercere vigi-
lias. ergo et die dominico non sunt Christo
offerenda sacrificia ne resurrectio-
nis domini crebro pascha celebremus
et incipiamus non unum pascha habere
sed plurima. Error autem et culpa iu-
venum vilissimarumque mulierum qui

per noctem sepe deprehenditur. non est re-
ligiosis hominibus imputandum. quia
et in vigiliis pasche tale aliquid fieri
plerumque convincitur. et tamen pau-
corum culpa non preiudicat religioni
qui absque vigiliis possunt errare. vel in
suis. vel in alienis domibus. Apostolorum
fidem iude proditio non destruxit. Et
nostras ergo vigilias. male aliorum vigilie
non destruent. quin potius pudicitie vi-
gilare cogantur. qui libidini dormiunt.
Quod enim semel fecisse bonum est non
potest malum esse si frequentius fiat.
Aut si aliqua culpa vitanda est non
ex eo quod sepe sed ex eo quod fit ali-
quando culpabile est. Non vigilemus
itaque diebus pasche. ne expectata
diu adulterorum desideria compleantur.
ne occasionem peccandi uxor inve-
niat. ne maritali non possit recludi
clave. Ardentius appetitur quidquid
est rarius. Non possum universa per-
currere. que sanctorum presbyterorum littere com-
prehendunt. de libellis tuis aliquid
proferam. Argumentatur contra sig-
na atque virtutes. que in basilicis mar-
tirum fiunt. et dicit eas incredulis pro-
desse non credentibus. quasi nunc hoc
queratur quibus fiant. et non qua
virtute fiant. Esto signa sint in-
fidelium. qui quoniam sermoni et doctrine
credere noluerunt. signis adducantur
ad fidem. Et dominus incredulis doctrine
credere noluerunt. signis adducantur
ad fidem. Et signa faciebat. et ta-
men non idcirco domini sigillanda sunt sig-
na. quia infideles erant. sed maiori
admirationi erunt quia tante fue-
runt potentie. ut etiam mentes duris-
simas edomarent et ad fidem coge-
rent. Itaque nolo michi dicas. Sig-
na infidelium sunt. Sed responde quo-
modo in vilissimo pulvere et favilla
nescio que tanta sit signorum virtu-
tumque presentia. Sentio sentio infelicissi-
me mortalium quid doleas quid ti-
meas. Spiritus iste immundus qui hec te
cogit scribere. sepe hoc vilissimo
tortus est pulvere. immo hodie tor-
quetur. et qui in te plagas dissimu-
lat in ceteris confitetur. Nisi forte in
morem gentilium impiorumque porphi-
rii et eunomii has prestigias demo-
num esse confingeres. et non vere cla-
mare demones sed sua simulare
tormenta. Do consilium. Ingredere ba-
silicas martirum et aliquando purga-
beris. Invenies ibi multos socios
tuos. et nequaquam cereis martirum
qui tibi displicent sed flammis invisibilibus

de signis et virtutibus martirum

Ad dubium credentis

comburereris. et tunc fateberis quod nunc
negas. et tuum nomen qui in vigilantio
loqueris. libere proclamabis te esse
aut mercurium propter nummorum cupi-
ditatem. aut nocturnum. iuxta plauti
amphitrionem. quo dormiente in
almene adulterio. duas noctes in
unum iupiter copulavit. ut magne fortitu-
dinis hercules nasceretur. Aut certe
liberum patrem. pro ebrietate et cantha-
ro ex humeris dependente. et semper
rubente facie. et spumantibus la-
biis effrenatisque conviciis. Unde et
in hac provincia cum subitus terremotus
noctis medio omnes de sompno exci-
tasset. tu prudentissimus et sapien-
tissimus mortalium nudus orabas
et referebas nobis adam et evam
de paradiso. Et illi quidem apertis
oculis erubuerunt nudos se esse cer-
nentes. et verenda texerunt arbo-
rum foliis. tu et tunica et fide nudus subitoque ter-
rore perterritus. et aliquid habens
nocturne crapule. sanctorum oculis ob-
scenam partem corporis ingerebas.
ut tuam ostenderes prudentiam. Ta-
les habet adversarios ecclesia. hii du-
ces contra martirum sanguinem di-
micant. huiuscemodi oratores contra
apostolos detonant. immo tam rabidi
canes contra christi discipulos latrant. Ego
confiteor timorem meum ne forsi-
tan de superstitione descendit. Quando
iratus fuero. et aliquid mali in
meo animo cogitavero. et me noc-
turnum fantasma deluserit. basili-
cas martirum intrare non audeo. Ita
totus et animo et corpore contre-
misco. Rideas forsitan et mulier-
cularum deliramenta subsannes.
Non erubesco earum fidem que prime
viderunt dominum resurgentem. que mit-
tuntur ad apostolos. que in matre domini
salvatoris sanctis apostolis commendantur.
Tu ructato cum seculi hominibus. ego
ieiunabo cum feminis. immo cum re-
ligiosis viris qui pudiciciam vultu
preferunt. et pallida iugi continentia
ora portantes christi ostendunt verecundi-
am. Videris michi dolere et aliud
ne si inoleverit apud gallos continen-
tia et sobrietas atque ieiunium taberne tue
lucra non habeant. et vigilias diaboli
ac temulenta convivia tota nocte
exercere non possis. Preterea eisdem
ad me relatum est epistolis quod contra
auctoritatem pauli apostoli immo petri
et iohannis et iacobi qui dextras
dederunt paulo et barnabe commu-
nicationis. et preceperunt eis ut pauperum

Clxix a

b

memores essent. tu prohibeas ierosoli
mam in usus sanctorum aliqua sumptuum
solacia dirigi / videlicet si ad hoc respon
dero statim latrabis meam me causam
agere qui tanta cunctos largitate do
nasti. ut nisi venisses ierosolimam et
tuas vel patronorum tuorum pecunias effu
disses omnes periclitaremur fame. Ergo
hoc loquor quod beatus apostolus paulus
in cunctis pene epistolis suis loquitur ut pre
cipit in ecclesiis gentium per unam sab
bati hoc est die dominico omnes confer
re debere que ierosolimam in sanctorum
solatia dirigantur et vel per discipulos
suos. vel quos ipsi probaverint et si
dignum fuerit. ipse aut dirigat aut per
ferat quod collectum est. In actibus quoque
apostolorum loquens ad felicem presidem post
annos autem plures elemosinas facturus
in gentem meam veni et oblaciones et
vota in quibus invenerunt me purifi
catum in templo / Numquid in alia parte
terrarum et ecclesiis quas nascentes
fide sua erudiebat que ab aliis acce
pat dividere non poterat. Sed sanctis
pauperibus dare cupiebat qui suas pro
christo facultatulas relinquentes ad do
mini servitutem tota mente conversi sunt. lon
gum est nunc / si de cunctis epistolis eius
omnia eius testimonia revolvere vo
luero in quibus hoc agit / et tota men
te festinat. ut ierosolimam et ad sancta
loca credentibus pecunie dirigantur. Non
in avariciam sed in refrigerium / non ad
divicias congregandas sed ad imbecil
litatem corpusculi sustentandam
et ad frigus ad inediam declinanda
hac in iudea usque hodie perseverante
consuetudine. non solum apud nos
sed etiam apud hebreos ut qui in lege
domini meditantur die ac nocte et partem
non habent in terra. nisi solum deum sinago
garum et totius orbis foveantur mi
nisteriis et ita duntaxat / non ut a
liis sit refrigerium et vobis tribulacio sed ut aliorum habun
dancia. aliorum sustentet inopiam Re
spondebis hoc unumquemque in patria
sua posse facere. nec pauperes defu
turos. qui ecclesie opibus sustentandi
sint. Nec nos negamus cunctis paupe
ribus etiam iudeis et samaritanis si
tanta sit largitas stipes porrigendas
. sed apostolus docet faciendam quidem
ad omnes helemosinam sed maxime ad
domesticos fidei / de quibus et salva
tor in euangelio loquebatur. Facite vobis
amicos de mamona iniquitatis qui
vos recipiant in eterna tabernacula.
Numquid isti pauperes inter quorum pannos
et in glumie corporis flagrans libido

dominatur. possunt habere eterna tabernacula
qui nec presencia possident nec futura
Non enim simpliciter pauperes sed pau
peres spiritu beati appellantur de qui
bus scriptum est / Beatus qui intelli
git super egenum et pauperem in die ma
la liberabit eum dominus. In vulgi pau
peribus sustentandis nequaquam intellec
tus sed elemosina opus est. In sanc
tis pauperibus beatitudo est intellige
re ut ei tribuat qui erubescit accipe
re et cum acceperit dolet Metens carna
lia et seminans spiritalia. Quod autem
asserit melius eos facere qui utantur
rebus suis et paulatim fructus pos
sessionum pauperibus dividant. quam
illos qui possessionibus venundatis
semel omnia largiantur / non a me ei
sed a domino respondebitur. Si vis esse
perfectus. vade vende omnia que habes
et da pauperibus et veni sequere me.
Ad eum loquitur qui vult esse perfectus quo
modo apostoli patrem naviculam et rethe
dimittit. Iste quem tu laudas. secundus
aut tercius gradus est. quem et
nos recipimus / dum sciamus prima se
cundis et terciis preferenda. Nec a suo
studio monachi deterrendi sunt
a te lingwa vipere et morsu sevis
simo quibus argumentaris et dicis
Si omnes se recluserint et fuerint
in solitudine quis celebrabit eccle
sias. Quis seculares homines lucri
faciat. Quis peccantes ad virtutes
poterit cohortari. hoc enim modo
si omnes tecum fatui sint. sapiens
esse quis poterit. Et virginitas non erit
approbanda. Si enim omnes virgines fu
erint nuptie non erunt. Interibit hu
manum genus. Infantes in cunis
non vagient / obstetrices absque merce
dibus mendicabunt et gravissimo
frigore solutus atque contractus dormita
tius vigilabat in lectulo. Rara
est virtus nec a pluribus appetitur
atque utinam hoc omnes essent quod
pauci sunt de quibus dicitur Multi
vocati pauci electi et vacui essent
carceres. Monachus. non doctoris
habet sed plangentis officium qui vel
se vel mundum lugeat et domini pavidus
prestoletur adventum / qui sciens inbe
cillitatem suam et vas fragile quod
portat timet offendere. ne impin
gat et corruat atque frangatur unde
et mulierum. maximeque adolescen
tularum vitatur aspectum et in tan
tum castigator sui est. ut etiam que
sunt pertimescat. Cur in quis pergis
adherenium videlicet ut te non

d

De elemosina et an sit
servare vel danda sit

Contra omnes qui dicunt si omnes
essent monachi vel virgines non
esset mundus periret

c

vitat
||

monachorum officium est
plangere

CLxx
a

tē nō audiam · nō videam ut tuo furore
nō mouear ut tua bella nō patiar ne
me capiat oculus meretricis · ne forma
pulcherrima · ad illicitos ducat am/
plexus · Respondebis · hoc nō est pug
nare · sed fugere · Sta in acie aduer
sariis armatus obsiste / ut postquā
viceris coroneris · Fateor imbecillita
tem meam · nolo spe pugnare vic
torie ne pdam aliquando victoriam
Si fugero aut gladiū deuitem · Si
stetero · Aut vincendum michi est aut
cadendū · Quid necē est certa dimit
tere · et incerta sectari · Aut scuto aut
pedibus mors vitanda est · Tu qui
pugnas et superari potes et vinci
Ego cum fugero nō vincor in eo quod
fugio · sed ideo fugio ne vincar · Nulla
securitas est vicino serpente dormire
potest fieri ut me nō mordeat tamē
pot fieri ut aliqn me mordeat · Ma/
tres vocamus sorores et filias et nō
erubescimus vitiis nr̄is nomina piet
obtendere · Quid facit monachus
in cellulis feminarū · Quid sibi vo/
lunt et sola et priuata colloquia · Et ar/
bitros fugientes oculos · Sanctus amor
impacientiam nō habet · Quod de libi
dine diximus referamus ad auari/
ciam et ad omnia vicia que vitantur
solitudine et idcirco vrbiū frequenti/
as declinamus ne facere compellamur
que nos nō tam natura cogit facere
quā voluntas / hec ut dixi sanctorum pbro/
rum rogatu vnius noctis lucubratione
dictaui festinante admodū fr̄e sisinno
et pp sociorum refrigeria · egiptum ire p
pante · Alioquī et ipā materia aptā
habuit blasphemiam que indigna
tione magis scribentis quā testimo/
niorum multitudinem flagitaret
Quod si dormitancius in mea rursus
maledicta vigilarit et eodem ore
blasphemo quo aplos et martires la
cerat deme quoqȝ putauerit detra
hendum nequaquā illi breui lucubra/
tiuncula sed tota nocte vigilabo et
sociis illius immo discipulis uel ma
gris qui nisi tīentes vteros viderint
feminarum / maritos earum xp̄i minis
terio arbitrantur indignos · Jeronimus
Ad Magnum Oratorem vrbis Rome
de exemplis secularium litterarum 2[us]

Sebesium nr̄m
tius monitis profecisse
nō tam epl̄a tua · quā
ipsius penitudine didi
cimus · Et mirum in modū
plus correptus placuit

quā errans leserit · Certauit inter se in
dulgentia pr̄is et filii pietas · dum al
ter preteritorum nō meminit alter in futurū
queqȝ officia pollicetur / vnde et mu
tuo nobis tibiqȝ gaudendū est quia nos
filiū recepimus tu discipulum comprobas
ti · Quod autē queris in calce epl̄e cur
in opusculis nr̄is secularium literarum inter
dum ponamus exempla / et candorem
ecclie ethnicorum sordibus polluamus
breuiter responsum habeto · Nunquam
hoc quereres nisi te totum tullius possi
deret · Si scripturas sc̄tas legeres si interpre
tes earum omisso vulgatio euolueres
Quis enim nesciat et in moyse ac
prophetarum voluminibus quedam assump
ta de gentilium libris · Et salomonem
philozophis tyri et pposuisse nonnulla
et aliqua respondisse vnde et in ex/
ordio prouerbiorū commonet ut intelli
gamus sermones prudencie versutias
qȝ verborum parabolas et obscuro ser/
mone dicta sapiencium et enigmata
Que pprie dialeticorum et phorum sunt
· Sed et paulus aplus epimenidis
poete abusus versiculo ē · scribens ad
titum Cretenses semper mendaces ma
le bestie · ventres pigri · Cuius eroici
einschim · postea calimachus vsurpa
uit · Nec mirum · si apud latinos metrum
nō seruet ad uerbum expressa translacio
cum homerus eadem lingua versus
vix cohereat · In alia quoqȝ epl̄a me
nandri ponit senariū · Corrumpunt mo
res bonos confabulationes pessime
Et apud athenienses · in martis curia
disputans aratū testem vocat ipsius
enim et genus sumus qui grece dicitur
TOYTAPKAPEHOTEMCH · et
est clausula versus heroici · Ac ne parum
hoc esset ductor xp̄iane milicie · et ora
tor inuictus / pro xp̄o causam agens
et inscriptione fortuitam · arte torquet
in argumentū fidei · Didicerat enim a uero
dauid extorquere de manibus hostium
gladiū et golie superbissimi caput pro
prio mucrone truncare · Legerat in deute
ronomio dn̄i voce preceptum mulieris
captiue radendū caput supercilia / oms pi
los et vngues corporis amputandos
et sic eam habendam coniugio · Quid
ergo mirum si et ego sapienciam secula
rem pp eloquii venustatem et membrorum
pulchritudinem / de ancilla atqȝ cap
tiua israhelitem facere cupio · Et siquid
in ea mortuū est ydolatrie uoluptatis
erroris libidinū uel precido · uel rado / et
mixtus purissimo corpori vernaculos
ex ea genero dn̄o sabaoth · Labor meus
in familia xp̄i proficit · Stuprum in alienam

Je . hec epistola dictauit vna nocte

Je. interrogatus cur in operibus suis ponit exempla secularium etiam gentilium poetarum et phorum respondet narrando multos prophetas qui vtilia fidei scripserunt [etc]

63

auget inmeritu conseruulorum. Osee accepit vxorem filiam debalaim idest dulcedinum et nascitur ei demerete filius gezrahel qui vocatur semen dei.
Ysaias nouacula a cuta barbam et crura peccantium radit. Jezechiel in typo fornicantis iersalem: tondit cesariem suam ut quidquid mea absque sensu et vita est auferatur. Ciprianus vir eloquentia pollens et martirio firmianus narrante mordetur cur aduersus demetrianum scribens / testimoniis vsus sit prophetarum et apostolorum que ille ficta et commenticia esse dicebat et non pocius philosophorum ac poetarum / quorum auctoritati ethnicus contraire non poterat. Scripserunt contra nos celsus atque porphirius. priori origenes alteri methodius eusebius et appollinaris fortissime responderunt. Quorum origenes octo scribit libros. Methodius usque ad decem milia procedit versuum. Eusebius et appollinaris xxv et xxx volumina condiderunt. Lege eos et invenies nos comparatione eorum imperitissimos et post tanti temporis ocium vix quasi per somnium quod pueri didicimus recordari. Julianus augustus septem libros in expedicione partica aduersum xpm euomuit. Si contra hunc scribere temptauero. puto interdices michi ne rabidum canem philozophorum et historicorum doctrinis idest herculis claua repercuciam. Quamquam nazarenum nostrum et ut ipse solebat dicere galileum. statim in prelio senserit / et mercedem lingue pudicissime. contumelia perfossus accepit. Josephus antiquitatem approbans iudaici populi duos libros scripsit contra appionem allexandrinum gramaticum et tanta secularium proferat testimonia ut michi miraculum subeat quomodo vir hebreus et ab infancia sacris litteris eruditus cunctam grecorum bibliothecam euoluerit. Quid loquar de philone quem vel alterum vel secundum vel iudeum platonem critici pronunciant. Curram per singulos. Quadratus apostolorum discipulus et athenienesis ecclesie pontifex none adriano principi eleusine sacra inuisenti. librum pro nostra religione tradidit et tante ammiracioni omnibus fuit. ut persecucionem grauissimam excellens sedaret ingenium. Aristides philosophus vir eloquentissimus eidem principi apologeticum pro xpianis obtulit contextum philozophorum sentenciis. Quem imitatus iustinus. postea et ipse philozophus. antonino pio et filiis eius senatuique librum contra gentes tradidit. defendens ignominiam crucis et resurrectionem xpi tota predicans libertate. Quid loquar de militone sardensi episcopo / Quod de apolinare gerapolitane ecclesie sacerdote. dionisioque corintheorum episcopo. et tatiano. et bardasane et hireneo fotini martiris successore. qui origenis hereseon singularum. ex quibus philosophorum fontibus emanarunt multis voluminibus explicauit. pantenus stoice secte philosophus ob precipue erudicionis gloriam a demetrio alexandrie episcopo missus est in indiam ut xpm aput brachmanas. et illius gentis philosophos predicaret. Clemens alexandrine ecclesie presbiter meo iudicio omnium eruditissimus. octo scripsit stromatum libros et totidem ΥΠΟΤΥΠΩCΕWΝ (written: ϒ ΠΟΤϒΗ Δ ϹϾ ΑΗ). et alium contra gentes pedagogi quoque tria volumina. Quid in illis indoctum. Immo quid non de media philosophia est. Hunc imitatus origenes decem scripsit stromateas. xpianorum et philosophorum inter se sentencias comparans et omnia nostre religionis dogmata. de platone et aristotele in venio cornutoque confirmans. Scripsit et miltiades contra gentes volumen egregium / Ypolitus quoque et appollonius romane vrbis senatores propria opuscula condiderunt. Extant et iulii affricani libri qui temporum scripsit historias. Et theodori qui postea gregorius est appellatus. viri apostolorum signorum atque virtutum et dyonisii alexandrini episcopi. Anatholii quoque laudicene ecclesie sacerdotis. Nec non presbitorum pamphili pierii. luciani. malachionis eusebii cesariensis episcopi et eustachii antiocheni et anathasii alexandrini eusebii quoque miseni et trifilli cyprii et asterii scitopolite ac serapionis confessoris titi quoque bostrensis episcopi capadocumque basilii gregorii. amphilochii. Qui omnes intantum philosophorum doctrinis atque sentenciis suos referunt libros ut nescias quid in illis primum ammirari debeas erudicionem seculi: an scientiam scripturarum. Veniamus ad latinos. Quid tertulliano eruditius. Quid acucius. Apologeticus eius et contra gentes libri cunctam seculi continent disciplinam. Minucius felix causidicus romani fori in libro cui titulus octauius est et in altero contra mathmaticos si tamen inscripcio non mentitur auctorem quid gentilium litterarum dimisit in

(margin: clxxi / a; b; c; dlug; excusatione)

intactum. Septem libros adversus gen-
tes Arnobius edidit. Totidemque disci-
pulus Lactantius qui de ira quoque et de
opificio dei duo volumina condidit. Quos
si legere volueris dialogum Ciceronis
ΕΠΙΤΟΜΗΝ in eis repperies. Victo-
rino martiri in suis libris licet desit e-
rudicio tamen non deest erudicionis vo-
luntas. Cyprianus quod ydola dii non sunt
qua brevitate qua historiarum omni
sciencia quo verborum et sensuum sple-
dore perstrinxit. Hylarius meorum tempo-
rum confessor et episcopus xii quintiliani libros
et stilo imitatus et numero. brevique
libello quem scripsit contra dioscorum
medicum quid in litteris possit ostendit. Iu-
vencus presbiter sub constantino histori-
am domini salvatoris versibus explica-
vit nec pertimuit evangelii maiestatem
sub metri leges mittere. De ceteris
vel mortuis vel viventibus taceo quorum
scriptis suis et vires manifeste sunt
et voluntas. Nec statim prava opinione
fallaris contra gentes hoc esse licitum
malis disputationibus dissimulandum
quia omnes pene omnium libri exceptis
hiis qui cum epicuro litteras non didicerunt
erudicionis doctrineque plenissimi sunt.
Quamquam ego illud magis reor quod
dictanti venit in mentem non te igno-
rare quod semper a doctis viris usur-
patum est sed per te michi propositam ab
alio questionem. qui forsitan propter a-
morem historiarum salustii calphur-
nius cognomento lanarius sit. Cui
queso ut suadeas ne vescentium denti-
bus: edentulus invideat et oculos
caprearum talpa contempnat. Dives
ut cernis ad disputandum materia
sed iam epistolaris angustia finienda est.

Jeronimus ad Rufinum presbiterum Rome
de iudicio salomonis et meretricibus p//

Multum unulorum in utramque partem crebro fama mentitur et tam de bonis mala quam de malis bona falsorum ora concelebrant. Unde et ego gaudeo qui-
dem super testimonio erga me sanctitatis
tue et amore sancti presbiteri eusebii. nec
dubito quin me pudice (publice) predicetis. sed
tacitum vestre prudentie iudicium perfecto.
Itaque obsecro ut magis meminerit-
mei ut dignum vestra laude faciatis
quod primus ad officium provocasti. et
tibi sedere insidendo partes dantes sit
non venit de inania in amicos. sed de
ignorancia. Si enim scissem preoccupas-
sem sermonem tuum. Interpretatio

iudicii salomonis super iurgio duarum
mulierum meretricum quantum ad sim-
plicem historiam pertinet perspicua est
quod puer annorum duodecim contra
etatis sue mensuram. de intimo hu-
mane nature iudicaverit affectu unde
et admiratus est et pertimuit illum omnis
israel quod sciret cum manifesta non
fugerent qui tam prudenter abscon-
dita deprehendisset. Quantum ad typi-
cos pertinet intellectus. dicente apostolo
hec omnia in figura contingebant
illis scripta sunt autem de nobis in quos
fines seculorum decurrerunt. Quidam
grecorum autumant super sinagoga
et ecclesia sentiendum et ad illud tempus
cuncta referenda quando post cruce
et resurrectionem tam in israel quam
in gentium populo verus salomon id est
pacificus regnare cepit. Quod autem
adultere et meretrices synagoga et
ecclesia in scripturis dicantur nulla dubi-
tacio est. Et hoc prima fronte videtur
esse blasphemum. Ceterum si recurramus
ad prophetas. osee videlicet qui accepit
uxorem fornicariam et generat
filios fornicationis et deinde adul-
teram. et ad ezechiel qui iherusalem quasi
meretricem arguit. quod secuta sit
amatores suos et divaricaverit omni
transeunti pedes. lupanarque in loco ce-
lebri extruxerit. Cum ad veritatem christum
idcirco venisse ut meretrices donaret
matrimonio. Et de duobus gregibus
unum ovile faceret medioque pariete
destructo in easdem caulas oves pri-
us morbidas congregaret. Hee sunt
due virge que iunguntur in ezechiel et
de quibus per zachariam dominus refert
Et assumpsi michi duas virgas unam
vocavi decorem et alteram vocavi fu-
niculos et pavi greges. Mulier quoque
illa meretrix in evangelio que ihesu pe-
des lacrimis lavat et crine tergit et cui
peccata omnia dimittuntur manifeste
pingit ecclesiam de gentibus congregatam
hoc idcirco in prima fronte replicavi
ne cui videatur incongruum si mere-
trices dicantur quarum una salomonis
iudicio filii possessione donata est.
Prudens querat auditor. quomodo
meretrix sit ecclesia que non habet
maculam neque rugam. Non dicimus
ecclesiam permansisse meretricem sed fuisse.
Illam et in symonis leprosi domo
salvator scribitur in esse convivium. U-
tique non quia leprosus erat eo tempore
sed quia leprosus ante fuerat. Ma-
theus quoque in καταλογω
apostolorum publicanus dicitur non quo permaneret

Clxxii a

publicanus post aplicam dignitate sed quia prius fuerit publicanus ut ubi sup habundauit peccatu sup habundaret et gra. Simulq considera quid dicat ecclesia contra sinagogam ca lumpniatricem / Ego et mulier hec habitabamus in domo una / post resurrectionem eni dni saluatoris una de utroq populo eccla congregata est Et

b

quia elegant pepeci inquit apud ea in cubiculo. Ecclesia eni degentibus que no hebat prius legem et pphas pepit in domo synagoge nec egressa est de cubiculo sed ingressa unde dicit in cantico canticoru Introduxit me rex in cubiculu suu. Et iterum Et quidem no spnam te sed assumens introducam te in domu matris mee et in cubiculum eius que concepit me Tercia aut die postqua ego pepeci: pepit et hec. Si consideres pilatum lauantem man9 ac dicente mundus ego sum a sanguine iusti hui9 si centurione ante patibulum confitentem uere hic erat filius dei si eos qui ante passione p philippu dnm videre desiderant Haud ambiges prima pepisse ecclam et postea natu populum iudeorum pro quo dns ptabat pat ignosce eis quod eni faciunt nesciunt una q die credederunt tria milia et alia die quinq milia quia eramus simul. Multitudinis eni credenciu erat cor et anima una Nullus q alius in domo nobiscum exceptis nobis duabus. Non blasphematiu iudeoru no gentiliu ydolis seruienciu. Mortuus est aut filius mulieris hui9 nocte dum eni legis sequatur obseruantia et gre ewangelij iugum moisaice doctrine copulat tenebrarum errore coopta est / oppressitq eu mr sua dormiens. que no poterat dice ego dormio et cor meu vigilat Media nocte consurges tulit filiu de latere eccle dormientis et in suo collocauit sinu Relege totam apli ad galathas eplam et am adutis quomodo filios eccle suos facere synagoga festinet et dicat apls filioli mei quos iterum pturio donec xpus formetur in vobis. vivu tulit no possideret ut occideret Non eni amore fecit hec filij sed emule odio et suu

c

mortuu p legis ceremonias in sinu eccle supposuit. Longum est si velim p singula currere quomo paulum paulum et ecclasticos viros intellexerit eccla no ee suu filiu qui tenebatur in lege et in luce cognouit. que in tenebris no videbat Inde iurgiu ortu est pnte rege Altera dicente

filius tuus mortuus est meus aut viuit. Altera respondente mentiris filius quippe meus viuit et filius tuus mortuus est Atq in huc modum contendebat coram rege Rex Salomon qui manifeste saluator accipitur scdm psalmu lxxi. qui titulo salomonis inscribitur ubi nulla dubitacio est qu cuncta que dicantur no salomoni in octauo sed xpi conueniat maiestati Simulat ignoranciam et humanos prodis pe satione carnis mentitur affectus sicut et in alio loco Ubi posuistis lazaru et ad mulierem fluente sanguinem quis me tetigit Gladiu postulat de quo dixerat nolite putare q venerim pacem mittere sup terram / no veni pacem mittere sed gladiu veni eni diuidere hominem cont prem suu et filiam cont mrem sua et nurum contra socru suam et inimici hominis domestici eius et temptate nanciam domin9 uult scdm utrusq volutatem viuente filiu in lege graq diuidere no qd hoc pbet. sed quo ad arguendam calupnia synagoga hoc velle se dicat Illa que nolebat filiu in gra viuere nec p baptismu liberari. libenter habet diuidi puer Non ut possideat sed ut interficiat. Ecclesia que scit suu esse libenter concedit emule. du viuit saltem apud aduersaria ne in legem diuisus et gram saluatoris mucrone feriatur. Unde dicit aplus Ecce ego paulus dico vob quod si legem obseruatis xpus vobis nichil prodest. hec sub nubilo allegorie dicta sint. Ceteru optime nouit prudencia tua no easdem regulas esse in tropologie umbris que in istorie veritate. Quod sicubi pedem offendimus et sapienti lectori friuolum videtur esse quod scripsim9 culpam auctoris referat Nos eni et hec ipa in lectulo decumbentes longaq egrotatione confecti vix notario celerit scribenda dictauim9. Non ut impleremus mateia sed ne tibi in principio amicitiar aliquid inpcanti videmur negare. Ora nobis a dno sospitatem ut post duo decim menses quibus iugi languore confectus sum aliquid possim dignu scribere vre volutati et ignoscesi scatens oracio soluto cursu no fluat. Non eni eodem lepore dictauim9 quo scripsim9 quia in altero sepe stilum vertim9 Iterum que digna sint scriptu In altero quidq in buccam venerit. celeri sermone conuoluim9 Camnu libenter vidi qui tibi narraret qua difficile

Ie. infirmus xij menses petit ut eius sanitate orat

67

et pitulosum manus dextre usque in
presentem diem quo ista dictaui mi languoris
sustinuerim etc. Jeronimus ad vitalem
presbiterum de salomone et Achaz et cetera

Clxxiii
a

Q VOMODO SA-
lomo et achaz vndecim
annorum genuisse dicantur
filios. Zenon nauclerus
per quem michi dicis tue
sanctitatis litteras esse transmissas.
vnam tantum et breuem epistolam beati pape
amabilis reddidit soluta munuscula
continentem. Vnde satis mirari quid
cause fuerit. vt cum in benedictionibus
tuis et illius perferendis fidelis extiterit
in retenta epistola negligens arguetur.
Neque enim te falli arbitror
disciplina veritatis. nisi forte greco
homini latinus sermo inter cartulas
oberrauit. Itaque ad secundam rescribo e-
pistolam. quam michi sanctus filius meus
eracleus diaconus reddidit. In qua
inter cetera deprecaris. ut exponam
tibi causas quare salomon et achaz
xi annorum filios genuisse dicantur.
Si enim xii^mo anno salomon super is-
rahel cepit Imperium et xl annis
regnauit in ierusalem. filiusque eius ro-
boam cum quadragesimum annum a-
geret etatis patri successit in reg-
num. perspicuum est xi annorum fuisse
salomonem siue xii. quia xi menses
a conceptu usque ad partum sibi inter-
vendicat. Rursum achaz filius iona-
than cum xx esset annorum. rex con-
stitutus est super duas tribus id est iu-
dam et beniamin. regnauitque annis
xvi. Quo mortuo ezechias cum
vicesimum et quintum annum ageret e-
tatis. patri successit in regnum. Ex
quo intelligitur. Achaz quoque xi^mo
siue xii^o anno ezechiam filium pro-
creasse. Et siquidem in historiis alter
haberent lxx interpretes aliter hebraica
veritas confugere poteramus ad so-
lita presidia. et arcem lingue tene-
re vernacule. Nunc vero cum et ipm
autenticum. et ceteri interpretes pari
auctoritate consentiant. non in scriptura
sed in sensu est difficultas. Quis
ne crederet mortalium. ut xi annorum
puer generet filium. Multa et alia
dicuntur in scripturis que videntur in-
credibilia. et tamen vera sunt. Neque
enim valet natura contra nature
dominum. Aut potest figulo dicere que-
re me ita fecisti. aut ita licet pro mira-
culo. signo atque portento sit quo-
modo iuxta legem nature fieri non

b

possit. Sed tamen quia nostra etate duplex
lidde natus est homo. duorum ca-
pitum iiii^or manuum vno ventre et
duobus pedibus omnis homines ita nasci
necesse est. Legamus veteres histori-
as et maxime grecas et latinas et
inueniemus lustralibus hostiis secundum
errorem portentuosas soboles tam
in hominibus quam in armentis ac pecudi-
bus expiatas. Audiui domino teste non
mentior quedam mulierculam. cum
expositum nutriret infantem et
sillaret cibos. et nutricis officio fun-
geretur. cubaretque cum ea paruulus
qui usque ad decimum peruenit annum. ac-
cidit ut plusque pudicicia patitur se-
mero ingurgitaret. Accensaque libi-
dine. obscenis motibus ad coitum
duceret infantem. prima ebrietas
alius noctis et cetera deinceps
fecit consuetudinem. Et dum duo me-
ses erant euoluti. et ecce femine
uterus intumuit. Quid plura. dis-
pensacione dei factum est ut que
contra naturam simplicitate paruuli
in contemptu dei abutebatur. a pue-
ro deo proderetur. Impleto sermone
quo dicitur. nichil occultum quod non
manifestetur. Simulque considero
quod occulte scriptura et salomonem
et achaz voluptatis et impietatis
accuset. Vterque enim cum esset de stirpe
dauid recessit a domino et alter in tantum se-
cutus est libidinem ut lxx habuerit
vxores. et ccc concubinas et adules-
centulas et scorta passiua quorum
non erat numerus neglectoque deo
patrum extruxit ydola gencium plu-
rima. et fuerit non ut prius ididia id
est amabilis domini sed amator mulie-
rum alter miserit ad regem assi-
riorum auxilium postulans et in tem-
pore angustie sue auxerit contemp-
tum in deum. Immolaueritque diis
damasci victimas percussoribus suis
et in omnibus vrbibus iuda extrux-
erit aras ad cremandum thus. atque
ad iracundiam prouocauit dominum de-
um patrum suorum. In tantum ut di-
reptis vasis dei atque confractis clau-
serit ianuas templi dei et fecerit
sibi altaria in vniuersis angulis ie-
rusalem. Ambulauitque in viis regum is-
rahel et statuas fuderit baalim et
adoleuerit incensum in valle filiorum
ennon et lustrauerit filios suos in
igne iuxta ritum gencium quas inter-
fecit dominus in aduentu filiorum israel. Ex
quo perspicuum est homines a parua
etate libidini deditos in natura

eorum sobole demonstrari quod etiam
eo tempore peccare reperiunt / quod na
tura eorum non patitur / Ad summam
illud dici potest quod in regno david
salomon annorum xii / esset annorum / solium
prius obtinuerit et postea quia septua
ginta reliquit in eternum si vixerit david reg
nante iam filio aliquos annos qui
sibi et non salomoni imputentur.
Mortuo autem patre . post filius
regnavit annis xl quos sine parente
regnavit . Atque ita et initium regni
salomonis et tempus quo solus ipse
regnavit ab historia demiratum
Nec tamen omnes annos vite illius
quinquaginta trium et duorum annorum
circulis contineri . Si autem dubi
tas quod regnantibus filiis patribus viven
tibus non filiis tempus regni eorum
sed parentibus imputetur . lege ipsum reg
norum volumen . et invenies quod
ozias rex iuda postquam lepra percus
sus est habitavit in domo separata
et filius eius ioatham imperium rexit
iudicavitque populum terre usque ad
diem mortis patris sui et tamen
post mortem illius tamen xx . et v . esset
annorum xvi annis regnasse dicatur
quos solus ipse regnaverit / Quod
de salomone intelleximus et de acha
similiter intelligendum est qui ioiade
filius ezechie pater fuerit . Audivi
quendam ebreum huiuscemodi nar
rare fabulam iuxta prophetiam ysaie
quam inter x . visiones nuper interpretatus sum
quod mortuo acham / philistea leta
ta sit et septuaginta postea comminetur
ac dicat / Ne leteris philistea omnis tu
quoniam comminuta est virga percussoris tui
. De radice enim colubri egredietur re
gulus . et semen eius absorbens vo
lucrem . hoc est de acham constitutum
rex ezechias Ex quo intelligi voluit
non statim post patris mortem filium
in imperio subrogatum / sed vel se
ditionibus populi vel quibusdam in
terrantibus regnis Aut certe principibus
malis et hinc inde consurgentibus
bellis regnum eius fuisse dilatum . In
rebus obscuris diversas ponimus o
piniones . ut non tam scribere quam
loqui tibi coram videar . Ceterum apostolus
interminabiles genealogias et iudai
cas fabulas prohibens . de istiusmo
di videtur interdicere questionibus
Quid enim prodest herere in littera
et vel in scripturis errorem . vel an
norum seriem calumpniari cum ma
nifestissime scribatur . littera enim
occidit . spiritus autem vivificat . relege
omnes et veteris et novi testamenti
libros et tantam annorum repeies
dissonantiam et numerum . inter iuda
et israel idest inter utrumque confusum
et huiuscemodi herere questionibus
non tam studiosi quam otiosi hominis
videbantur . Munuscula tamen li
benter a te missa suscepi et impen
dio fratrum / ut in amore quo nos ap
petere cepisti ad finem usque perduces
Non enim cepisse sed perseverasse virtu
tis est . Nostra vicissim pro desiderio
missa suscipe . Jeronimus ad florencium
de ortu amicitie et est talis et cetera

Clxxiiii

Q VANTUS BEA
titudinis tue rumor
diversa populorum ora
compleverit hinc po
teris estimare quod
ego te ante incipio amare quam
nosse ut enim apostolus ait quorundam
hominum peccata manifesta sunt precden
tia ad iudicium ita econtrario tue dilec
tionis fama dispergitur ut non tan
tum laudandus sit ille qui te a
mat quam scelus putetur facere
ille qui non amat / pretermitto innu
merabiles in quibus christum sustentas
ti pavisti vestisti / heliodori fratris a te
adiuta necessitas multorum etiam pot
erat ora laxare / Quibus gratiis quo
ille pro comitio peregrinationis incommoda
a te fota referebat ut ille ardentis
simus / qui intollerabilis languor
pennatis ut aiunt pedibus : certe ca
ritatis voto te salutaverim etiam
complexus sim . Gratulor itaque tibi
et nascentem amicitiam ut dominus
federare dignetur precor . Et quia
frater rufinus qui cum sancta melania
ab egipto ierosolimam venisse nar
ratur . individua michi germanitatis
caritate connexus est . queso ut epistolam
meam huic tue epistole copulatam ei
reddere non graveris . Noli nos eius
estimare virtutibus in illo conspicies
expressa sanctitatis insignia Et ego cinis
et vilissima pars luti / etiam favil
la dum vertor / satis habeo si splen
dorem morum eius imbecillitas
oculorum meorum ferre non sustinet
Ille modo lavit . mundus est et tamquam
nix dealbatus est / Ego cunctis pecca
torum sordibus inquinatus . diebus
ac noctibus operior cum tremore red
dere novissimum quadrantem . Sed
tamen quia dominus solvit compeditos et
super humilem et trementem verba sua
requiescit . forsitan et michi in sepulcro

a

b

scelerum iacenti dicat Jeronime re-
ni foras. Sanctus presbiter Euagrius plu-
mu te salutat et Martinianum iuncto
salutamus obsequio. que ego vi-
dere desiderans catena langworis
uinctus. Epistola eiusdem sancti Je-
ronimi ad eundem Florencium de sta-
bilienda amicicia et est talis.

61

IN ea p michi
parte heremi commorati
que iuxta Syriam Sarra-
cenis iungitur tue dilec-
tionis scripta plata sunt
Quibus lectis ita re accensus est a-
nimus Jerosolimam proficiscendi
ut pene nocuerit proposito quod pro-
fuerit caritati. Nunc igitur quo
valeo pro me tibi litteras represento
et si corpore absens amore et spiritu
venio impendio exposcens ne nascen-
tes amicicias que Christi glutino co-
heserunt aut temporis aut locorum
magnitudo divellat. Quin pocius
federemus eas reciprocis epistolis. Ille
inter nos currant. ille se obvient
ille nobiscum loquatur. Non mul-
tum perditura erit caritas si secum
sermone fabuletur. Rufinus autem
frater autem ut scribis nec dum venit et
si venerit ~~non multum proderit~~
non multum proderit desiderio meo
cum eum iam visurus non sim. Ita
enim et ille longo inter me vallo sepa-
ratus est ut huc non possit currere
Et ego accepte solitudinis terminis
arceor ut cepit michi iam non licere
quod volui. Ob hoc et ego obsecro
et ut tu petas plurimum quero: ut ti-
bi beati reticii Augustodonensis episcopi
commentarios ad scribendum largiatur
in cantica canticorum que ille sensu
sublimiori disseruit. Dixit michi e-
quidem de patria supradicti frater eius
fim Paulus senex Tertullianum suum
codicem apud esse. quem veheme-
ter reposcit et ex hoc queso ut eos
libros quos me non habere brevi
subditus edocebit librarii manu
in carta scribi iubeas. Interpretacio-
nes quoque psalmorum Dauiticorum et
prolixum valde de synodis librum
sancti Hylarii quem ei apud Tre-
veris manu mea ipse descripseram
eamque ut michi transferas peto
Nosti hoc esse christiane anime pa-
bulum si in lege domini meditetur
die ac nocte. Ceteros hospicio
recipis solacio foves sumptibus iuvas
michi si rogata prestiteris multa largitus
es. Et quia favente domino multis sacre bi-
bliothece codicibus habundamus
impera vicissim quodcumque vis mittam
nec putes michi grave esse si iubeas.
Habeo alumnos qui antique mee arti
erudiant. neque vero beneficium provoco
quod postulo polliceor. Heliodorus
frater michi indicavit te multa de scrip-
turis querere nec sit invenire. Aut si
omnia habes. incipiet sibi caritas
vendicare plus petere. Magistrum
autem pueri tui de quo dignatus es
rescribere quem plagiatorem esse eius non
dubium est. sepe Euagrius presbiter dum
adhuc Antiochie essent me presente corri-
puit. Cui nichil timeo dicit. ille respondit
Ergo nichil timeo dicit se a domino suo
se dimissum. et si vobis placet. ecce
hic est transmittite cum quo vultis. In
hoc arbitror me non peccare. si hominem
vagum non sinam longius fugere. Ceterum
propter quia ego in hac solitudine con-
stitutus non possum agere quod ius-
sisti. rogavi carissimum michi Eua-
grium. ut tam tui quam mei causa instans
negocium prosequatur. Epistola
Sancti Jeronimi presbiteri ad Abigaum
Spanum ad humilitatem et pacien-
ciam provocantis et est talis.

68

QVamquam michi
multorum sim conscius
peccatorum et cotidie in orbe
flexis genibus loquar
delicta iuventutis mee
et ignorancias meas
ne memineris. tamen sciens dictum esse
ab apostolo ne inflatus superbia incidat
in iudicium diaboli. et in alio loco scrip-
tum est superbis deus resistit et hu-
milibus autem dat graciam. Nichil ita a
puericia vitare conatus sum quam
tumentem animum et erectam cervi-
cem dei contra se odia provocan-
tem. Novi enim magistrum et dominum et
deum meum in carnis humilitate dixisse
discite a me quia mitis sum et hu-
milis corde. Et ante pos David cecinisse
Memento domine David et omnis man-
suetudinis eius. Et in alio loco le-
gimus. Ante gloriam humiliatur cor vi-
ri. et ante ruinam elevatur. Itaque ob-
secro te ne me putes super his litteris
tuis ante tacuisse. et aliorum vel in-
fidelitatem. vel negligentiam in
me referas. Quid enim cause erat
ut provocatus officio tacerem et
amicitias tuas meo silencio repelle-
rem. qui ultra soleo bonorum appe-
tere necessitudinem et me horum in-

gere caritati. Quia meliores sunt duo
quam unus. Et si alter ceciderit ab al-
tero fulcietur. Funiculus triplex non
rumpitur et frater fratrem adiuuans ex-
altabitur. Debe igitur audacter
et abstinentiam corporis crebro uincere ser-
mone. Nec doleas si hoc non habeas
quod formice et musce et serpen-
tes habent id est carnis oculos. Sed
illum te oculum habere letare de quo
dicitur in cantico canticorum. Vulnerasti
me soror mea sponsa mea in uno
de oculis tuis. De quo deus uidetur.
clxxv a
De quo a moyse dicitur. Transiens
uidebo uisionem hanc magnam.
Denique quosdam etiam mundi phi-
losophos legimus ut totam cogita-
tionem ad mentis cogerent puritatem
sibi oculos eruisse. Et a propheta dicitur
Intrauit mors per fenestras uestras. Et
apostoli audiunt. Qui uiderit mulierem
ad concupiscendum iam mechatus
est eam in corde suo. Unde precipitur
eis ut leuent oculos et uideant can-
didas segetes que preparate sunt ad me-
tendum. Quod autem precaris ut in us-
monitis nabuchodonosor et rapsa-
ces et nabuzardan et holofernes
interficiantur numquam nostra auxilia
postulares si in te uiuerent. Sed quia
illi mortui sunt et cum zorobabel et ihesu
filio iosedech sacerdote magno cum ez-
ra quoque et neemia ruinas ierusalem
edificare cepisti. nec mittis merce-
des in ptisium sacculum sed thesauros
tibi in celestibus paras. idcirco appe-
tisti uestras amicicias quos Christi famu-
los arbitraris. Sanctam filiam theodoram
sororem beate memorie lucini presentibus
commendatam meo sermone commen-
do ut in cepto itinere non lassetur
ut ad sanctam terram multo perhennium
labore perueniat ut non putet perfec-
tam esse uirtutem exisse de egipto
sed innumerabiles insidias ad mon-
tem nabo et ad iordanem fluuium per-
uenire ut accipiat secundam in galgala
circumcisionem ut illi iericho corru-
at sacerdotalium tubarum subuersa clan-
goribus ut iuguletur adonibezech
ut gaz et aser pulcherrime quondam
corruant ciuitates. Fratres qui nobiscum
in monasteriolo sunt te salutant.
Et eos qui nos diligere dignantur
parte oppido salutamus et cetera. *Epistola sancti
Ieronimi ad Castricianum ut de ceci-
tate que ei contigit non debeat contristari*
69.
.b.
Sanctus filius
meus eraclius diaconus

michi retulit quod cupiditate nostri
siriam usque uenisses et homo pano-
nius id est terrenum animal non timueris
adriatici maris estus et egei atque
ionii subire discrimina. Et nisi te
pius fratrum retinuisset affectus uo-
luntatem opere conplesses. Habeo ita-
que gratiam et in acceptatum refero. In a-
micis enim non res queritur sed volun-
tas. quia alterum et ab inimicis se-
pe prebetur. alterum sola caritas
tribuit. Unde obsecro ne imbecilli-
tatem corporis quam sustines de peccato
tibi estimes euenisse. Quod quidem
et apostoli suspicantes de eo qui natus
erat cecus ex utero interrogantes que
dominum saluatorem iste peccauit an
parentes eius ut sic nasceretur au-
diunt. Neque hic peccauit neque parentes
eius sed ut manifestarentur opera
dei in illo. Quantos enim cernimus
ethnicos atque iudeos hereticos atque
diuersorum dogmatum homines vo-
lutari in ceno libidinum madere
sanguine feritate lupos rapaces
miluos uincere et nichilominus
flagellum non appropinquare taber-
naculo eorum nec eos cum homi-
nibus verberari et idcirco superbire
contra deum et transire usque ad
celum os eorum. Econtrario sanctos sci-
amus viros egrotacionibus. mise-
riis egestate torqueri. Qui for-
sitan dicunt ego frustra sanctificaui
animam meam et laui inter in-
nocentes manus meas. Statimque
reprehendentes aiunt si narra-
uero sic ecce nationem filiorum tuo-
rum reprobaui. Si cecitatis causam
putas esse peccatum et id dei inferre
iram quod crebro medici reme-
diantur in similabis ysaac qui
in tantum lucis istius expers fuerit ut
etiam cui nollet deceptus errore
benediceret. Referes etenim iacob
cuius caligauerant acies et cum
interioribus oculis et spiritu prophetali lon-
ge post futura prospiceret et Christum
canneret de stirpe regia esse venturum
effraim et manasse uidere non po-
terat. Quid inter reges iosia sanc-
tius. Egiptio mucrone interfectus
est. Quid petro pauloque sublimius
Neroniani gladium cruentauerunt. Et
ut de hominibus taceam dei filius
sustinuit ignominiam crucis et tu
beatos putas qui felicitate istius
seculi et deliciis perfruuntur. Magna ira
est quando peccantibus non irascitur
deus. Unde et in ezechiel ad ierusalem

De peruersitate malorum et aduersitate bonorum

Sotu dignum

De ira dei

no quomodo deus diligit qui corrigit quos diligit

Jam inquit no irascar tibi zelus meus recessit a te. Quem enim diligit dominus corripit et castigat omnem filium quem recipit. Non erudit pater nisi quem amat. Non corrigit magister discipulum nisi eum quem ardencioris cernit ingenii. Medicus si cessauerit curare desperat. Quod si responderis quomodo lazarus recepit mala in vita sua libenter nunc tormenta patiar ut futura michi gloria reseruetur. Non enim vindicabit dominus bis in idipsum. Job vir sanctus et inmaculatus et iustus in generacione sua cur tanta perpessus sit que illius scribit volumine continetur. Et ne veteres replicando histori as longum faciam et excedam mensuram epistole breuem tibi fabulam referam que in infancie temporibus accidit. Beatus anthonius cum a sancto Anathasio Alexandrie episcopo propter confutacionem hereticorum in vrbe esset accitus et isset ad eum didimus vir eruditissimus captus oculis inter ceteras sermocinaciones quas de scripturis sanctis habebant cum eius admiraretur ingenium et acumen animi collaudaret sciscitans ait Num tristis es quod oculis carnis careas. Cum ille pudore reticeret secundo tercioque interrogans tandem eliciut quasi per vim excussit ut merorem animi simpliciter fateretur. Cui antonius. Miror ait prudentem virum eius rei dolere damno quam formice et musce et culices habent et non letari illius possessione quam sancti soli et apostoli meruerunt. Ex quo perpendes quod multo melius sit spiritu videre quam carne et illos oculos possidere in quo festuca peccati non possit incidere. Nos licet hoc anno non venerimus tamen non desperamus aduentum tuum. Quod si sanctus diaconus portitor litterarum tuis rursum amplexibus fuerit inretitus et illo comitatus huc veneris libenter suscipiam dispensacionis moram magnitudine fenoris duplicata

Epistola Sancti Jeronimi presbiteri Contra Sabianum dyaconum lapsum cum moniali

·A·d·

Samuhel quondam lugebat saulem quia penituerat dominum quod vnxisset eum regem super israel. Et paulus corinthios in quibus audiebatur fornicacio qualis nec inter gentes et quidem voce flebili commonebat dicens ne cum rursus venero humiliet me deus apud uos et lugeam multos ex hys qui ante peccauerunt et non egerunt penitenciam super inmundicia quam gesserunt et impudicicia et fornicacione. Si hoc propheta et apostolus nulla ipsi labe maculati clementi in cunctos mente faciebant quanto magis ego ipse peccator nunc debeo facere peccatore. Qui

Clxxvi a

non vis erigi post ruinam et oculos ad celum leuare sed perdita prius substancia porcorum siliquis delectaris et superbie prerupta conscendens preceps laberis in profundum. Deum ventrem vis habere pro christo seruis libidini. Glaciaris in conatu tuo et quasi pinguis hostia in mortem propriam saginaris. Imitaris quorum vitam quorum tormenta non metuis. Ignorans quod benignitas dei ad penitenciam te hortetur. Secundum duriciam autem tuam et cor inpenitens thezaurizas tibi iram in die ire. An idcirco induratur iuxta pharaonem cor tuum quia non statim percuteris et differris ad penam. Dure et ille dilatus est et decem plagas non quasi ab irato deo sed quasi a patre commonente sustinuit donec in profundum acta penitencia populum quem dimiserat per deserta sequeretur et ingredi auderet maria per que uel sola doceri potuit timori habendum eum cui eciam clementa seruiunt dixerat ille non noui dominum neque dimitto israel. Quem tu imitans loqueris visio quam hic videt in dies longos est dominus et in tempora longa ille propheta propter quod dicit idem propheta hec dicit adonay dominus non prolongabuntur amplius omnes sermones mei quoscumque loquor quia loquar verbum et faciam. Sed dauid de impiis et de scelestis quorum tu non pars modica sed princeps es quod seculi felicitate fruerentur et dicerent quomodo cognouit deus. Et si est sciencia in excelso. Ecce ipsi peccatores et habundantes in seculo optinuerunt diuicias. pene lapso pede et fluctuanti vestigio causabatur dicens ergo sine causa iustificaui cor meum et laui inter innocentes manus meas. Permiserat enim quia emulatus sum super iniqua agentes pacem peccatorum uidens quia

b

non est respectus in morte eorum et solida plaga in flagella eorum in laboribus hominum non sunt et cum hominibus non flagellabuntur. propterea tenuit eos superbia operti sunt iniquitate et impietate

sua Egreditur

sua. Egredietur sicut ex adipe iniqui-
tas eorum. transierunt in affectum cor-
dis. Cogitaverunt et locuti sunt mala.
iniquitatem in excelsum locuti sunt
posuerunt in celum os suum et ling-
ua eorum pertransiit super terram. Nonne
tibi videtur de te omnis psalmus
esse compositus. Vegeto quippe
es corpore et novus antixpi apostolus
etiam in una notus fueris civitate
transgrederis maliciam. Non indi-
ges sumptibus non plaga forti per-
cuteris. et ceteri hominibus qui non
sunt ut tu irrationabilia iumenta
corripi non mereris. propterea e-
latus es in superbiam et vestimentum
tuum fedat luxuria. et quasi ex sar-
gina pingui et quodam adipe
eructans verba mortifera Non
te respicis esse moriturum. nec um-
quam post exemplatam libidinem
penitencia remorderis Transisti in af-
fectum cordis et ne tibi solus vide-
aris errasse simulas nefanda de
servis dei. Nesciens quod iniquitatem
in altum loquaris et ponas in celum
os tuum. Nec mirum si a te qualescumque
servi domini blasphementur cum patrem
familias beelzebub vocaverunt
patres tui. Non discipulus super magistrum
nec servus super dominum suum. Si illi in
viridi ligno tanta fecerunt tu in
me arido ligno quid facturus es
Tale quid et in malachia plebs
scandalizata cedentium de ore tuo
loquebatur. dixerunt vanus est
qui servit deo. Et quid plus quia
custodivimus mandata eius et
quia ivimus supplicantes ante faciem
domini omnipotentis. et nunc nos bea-
tos dicimus alienos. Reedificantur
omnes qui faciunt iniqua. adversa-
ti sunt deo et salvi facti sunt. Quibus
postea diem iudicii dominus comminatur
et quid inter iustum et iniustum fu-
turum sit. multo ante pronuncias ait. Et
convertimini et videbitis quid sit
inter iustum et inter servientem domino
et non servientem domino. Hec tibi ridi-
cula forte videantur et qui tre-
dis et lyricis scriptoribus et mimis
filisticis delectaris. quia nec
ista tibi quidem penitencia cordis hebe-
tudine intelligenda concesserit
prophetarum verba contempnas. Sed
respondebit amos. et in tribus et
in quatuor impietatibus non aver-
sabor eum dicit dominus. Quomodo enim da-
mascus. gaza. tyrus. et ydumea
amanite et moabite. iuda quoque

et israel sepe ad se dei vaticinio desti-
nato ut agerent aliquando penitenciam
audire contempserunt. ita sic quia
illaturus est dominus causas iustissi-
mas profert dicens. In tribus et in qua-
tuor impietatibus non aversabor
eos. Sceleratum est inquit mala co-
gitata velle perficere et hoc prome-
a misericordia indulsi. Numquid
et opere peccatum implendum fuit. et
mea superbe calcanda clemencia. Ta-
men et post factum quia malo penitenciam
peccatoris quam mortem. non enim sanis
opus habent medico. sed male
habentibus iacenti manum porrigo.
et conspersum in sanguine suo. ut
propriis fletibus lavetur exhortor.
Quod si nec penitenciam vult agere
et fracto naufragio tabulam per quam
salvari poterat non retentat. Co-
gor dicere. Super tribus et quatuor
impietatibus non adversabor eum
dicit dominus. Adversionem dicens esse
pro pena. domine sic peccator relinquitur
voluntati. Inde est quod peccata patrum
in tercia et quarta generacione re-
stituet deus non vult statim punire
peccantes sed ignoscens primis postre-
ma condempnat. Alioquin si protinus
scelerum ultor existeret et multos
alios et certe paulum apostolum ecclesie
non haberent. Ezechiel propheta tri-
sus fecimus mentione. dei verbum ad
se factum referens ait aperi os tuum et
manduca que ego tibi dabo et vidi in-
quit. et ecce manus extensa ad me
et in ipsa volumen libri. et revolvit
illud in conspectu meo. et in ipso scrip-
tum erat a facie et retrorsum lamen-
tum et carmen. et ve. prima scriptura ad
te pertinet si tamen volueris agere
penitenciam post delictum. Secunda ad sanctos
qui ad dei canticum provocantur. Non
est enim pulchra laudatio in ore pecca-
toris. Tercia ad tui similes qui despe-
rantes semetipsos tradiderunt se in
mundicie et fornicacioni. et ventri
et his que infra ventrem sunt qui
putant omnia morte finiri. et nichil
esse post mortem et dicunt tempes-
tas si transierit non veniet super nos
Liber ille quem propheta devorat. omnis
series scripturarum est in quibus et penitentes
plangitur. et iustus canitur et male
dicitur desperanti. Nichil ita repugnat
deo quam cor impenitens. Solum enim
est quod veniam consequi non potest. Si
enim ignoscitur post peccatum rogat qui
peccare desistit et ille flectit iudicem
qui rogat impenitentes aut omnis

Primum peccatum velle perficere
secundum dei contemptus in opere
tertium desperare et perseverare

Noli desperare peccator

Clxxvij

a

adiracundiam prouocat meditantem
solum de speratiom̄s remē est quod
mederi nequeat / porro ut scias de=
um cotidie peccores ad pn̄iam prouo=
care qui si rigide ꝑstiterint declemē
te cū seuerꝫ et trucem facit. Audi
ysaie verba dicentis / Et vocauit illū
in die illa ad fletum et planctum
magnū et decaluatione ciliciorum
ipsi vero fecerūt leticiam et exulta
tionem mactantes vitulos et immo
lantes oues ut comederent carnes
et biberent vinū dicentes manduce9
et bibamus. cras em̄ moriemur.
post quas voces et ꝑdite mentis au
daciam. scriptura cōmemorat dicens
Et reuelata sūt hec in auribus dn̄i
sabaoth. Nō remittē nobis pecca//
tum hoc donec moriamini. Si ei
pcc̄o mortui fuerīt tūc eis remittē
peccatum. Quod quā diu in pcc̄o vix
erint nō dimittitur parce queso
anime tue. Crede dei futurū esse iu
diciū. Recordare aquo epo epc dy//
aconus ordinatus sis Nec mirum
quius scīt hominem tam in hōie
eligendo potuisse falli / cū et deus
peniteat quod saul in regem vnx^t
et in duodecim aplis iudas proditor
sit repertus et quondam de ordine
ciū hominibus nicholaus antioce
nus in nūdiciarꝫ omī et neophytarꝫ
hereseos auctor extitisse referatur
Non tibi illa nūc replico quod ples
v̄gines violasse narreris quod a
te nobiliū violata matrimonia pu
blico cesa sint gladio qd lupanaria
impurus et elluo circuiisti mag//
na quippe ista sūt pondere suo
sed fiūt eorum que in latu rursū
comparatione leuiora. Rogo quātū
crīme est vbi stuprum et adulteriū
parum est. Infelicissime mortaliū
tu speluncam illam in qua dei filius
natus est et veritas de terra orta e
et terra dedit fructū suū de stupro con//
dicturus ingredieris Non times
ne de p̄sepe infans vagiat. ne pu
erpera v̄go te videat / ne mater
dn̄i contempletur. Angeli clamat
pastores currūt stella desup ruti//
lat. magi adorant herodes terre
tur / Jerosolima conturbatur et tu
cubiculum v̄ginis v̄ginem decep
turus irrepis. Paueo miser et
tota mente cum corpore perresco
ponere tibi uolens ante oculos tu
os opus tuū. Tota ecclīa noctinis
vigilys xp̄m dn̄m ꝑsonabant et in
diuersarum gentiū linguis vnū i

laudibus dei sp̄m concinebat. tu
inter hostia quedam ꝑsepis dn̄i nūc
amatorias eplas fulciebas quas
postea illa miserabilis quasi flexo
adoratura genu inveniret et le
geret Et stabas deinceps in choro
psallentiū et impudicas nutibus
loquebaris / pro nephas nō possū
vltra progredi / prorumpūt lacrime
antequā v̄ba et indignatione
pariter at dolore in ipso meatu fau
ciū spiritus coartatur vbi mare
illud eloquencie tulliane / vbi tor
rens fluminis demostenis Nunc
profecto muti essetis ambo et vra
lingua torpesceret. Inuenta est res
quā nulla eloquencia explicare
queat repertum e. facinus quod nec
mimus fingere. nec scurra lude
nec attelanus possit affari. Moris
est in syrys et egiptiis monasterys
ut tam v̄go quam vidua que se
deo vouerint et sclo renunciantes
om̄s delicias scli conculcarint crīne
monasteriorꝫ matribus offerant de
secandum nō intecto postea cont^r
apli voluntatem incessure capite
sed ligato pariter. at uelato Nec
hoc quisquam pter tondentes no
uit et tonsas. nisi quod ab om̄ibus
fit pene nescitur ab omnibus hoc
autem duplicem ob causam de9sue
tudine versum est in naturam vel
quia lauacrum nō adeunt uel quia
oleum nec capite. nec ore norunt
ne aput animalibus que inter cute
et crinem gigni solent / et conine
tis sordibus opprimantur videa9
igitur tu vir bone inter ista quid fe
ceris / futuro matrimonio in speluū
ca venerabili quasi quosdam ob
sides accipis capillos sudariola
infelicis et cingulū dotale pign9
deportas. Iuras ei te nullam si
militer amaturꝫ. deinde curris ad
pastorū locum et angelorum de
sup strepitu concinente / eadem
verba testaris Nichil dico amplius
quam osculaturus quod amplexu9
sis. Totum quidem de te credi pot
Sed veneracio ꝑsepis et campi
nō me sinit plus dicere quā te
voluntate tm̄ et animo corruisse.
Miser none quando in spelunca
cū virgine stare cepisti caligauerīt
oculi tui / lingua torpuit conciderīt
brachia pectus intremuit. nutauit
incessus / post apli petri basilicā
in qua x^i flammeo consecrata est p9
trinas et resurrectionis et ascensionis

[Marginal notes:]

vel et vocauit i quit dn̄s in die illa

gluto cupid9

b

cofabulatus

c

si affuisset nō possetis loqui de hoc facinore

sudario velo

diuina sacramenta in quibus rursum sacri monasterii victuram se spoponderat audes crimen arripere et totis noctibus dormitoria que xpo ministraverat in spelunca. Deinde a vespere usque ad mane fenestre illius adsidens et quia propter altitudinem herere vobis cominus non licebat per funiculum vel accipiebatis aliquid vel remittebatis. Unde quanta diligencia domini fuit ut nunquam domini virginem nisi in ecclesia videres. Et cum talem utrique habueritis voluntatem nisi per fenestram nocte facultas vobis non fuerit colloquendi. Oriebatur tibi ut postea didici sol in vultu. Exsanguis mirabaris pallidus ut suspicionem omnem tolleres evangelium xpi quasi diaconus lectitabas. Nos pallorem ieiunii putabamus et exsanguem contra institutum ac morem tuum quasi confectum vigiliis mirabamur. Iam tibi et scale per quas deponeres miseram parabantur. Iam fuit dispositum ducere navigia conducta dies fuge animo pertractata. Et ecce angelus ille cubiculi Marie iam tutor cunarum domini custos et infantis xpi gerulus coram quo tanta faciebas ipse te prodidit. O funestos oculos meos o diem illam omni maledictione dignissimam in qua epistolas tuas quas huiusque retinemus consternata mente legi. Que tibi turpitudines que blandities quanta de conducto stupro exultatio. Hoc ne diaconum non dicam loqui sed scire potuisse. Ubi miser ista didicisti qui in ecclesia te nutritum iactabas. Nisi quod in eisdem epistolis iuras te nunquam pudicum fuisse diaconum. Si negare volueris manus tua te redarguet ipsi apices proclamabant. Habeo igitur luctum sceleris non possum tibi ingerere quod scripsisti. Iaces itaque advolutus genibus meis et miseram ut tuis verbis utar sanguinis deprecatus es et ego miserrimus neglecto iudicio dei. Ne tu quasi vindicem times ignosci fateor. Quid enim tibi aliud possum facere. Xpianum hortatus sum ut ageres penitentiam et in luctu et tenebris voluntarius in solitudine perires vel venires in monasterium ut dei misericordiam lacrimis impetrares. At tu bone spei columen sortitus stimulis flammatus factus es michi inimicus pro remedio et contra me contitionem fragilitas iactas. Inimicus factus sum vera dicens. Non doleo de maledictis.

Quis enim nesciat nichil nisi flagiciosum tuo ore laudari. Hoc plango quod tu ipse non plangis quod tu non sentis mortuum. Quod quasi gladiator paratus libidini in proprium funus ornaris. Dentes pulsos veteres radios incumbenti calvariam digeris capillos cauma terrix tous adipes intumescens nec quia fracta est inclinatur. Super hec unguentis flagrans mutas balneas et contra renascentes pilos pugnas. Per forum atque plateas nitidus et politus amator incedis. Facies meretricis facta est tibi nescis erubescere. Convertere miser ad dominum ut ad te deus convertatur. Age penitentiam ut et ille agat penitentiam super omnibus que locutus est malis ut faceret tibi. Quid neglecto vulnere propter alios inferis infamare. Quod me bene tibi et sedule consulentem quasi freneticus morsu laceras. Esto ego flagitiosus sum ut vulgo iactitas saltem mecum age penitentiam. Criminosus sis ut simulas mutare lacrimas criminosi. Num peccata mea virtutes tue sunt. An malorum tuorum putas solatium si multos tui similes habeas. Fluant paululum de oculis lacrime mee sericum et lintiamina quibus tibi videris fulgidus et formosus intelligam te nudum consutis sordidum mendicantem. Nunquam est sera penitentia. Quamvis de Iero soli. mis descenderis et in itinere vulneratus sis est ille tuus samaritanus qui impositum iumento curandum ad stabulum referat. Sed si mortuus iaceas in sepulcro et fetente dominus suscitavit. Imitare saltem cecos illos propter quos salvator dimittens domum suam et hereditatem suam Iericho venit. Sedentibus in tenebris et umbra mortis lux orta est. Qui postquam preterire dominum cognovissent ceperunt clamare dicentes fili David miserere mei. Poteris et tu videre si clamaveris et ad adventum abeo sordida vestimenta proicias. Cum conversus ingemueris tunc salvus eris et tunc scies ubi fueris. Tangat modo tua tenebras protractet luminum quondam tuorum vestigia licet ab utero sit genitus sis et in delictis concepit te mater tua asperget ysopo et mundaberis lavabit te et super nivem dealbaberis. Quid in curvus terre heres et totus in cono iaces. Illa quam decem et octo annis sathanas ligaverat postquam a salvatore curata est

celum erecta suspexit. Quid ad cayn dam
est tibi dam puta. peccasti quiesce.
Quid longius recedis a facie dei et
habitas contra naid / Quid totius in
salo fluctuas nec status super petram
pedem tuum : Caueas ne te finees cum
madianite fornicante sero asta con
figat Quid plus quam thamar vir
ginem frater et consangueneus polluis
ti. versus in bessalon occidere cum
cupis qui te rebellantem plangit et
mortuum. Clamat contra te sanguis
nabuthe et vinea israel. hoc est sennis
dei et hortus voluptatum que in
lasciuie olera conuertisti. dignam
de te ultionem reposcit. Mittitur tibi
helias tormenta et interitum minans
inarruare et sacco vestire paulisper
et de te poterit dicere deus vidisti
quia reueritus achab fuerit a facie
mea Non super ducam maliciam in di
ebus eius. Sed forte blandiris tibi
quod a tali episcopo diaconus ordinatus
es Jam ut supius dixi nec patrem
pro filio nec filium pro patre punire
vult dominus Anima enim que peccauit
ipsa morietur Et samuhel habuit fili
os qui recesserunt a timore dei et a
bierunt post auariciam et iniquita
tem. et heli sacerdos sanctus fuit / sed
habuit filios qui ut in hebreorum vo
luminibus fornicabantur cum mulie
ribus in tabernaculo dei et in simi
litudinem tui impudenter sibi dei mi
nisterium vendicabant vnde et locus
ipse tabernaculi subuersus est et propter vi
cia sacerdotum dei sanctuarium destitutum
est Quamquam et ipse hely / dum est ni
mium lenis in filios offendit deum
Tantumque habet te episcopi tui iusticia
liberare. ut timendum sit ne propter te de
solio suo corruens pereat insanabilis
Ozias leuitas. arcam domini portare ipse
debuerat quia currentem sustitare vo
luit percussus est. Quid de te futurum pu
tas Qui stantem archam domini precipi
tare conatus es. Quanto episcopus qui
te ordinauit probabilis est tanto
tu amplius detestandus es. qui talem
hominem fefellisti. Dolemus mala
domus nostre scire nouissime ac liberum
et coniugum vitia vicinis canentibus
ignorare. Flouerat te vniuersa italia
omnis italia vniuersi ante altare christi
stare ingemescebant. nec tu tam
callidus eras ut prudenter tua vitia
celares Sic estuabas sic subantem
et lasciuientem / hunc atque illuc rapie
bat voluptas. ut quasi quosdam
triumphos palmasque victorum ageres

de expletis libidinibus. denique inter gla
dios barbari. et barbari mariti poten
tis excubias impudicitie flamma te
rapuit. non timuisti in illa domo. a
dulterium facere / in qua sine iudice
lesus vir te poterat occidere / diceris
ad hortulos ad suburbana pertraheris
tam libere. et insane te agis. ut ab
sente marito / vxorem te putes hre
non adulteram. vnde per quosdam cu
niculos dum illa tenetur e campis
Roma occultus ingrederis / latitas
inter sammites latrones et ad primum
mariti nuncium quod quasi nouus ti
bi ex alpibus Anibal descendisset
nauigio te credis in tanto fluctu: tan
te fuge celeritas fuit / ut tempesta
tem terra diceres tuciorem. Venisti
ut cumque syriam. Inde te uelle ihero
solimam transcendere et seruiturum
domino pollicebaris. Quis non susciperet
eum qui se monachum promittebas
presertim ignorans tragedias tuas
episcopi tui commendaticias ad ceteros
sacerdotes epistolas legens. Tu autem
infelix transfigurabas te in angelum
lucis et ministrum sathane minis
trum iusticie simulabas. Sub vesti
tu ouium latebas lupus Et post adul
terium hominis adulterium christi esse cupie
bas Et hec idcirco ut totam tibi sce
nam operum tuorum quasi in breui de
pingerem tabella / et gesta tua an
oculos ponerem ne iniquam domini nimi
amque clemenciam materiam estimes
delictorum rursus crucifigens tibi
metipsi filium dei / et ostentui habens
et non legens illud quod sequitur
Terra enim veniuetem sepe super se bibens
imbrem et generans herbam opor
tunam illis a quibus colitur accipit
benedictionem a domino proferens autem
spinas et tribulos / reproba est. et ma
ledictioni proxima cuius consumatio
in conbustionem Jeronimus ad Julia
num dyaconum Aquilegie rescripta de

ANtiquus [poscens]
sermo est
mendaces facere ut nec
vera dicentibus credatur.
Quod mihi ego a te ob
iurgatus de silentio iram
accidisse videor. dicam. sepe scripsi
sed negligentia baiulorum fuit. Re
spondebis omnem non scribencium vetus is
ta excusacio est / dicam. Non reperi
qui epistolas ferret. dices hinc illinc isse
quamplurimos Contendam Me eciam
his dedisse. At illi quia non reddiderit
negabunt / et erit inter absentes incerta

de filiis samuelis

ozia

d

c

.A.I.

Clxxv

a

incta cogmtas. Quod igitur faciam? Si
ne culpa veniam postulabo. Rectius
arbitrans pacem loco motus petere
quam equo gradu certamina concita
re. Quamquam ita me iugis tam corpore
egrotacio quam anime egritudo consump
sit, ut morte imminente nec mei pe
ne memor fuerim. Quod ne falsum
putes oratorio more post argumen
ta testes vocabo. Sanctus frater Heliodo
rus hic affuit, qui cum mecum he
remum vellet incolere, meis sceleri
bus fugatus abscessit. Verum omnem cul
pam presens verbositas excusavit. Nam
ut ait Flaccus in satira: omnibus hoc
vicium cantoribus inter amicos rogati
ut nunquam cantent, iussi nunquam de
sistant. Ita te deinceps fascibus obru
am litterarum, ut e contrario incipias
rogare ne scribam. Sororem filiam
in Christo tuam gaudeo te primum nunciante
meo permanere quo cepit. Hic enim v
bi nunc sum non solum quid agatur
in patria, sed an ipsa patria perstet igno
ro. Et licet me sinistro hiberica excé
trarum ore dilaniet, non timebo hominum
iudicium, habiturus iudicem meum. Si
fractus inlabatur orbis, impavidum
ferient ruine. Quapropter queso ut a
postoli memor precepti quo docet opus
manens permanere debere et tibi ad no
vum millius salute pares et me de
communi in Christo gloria crebris reddas ser
monibus leciorem. Jeronimus ad nice
am ypodiaconum aquilegie provocans
ad scribendum.

Turpilius comicus trac
tans de vicissitudine lit
terarum: Sola, inquit, res
est que homines absentes
presentes facit. Nec
falsam dedit quam in se noverat
sentenciam. Quid est enim ut ita dicam tam
presens inter absentes quam per epistolas et allo
qui et audire quos diligas? Nam et
rudes illi Italie homines quos cassos
ennius appellat, qui sibi ut rethoricis
cicero ait victum ferro victum requi
rebant, ante carte et membranarum
usum aut in dolatis ex ligno codi
cellis aut in corticibus arborum mu
tua epistolarum alloquia missitabant.
Unde et portitores earum tabellari
os et scriptores a libris arborum libra
rios vocavere. Quanto igitur ex
politur artibus mundus, id non debemus
obmittere quod sibi prestiterunt apud
quos erat cruda rusticitas et qui hu
manitatem quodammodo nesciebat.
Ecce beatus Cromatius cum sancto Euse

bio non plus natura quam morum sibi
equalitate germanum litterario me provo
cavit officio. Tu modo a nobis abiens
recentem amiciciam scindis potius
quam dissuis. Quod prudenter Helize
us vetat. Nisi forte ita tibi exosus est
oriens ut litteras quoque tuas huc
venire formides. Expergiscere et vigi
la de sompno. Presta unam carte sce
dulam caritatis. Inter delicias patrie
et communis quam habuimus peregrina
cionis aliquando suspira. Si amas scri
be. Si irasceris iratus licet scribe.
Magnum et hoc desiderii habebo sola
men si amici litteras vel indignantis
accipiam. Epistola sancti Jeronimi ad rus
ticum monachum de vita monachi
vel de superandis et mundi istius ille
cebris fugiendis et est talis etc.

Nichil est christiano
felicius, cui promittitur
regna celorum. Nichil
laboriosius, qui cotidi
e de vita periclitatur. Nichil
fortius, qui vincit diabolum. Nichil
inbecillius, qui a carne superatur. V
triusque rei exempla sunt plurima.
Latro credidit in cruce, et statim me
ruit audire: Amen amen dico tibi hodie
mecum eris in paradiso. Judas
de apostolatus fastigio in prodicionis
tartarum labitur. Et nec familiari
tate convivii nec intinctione buccelle
nec osculi gratia frangitur, ne quasi
hominem tradat quem filium dei no
verat. Quid samaritana vilius?
Non solum ipsa credidit, et post sex
viros unum invenit dominum, messiam
que cognoscit ad fontem, quem in tem
plo iudeorum populus ignorabat, sed
auctor sit multorum salutis. Et apostolis
ementibus cibos esurientem reficit
lassumque sustentat. Quis Salomone
sapiencius? Et tamen infatuatur a
moribus feminarum. Bonum est sal
nullumque sacrificium absque huius expersione
suscipitur. Unde et apostolus precipit: Sermo
vester sit sale conditus. Quod si infa
tuetur, foris proicitur intantumque per
dit nominis dignitatem ut ne in ster
quilinio quidem utile sit, quo solent
credencium arva condiri et sterile
animarum solum pinguescere. Hec
dicimus ut primum te fili Rustice fronte
doceamus magna cepisse et excel
sa sectari, et adolescencie immo pu
bertatis incentiva calcantem perfecte
quidem etatis gradum scandere,
sed lubricum iter esse per quod ingrederis.

fortis est ille qui carnis sue inbecillitatem vincit

Nec tantum sequi gl'aro post victoriā
quātū ignominiam post ruinam No
michi nūc pro virtuti prata ducendꝰ
est riuulus. nec laborandum ut os
tendam tibi variorū pulchritudine
florum quid in se lilia habent puri
tatis. Quid rosarum verecundia
possideat quid viole purpura pmit
tat in regno quid rutilantiū spon
deat pictura gemmarum Iam enī
ppicio dn̄o stiua tenes. iam in tectu
atq̄ solariū cū petro ap̄lo conscendis
ti. qui esuriens in iudeis / cornelij sa
turatur fide et famē incredulitatis
eorum gentiū conuersione restringit
Atq̄ in vase euangeliorum quadranglo
quod de celo descendit ad fras docet
et dicit. om̄s homines posse saluari
Rursumq̄ quod viderat in specie
candidissimi linteaminis in supna
transfertur et credentiū turbā de
terris in celum rapit ut pollicitatio
dn̄i compleatur. Beati mūdo corde
quia ipi deum videbūt Totum qd̄
apphensa manu insinuare tibi cu
pio quod quasi doctus nauta post
multa naufragia rudem conor in
struere vectorem illud est / ut in quo
litore pudicitie pirate sint nouerit
Vt caribdis et radix omī maloꝝ a
uaricia. ubi scille obtrectatorum
canes de quibus ap̄lus loquitur ne
mordentes in vicem mutuo cō sumā
mini. Quomodo in media tran
quillitati securi libicis in fedum via
orum syrtibus obruamur / Quid
venenatorum animaliū desertum
huiꝰ seculi nutriat. Flamigantes sub
rubrum mare in quo optandum
nobis est. ut verus pharao cum
suo mergatur exercitu. Multis diffi
cultatibus ac periculis ad urbem
maximam puenitur utroq̄ litore
gentes vage immo belue habitat
ferocissime. Semper solliciti. semper
armati totius anni vehūt cibaria
latentibus saxis uadisq̄ durissimis
plana sūt omīa / ita ut speculator
et doctor in sūma mali arbore sede
at et inde regende et circūflectēde
nauis dictata pdicat / Felix cursus
est si post sex menses supdicte urbis
portum teneant. A quo se incipiat
aperire occeanus. p quē vix anno
pcetuo ad indiam puenitur et ga
gem fluuiū quem phison sancta
scriptura cognominat qui circuit tot
tam euilath et multa gnā pigmē
torum de padisi dicitur fonte de
uehere ibi nascitur carbunculꝰ

Caribdis dicta q' gurgitibꝰ occultis naues obsorbeat et est mare verticosum
Scille canes dicti ob rapacitate et humanitate cuiusdam femine q̄ canibꝰ succincta fabule ferunt
Sirtes sūt loca arenosa in mari dicti a tractu q' naues ad se trahat

Clxxx

a.

pirate sp[illegible] dones ma[illegible] cuius admo[illegible] dia [illegible] [illegible] qd probat dicti

et zmaragdus et margarita cande
tia et uniones quibus nobiliū fe
minarum ardet ambicio Montes
q̄ aurei quos adire ppt dracones
et griphas et inmensorum corpoꝝ
monstra hominibus impossibile ē
ut ostendatur nobis quales custo
des habeat auaricia Quorsum
ista psp̄icuū est Si negociatores
seculi tanta sustinent ut ad incertas
pueniant peruenias q̄ diuicias et ser
uant cū anime discrimine que mul
tis periculis quesierūt quid xp̄i nego
ciatori faciendū ē qui venditis omībꝰ
querit preciosissimam margaritam

b

qui totis substancie sue opibꝰ emit agrū
in quo reperiat thezaurū quē nec
fur effodere nec latro possit auferre.
Scio me offensurū esse quā plurimos q̄
gnālem de viciis disputacionem
in sua referūt contumeliam et dum m̄
irascitur. suam indicat consciencia
multoq̄ peius de se quā de me iudicat
Ego enī neminem nominabo nec veter
comedie licencia certas psonas eli
gam atq̄ pstringam / prudentis viri
est ad prudentiū feminaꝝ dissimulac
immo emendare quod in se intelligat
et indignari sibi magis quā michi
nec in monitore maledicta congere
qui et si in isdem teneat̄ criminibus certe
in eo melior est quod sua ei mala nō
placeant. Audio religiosam habere
te hic matrem multū annoꝝ viduam
que aluit. que erudiuit infantem
et post studia galliaꝝ que veluti flo
rentissima sūt misit roma / nō parces
sumptibus. et absenciam filij spe sustinens
futuroꝝ. ut ubi ubertatem gallicam
nitoremq̄ sermonis grauitas roma
condiret nec calcaribꝰ in te sed frenis
uteretur. Quod et in disertissimis vi
ri viris grecie legimꝰ qui asianū
tumorem attico siccabant sale / et
luxuriantes flagellis vineas. falcibꝰ
reprimebant ut eloquentie torcula
ria nō verborum pampinis sed sensuū
quasi uuarū expressibus redundarent
Hanc tu suscipe ut parentem ama
ut magistram venerare ut sanctam nec
alioꝝ imiteris exemplum qui relī
quūt suas et alienas appetunt. quo

c

rum dedecus in ppatulo est / sub no
minibus pietatis quērunt suspecta
consorcia Noui ego quasdam iam
maturioris etatis et plerasq̄ generis
libertini adolescentibꝰ delectari et fi
lios querere spūales / paulatimq̄ pu
dore supato pficta matrum nomina
erūpere in licenciam maritalem. Alij

sorores virgines deserunt et extraneis virginibus copulantur. Sunt que oderunt suos et non suorum palpant affectu. Quarum impacientia index animi nulla recipit excusacionem et cassa pudicicie velamenta quasi aranearum fila disrumpit. Videas nonnullos accinctis renibus pulla tunica barba prolixa a mulieribus non posse discedere sub eodem manere tecto simul inire convivia ancillas iuvenes habere ministerio et preter vocabula nupciarum omnia esse matrimonia. Sed hec culpa est non nominis christiani si simulator religionis in vicio sit. Quin immo confusio gentilium cum ea videant ecclesiis displicere que hominibus bonis non placent. Tu vero si monachus esse vis non videri habeto curam non rei familiaris tui renunciando hoc esse cepisti sed anime tue. Sordes vestium candide mentis indicio sint. Vilis tunica contemptum seculi probet. Ita dumtaxat ne animus tumeat ne habitus sermoque dissentiat. Balnearum fomenta non queras qui calorem corporis ieiuniorum cupis frigore extinguere. Et ipsa moderata sint ne nimia debilitent stomachum et maiorem refectionem poscencia erumpant in cruditatem que parens libidinum est. Modicus ac temperatus cibus et carni et anime utilis est. Matrem ita vide ne per illam alias videre cogaris quarum vultus cordi tuo hereant et tacitum vivat sub pectore vulnus. Ancillulas que illi in obsequio sunt tibi scias esse in insidiis. Quanto vilior earum condicio tanto facilior ruina est. Et sanctus Johannes baptista sanctam matrem habuit pontificisque filius erat et tamen nec matris affectu nec patris opibus vincebatur ne in domo parentum sub periculo viveret castitatis. Vivebat in heremo et oculis desiderantibus Christum nichil aliud dignabatur aspicere. Vestis aspera zona pellicea cibus locuste mel quoque silvestre omnia virtuti et continencie preparat. Filii prophetarum quos monachos in veteri legimus testamento edificabant sibi casulas prope fluenta Iordanis et turbis et urbibus derelictis polenta et herbis agrestibus victitabant. Quamdiu in patria tua es habeto cellulam pro paradiso varia scripturarum poma decerpe. His utere deliciis harum fruere complexu. Si scandalizat te oculus pes manus tua proice ea. Nulli parcas ut soli parcas anime tue. Qui viderit mulierem ad concupiscendum iam mechatus est eam in corde suo. Quis gloriabitur castum se habere cor. Astra non sunt munda in conspectu domini quanto magis homines quorum vita temptatio est. Ve nobis qui quotiens concupiscimus totiens fornicamur. Inebriatus est inquit dominus gladius meus in celo. Multo amplius in terra que spinas et tribulos generat. Vas electionis in cuius ore Christus resonat macerat corpus suum et subicit servituti. Et tamen cernit naturalem carnis ardorem sue repugnare sentencie ut quod non vult hoc agere compellatur et quasi vim paciens vociferatur et dicit: Miser ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius. Et tu ne arbitraris absque lapsu et vulnere posse transire nisi omni custodia servaveris cor tuum. Et cum salvatore dixeris: Mater mea et fratres mei hii sunt qui faciunt voluntatem patris mei qui in celis est. Crudelitas ista pietas est. Immo quid tam pium quam sancte matri sanctum filium custodire. Optat et illa te vivere non videre ad tempus sed ut semper cum Christo videat. Anna Samuhelem non sibi sed tabernaculo genuit. Filii Ionadab qui vinum et siceram non bibebant qui habitabant in tentoriis et quia nox compulerat sedes habebant scribuntur in psalmo quod primi captivitatem sustinuerint qui ab exercitu Caldeorum vastante Iudeam urbes introire compulsi sunt. Viderint quid alii senciant unusquisque enim in suo sensu ducitur. Michi oppidum carcer et solitudo paradisus est. Quid desideramus urbium frequenciam qui de singularitate censemur. Moises ut preesset populo Iudeorum xl annis eruditur in heremo. Pastor ovium hominum factus est pastor. Apostoli de piscacione lacus Genesar ad piscacionem hominum transierunt. Qui tunc habebant patrem rete naviculam secuti dominum protinus omnia reliquerunt portantes cotidie crucem suam et ne virgam quidem in manu habentes. Hoc dico ut eciam si titillat te desiderium clericatus discas quod possis docere et racionales hostias offeras Christo. Ne miles antequam tyro ne prius magister sis antequam discipulus. Non est humilitatis mee neque mensure iudicare de ceteris et de ministris ecclesiarum sinistrum quippiam dicere. Habeant illi ordinem et gradum suum. Quem si tenueris quomodo tibi in eo

clxxxi
a

b

viuendū sit editus ad nepocianū
liber te poterit edocere. Nunc monachi
incunabula moresque discutimus eius
monachi qui liberalibus studijs eru-
ditus in adolescencia iugum xpi col-
lo suo imposuit. Primumque tractandū
est utrum solus an cum alijs in mo-
nasterio uiuere debeas. Michi placet
ut habeas sanctorum contuberniū
nec ipse te doceas et absque doctore
ingrediaris viam quam nunquam ingressus
es statimque tibi in partem alteram de-
clinandū sit et errori pateas. Non
plus aut minus ambules quam necesse
est ne currens lasseris moras que faciens
obdormias. In solitudine cito subrepit
superbia et si parumper ieiunauerit ho-
minemque non viderit putat se alicuius
esse momenti. oblitusque sui unde quo
uenerit intus corde foris lingua va-
gatur. Judicat contra apostoli volunta-
tem alienos seruos. Quod gula po-
poscerit porrigit manus dormit quan-
tum uoluerit facit quod voluerit
nullū veretur. Omnes se inferiores
putant. Crebrius que in urbibus quam
in cella est et inter fratres simulat verecun-
diam qui platearum collidit turbis.
Quid igitur? Solitariam vitam rep-
hendimus? Minime quippe quam sepe
laudauimus. Sed de ludo huiuscemodi
monasteriorum uolumus egredi mili-
tes quos heremi dura rudimenta
non terreant qui specimen conuersati-
onis sue multo tempore dederunt. qui
omnium fuerint minimi ut primi omnium fi-
erent quos nec esuries nec saturitas
aliquando superauit. qui paupertate letantur
quorum habitus sermo uultus incessus
doctrina virtutum est. Qui nesciunt secundum
quosdam ineptos homines demonum
pugnancium contra se portenta confin-
gere ut apud imperitos et vulgi ho-
mines miraculum sui faciant ut ex-
inde sectentur lucra. Vidimus nuper
et planximus crosi opes vnius morte
deprehensas. urbisque stipes quasi in
usus pauperum congregatas. stirpi
et posteris derelictas. Tunc ferrum quod
latebat in profundo supernatauit a-
que et inter palmarum arbores mirre
amaritudo monstrata est. Nec mirum.
Talem et socium habuit et magistrum
atque egencium fames suas facit esse
diuicias et miseris derelicta in suam
miseriam tenuit. Quorum clamor
tandem peruenit ad celum. ut pacien-
tissimas vicit aures. Ut missus angelus
pessimus nabal carmelo diceret
Stulte hac nocte auferent animam

tuam a te que autem preparasti cuius erunt.
Volo ergo te et propter causas quas super
exposuimus non habitare cum matre
et precipue ne aut offerentem deli-
catos cibos renuendo contristes. Aut
si acceperis oleum igni adicias et inter fre-
quenciam puellarum per diem vidas
quod noctibus cogites. Nunquam de
manu et oculis tuis liber psalterij
discedat ad verbum. Oracio sine inter-
missione vigil sensus nec uanis co-
gitacionibus patens corpus pariter
cum animus que tendatur ad dominum ira-
uince pacientia. Ama scienciam scrip-
turarum et carnis vicia non amabis.
Nec vacet mens tua varijs perturbaci-
onibus. Que si pectori insederit do-
minabuntur tui et te deducent ad
delictum maximū. Facito aliquid ope-
ris ut semper diabolus inueniat te
occupatum. Si apostoli habentes potestatem
de euangelio viuere laborant mani-
bus suis neque grauarent et alijs
prebebant refrigeria quorum pro spi-
ritualibus debebant metere carna-
lia. Cur tu in usus tuos cessura
non prepares. uel fiscellam texe iunco
uel canistrum lentis flecte vimini-
bus. Soratur humus areole equo limi-
te diuidantur. In quibus cum holerum
iacta fuerint semina. uel plante
per ordinem posite aque ducantur
irrigue ut pulcherrimorum versuum spec-
tator assistas. Ecce supercilio cliuosi
tramitis vndam elicit. Illa cadens
raucum per leuia murmur saxa ciet sta
tebris. Arencia temperat arua. Inse-
rantur infructuose arbores uel gem-
mis uel surculis ut paruo post tempore
laboris tui dulcia poma decerpas.
apium fabricare aluearia ad quas
te mittunt salomonis prouerbia et
monasteriorum ordinem egregiam discam
ppliciam in paruis disce corporibus.
Texantur et lina capiendis piscibus
scribantur et libri et ut manus operetur
cibos et anima lectione saturetur.
In desiderijs est omnis ociosus. Egipci-
orum monasteria hunc morem tenent
ut nullum absque opere ac labore susci-
piant non tam propter victus necessaria quam
propter anime salutem ne vagantur per
inercosis cogitacionibus et instar for-
nicantis ierusalem omni transeunti diuari-
cent pedes suos. Dum essem iuuenis
et solitudinis me deserta uallarent
incentiua viciorum ardoremque nature
ferre non poteram. Que cum crebris ie-
iunijs frangerem mens tamen hijs
cogitacionibus estuabat. Ad quam

edomandam cuidam fri qui ex ebreis
crediderat me in disciplinam dedi ut
post quintilliani acumina ciceronisque
fluuios grauitatemque frontonis et
leuitatem plinii alphabetum dis-
cerem stridencia hanelanciaque v'-
ba tessauerim et contentione dis-
cendi rursus inceperim testis est co-
sciencia tam mea qui passus sum
quam eorum qui mecum duxere vi-
tam. Et gras ago domino qd de ama-
rissimo semine litterarum dulces fructus ca-
pio dicam et aliud. quod in egipto
viderim Grecus adolescens erat in
cenobio qui nulla abstinencia nulla
opis magnitudine flamam poterat
carnis extinguere. Hunc periclitantem
pater monasterii hac arte seruauit
Imperat cuidam viro graui ut iurgi-
is atque conuiciis insectaretur hominem
et post irrogatam iniuriam primus
veniret ad querimonias vocati tes-
tes pro eo loquebantur qui contume-
liam fecerat. Flere ille contra men-
dacium cepit nullus alius credere veri-
tati Solus pater defensionem suam
callide opponere studuit ne habu-
danciori tristicia absorberetur fr.
Quid multa. Ita annus ductus est
Quo expleto interrogatus adolescens
super cogitacionibus pristinis an adhuc
molestie aliquid sustineret Pape in-
quit viuere michi non licet et for-
nicari libet. O si solus fuisset quo
adiutore superasset / philozophi
seculi solent amorem veterem ve-
teri quasi amore nouo quasi clauum
clauo expellere. Quod et assuero
septem principes fecere persarum
ut vasti regine desiderium aliarum
puellarum amore conpescerent Illi vi-
cium vicio peccatum peccato remediantur
nos amore virtutum vicia superemus
declina ait a malo et fac bonum in-
quire pacem et persequere eam Ni-
si oderimus malum bonum amare non
possumus. Quin potius faciendum
est bonum ut declinemus a malo pax
querenda ut bella fugiamus. Nec
sufficit illam querere nisi inuentam
fugientemque omni studio persequa-
mur que exsuperat omnem sensum
in qua habitacio dei est dicente propheta
et factus est in pace locus eius pul-
cre que pacis persecucio dicitur Iuxta
illud apostoli hospitalitatem persequen-
tes ut non leui vsitato sermone et
ut ita loquar summis labiis hospites
inuitemus sed toto mentis ardore
teneamus quasi auferentes secum

de lucro nostro atque compendio Nulla ars
absque magistro discitur. Etiam muta
animalia et ferarum greges ductores
sequuntur suos In apibus principes sunt
Grues vnam sequuntur ordine littera-
to Imperator vnus / iudex vnus pro-
uincie / Roma ut condita est duos
fratres simul reges habere non potuit et
parricidio dedicatur In rebecce vtero
esau et iacob bella gessere Singuli
ecclesiarum episcopi Singuli archipresbiteri Sin-
guli archidiacones et omnis ordo ec-
clesiasticus suis rectoribus nititur In
naui vnus gubernator In domo vnus
dominus In quouis grandi exercitu vnius
signum expectatur et ne plura repli-
cando fastidium legenti faciam per hec
omnia ad illud tendit oracio ut doceam
te non tuo arbitrio dimittendum sed
viuere debere in monasterio sub
vnius disciplina patris consorcioque
multorum Vt ab alio discas humilitatem
ab alio paciam. hic te silencium ille
doceat mansuetudinem Non facias
quod vis Comedas quod iuberis
habeas quod acceperis et quantum
acceperis Quantum acceperis vesti-
aris Operis tui pensum
persoluas Subiciaris cui non vis. lassus ad
stratum venias Ambulans que dor-
mites nec dum expleto sompno sur-
gere compellaris dicas psalmum
in ordine tuo in quo non dulcedo vo-
cis; sed mentis affectus queritur scribente
apostolo psallam spiritu psallam et
mente Et cantantes in cordibus vestris
legerat esse preceptum psallite
sapienter Seruas fratribus hospitum pe-
des laues passus iniuriam taceas
prepositum monasterii timeas ut dominum
diligas ut parentem Credas tibi sa-
lutare quidquid tibi precipit Nec de maio-
ris sentencia iudices cuius officii est obedire
et implere que iussa sunt dicente
moisi Audi israel et tace Tantis ne-
gociis occupatus nullis vacabis
cogitacionibus / et dum ab alio transis
ad aliud opus que succedit operi illud
solum mente retinebis quod agere
conpelleris Vidi ego quosdam qui
postquam renunciauere seculo vesti-
mentis dumtaxat et vocis professione
non rebus. nichil de pristina conuersa-
tione mutarunt Res familiaris ma-
gis aucta quam inminuta Eadem
ministeria seruulorum idem apparatus
conuiuii In vitro et patella fictili
aurum comeditur et inter turbas
et examina ministrorum: nomen sibi ve-
dicant solitarii. Qui uero pauperes

sunt et tenui substantiola videntur
quam sibi saepe pompaticum ferculis simi-
les procedunt ad publicum ut tamen
nam exerceant facundiam. Alii sublatis
in altum humeris et intra se nescio quid
cornicantes stupentibus in terram ocu-
lis tumentia verba trutinantur, ut
si praeconem addideris, putes incedere
praefecturam. Sunt qui humore cellarum
immoderatisque ieiuniis taedio solitudinis
ac nimia lectione dum diebus ac noc-
tibus auribus suis personant vertun-
tur in ΜΕΛΑΓΧΟΛΙΑΝ et ypocratis
magis fomentis quam nostris monitis
indigent. Plerique artibus et nego-
tiationibus pristinis carere non possunt mu-
tatisque nominibus institorum eadem
exercent commercia, non victum et vesti-
tum quod apostolus praecipit sed maiora
quam saeculi homines emolimenta sec-
tantes. Et prius quidem ab aedilibus quos
ΑΓΟΡΑΝΟΜΟΥΣ greci appellant
vendentium coercebatur rabies nec
erat impune peccare. Nunc autem sub reli-
gionis titulo exercentur iniusta com-
pendia et honor nominis christiani frau-
dem magis facit quam patitur. Quodque
pudet dicere sed necesse est ut saltem
sic ad nostrum erubescamus dedecus pu-
blice extendentes manus pannis au-
rum tegitur et contra omnium opinionem
plenis sacculis morimur divites
qui quasi pauperes viximus. Tibi cum
in monasterio fueris haec facere non li-
cebit et molestum fiet paulatim consue-
tudine quod primum cogebaris velle
incipies et delectabit te labor tuus
oblitusque praeteritorum semper priora sec-
taberis nequaquam considerans quid
alii mali faciant sed quid boni tu
facere debeas. Neque vero peccantium
ducaris multitudine et te pereuntium tur-
ba sollicitet ut tacitus cogites. Quid
ergo? omnes peribunt qui in urbibus ha-
bitant? Ecce illi fruuntur suis rebus
ministrant ecclesiis adeunt balneas
unguenta non spernunt et tamen in omnium
flore versantur. Ad quod ante respon-
di et nunc breviter respondebo me
in praesenti opusculo non de clericis dispu-
tare sed monachum instruere. Sancti
sunt clerici et omnium vita laudabilis.
Ita ergo age et vive in monasterio
ut clericus esse merearis ut adoles-
centiam tuam nulla sorde commacules
ut ad altare Christi quasi de talamo
virgo procedas et habeas de foris
bonum testimonium. Feminaeque nomen
tuum noverint vultum tuum nesciant.
Cum ad perfectam aetatem veneris si

tamen vita comes fuerit et te vel po-
pulus vel pontifex civitatis in clericum
elegerint agito quae clerici sunt et in-
ter ipsos sectare meliores quia in omni
conditione et gradu optimis mixta sunt
pessima. Ne ad scribendum cito prosili-
as et levi ducaris insania. Multo tem-
pore disce quod doceas. Nec credas
laudatoribus tuis immo irrisoribus
aurem ne libenter accommodes. Qui
cum te adulationibus foverint et quo-
dammodo impotem mentis effecerint si
subito respexeris aut ciconiarum
deprehendis post te colla curvari aut
manu auriculas agitari asini aut
aestuantem canis protendi linguam.
Nulli detrahas nec in eo te sanctum pu-
tes si ceteros non laceras. Accusamus
saepe quod facimus et contra nosmet-
ipsos diserti in nostra vitia invehimur
muti de eloquentibus iudicantes. Tes-
tudineo grunnius incedebat ad loquen-
dum gradu et per intervalla quaedam
vix pauca verba carpebat ut eum pu-
tares singultire non proloqui. Et tamen
cum mensa posita librorum exposuisset
struem adducto supercilio contractisque
naribus ac fronte rugata duobus
digitulis concrepabat. Hoc signo
ad audiendum discipulos provocans.
Tunc nugas meras fundere et adversum
singulos declamare. Criticum diceres
esse longinum censoriumque romanae
facundiae notare quos vellet et de se-
natu doctorum excludere. Hic bene
nummatus plus placebat in prandiis
nec mirum qui multos inescare so-
litus erat factoque cuneo circumstrepe-
ntium garrulorum procedebat in publi-
cum. Intus nero foris cato totus am-
biguus, ut ex contrariis diversisque naturis
unum monstrum novamque bestiam di-
ceres esse compactam iuxta illud poe-
ticum. Prima leo postrema draco me-
dia ipsa chimaera. Numquam ergo ta-
les videas nec huiuscemodi homini-
bus applicaris. Nec declines cor tuum
in verba malitiae et audias sedens
adversus fratrem tuum detrahebas et
adversus filium matris tuae ponebas
scandalum. Et iterum filii hominum den-
tes eorum arma et sagittae. Et alibi
molliti sunt sermones eius super oleum
et ipsi sunt iacula. Et apertius ecclesi-
astes. Si mordeat serpens in si-
lentio sic qui fratri suo occulte detrahit.
Sed dices ipse non detraho aliis lo-
quentibus tacere non possum. Ad
excusandas excusationes in peccatis
ista praetendimus. Christus arte non deluditur.

Nequaquam mea sed apostoli sententia est. Nolite
errare deus non irridetur. Ille in corde
nos videns in facie Salomon loquitur
in proverbiis ventus aquilo dissipat
nubes et vultus tristis linguas detra
hentium. Sicut enim sagitta si mittatur
contra duram materiam non numquam
in mittentem revertitur et vulnerat
vulnerantem illud quod completur facti
sunt michi in arcum pravum. Et alibi
qui mittit in altum lapidem recidit in
caput eius. ita detractor cum tristem fa
ciem viderit audientis. Immo ne au
dientis quidem sed obturantis aures su
as ne audiat iudicium sanguinis illico
conticescat pallent vultus herent la
bia saliva siccatur. Unde idem vir
sapiens cum detractoribus inquit ne
misceraris. quoniam repente veniet per
ditio eorum et ruina utriusque quis no
vit. Tam scilicet eius qui illius qui
audit loquentis eorum et ruina ut
usque quis novit. Tam scilicet eius
qui illius qui audit loquentem. Veri
tas angulos non amat nec querit
susurrones. Timotheo dicitur. Adver
sus presbiterum accusationem non cito
receperis. peccantem autem coram omnibus
argue ut ceteri metum habeant. Non
est facile de perfecta etate credendum
quam et vita preterita defendit et ho
norat vocabulum dignitatis. Verum
quia homines sumus et interdum
contra annorum maturitatem puerorum
vitiis labimur si me vis corrigi de
linquentem aperte increpa tantum ne oc
culte mordeas. Corripiet me iustus
in misericordia et increpabit me oleum autem
peccatoris non impinguet caput meum.
Quem enim diligit dominus corripit casti
gat autem omnem filium quem recipit
populus meus qui beatos vos dicunt
seducunt vos et semitas pedum vestrorum
subvertunt. Quid enim michi prodest si
aliis mala mea referas. Si me
nesciente peccatis meis immo detrac
tionibus tuis alium vulneres et cer
tim omnibus narres. Et sic singulis
loquaris quasi nulli alteri dixeris
hoc est non me emendare sed vitio tuo
satisfacere. Precepit dominus peccantes in
nos argui debere secreto vel adhi
bito teste et si audire noluerit refer
ri ad ecclesiam habendosque in malo
pertinaces quasi ethnicos et publica
nos. Hec expressius loquar ut adoles
centem meum lingue et aurium pru
rigine liberem. Ut renatum in Christo
sine ruga et macula quasi pudicam
virginem exhibeam castamque tam mente

quam corpore ne solo nomine glorietur
et absque oleo bonorum operum extincta iam
lampade excludatur a sponso. Habes
ibi doctissimumque pontificem Paulum
qui viva et presenti voce nostras scedulas
superet cotidianisque tractatibus iter ti
um dirigat nec patiatur inepte ali
am declinando viam relinquere
regiam per quam israel ad terram repromissio
nis properans se transiturum ex promit
tat. Atque utinam exaudiatur vox ec
clesie complorantis. Domine pacem da
nobis omnia enim dedisti nobis utinam
quod renuntiamus seculo voluntas sit non
necessitas et paupertas habeat expeti
ta gloriam non illata cruciatum. Ce
terum iuxta miserias huius temporis
et ubique gladios sevientes satis di
ves est qui pane indiget nimium po
tens est qui servire non cogitur. Sanctus
exuperius tolose episcopus vidue sarep
tenis imitator esuriens pascit alios
et ore pallente ieiuniis fame tor
quetur aliena omnemque substantiam Christi
visceribus erogavit. Nichil illo
ditius qui corpus domini canistro vi
mineo sanguinem portat in vitro.
Qui avaritiam proiecit de templo
qui absque funiculo et increpatione
vendentium columbas id est dona spiritus
sancti mensasque subvertit mammone
et nummulariorum era dispersit ut
domus dei domus vocaretur orati
onis et non latronum spelunca. Huius
e vicino sectare vestigia et ceterorum
qui virtutum illius similes sunt quos
sacerdotium et humiliores facit et
pauperes. Aut si perfecta desideras
exi cum abraham de patria et de
cognatione tua et perge quo nescis.
Si habes substantiam vende et da pau
peribus. Si non habes grandi oneris
liberatus es. Nudum Christum nudus
sequere. durum grande difficile
sed magna sunt premia. Jeronimus
ad paulum senem monachum con
cordie laudibus prefert et de qui
busdam postulat libris et sequitur.

Humane vite
brevitas dampnatio de
lictorum est et in ipso
sepe lucis exordio mors
secuta nascentium labe
tia cotidie in vitium secula
profitetur. Nam cum primum paradisi co
lonum vepecunis nexibus prepeditum
coluber dedixisset ad terras eternitas
mortalitate mutata in nongentos
et eo amplius annos secunda quodam

in mortalitate maledicti hominis distu
lerat elogium. Exinde paulatim re
crudescente peccato totius orbis naufra
gium gigantum adduxit. Impietas post
illud ut ita dixerim purgati baptis
mum mundi. in breue tempus homi
num vita contracta est. hoc quoque spatium
sceleribus nostris semper contra diuina pug
nantibus pene perdidimus. Quotiens
enim quisque aut centenariam transcendit
etatem? Aut non adeam sit peruenit
ut peruenisse peniteat? secundum quod in
libro psalmorum scriptura testatur:
dies vite nostre lxx. anni si autem multum
lxxx quod quid reliquum est labor et
dolor. Quorsum ais. ista tam alto re
petita principio et ita procul cepta? Ut
merito quiuis orationo de nobis pos
sit sale ludere. Et iecunum bellum tro
ianum orditur ab ouo / videlicet ut se
nectutem suam et caput ad similitu
dinem christi candidum. dignis vocibus
predicem. Ecce iam centenus etatum
circulus voluitur ut tu semper domini precep
ta custodiens future beatitudinem
vite per presentia exempla meditaris. Ocu
li puro lumine vigent / pedes imprimunt
certa vestigia auditus penetrabilis
candidi dentes candidi vox canora corpus
solidum et suci plenum. Cum canitie rubor
discrepant vires cum etate dissentiunt.
Non memorie tenacitatem ut in pleris
que terminus antiquior senectia dissol
uit. Non calidi acumen ingenii frigi
dus sanguis obtundit. Non contrac
tam rugis arata frons asperat. Non
denique tremula manus per curuos cere
tramites errantem stilum ducat / future
resurrectionis virorem vite nobis
dominus ostendit. Ut peccati sciamus esse
quod ceteri adhuc viuentes premoriuntur
in carne. Iusticie quod tu adolescentiam
in aliena etate mentiris. Et quamquam multis
istam corporis sanitatem etiam peccatoribus
euenire videamus tamen illis hoc di
abolus ministrat ut peccent / tibi dominus
prestat ut gaudeas. Doctissimi quique gre
corum de quibus flacco agens. luculen
lente tullius ait. Ingenita leuitas. et
erudita vanitas. regum suorum vel prin
cipum laudes accepta mercede dice
bas. hoc ego nunc faciens paucis posco
plaudibus et ne putes modica esse que
depecor / margaritam de euangelio pos
tulavis. eloquia domini eloquia casta
argentum igne examinatum terre pur
gatum septuplum. scilicet commentarios
fortiatiam et prophetarum noticiam persecutorum
aurelii victoris historiam simulque epistolas
nouitiam ut dum scismatum homis

+

venena cognoscimus. Libentius sci
mactiris tipam bibamus antidotum
Oprimus interim tibi idest paulo
seni. paulum seniorem in quo propter sim
pliciores quosque: multum in dictio
do sermone laborauimus. Sed nescio
quomodo etiam si aqua plena sit
tu eundem odorem lagueua ser
uat quo dum rudis esset imbuta est.
Si hoc munusculum placuerit. Ha
bemus etiam alia condita que cum
plurimis orientalibus mercibus ad te
si spiritus sanctus afflauerit nauigabunt.

Epistola sancti Jeronimi ad cromatium Jouinum et Eusebium de bono so

Non debet car
ta diuidere quos amor
mutuus copulauit.
Nec per singula officia
mei sit partiendi ser
mones. cum sic inuicem vos ametis
ut non minus tres caritas iungat quam
duos natura sociauit. Quin potius
si rei condicio pateretur sub uno lit
terule apice nomina indiuisa con
cluderem. Vestris quoque ita me litteris
prouocantibus ut et in vno tres et in
tribus vnum putarem. Nam postquam
sancto euagrio transmittente in ea ad
me heremi parte delate sunt que
inter syros sarracenos que uastum limitem
ducit sic gauisus sum ut illum diem
romane felicitatis quo primum mar
celli apud nolam prelio post can
nensem pugnam super apenninum mon
tem hanibalis agmina conciderunt
ego vicerim. Et licet supradictus frater
sepe me visitet atque me ita ut suam
christo viscera foueat tam longo tamen
spatio seiunctus non minus michi re
liquit abeundo desiderium quam attu
lerat veniendo leticiam. Nunc cum ve
stris fabulor illas amplexor ille mecum
loquitur ille hic tamen latine sciunt. Hic
enim aut barbarus aut semi sermo
discendus est aut tacendum est. Quo
tiens autem carissimos michi vultus
note manus michi referunt impressa
vestigia totiens aut ego hic non
sum aut vos hic estis. Credite amori
vera dicenti et cum hec scriberem vos
uidebam. Quibus hoc primum queror
cur tot inter iacentibus spaciis mar
ium atque terrarum tam paruam epistolam miseritis
nisi quod ita merui qui uobis ut
scribitis non scripsi ante. Cartam de fu
isse non putem. Egipto ministrante
commercia. Et si alicui ptolomeus
maria clausisset. tamen rex athalus

membranas e pergamo miserat ut penuria carte pellibus pensaretur unde et pergamenarum nomen ad hanc usque diem tradente sibi invicem posteritate servatum est. Quid igitur arbitrer baiulum festinasse. Quamvis longe epistole una vox sufficit. An vos aliqua occupatione detentos. Nulla necessitas maior est caritate. Restant duo aut vos piguerit aut ego non meruerim. E quibus malo vos incessere tarditatis quam me condempnare non merito. Facilius enim negligentia emendari potest quam amor nasci. Bonosus ut scripsistis quasi filius ιχθυος aquosa petit. Nos pristina contagione sordentes quasi reguli et scorpiones arenta queque sectamur. Ille iam calcat super colubri caput. Nos serpenti terram ex divina sententia comedenti adhuc cibus sumus. Ille iam potest supremum graduum psalmum ascendere nobis adhuc in primo ascensu flentibus nescio an dicere aliquando contingat. Levavi oculos meos ad montes unde veniat auxilium michi. Ille inter minaces seculi fluctus in tuto insulo hoc est ecclesie gremio sedens ad exemplum iohannis librum forte iam devorat ego in scelerum meorum sepulcro iacens et peccatorum vinculis colligatus dominicum de ewangelio ex pecto clamorem Jeronime veni foras. Bonosus inquam quia secundum prophetam omnis diaboli virtus in lumbo est trans eufraten tulit lumbare suum. ibi illud in foramine petre abscondens et postea scissum repperiens cecinit. Domine tu possedisti renes meos dirupisti vincula mea tibi sacrificabo hostiam laudis. Me vero nabuchodonosor ad babilonem id est ad confusionem mentis mee catenatum duxit. ibi michi captivitatis iugum imposuit ibi circulum ferri in naribus de canticis syon cantare precepit. Cui ego dixi dominus solvit compeditos dominus illuminat cecos et ut breviter ceptam dissimilitudinem terminam. Ego veniam deprecor ille expectat coronam. Soror mea sancti iuliam in christo fructus est ille plantavit. vos rigate dominus incrementum dabit. hanc michi ihesus pro eo vulnere quod diabolus inflixerat prestitit viva reddendo pro mortua. Huic ego ut ait gentilis poeta omnia etiam tuta timeo. Scitis ipsi lubricum adolescencie iter in quo et ego lapsus sum et vos non sine timore transistis. hoc illa cum maxime ingrediens omni fulcienda preceptis omnium

est sustentanda solaciis id est crebris vestre sanctitatis epistole roboranda et quia caritas omnia sustinet. obsecro ut etiam a papa valeriano ad eam confortandam literas exigatis. Nostis puellares animos hiis rebus plerumque solidari si se intelligant cure esse maioribus. In mea enim patria rusticitatis vernacula deus venter est et de hodie vivitur. Sanctior est ille qui ditior est. Accessit huic plagelle iuxta tritum populi sermonem et proverbium dignum operculum lupicinus sacerdos. Secundum illud quoque de quo semel in vita crassum ait risisse lucilius. Similes habent labra lactucas asino carduos comedente videlicet ut perforatam navem debilis gubernator regat et cecus cecos ducat in foveam. Talis quoque sit rector quales illi qui reguntur. Matrem communem que cum vobis sanctitate sociatur meos nos puerunt quia tales genuit cuius vere venter aureus potest dici eo salutamus honore quo nostis. una quoque suspiciendas cunctas sorores que sexum vincere cum seculo que oleo ad lampades largiter preparato sponsi operiuntur adventum. O beata domus in qua morantur anna vidua virgines prophetisse geminus samuhel nutritus in templo. O tecta felicia in quibus cernimus machabeorum martirum coronis cinctam matrem martirum. Nam licet toti die christum confiteamini dum eius precepta servatis tamen ad privatam gloriam publice hec vobis accessit et operta confessio quod per nos in urbe vestra arriane quondam dogmatis virus exclusum est. Et mirermini forsitan quod in fine iam epistole rursus exorsus sim. Quid faciam vocem pectori negare non valeo. Epistole brevitas compellit tacere. desiderium vestrum cogit loqui. Preceps sermo confusa turbatur oratio amor ordinem nescit. Jeronimus ad Crisogonum al. Gristhomam monachum Aquilegie.

Quod ad te affectus meus sit carissimus ambobus heliodorus tibi poterit fideliter nunciare qui non minori quam te diligo ut ego semper more meo tuum nomen sonem ut ad primam quamque confabulationem iocundissimum michi consortii recorder ut humilitatem amoris stulticiam effera predicem caritate virum tu quod natura lintes insitum habent ne postergum respicientes meminerint priorum et mens prodat quod oculi videre desident ita me necessitudinis penitus oblitus illam

Je se queredat gri. petes ut sibi scribat et ... quia de non scribat

C lxxxvi
a

17

eplam qua in corde xpianorum scriptam apostolus refert non pari petre valitura
sed minus ut autem ceteras crasisti Et ille
quidem quas diximus fere sub fronde
te captantes arboris ramo fugaces
capreas aut timidum ceruos animal
comprehendunt. Currentesque frustra
predam dum hostem suum secum vehit
rabido desuper ore dilaniant / et tamen
diu meminere predandi qui diu ventre
vacuum siccum fame guttur exasperat.
Ubi vero sanguine pasta feritas vis
cera distenta conplevit tunc saturitate
succedit oblivio Tam diu nescitura
quid capiat donec memoriam reuo
cauit esuries. Tu nec dum saciatus
a nobis cur finem iungis exordio Cur
amittis antequam teneas. Nisi for
te neglegencie semper excusacio socia
asseras te non habuisse quod scriberes
cum hoc ipsum debueris scribere aliud te
non habuisse quod scriberes Jeronimus
ad Anthonium monachum ut scribat

DOminus noster
humilitatis magister
disceptantibus de dig
nitate discipulis vnum
apprehendit ex paruulis
dicens Quicumque vestrum
non fuerit conuersus sicut infans non potest
introire in regnum celorum. Quod
ne tantum docere nec facere videretur
impleuit exemplo. Dum discipulorum
pedes lauit / dum traditorem osculo
excipit / dum loquitur cum samarita
na dum pedes sibi sedente maria de
celorum disputat regno / dum ab in
feris resurgens primum mulierculis
apparescit. Sathanas autem ex archan
gelico fastigio non aliam ob causam nisi
ob contrariam humilitati superbiam ruit
et iudaicus populus primas sibi cathe
dras et salutationes in foro vendi
cans deputato antea in stillam situ
le gentili populo succedente deletus
est. Contra sophistas quoque seculi et
sapientes mundi. petrus et iacobus
piscator mittitur cuius rei causa
scriptura ait Superbis deus resistit hu
milibus dat gratiam / Vide frater quale ma
lum sit quod aduersarium habet dominum
ob quod in ewangelio et phariseus
arrogans. spernitur et humilis publi
canus auditur / decem iam nisi fal
lor epistolas plenas tam officii quam
precum misi cum tu me mutum facere
digneris. et domino loquente cum seruis
frater tuum fratrem non loqueris Nimis inquis
es contumeliose credi michi nisi stili

verecundia prohiberet tanta lesus ingere
rem ut incipere michi rescribere uel ira
tus Sed quoniam et nascitur hominis est et
iniuriam non facere xpianam ad an
tiquum morem reuertens rursus p
cor ut diligentem te diligas et con
seruo sermone conseruus impertias
vale in xpo Jeronimus ad theodo
sium et ceteros anachoritas in in
sectis commanentes ut pro se orent

QVam vellem
nunc vestro interesse con
uentui et admirandum
consortium licet isti o
culi non mereantur
aspicere totum animo exultatione complec
ti Spectarem deserta omni amoenio
re ciuitate viderem desolata ab
accolis loca quasi ad quoddam pa
radisi instar sanctorum cetibus obsi
deri veram quia hoc mea facere delic
ta nec tam sorcio beatorum inserere ce
obsessum omni crimine capud idcirco
obsecro quia vos impetrare posse
non ambigo ut me ex istius seculi te
nebris vestro liberetis oratu Et ante
dixeram presens et nunc plateas non si
indicare non cesso quod mens mea
omni ad id studium cupiditate rapiatur
Nunc verum est ut voluntatem sequatur
effectus Vestrum est ut velim et pos
sim Ego ita sum quasi a cuncto grege
morbida aberrans ouis. quod nisi me
bonus pastor ad sua stabula hume
ris Impositum reportet lababuntur gres
sus et in ipso conamine vestigia con
cident resurgentis. Ego sum ille
prodigus filius qui omnem quam michi
pater crediderat / portionem profusa nec
dum me ad genitoris genua sub
misi nec dum cepi priores a me lux
urie blandimenta depellere Et quia
paululum non tam desiui a viciis quam
cepi velle desinere nunc me nouis
diabolus retibus ligat nunc noua
impedimenta proponens maria undi
que circumdat et undique pontum. Nunc
in medio constitutus elemento nec
regredi volo nec progredi possum
Superest ut oratu vestro sancti spiritus aura
me prouocat prouehat et ad portum
optati littoris prosequatur Jeronimus
ad Alexandrum monachum et ci
nerium de hiis qui recipiuntur venium in die

INnprorop ffirudicis
fecit ois
a titulo sancti fratris mi
sissimi qui vestra michi
scripta detulerat hec quia

16 b
De humilitate multa exempla hic ponuntur

17 c

18 d

sunt dictare compellor, nec possim
vestram celare prudentiam. Et obsecro
ne hoc damnum referatis ad gloriam, quin
potius ad plenam necessitudinem, dum
ita vobis quasi michi loquor. Mul-
tas sanctorum fratrum ac sororum de vestra
provincia ad me detulit questiones, ad
quas usque ad diem epiphaniorum lar-
gissimo spacio me responsurum puta-
bam. Cumque furtivis noctium lucubrati-
unculis ad plerosque dictare et explicarem
aliis me ad vestram quasi ad difficiliora
reservarem, subito supervenit asse-
rens se illico profecturum. Cumque eum
rogarem ut differret iter, liberemque
cepit famem ostendere monasteriorum
Egypti invitatis ulluum plenum aquas
pro multorum tedium ut prope offensa
esset in domum illum ultra velle retinere.
Itaque subtemina et stamina liciaque
et telas que michi ad vestram tunicam
paraveram, vobis confecta transmisi
ut quidquid michi deest vestro texatur eloquio
prudentes estis et eruditi et doctrina
ut ait Oppius facundia ad Christi
dissertitudinem transmigrastis. Nec magno
michi apud vos labore opus est quod
prophetam quedam in suadendo rustico
esse pessimum narrant fabule. Vix dum
dimidium inquit dixeram, iam intellex-
erat. Itaque et eo tempore cohorta-
tus singulorum vobis qui in sacram
scripturam commentariolos reliquerunt
sinas protinus et ad verbum pleraque
interpretatus sum, ut et me liberem
questione et vobis veterum tractatorum
mittatur auctoritas, qui in legendis
singulis ac probandis non mee vo-
luntati sed vestro acquiescetis arbitrio.
Queritis quo et quomodo in prima ad
Corinthios epistola Pauli sit legendum
Omnes dormiemus, non omnes autem
immutabimur. An iuxta quedam
exemplaria non omnes dormiemus,
omnes autem immutabimur. Utrumque enim
in grecis codicibus invenitur. Super
quo Theodorus Eracleotes, que urbs
olim Perinthus vocabatur, in commentari-
olis apostoli sic locutus est: Omnes quidem
non dormiemus, omnes autem immu-
tabimur. Enoch enim et Helias mor-
tis necessitate superata ut ita erant in cor-
poribus de terrena conversatione ad
celestia translati sunt. Unde et sancti
qui die consumacionis atque iudicii in cor-
poribus reperiendi sunt cum aliis sanctis
qui ex mortuis surrecturi sunt rapien-
tur in nubibus obviam Christo in aerem
et non gustabunt mortem, eruntque sem-
piternum gravissima mortis necessita-
te calcata. Unde ait apostolus: Omnes
quidem non dormiemus, omnes autem immu-
tabimur. Qui enim ex mortuis resurrexerint
et in nubibus viventes rapti fuerint
transibunt ad incorruptionem et mor-
talitatem in immortalitatem mutabunt.
Non in tempore, non saltim in brevi
spacio, sed in athamo et in puncto tem-
poris atque momento quo palpebra
oculi moveri potest et novissima tuba.
Tanta enim fiet celeritate resurrectio
mortuorum, ut vivi quos in corporibus
suis consumacionis tempus invenerit
mortuos de inferis resurgentes prevenire
non valeant. Quod manifestius Pau-
lus edisserens ait: Canet enim tuba et
mortui resurgent incorrupti et nos
immutabimur. Oportet enim corruptibile
istud induere incorruptionem et mor-
tale induere immortalitatem, ut possit
in utramque partem vel in penis vel et
mortale induere immortalitatem ut
possit in utramque partem vel in penis
vel in celorum regno manere perpetuum.
Diodorus Tarsensis episcopus, preterito hoc ca-
pitulo in sequentibus breviter adnotavit
meo quod scriptum est: et mortui resur-
gent incorrupti et nos immutabimur.
Si inquit incorrupti resurgent mortui
haud dubium quin et ipsi ad meliora mu-
tati. Quid necesse fuit dicere: et nos im-
mutabimur. In hoc voluit intelligi quod
incorruptio communis sit omnium. Immutatio
autem propria iustorum, dum non solum in incor-
ruptionem et immortalitatem sed et
gloriam consequuntur. Appollinaris licet
verbis aliis eadem que prius sermo sig-
nificat. Qui enim dicit in puncto tempo-
ris et in motu oculi atque momento
futuram omnium resurrectionem, tuetur
prime et fide resurrectionis exclusit
fabulam, ut alii primum, alii novissimi
resurrecturi esse credantur. Athomus
autem punctum temporis est quod se-
cari et dividi non potest. Unde et Epi-
curus ex suis athomis mundum
struit et in illisa conformat. Ictus
quoque oculi sive motus qui grece dicitur
ΡΟΠΗ tanta velocitate transcurrit
ut pene sensum videntis effugiat.
Unde quia in plerisque codicibus pro
ΡΟΠΗ, id est ictu vel motu, ΡΙΠΗ
legitur, hoc sentire debemus, quod
quo levis pluma vel stipula aut te-
nue siccumque folium vento flatuque rap-
tatur et de terra ad sublime transfer-
tur, sic ad oculum et nutum dei omnium mor-
tuorum corpora movebuntur, paratam
adventum iudicis. Quodque iungit et dicit
in novissima tuba: canet enim et mor-
tui resurgent incorrupti et nos

qui inmutabimur. Oportet enim corruptivum
hoc induere incorruptionem et morta-
le hoc induere inmortalitatem. Dupli-
cem habet intelligentiam ut clangor
tube aut vocis indicet magnitudi-
nem iuxta illud quod scriptum est: Si-
cut tuba exalta vocem tuam, ut apta
omnium resurrectionem iuxta id quod in
evangelio legimus: Tu autem cum facis
elemosinam noli tuba canere ante
te, hoc est abscondite fac unam et
in secreto ne videaris de altiori in-
feria gloriari. Querimus autem cur ad
novissimam tubam mortuus scripserit
resurrecturos quando enim novissima
dicitur utique alie precesserunt. In apocalypsi
Johannis septem angeli describuntur cum
tubis et unoquoque clangente primo vi-
delicet secundo et tertio quarto et quinto
et sexto quid per singulos actum sit in-
dicatur. Novissimo autem id est septimo
clangore tube strepitu personante mortui
suscitantur et corpora que prius habuerant
corruptibilia incorrupta recipientes.
Unde post novissimam tubam exponit
apostolus quid sequatur. Canet enim tuba
et mortui resurgent incorrupti nos
autem inmutabimur. Quando dicit
nos alium se et eos qui secum sunt preter
mortuos esse significat. Ad quod
intelligendum sunt qui dicant mor-
tuos qui resurgant incorrupti esse
corpora mortuorum, eos autem qui
dicuntur esse mutandi animas debere
accipi quando maiorem gloriam fue-
rint commutate et pervenerint in virum
perfectum in mensuram plenitudinis
Christi. Alii vero asserunt mortuos intel-
ligi debere peccatores qui resur-
gunt incorrupti ut possint eterna susti-
nere supplicia, eos autem qui commutantur
esse sanctos qui de virtute in virtutem
et de gloria transferentur in gloriam. Unde et
incorruptionem mortuorum intulit:
Oportet enim corruptivum hoc induere
incorruptionem. Ad id autem quod
dixerat nos inmutabimur illud adiunxit:
et mortale hoc induere inmortali-
tatem. Aliud est enim inmortalitas,
aliud incorruptio, sicut aliud mor-
tale hoc, aliud corruptivum. Quodque
autem mortale est et corruptivum est,
sed non quod corruptivum statim et
mortale. Corruptiva quippe sunt cor-
pora que carent anima et tamen
non sunt mortalia quia numquam habu-
ere vitam que propter animam est. Unde
significans apostolus corruptionem incorrup-
tione et mortalitatem inmortalitate
resurrectionis futuri tempore co-

pulavit. Acacius Cesaree que prius tur-
ris Stratonis vocabatur post Eusebium
Pamphili episcopus in quarto ΣΥΜΜΙΚ-
ΤΩΝ ΖΗΤΗΜΑΤΩΝ libro proponens
sibi hanc eandem questionem la-
tius disputavit utrumque suscipiens quod
in se videtur esse contrarium. Post prin-
cipium quod omisimus sic locutus est:
Dicamus primum de eo quod magis in
plurimis codicibus invenitur. Ecce mis-
terium vobis dico: omnes quidem dormi-
emus, non omnes autem inmutabimur. Mis-
terium dixit ut attentiores faceret audi-
tores de resurrectione plenius dis-
serturus. Dormitio autem mortem istam
que communis est omnium significat. Unde
rectissime posuit quod omnes moriuntur sic
in Christo omnes vivificabuntur. Cum ergo
omnes morituri sint, audite sacramenta
que dico. Omnes quidem moriemur, sed
non omnes inmutabimur. Canet enim tu-
ba haud dubium quin angelus septimus
et mortui quo inmutabuntur cum incor-
rupto ipsa mutacio sit. Sed hic commu-
tacio qua Paulus mutandus et sancti
sunt glorificatio intelligitur. Incor-
ruptio autem id circo communis est omnium
quia in eo miserabiliores erunt pec-
catores ut ad tormenta perpetui sint et
non mortali et corruptibili corpore
dissolvantur. Legimus in eadem epistola
apostolo disserente sacratam diversitatem
resurrectionis non in natura corporum
sed in varietate glorie, dum alii re-
surgunt ad penas perpetuas, alii ad glo-
riam sempiternam. Alia enim caro
volatilium, alia piscium, alia iumentorum,
et corpora celestia et corpora terrestria.
Sic inquit et resurrectio mortuorum.
Cum sine acquiescat ecclesia ut omnes co-
muni morte moriamur et non omnes
mutemur in gloriam, iuxta illud quod
Daniel scribit: Multi dormientes in terre
pulvere resurgent, alii in gloriam eternam,
alii in confusionem et opprobrium sempi-
ternum. Qui enim resurgent in confusionem
et opprobrium sempiternum non resurgent
in eternam gloriam in qua Paulus et qui
cum Deo sunt mutabuntur. Que cum ita
se habeant et sic intellecta sint a no-
bis eorum tamen commutationem suscipere
qui resurgent in gloriam, peccatorum
autem et infidelium qui mortui appel-
lantur et resurgent incorrupti nequa-
quam commutationem sed penas
perpetuas esse dicendas. Transeamus
ad secundam lectionem que ita fertur
in plerisque codicibus: Non quidem omnes
dormiemus, omnes autem inmutabimur.
Ex qua nonnulli asserunt multos vivos

Clxxxviii

a

b

incorporibus repeliendos et si nō dormi
ant omnes. nō omnes esse morituros.
si autem nō moriantur omnes. nō omnes
resurrecturos / Resurgere enim proprie dicitur
qui prius moriendo cecidit. Unde et
paulum voluit scribere in prima ad tessa
lonicenses epistola nos qui viuimus qui
residui erimus in aduentu domini nō pre
ueniemus eos qui dormierunt. Quoniam
ipse dominus in iussu et in voce archange
li in tuba dei descendit de celo. et mor
tui qui in xpo sunt resurgent primum
et deinde nos qui viuimus qui re
sidui sumus simul cum illis rapiemur
in nubibus obuiam domino in aerem et
sic semper cum domino erimus. Et ex hiis
dictis probare conantur paulum et qui
cum eo scribebant epistolam putasse se
nō esse morituros sed repeliendos
die consumationis in corpore. Quod
si verum est errauit paulus et humana
estimatione deceptus est ut arbi
traretur se in veniendum in corpore
quod finem rerum exitus approbauit
hac intellexerant thessalonicenses
sacramenta sermonis inscii nescientes
et coniecturis varijs fluctuabant
dicebantque. Si paulus in ueniendo
in corpore est proximus est dies iudicii
unde corrigit eos secundam epistolam scri
bens. Rogo vos fratres per aduentum domini
nostri ihesu xpi et nostram congregacionem
in ipsum / ut nō cito moueamini a mente
nec terreamini. neque per spiritum neque per
verbum neque per epistolam tamquam per nos
missam quasi instet dies domini Ne quis
uos seducat ullo modo. Quoniam nisi
venerit discessio primum et reuelatus
fuerit homo peccati / filius perditio
nis qui aduersatur et extollitur
super omne quod dicitur deus aut quod
colitur ita ut in templo dei sedeat
ostendens se tamquam sit deus Non
meministis quod cum apud vos essem
adhuc hec dicebam vobis. Quibus
dictis hoc agit ut eos reuocet ab er
rore ne putent diem appropinquare in
dicii et id quod scripserat nos qui vi
uimus qui residui sumus in aduentu
domini nō preueniemus eos qui dormi
erunt. aliter intelligant quam intelligi
uoluit ille qui scripsit / Neque enim fieri
potest ut qui ad thymotheum scripse
rat ego iam delibor et tempus re
solutionis mee instat. putaret se
perpetuum in carne numquam moriturum
esse. et de vita terrena statim ad reg
na celestia statim transiturus / pre
sertim cum ad romanos scribens eadem
dixerit. Quis me liberabit de corpore

mortis huius Et ad corinthios habi
tantes in corpore peregrinamur a deo
Magis autem volumus exire de corpore
et esse cum domino Qui hec dicebat v
tique nouerat se esse moriturum. Melius
est igitur spiritualiter sentire quod scriptum
est et dormitionem in presenti loco nō
mortem accipere per quam anima a
corpore separatur / sed peccatum post fidem
et offensam dei dormitionemque post
baptismum. de qua et ad corinthios
loquebatur / Ideo inter vos multi in
firmi sunt et dormiunt plurimi Et in
alio loco ergo qui dormierunt in xpo
perierunt qui cum mortui sunt nō sunt
perpetua morte perituri quia non
mortali crimine continentur sed le
ui mediocrique peccato Quod et alius
sanctus vitare cupiens. loquebatur ne
forte obdormiam in morte. Est enim
somnus peccati qui ducit ad mortem
et est alia delicti dormitio que morte
nō stringitur. Qui ergo vixerit. ea
vita que dicit ego sum vita. et enim
vita nostra abscondita est cum xpo in deo
et numquam ab ea fuit separatus nec ad
mortem usque peccauit. iste de uiuen
tibus et semper uiuentibus esse dicetur
de quibus et saluator in euangelio Jo
hannis mistico sermone testatur. Qui
credit in me nō morietur et omnis
qui viuit et credit in me nō morie
tur in eternum Unde et apostolus domini sui
calcans vestigia ea docuit discipulos
que didicit a magistro. omnes itaque nō
dormiemus Qui enim omni custodia
seruat cor suum et ad xpi precepta vi
gilat mandatique eius memor est
dicentis. vigilate quia nescitis qua
hora fur veniat et in alio loco ne
dederis somnum oculis tuis. et palpe
bris tuis dormitationem ut saluus fias
quasi caprea de vinculis et quasi
auis de laqueis iste nō dormiet Cum
igitur quidam nō dormiat qui semper
in xpo viuit et vigilat sequitur / ut
nequaquam omnes dormiant et e contrario
omnes inmutentur nō in mutacione glorie
que proprie sanctis debetur sed ea in
mutacione qua corruptiuum hoc ef
ficietur incorruptiuum: ut uel penas
uel premia recipiat sempiterna Quod
et si dormierit aliquis in xpo et ne
gligentie somno obdormierit debet
audire quod scriptum est / Numquid qui
dormit nō resurget Qui vero nō dor
mit sed vigilat et semper viuit in xpo
de vita ad vitam transiet siue ra
pietur in nubibus ut semper cum domino

nā dignū

Clxxxix
a

sit de ch(rist)i(ani)s mor(tuis) dormientibus lazar(us)
erat de quo d(omi)n(u)s ait lazarus amicus
n(oste)r dormit de hoc dormiente dicebat
ad martham Qui credit in me etia(m)
si mortuus fuit vivet Et om(n)is qui vi
vit et credit in me no(n) morietur in
et(er)nu(m) Qui e(ni)m tota in xp(ist)o mente co(n)
fidit etiam si ut homo lapsus mor
tuus fuerit in p(er)petuu(m) fide sua vivit in
p(er)petuu(m) Alioq(ui)n mors ita co(m)munis et
credentibus debetur equaliter et no(n) cre
dentibus et om(n)is pariter resurrecturi
sunt. Alii in co(n)fusione et(er)nam. Alii ex
eo quod credunt in sempiternam vitam
Et sic stare pot(est) ut qui credit in xp(ist)o no(n)
moriatur et etiam si mortuus fuit
vivat in p(er)petuu(m) Quod iuxta corporalem
mortem excepto enoch et helya nulli
contigisse p(er)spicuu(m) est. Qui aut(em) fidei
magnitudine semp(er) vivit in xp(ist)o no(n)
dormiet no(n) morientur s(ed) im(m)utatores
erunt vite ap(osto)li(c)e qui absq(ue) ulla culpa
vixerunt in lege iusticie et ad fidem d(omi)ni
(con)venientes credentesq(ue) in eo qui vita vo
catur et resurrectio. nu(m)qua(m) dormie(n)
nu(m)qua(m) mortui sunt. Anima e(ni)m que
peccaverit ipsa morietur Dicit igitur anima
que peccat vivente corpore mortua
est et eadem die qua peccaverit
dormit in mortem dicente ecclesiaste q(ui)
peccavit mortuus est. e(st) Sic an(im)
ma que xp(ist)i p(re)cepta servaverit etia(m)
si corpus mortuu(m) fuit vivet in et(er)nu(m)
hoc aut(em) sciendum quod magis co(n)
veniat veritati ita legere Om(ne)s qui
dem dormiemus no(n) om(ne)s im(m)utabi
mur. Maxime quia sequitur mortui
resurgent incorrupti et nos im(m)uta
bimur Si e(ni)m om(ne)s sunt im(m)utandi iux
altam lectione(m) quo postea dicitur q(ui)
p(re)cipuu(m) atq(ue) p(ri)vatum et p(ro)p(ri)e ap(osto)loru(m)
et nos im(m)utabimur. Quando aut(em)
dicat nos s(an)c(t)os quos sc(ilicet) significat Q(ue)
ritis quomodo intelligendu(m) sit illud
quod in p(ri)ma ad tessalonicenses ep(isto)la
scribitur / hoc e(ni)m vobis dicimus in v(er)
bo d(omi)ni quia nos qui vivimus qui resi
dui sumus in adventu d(omi)ni no(n) p(re)veniemus
eos qui dormierunt. Q(uonia)m ipse d(omi)n(u)s in
iussu et voce archangeli et in tuba
dei descendit de celo et mortui qui
in xp(ist)o sunt resurgent p(ri)mi Et theodo
rus asseruit quosdam no(n) esse morituros
ros et de p(re)senti vita rapiendos in futu
ram ut mutatis glorificatis (con)corporib(us)
sint cu(m) xp(ist)o. quod nunc de enoch et he
lya credimus / didimus. no(n) pedibus
sed verbis in origenis sniam (con)sciens
co(n)siliam via graditur Ecce misteriu(m)
vobis loquor om(ne)s quidem dormiemus

no(n) om(ne)s aut(em) im(m)utabimur. Quod ita dis
serunt Si no(n) indigeret resurrectio in
p(ro)p(ri)e nec obscuritatem haberet in sensib(us)
nu(m)qua(m) paulus post multa que de re
surrectione locutus esset intulisset Ecce
misterium vobis dico / om(ne)s quidem
dormiemus id est moriemur. Non om(ne)s
aut(em) sed soli sancti im(m)utabimur. Dicitur
o quod nonnullis codicibus scriptum
sit. Non quidem om(ne)s dormiemus
om(ne)s aut(em) im(m)utabimur. Dicatur / quod in
nonnullis codicibus scriptum sit Non
quidem om(ne)s dormiemus / (con)siderandum
an ei q(uo)d p(re)missum e(st). om(ne)s im
mutabimur possit (con)venire quod se
quitur mortui resurgent incorrupti
et nos im(m)utabimur. Quamobrem ita le
gendu(m) est. om(ne)s quidem dormiemus
sive moriemur. Dormit aut(em) iuxta idi
w M a scripturarum qui mortuus ex spe
resurrectionis future. Om(ne)sq(ue) qui dor
mit utiq(ue) exp(er)giscitur Si cu(m) no(n) subi
ta eu(m) vis mortis oppresserit / et mors
sopno fuerit copulata. Cumq(ue) ita
om(ne)s ita dormierint lege nature so
li sancti et anima et corpore in melius
mutabuntur Ita ut incorruptio om(n)i(um)
resurgentiu(m) sit gl(ori)a atq(ue) mutatio p(ro)p(ri)e
sanctorum. Quodq(ue) sequitur iuxta gre
cos mathamo w p i st H sive pro st
H o ф M a a o y utruq(ue) e(ni)m legitur
et n(ost)ri interp(re)tati sunt in momento in ictu
oculi sive in motu oculi ita explana
navit iuncta sim(u)l om(niu)m resurrectione
rapientur obviam xp(ist)o Sed hii mors q(ue)
dissolverit unu(m) quid ita p(er)quiro et ex
plicatis dictis calumpniam facio cu(m) ipse
manifestissime scribat qui residui sum(us)
in adventu d(omi)ni Qui sint aut(em) residui
verbis discimus salvatoris Sicut in
diebus noe ducebant uxores et nu
bebant et repente venit diluviu(m)
et tulit om(ne)s sic erit et adventu filii
hominis Quibus sermonibus ad pro
batur in fine mu(n)di multos futuros
vivos et adhuc in corporibus reperi
endos Sequitur in iussu in voce archan(ge)li
et mortui resurgent primi Et hoc ru(r)
sum salvator loquitur in ewangelio
Media aut(em) nocte sponsus venit
Qui utiq(ue) viventes in corpore depre
hendet. qua(n)do duo erunt in lecto vo
unus assumetur et alter relinquetur
Et due molentes una adsumetur
et alia relinquetur Quibus dictis
ostenditur medio noctis futuris omnib(us)
co(n)sumationem mu(n)di esse ventura(m)
Origenis in tercio volumine E Z H Γ H
T deinde qui nos vivimus qui reli
qui sumus. simul cu(m) illis rapiemur

in nubibus obuiam xpo in aerem et ita
semp cum dno erimus. De quo quamuis
superior tractatus disputatio plenius ven
tilauit tamen dicendum est quid vide
atur alys. theodoro videlicet appol
linari et diodoro qui vnam sequuntur
sententiam. Quorum diodorus hec scripsit
Residuos atque viuentes paulus apostolus
vocat. non quo velit intelligi et se et
alios in resurrectionis tempore morte
reperiendos sed nos dixit pro eo quod est
iustos de quorum ego sum numero qui
enim rapientur obuiam xpo et non pecca
tores venientes autem. non iuxta tropo
logiam sanctos accipimus qui peccato non
non mortui sunt. sed omnes quos in corpore
aduueniens xpus inuenerit. Quod
que sequitur non preueniemus eos qui
dormierunt nequaquam ad peccatores
referre debemus. Ibique enim peccatores
cum iustis comparat K W H Initiatum

Cxr
a

epistole pauli ad tessalonicenses sine
post multa que vario prudentique
sermone disseruit hec intulit de
quibus multi dubium et tractatum plerique
libasse. Quid est ergo quod scribit
tessalonicensibus in verbo dei pau//
lus et siluanus et thymotheus nos
qui viuimus qui residui sumus in ad//
uentu domini non preueniemus eos qui dor
mierunt. Qui sunt isti viuentes qui lo
quuntur talia / utique paulus non ab ho
minibus. nec per homines apostolus et
carissimus filius eius in fide timo
theus et siluanus qui illis erat et
affectione et virtutibus copulatus
Et hoc non solum illi sed quicumque pau
lo et sciencia et conuersacione similis
est dicere post. Nos qui viuimus
quorum corpus mortuum est propter peccatum
spiritus autem viuit propter iusticiam Et
quorum mortificata sunt membra super
terram. ita ut nequaquam concupiscat
caro contra spiritum. Ubi enim adhuc de
siderat caro. viuit Et quia viuit de
siderat Et non sunt mortificata mem
bra illius super terram. Qui vero si morti
ficata sunt nequaquam contra spiritum con
cupiscunt que mortificatione sui
huiuscemodi desiderium perdiderunt
Uiuit igitur qui vita carnere perempti
et ad meliora translati sunt magis
viuunt deposito mortis corpore / et
viciorum omnium incentiuis. sic qui mor
tificacionem ihu in corpore suo cir
cumferunt. et nequaquam viuunt iuxta
carnem sed iuxta spiritum. viuunt in eo
qui vita est et viuit in eis xpus

b

de quo scriptum est. Viuens est sermo
dei et efficax. Qui est dei virtus deique
sapientia. viuit enim in quibus viuit vir//
tus dei omni humana fragilitate de
posita et in quibus viuit sapientia que
abscondita est in deo. et in quibus
viuit et in operatur iusticia Xpus et
factus est nobis non solum iusticia
deo sed et sapientia et omne quod virtus
est Et siquidem in priori loco se dor//
mientibus et in xpo mortuis qui hanc
scribunt epistolam separarent videretur
superflua adnotatio et ex vno loco
adsumptum testimonium non valeret
Nunc vero eodem sensu quia eodem
et spiritu. et in prima ad corinthios loquitur
omnes non dormiemus omnes autem in
mutabimur In momento. et in motu
oculi. in nouissima tuba et mortui
resurgent incorrupti et nos inmuta
bimur. Hoc quod in priori loco scriptum
est. et mortui resurgent in eo / in tu
ba dei descendet de celo. compara illi
quod ad corinthios scribitur in nouis
sima tuba Canet enim. Illi autem quod
ad thessalonicenses legitur et mor//
tui in xpo resurgent primum / hoc quod
ad corinthios scriptum est et mortui
resurgent incorrupti. porro quod
sequitur. Deinde nos qui viuimus qui
residui sumus illi respondet et nos
inmutabimur. Quorum vtrumque sic
intelligi potest Nos qui viuimus / qui
residui sumus in aduentu domini. et nos
qui inmutabimur et non sumus ex hys
qui appellantur mortui sed viuimus
ideo presentia domini. non in morte sed
in vita prestolamur quia de israhe//
litico genere sumus et electe sunt de
nobis reliquie. de quibus olim dominus
loquebatur. dereliqui mihi septem
milia virorum qui non curuauerunt genua
ante baal. In iohis quoque euangelio
viuorum et non viuorum: duplex ordo de
scribitur / omnis qui credit in me. etiam
si mortuus fuerit viuet. Et omnis qui
viuit et credit in me non morietur
in eternum. Si viuos ita intelligimus
ut iam a nobis dictum est: dormientes
et in xpo mortuos illos esse credamus
qui cum vellent in xpo viuere tamen per
peccato mortui sunt Qui autem reliquie et
electio secundum graciam appellantur viuen
tes qui non ita credunt nec de israheli//
tica nobilitate generati sunt dormientes
et mortui appellabuntur in xpo Dicuntur
qui hunc locum ita edisserant viui ap
pellabantur. qui numquam peccato sunt mor
tui. Qui autem peccauerunt et in eo quod
peccauerunt mortui sunt: et postea conuer
si ad penitentiam / purgant antiqua de
licta mortui appellantur quia peccauerat

In xpo autem mortui quia plena adde
iun mente conuersi sunt. porro qui vi
uunt et habent testimonium fidei et nec
dum receperunt promissionem dei / qui
et de alijs quibusdam melius cogita
uit et non absque hijs qui iusti sunt coro
nentur. in eo habent beatitudinem
quod fruuntur bono consciencie et
viuunt et relicti sunt in aduentu domini
saluatoris. Sed quia clemens est deus
et vult saluare etiam eos qui dormi
erunt et in xpo mortui sunt non preuenient
illos neque soli rapientur in nubibus
sed iuxta exemplum euangelice pa
rabole vnum denarium vnaque mercedem
et vndecime hore operarij et prime qui
in vinea missi sunt salutis accipient.
Nec hoc alicui videatur iniustum ut
dispar labor vnum premium consequatur.
Magna quippe diuersitas est eorum
qui post vulnera sunt sanati et eorum
qui nunquam viderunt mortis errorem
de hijs puto esse dictum. quis est homo
qui viuat et non videat mortem. Re
dimet de morte animam suam. Neque
enim ut quidam putant. quis pro eo
quod est nullus accipitur sed quasi
dixerit. quis putas. Iuxta illud quod
scriptum. Quis sapiens et intelliget
hec. Et in alio loco. Domine quis habita
bit in tabernaculo tuo. Et iterum. Quis
cognouit sensum domini. Residui ergo
erunt de credentibus pauci qui ad
uentum domini videant secundum id quod
deus verbum est. Nequaquam in vilita
te carnis. sed in gloria triumphantis.
Et considerandum quomodo primum dor
mientes appellauit. deinde in xpo
mortuos quos viuentes preuenire non
poterunt. Qui enim non custodierit
hoc quod scriptum est / ne dederis so
mnum oculis tuis neque palpebris tuis
dormitationem ut saluus fias / sicut
caprea de vinculis et sicut auis de
laqueis dormiet et culpabilis so
pore torpens est. Cumque dormierit
transibit in mortem. Sicut enim mouetur
qui vigilat. sic qui dormit latet in
motus et mortis torpet similitudi
nem. Quod autem dormitionem
sequatur mors / et prima ad chorinthe
os epistola docere nos poterit. in qua
scriptum est. Nunc autem xpus surrexit
ex mortuis primicie dormiencium. quia
enim per hominem mors et per hominem
resurrectio mortuorum. Et post pau
lulum. Non omnes dormiemus. sed omnes
inmutabimur. In momento in ictu oculi
in nouissima tuba. Canet enim tuba
et mortui resurgent incorrupti et

nos inmutabimur. Cum ergo hec de
dormitione dicantur et morte et
illud legamus in apostolo. surge qui dor
mis et exsurge de mortuis et illu
minabit te xpus / iuremus domino et votum
faciamus deo iacob vniuscuiusque dicens
in corde suo dicens. si ascendam in
stratum meum si dedero sompnum oculis
meis et palpebris meis dormitacionem
donec inueniam locum domino habitacu
lum quem in anima sua tabernaculum pre
paret deo iacob et deus in illo eter
na sede requiescat. Sequitur quia
ipse dominus in iussu et reliqua. descendet
enim missus a patre non diuersitate vir
tutis. sed dispensatione iudicis. Et
descendet ad eos. qui deorsum sunt
verbum dei et sapiencia et veritas / atque
iusticia et quamquam mortui sint ad quos
dignatur descendere tamen non sunt
ab eo alieni. Mortui enim vocantur in
xpo. Qui autem viuunt hoc habent pri
uilegium quod eliguntur pluribus. Attamen
vtrumque agmine agmen et mortuorum
in xpo et viuencium. pariter rapientur in
nubibus obuiam domino ut non eum expec
tent donec ad terrena descendat. sed
presencia illius et contubernio in sublimi
bus perfruantur. Tantaque est xristi
clemencia ut pro salute nostra non solum
caro factus sit. sed ad mortuos usque
descenderit et in ipsa morte habeat
signa viuencium. Aqua enim et sanguis
de latere eius egressa sunt. descendet
igitur sermo diuinus voce archan
geli precedente et preparante sibi viam
in hijs qui eius possunt ferre presenciam.
Quod ut queamus intelligere primum
aduentus misteria cognoscamus.
Scriptum est de iohanne qui precursor eius
fuit quod in heremo dixerit. ego
vox clamantis in deserto et cetera. Quid
clamauit vox in deserto parate viam
domini rectas facite semitas eius ob
quod primum. Quamue merito deinde. omnis
vallis implebitur. et omnis mons et
collis humiliabitur et erunt praua in
directa. et aspera in vias planas
et videbit omnis caro salutare dei / hoc
autem dico ideo quia verbum caro factum est
et habitauit in nobis. Nunc autem
nequaquam vox prophete in deserto erit. sed
vox archangeli parantis vias non
incarnis humilitate venienti sed ei
qui est apud patrem verbum deus. Et tunc
quidem egrediebantur in desertum ut
audirent ad supplicii hominis precursorem
et viderent arundinem vento agitatam
de qua facte sunt tibie et vocalis cala
mus qui more pueorum dulci sonat mo

dulamine cantica in plateis atque dice
tur Cantauimus vobis et non saltastis
Nunc autem in voce archangeli precede
tis dominum descendentem de celis et in
clarissima tuba vniusquisque credencium
uel ad populum uel ad sacerdotalia minis
teria prouocatur / legimus in numero
libro sacratas deo tubas que ante
hostias personent. Sin autem magna est
vox angeli et tube / et archangeli quanto
maior erit tube dei que parat vias
primum dormiencium et mortuorum in xpo
deinde eorum qui viuunt et qui resi
dui fiunt et sermonis dei prestolantur
aduentum / Forsitan simplicis tube cla
gor dormientibus et mortuis in xpo
mittitur est vox autem archangeli et tu
be dei. hiis qui viuunt et in presentia domini
reseruantur. videamus quid possit
intelligi et id quod sequitur Simul
cum illis rapiemur. Quo dicto ostendi
puto subito ad meliora transensum
Et idcirco raptum se voluisse dicere
ut velocitas transeuntis / sensum cogita
tis excederet Quod et in alio loco
eiusdem vbi proprietate signauit. Scio
hominem in xpo ante annos quatu
ordecim. siue in corpore nescio siue
extra corpus nescio deus scit raptum
huiusmodi usque ad tercium celum. Et scio
huiuscemodi hominem siue in corpore
siue extra corpus nescio deus scit quia
raptus est in paradisum et audiuit
verba ineffabilia que non licet homini
loqui. Alii enim proficientes et ut ita
dicam gradientes ad maiora conscende
bant donec fierent / iuxta id quod
scriptum est magni valde nimis Et
quosdam in celum ad superiora legimus
Paulus autem vas electionis in tercium
celum raptus ascendit. et idcirco au
diuit verba ineffabilia. Quomodo
autem hii qui rapiuntur in nubibus ra
piuntur obuiam xpo. diligencius contem
plandum est Scimus nubes prophetas
quibus precepit deus ne pluerent super
israel ymbrem quando impleuerunt
mensuram patrum suorum et facta est
lex et prophete usque ad Iohannem baptistam
Et quia deus posuit in ecclesia primum
apostolos secundo prophetas non solum prophete
sed et apostoli nubes intelligendi sunt
Siquis igitur raptus ad xpm ascen
dit super nubes et euangelii super prophe
tas et apostolos et ad superiora alio volu
be. eorumque doctrina ad excelsa subla
tis occurrit. non deorsum sed in ae
re id est spirituali intelligencia scripturarum
occurrens aut in spiritualibus et terrena
dimittens siue ille sit dormiens

id est siue in xpo mortuus. siue viuens
et in illius presenciam reseruatus. sem
per cum illo erit et fruetur verbo dei et
sapientia veritate atque iusticia. Hec
celeri sermone dictaui quid eru
diti viri de vtroque sentirent loco
et quibus argumentis suas vellet
probare sentencias sit vestre prudentie ex
ponens Neque enim tanta est mee
pusillitatis auctoritas qui nichil sum
et inuideorum tamen morsibus patco
quanta eorum qui nos in domino precesserunt
Nec iuxta phytagore discipulos pre
iudicata doctoris opinio sed doctri
ne racio ponderanda est. Siquis
autem contrarie factionis murmurat
quare eorum explanaciones legam quorum
dogmatibus non adquiesco. sciat
me illud apostoli libenter audire omnia
probate. et quod bonum est retinete
Et saluatoris verba dicentis Estote pro
bati nummularii / ut siquis nummus a
dulter est et figuram cesaris non habet
nec signatur moneta publica repro
betur Qui autem xpi faciem claro
profert lumine cordis nostri marsuppio
recondatur Et enim si dialecticam scire
voluero. aut philosophorum dogmata et ut
ad nostram redeam scientiam scripturarum
nequaquam simplices ecclesie viros
interrogare debeo. quorum alia gratia
est et vnusquisque in suo sensu ha
bundet scriptum cum in domo mag
na vasorum plus familie diuersitas mul
ta ditatur sed eos qui artem didice
re ab artifice. et in lege dei meditantur
die ac nocte Ego et in adolescentia
et in extrema etate profiteor et origi
nem et eusebium cesariensem viros
esse doctissimos sed errasse in dog
matum veritate Quod e contrario de
theodoro. Acacio apollinare possu
mus dicere Et tamen omnes in expla
nacionibus scripturarum sudoris sui nobis
memoriam reliquerunt. Intra aurum
quitur et de fluuiorum aluceis splen
dens profertur glarea. pactolus que
ditior ceno est / quam fluento Cur
me laterant amici mei et adversum
silentem crasse sues grunniunt. Quorum
omne studium est immo sciencie super
cilium aliena carpere / et sic vetum
defendere perfidiam. ut perdant fidem
suam. Meum propositum est antiqua
legere: probare singula retinere
que bona sunt et a fide ecclesie ca
tholice non recedere Volens ad a
lias questiunculas respondere et
uel mea uel aliena dictare extem
plo a fratre sisinno admonitus sum. ut

Cxcii
a

proposicio beati Ieronimi

ad vos et ad ceteros sanctos fratres qui nos amare
dignantur litteras scriberem. Cohibebo
igitur gradum et si vita comes fuerit
futuro me operi reservabo ut et vobis pro
partes pareant. et fratrum ac simile
corpusculum omnis possit ferre mode
ratum. Illud autem breviter in fine commo
neo. hoc quod in latinis codicibus
legitur. omnes quidem resurgemus
non omnes autem immutabimur. vel non omnes
dormiemus. omnes autem immutabimur.
Quorum qui sensus sit supra diximus

Jeronimus Cypriano presbytero de psalmo lxxxviij° etc.

Fratri karissimo Cy-
priane. scito prenoscens
quia si scribatur extrema lit-
tera que appellatur mem
exprimit dexteram. Vnde
est illud in nomine beniamin. qui interpretatur
filius dextre. Si autem mem habeat
diem vel dies sonat. Est autem sensus
Numerum annorum dierumque nostrorum quos
nos in hoc seculo vivere decrevisti osten-
de nobis ut preparemus nos ad vo-
luntatem tuam et contempto errore morta-
lium ad te pergere festinemus. cupiamusque
penitentiam tuam et ad te festinemus
corde sapienti. Nichil enim ita decipit
humanum genus quam dum ignorant spa-
cia vite sue longiorem seculi huius
possessionem sibi promittunt. Vnde
et illud egregie dictum est. Nullum tam
decrepite senectutis esse ut non se
adhuc uno plus anno vivere suspi-
cetur. Ad hunc sensum pertinet. et illud
quod dicitur. Memento mortis tue
et non peccabis. Qui enim se recordatur
cotidie moriturum contempnit presentia
et ad futura festinat. hoc est quod
et dauid in alio loco precatur dicens
Ne auferas me in dimidio dierum meorum
priusquam abeam et non subsistam. Quod
ita exponitur. Ne eo tempore facias me
mori quando adhuc putabam me esse
victurum et peccata corrigere prima. Si enim
hoc feceris invectus in delictis meis
esse cessabo. Non quo spem resurrec-
tionis neget sed quod ei se neget
posse subsistere apud quem omnes qui
in vitiis perseveraverint pro nichilo co-
putantur. Vbi nos interpretati sumus
eruditos corde in sapientia. Alii tran-
stulerunt compeditos verbi ambigui-
tate decepti. Si dicas ΠΕΠΔΥΑ
ΕΥΜΕΗWΥΓ compeditos signifi-
cat. Revertere domine usquequo. Et exo-
rabilis esto super servos tuos lxx. Si-
militer quia agimus penitentiam et sac-
tes vite nostre brevitatem ad te corde

sapienti cupimus pervenire. Et tu domine
revertere ad nos. Peccatis enim nostris
longe recesseras. et dimiseras nos
ut ambularemus secundum voluntatem
et cogitationes nostras. Quod autem in
fert usque quo qui illam habet intelli
gentiam quam in duodecimo psal
mo diximus. Vsque quo domine oblivisce-
ris me in finem. Qui enim in an-
gustia constitutus est. serum ei di-
videtur auxilium. Et propterea in presentibus
deprecatur ut cito adiutorem dominum
sentiat ut nequaquam iratum iudicem
sed placatum. Imple nos matutina
misericordia tua et laudabimus et letabimur
in cunctis diebus nostris lxx Repleti su-
mus mane misericordia tua. et exultavi-
mus et letati sumus in omnibus diebus
nostris. In cunctis pene locis hanc ha-
bent lxx consuetudinem. ut quod a-
pud hebreos in futuro ostenditur
hoc illi quasi iam factum. et preteritum
referant. hic ergo non ut illi volue-
runt dicunt se impletos esse matuti-
na misericordia dei atque letatos. Alioquin
si hoc factum erat quomodo postea de-
precantur et dicunt. respice in servos
tuos et in opera tua. Sed totum quod
postulant ideo deprecantur ut merean-
tur matutinam misericordiam eius. Quam
cum fuerint consecuti laudent
eum atque letentur in cunctis diebus
vite sue. videtur autem resurrectionis
spe eterne vite premia deprecari dicens.
Imple nos matutina misericordia tua. Quod
quidem et vicesimi psalmi titulus
sonat quippe ad misterium domini et
ad resurrectionem eius pertinens inscri-
bitur pro assumptione matutina le-
tifica nos pro diebus quibus afflix-
isti nos et annis quibus vidimus
mala et lxx. letati sumus pro diebus
quibus nos humiliasti annis quibus
vidimus mala. Et lazarus qui rece-
pit mala in vita sua. in sinu ha-
brahe eterno quiescit gaudio. Ma-
la autem non ea appellat que contraria
bonis sunt sed pro afflictione ponit
et angustiis quibus malis et sara
afflixit agar ancillam suam. Et de quibus
in euangelio scribitur. Sufficit diei
malicia sua. Quanto igitur in hoc
seculo persecutionibus paupertate
inimicorum potentia vel morborum cru-
ciatu fuerimus afflicti tanto post
resurrectionem in futuro maiora premi-
a consequentur. Pulchre autem non dixit
sustinuimus mala sed vidimus. Quis
est enim homo qui vivat et non vide-
at mortem. Que non tam ad dissolu-

Decep[tio] [illegible] longioris vite

Nullus senex adhuc uno anno vivere putat

memoria mortis

CXIII
A

tarius quam ad peccatorum accipitur
iuxta quam dicitur Anima que peccaverit ipsa morietur. Appareat apud
servos tuos opus tuum. neque enim qui
postulat salute contentus est sed
que sit gloria filiorum / id est servorum dei
filios autem non tam illos qui de corum
stirpe generati sunt quam discipulos debemus accipere de quibus et paulus
loquebatur filioli mei quos iterum parturio unde et Johannes apostolus secundum uniuscuiusque
filiorum suorum profectus quoque operum singulorum
scribit ad parvulos scribit adulescentes
scribit ad patres Et sit decor domini mei
nostri super nos et opus manuum tuarum
fac stabile super nos et opus manuum
tuarum confirma lxx Et sit splendor
domini dei nostri super nos et opera manuum
nostrarum dirige super nos et opus manuum nostrarum dirige ubi sunt qui liberi
arbitrii sibi potestatem plaudentes / secundo
se putant dei gratiam consecutos si
habeant potestatem faciendi vel non
faciendi bona vel mala. Ecce hic
beatus moyses post resurrectionem
quam postulaverat dicens / Imple
nos matutina misericordia tua et laudabimus
et letabimur in cunctis diebus meis
nequaquam surrexisse contentus est
sed etiam vite premia consecutus.
postulat ut decor domini dei sui sit
super eos qui surrexerunt et splendeat
in animabus cordibusque sanctorum
et opera manuum eorum ipse dirigat / fa
ciatque esse perpetua / Perque confir
met quidquid in sanctis videtur boni. Dicit enim humilitas deprecantis
meretur premia. si ita scribia confiten
tis dei auxilio decerneretur. Ieronimi presbiteri ad apologeticum ad pa

mmachium

Quod ad te huc
usque non scripsi. causa
fuit silentium tuum verebar enim ne si tacenti scriberem molestum
me magis quam officiosum putares
et condiscipulum Nunc autem provocatus dulcissimis litteris tuis et huiuscemodi litteris / que me ad phicam immo
dogmatis provocarent et condiscipulum quodam et sodalem et amicum obviisque ut aiunt manibus excipio. defensoremque meorum opusculorum paro Ita tamen si ante te placatum iudicem habuero immo si
oratorem meum super omnibus que
in me arguuntur instruxero / hoc
enim ut tullius tuus et ante illum
in brevi et solo volumine scripsit

scripsit anthonius prima causam esse
victorie diligenter causam pro qua
dicturus es discere Reprehendunt
me quidam quod in libris quos
adversus iovinianum scripsi nimius
fuerim in laude virginum vel in suggillatione nuptiarum Et aiunt condempnationem quodammodo esse matrimonii in tantam pudicitiam prodi
tare et nullam posse videatur inter
uxorem et virginem comparatio
derelinqui Ego si bene problematis memini inter iovinianum et
nos. ista contentio est quod ille
exequet virginitati nuptias nos
subiciamus Ille vel parum vel
nichil nos multum interesse dicimus
Denique idcirco te post dominum factore te dampnatus est quod ausus
sit perpetue castitati matrimonium
comparare. Aut si idipsum virgo putatur et nupta non praetulimus
notis huius Rome victorinis au
diri non potuit / virgo a viro non virgo
apud me autem esse nichil potest Aut
mea sententia sequenda est. Aut
iovinianum. Si reprehensor quod
nuptias virginitati subicio. laudetur ille qui comparat Si autem
dampnatus est quia equales
putabat dampnatio eius mei
operis testimonium sit. Si seculi
homines indignantur putabit
in minori gradu se esse virgines im
mo clericos. et monachos et continentes id non laudare quod faciunt Castrant se ab uxoribus
suis ut imitentur virginum casti
tatem Et idipsum volunt esse maritos quod virgines Aut negantur
itaque uxoribus suis quibus renuntiaverant Aut si se abstinuerint
quasi tacentes confitebuntur melius
esse. quod nuptiarum operi praetulerunt
Adhuc rudis in scripturis et inter
prima satirarum voluminum leges
lineas. et ut ita dicam tenuem
ducendi filum. inter virginitatem / et
nuptias servare non potui / videlicet nesciebam dictum / noli esse
iustus multum / ut dum uni lateri protego / in altero vulneratus sim
Atque ut manifestius loquar. dum
contra iovinianum presso gradu pugno a manicheo mea terga confossa sint / Nonne queso statim in
principio operis mei ista prefatus
sum. Neque vero manichei et
martionis dogma sectantes
nuptiis detrahimus. Nec tatiana

principis euticitatum errore de
cepti omnem coitu spurcu putam9
Qui no solum nuptias sed et abos
quoqz quos deus creauit ad vtendu
dapnat et rprobat Sciam9 in domo
magna no solum vasa esse aurea
et argentea sed et lignea et ficti
lia Et sup fundamentu xpi quod pau
lus architectus posuit. Alius sup e
dificat auru et argentum lapides
pciosos alius econtrario fenu ligna
stipulam. Non ignoramus honora
biles nuptias et cubile inmacula
tum. legim9 pmam dei snam Cresci
tite et multiplicamini et Implete
terra. Sed ita nuptias recipimus
ut vginitatem que de nuptiis nas
citur pferamus. Nunquid argentu
no erit argentu si auru argento p
ciosius est: Aut arboris et segetis
contumelia e. si radicibus et foliis
culmo et aristis poma pferantur
vt fructus / ut poma ex arbore fru
mentu ex stipula. ita vginitas ex
nuptiis Centesim9 et sexagesim9
et tricesimus fructus quamqz de
vna terra et de vna semente nascan
tur multu differt in numero. Trigi
ta referunt ad nuptias. quia et ipa
digitorum coniunctio. et quasi molli os
culo se complexans et federans
maritum pingit et coniugem. Sex
agnita dixi ad viduas eo quod in
angustia. et in tribulacione sint po
site bu et supiori digito depmitur
Quantoqz est difficultas expte quo
dam voluptatis illecebris abstine
tanto maius et pmiu / porro nume
rum centesimu queso diligenter lec
tor attende de sinistra transfertur
ad dexteram et eisdem quidem di
gitis. sed no eadem manu. quibus
in leua nupte significantur et vidue
et circulum faciens exprimit vgini
tatis coronam. oro te. qui hec loqui
tur dampnat nuptias. Aurum v
ginitatem argentu diximus mat
moniu. Centesimu et sexagesimu
et tricesimu fructu de vna terra exposu
im9 et de vno semente generari. Li
cet multu differat in numero. Et
quis vnquam tam iniquus lector
erit. ut no ex meis dictis sed ex suo
me sensu iudicet: Et certe multo
clementiores erga coniugia sum9
omnibus pene latinis et grecis tra
ctoribus. qui centesimu nu_m ad
martires referunt. sexagesimu ad
vgines / tricesimu ad viduas. Atqz
ita fit iuxta illorum snam ut debca

rta. et patsfamilias femine excludan
mariti vm in principio cautus. in re
liquis forsitan inprouidus fuerim
Hone post ptitionem opusculi cum
ad questiones venirem statim in
tuli: vos queso vtriusqz sexus vgines
et continetes. mariti quoqz et diga
mi ut conatus meas oracionibus
adiuuetis. Cunctorum e comune io
uinianus hic hostis est. Quorum ego
oracionibus indigeo. et quos adiuto
res mei operis pcor eos possum
manichei errore dampnare. Cur
ramus ad reliqua. Neqz enim eple
patitur breuitas diucius in singulis
i morari in ptantes illud apostoli
testimoniu // vxor ppii corporis sui
no habet ptatem sed vir. Similiter
et vir corporis sui no habet ptatem
sed vxor. Hec subiunxim9 / omnis hic
questio de his est qui in matrimonio
sunt. An eis liceat vxores dimittere
quod et dns in ewangelio prohibuit
vnde et aplus. Bonu est ait homini
vxorem uel mulierem no tangere
quasi in tactu eius periclm sit et
quasi qui eam tetigerit no euadat
vnde et ioseph quia tangere illum
nolebat egiptia. fugiens de ma
bus eius. palliu abiecit. Sed quia
qui semel duxit vxorem nisi ex con
sensu se no valet abstinere nec da
re repudiu no peccanti. sed reddat
coniugi debitum quia sponte se alliga
uit ut reddere cogeretur qui dicit
ee preceptum. ne dimittant vxores
absqz consensu. Quos enim deus co
niunxit homo no separet. hic pot dici
nuptias condempnare Rursus in
consequentib9. Sed vnusquisqz ait
ppium habere donu ex deo Alius q
dem sic. alius vero sic. Qua snam
nos exponentes hec intulimus Qd
inquit velim pspicuu est Sed qm
in ecclia diusa sunt dona / concedo
et nuptias. ne videar dampnare
naturam Simulqz considera quod
aliud donu sit vginitatis aliud nup
ciarum. Si enim eadem esset merces
nuptiarum et vginum nunquam dixisset
post preceptu continencie / sed vnusqsqz
ppium habet donu ex deo. Alius
quidem sic alius aut sic. vbi ppietas
singulorum est. ibi altrinsecus diuersi
tas Concedo et nuptias esse dei donu
Sz inter donu. et donu magna e diu
sitas Denique et aplus de eodem post
incestum penitente econtrario inquit
donate ei et consolamini. Et si cui qd
donastis et ego At ne putaremus

vxor ppii no habet et eius qui telligatur

domum hominis contemplacionem addidit
Nam et ego quod donavi propter vos tota
xpo divisa sunt dona xpi. Unde et io-
seph in typo eius variam habebat
tunicam. Et in psalmo xl° iiij^to Ad-
stitit regina a dextris tuis in vestitu
deaurato circumdata varietate. Et
petrus apostolus Sicut coheredes in
multiplicis gratie dei. Quod significan-
cius grece dicitur ποικίλης id est va-
ria. Rogo que est ista contencio. claude
oculos. nec aptissimum lumine aspicere.
In ecclesia diximus dona divisa. et ali-
ud donum virginitatis. et aliud nupci-
arum. Et post paulum Concedo et nup-
cias esse donum dei sed inter donum et
donum magna diversitas est. Et quod
dei donum voce aptissima pronuncias
dampnare dicimur. Porro ioseph
in typo domini accipitur. Tunica eius va-
ria atque distincta in virginibus vidu-
is continentibus ac maritis est. Et pa-
test videri quasi alienus qui de tu-
nica xpi est. Cum et ipsam reginam
hoc est ecclesiam salvatoris. in vestitu
deaurato eadem varietate circum-
datam dixerimus. Sed in consequentibus
de coniugio disputantes eundem sensum
secuti sumus. Hic locus ad presentem con-
troversiam non repudiandam: et
repudiatam viro vivente alteri non
nubere. Aut certe viro suo debere re-
conciliari. Necnon et in alio loco. Mu-
lier alligata est viro. quanto tempore
vivit. Quod si dormierit vir eius
liberata est cui vult nubeat tantum
in domino. id est xpiano. Qui secundas nup-
cias terciasque esse concedit in domino
primas cum ethnico prohibet. Aperiant
queso aures obtrectatores mei et
videant me secundas et tercias nupcias
in domino concessisse. Qui secundas et
tercias non dampnavit primum potuit
dampnare matrimonium. In eo quoque
ubi interpretamur capitulum apostoli circumcisus
aliquis vocatus est. non adducat pre-
pucium. in prepucio vocatus est non circum-
cidatur. Licet quidam prudentissi-
mi interpretes scripturarum. hoc de circumci-
sione et servitute domini esse conten-
dant. nonne aptissime federa ser-
vamus nupciarum. Diximus enim Si
in prepucio quis vocatus est non cir-
cumcidatur. habebas inquit uxorem
cum credidisti. noli fidem xpi causam
putare dissidii quia in pace nos vo-
cavit deus. Circumcisio nichil est et
prepucium nichil est sed observacio man-
datorum dei. Nichil enim prodest absque
operibus celibatus et nupcie. cum

eciam fides que proprie xpianorum est si
opera non habuerit. mortua esse dicatur.
Et hac lege. virgines quoque veste et
in nomine vidue. in factarum quecumque or-
dine numerari. Et post paulum Servus
vocatus es. non sit tibi cure. Sed et si
potes liber fieri magis utere. Eciam
si habes inquit uxorem. et illi alli-
gatus es et solvis debitum et non ha-
bes tui corporis potestatem atque ut ma-
nifestius loquar servus uxoris es
noli propter hoc habere tristiciam. nec
de amissa virginitate suspires. Sed
eciam si potes aliquas invenire
dissidii ut libertate pudicicie perfru-
aris. noli salutem tuam cum alterius
interitu querere. Habeto paulisper
uxorem. nec precurras morantem. [sed]
Expecta dum sequitur. Si egeris pa-
ciencius coniux mutabitur in sororem.
In eo quoque loco in quo tractabamus
cur dixisset paulus. de virginibus autem
domini preceptum non habeo consilium autem
do. tamquam misericordiam consecutus a domino
ut sim fidelis ita virginitatem extu-
limus ut nupciarum ordinem servare-
mus. Si virginitatem dominus imperasset
videbatur nupcias condempnare. et
hominum auferre seminarium unde et
virginitas nascitur. Si precidisset ra-
dicem quomodo fruges quereret. Nisi
ante fundamenta iecisset. qua racione
edificium extrueret. et opertorium et cunc-
ta desuper culmen imponeret. Si ra-
dicem nupcias. si virginitatem fructus
diximus si fundamentum matrimonium
et edificium. vel culmen perpetuam cas-
titatem. quis quam tam invidus. vel
tam cecus obtrectator mei erit. ut in
eadem domo edificium et culmen
videat et fundamentum quod et edi-
ficium et culmen portat ignoret. Porro
in alio loco proponentes apostoli testimonium
in quo ait. alligatus es uxori. noli
querere uxorem: illico ista subieci-
mus Habet unusquisque nostrum termi-
nos suos. redde michi meum. et tu
tene tuum. Si alligatus es uxori ne
illi des repudium. Si solutus sum ab
uxore non queram uxorem. Ut ego
non solvo coniugia. si semel ligata sunt
ita tu non liges quod solutum est. Sed
et in alio testimonio quid de virgi-
nitate et de nupciis senserimus ma-
nifestissime declaratur. Non inponit
nobis apostolus laqueum nec cogit
esse quod nolumus sed suadet quod
honestum est et decorum et intente
facit servire domino et semper esse sol-
licitam et paratam dominum expectare

Cxxv
a

volutatem ut tunc quod imperabit
quasi strenuus et armatus miles
statim impleat quod preceptum est. Et
hoc faciat sine ulla distentione que
data est secundum ecclesiasten hominibus
huius mundi ut distendantur in ea. In
fine quoque comparationum nuptiarum et
virginum disputationem meam hoc ser
mone conclusimus. ubi bonum et melius
ibi boni et melioris non unum est pre
mium. Et ubi non est unum premium. ibi utique
dona diversa. Tantum est igitur inter nupti
as et virginitatem quantum inter non pec
care et bene facere. Immo ut levius
quam tunc inter bonum et melius. porro in
sequentibus cum dicimus finita dispu
tatione coniugiorum et virginitatis in
utraque tanto moderamine preceptorum
ut nec ad sinistram nec ad dexteram
diverteret sed via regia graderetur et
illud impleret. ne sis multum iustus
rursus monogamiam digamie comparat.
Et quomodo nuptias subdiderat vir
ginitati. ita digamiam nuptiis subi
cit. Nonne perspicue ostendimus
que sit in scripturis sanctis sinistra que
dextera et quid significet ne sis mul
tum iustus. Quod videlicet sinistra
sit: iudeorum et gentilium si sequamur
libidinem semperque estuemus ad coy
tum. dextera. si manicheorum sequa
mur errorem et simulata pudicitie
a impudicitie retibus implicemur.
via autem regia sit ita appetere virgi
nitatem ne nuptie condempnentur.
Preterea quis tam iniquus meorum o
pusculorum index erit ut prima matrimo
nia dampnare me dicat cum etiam
de secundis dixisse me legerit. Concedit
apostolus secundas nuptias. sed volenti
bus sed hiis que se continere non possunt
ne luxuriate in christo nubere velint
habentes dampnationem quod primam
fidem irritam fecerunt. Et hoc con
cedit. quia multe abierunt retrorsum
post sathanan. Ceterum beatiores
erunt. si sic permanserint. Continuoque
subiungit apostolicam auctoritatem
secundum consilium meum. porro ne aucto
ritas apostoli quasi levior indicetur ad
didit. puto autem quod spiritum dei ha
beam. ubi ad continentiam provocat
ibi non hominis. sed spiritus dei usus
est consilio. ubi autem nubendi con
cedit veniam spiritum dei non nominat sed
prudentie deliberat consilium. Ita sin
gulis relaxatis ut unusquisque fer
re potest. propositis quoque testimo
niis in quibus apostolus secundas concedit
nuptias. statimque subiecimus.

Quomodo virginibus ob fornicationis
periculum concedit nuptias et excusabi
les facit quod per se non appetitur. ita ob
eandem fornicationem concedit
viduis secunda matrimonia. Melius est
enim licet alterum et tertium virum nosse
quam plurimos. Id est tollerabilius est uni
homini prostitutam esse. quam multis.
Facessat calumnia de secundo hic et de
tertio et quarto sed matrimonio dispu
tamus. non de primo. Sed ne quis in eo
quod diximus tollerabilius est uni ho
mini prostitutam esse. quam multis ad
primum maritum referat. cum omnis nobis
questio de digamie et trigamie copu
latione fuerit. Denique digamie et
trigamie disputationem hoc calce sig
navimus. omnia licent. sed non omnia
expediunt. Non dampno digamos
immo nec trigamos. Et si dici potest
octogamos. plus aliquid inferam
etiam scortatorem recipio penitentem.
Quidquid equaliter licet. equali lance
pensandum est. Erubescat calumpni
ator meus dicens me prima damp
nare matrimonia quando legit non dampno
digamos immo nec trigamos. Aliud
est non dampnare aliud predicare.
aliud est veniam concedere. Aliud lau
dare virtutem. Si autem durus in
eo videor quia dixi quidquid equaliter
licet equali lance pensandum est. puto
non me crudelem iudicabit et rigi
dum. quia alia loca virginitati et
nuptiis alia trigamis et octogamis
et penitentibus legerit preparata. Christum
virginem in carne virginem. in spiritu monogamum
quod unam haberet ecclesiam in
reliquis sermo testatus est. et credi
tis me nuptias condempnare.
Dampnare dicor nuptias cum hic
sermo est. Nullique dubium est sacer
dotes de aaron et eleazar et finees
stirpe generatos qui cum et ipsi uxores
habuerint recte nobis opponentur
si errore encratitarum contendimus
matrimonia reprobanda. Dacianum
encratitarum principem qui abiciat
matrimonia reprehendimus et ipsi nup
tias condempnamus. Rursumque u
bi virgines et viduas comparo quid
de nuptiis senserim et quomodo tres
gradus virginitatis viduitatis que
vel continentie et coniugii fecerim
declarant ipsa que scripta sunt. Non ne
go beatas esse viduas que ita post
baptismum manserint nec illarum de
traho merito que cum viris in castita
te perdurant. Sed sicut he maioris
apud deum premii sunt. quia nupto co

CXVIII
a

iugali officio seruientes ita et ipse equo
paciantur animo virginitatem sibi pre
ferri. Ad galathas quoque testimonium
proponentis apostoli ex operibus legis non iusti
ficabitur omnis caro huiuscemodi sen
sum intulimus. opera legis et nup
cie sunt vnde et maledicitur in ea que
non habent filios que si conceduntur
etiam in euangelio. Aliud est indulge
ciam infirmitati tribuere. Aliud est
virtutibus premia polliceri. Ecce prespi
cue nuptias diximus concedi in euan
gelio sed tamen easdem in suo officio
permanentes premia castitatis capere
non posse. Quod si indigne accipiunt
mariti non michi irascantur sed scripturis
sanctis immo episcopis et presbiteris et dya
conibus et vniuerso choro sacerdota
li et leuitico qui se nouerit hostias
offerre non posse si operi seruiant
coniugali. Sed et in eo loco vbi de di
potali psi testimonium posuimus no
ne manifestum est quid de virginibus
et viduis et coniugibus senserimus
hii sunt qui cantant canticum nouum quod
nemo potest cantare nisi qui virgo
est. hii sunt primicie dei et agni sine
macula. Si virgines primicie dei sunt
ergo vidue et in matrimonio continentes
erunt post primicias. hoc est secundo et
tercio gradu viduas ponamus et
maritatas. Et heretico furore
dicamur dampnare nuptias. Mul
ta sunt que per omnem librum tanto mo
deramine de virginitate de viduis de
nuptiis diximus. Sed breuitatis stu
dio vnum adhuc ponam testimonium
tamen non reor contradictorum nisi eum qui
aut inimicum se probare voluerit aut

b

vecordem. Nam cum proposuissem quod
dubitasset ad nuptias in chana gali
lee post quedam etiam hec addi
di. Qui enim semel iuit ad nuptias
semel docuit esse nubendum. Et tunc
virginitati posset officere et vir
ginitati posset officere addicere
si nuptias post virginitatem et vidui
tatis castimonia non in gradu tercio
poneremus. Sunt autem cum hereticorum
sit dampnare coniugia et dei sper
nere condicionem. quicquid de laude
dixerint nuptiarum libenter audimi
mus. Ecclesia enim non dampnat ma
trimonium sed subicit. Nec abicit
sed dispensat. Sciens sicut supra
diximus in domo magna non solum
esse vasa aurea et argentea sed
et lignea et fictilia. Sed alia esse
in honorem alia in contumeliam. Et
quicumque se mundauerit cum futurum esse

vas honorabile. et utile in omne o
pus bonum paratum. Quicquid in quam
de laude dixerit nuptiarum libenter
audiuimus. laudari nuptias libenter
audiuimus et nuptias condempna
mus. Ecclesia matrimonia non dap
nat sed subicit. velitis nolitis. ma
ritas subicit virginitati et viduita
ti ecclesia nuptias. Sed nuptias in
suo opere permanentes subicit non dap
nat nec abicit sed dispensat. In
potestate vestra si velitis secundum pudicicie
gradum scandere. Quid indig
namini. si in tercio stantes nolitis
ad superiora properare. Igitur cum to
ciens et tam crebro lectorem admo
nuerim et per singula pene tractatum
milia tanquam viator incesserim
me ita recipere nuptias ut eis con
tinentes viduas virgines quoque preferrem
debuerat prudens et benignus lec
tor. etiam ea que videntur dura
estimare de ceteris et non in vno at
que eodem libro criminari me diu
sas sentencias protulisse. Quis enim ta
ebes et in scribendo sit rudis. ut eo
dampnet et laudet edificata destru
at et destructa edificet et cum aduer
sarium vicerit. suo nouissime mucro
ne feriatur. Si rusticitatem homines
et vel rethorice uel dialetice artis
ignari detrahent michi tribuerem
veniam. Imperitie nec accusationem
reprehenderem vbi non voluntatem
in culpa cernerem sed ignorantiam
Nunc vero cum diserti homines. et li
beralibus studiis eruditi magis ve
lint ledere quam intelligere breuiter a
me responsum habeant corrigere
eos debere peccata non reprehendere. pa
tet campus stat de contra acies
aduersarii dogma manifestum est
Et ut virgiliani aliquid inferam
illam aspice contra qui vocat Re
spondeant aduersariis. Aliter teneat
modum in disputando aliter virgam
in docendo. et me in libris suis quod
uel preter miserim uel addiderim
doceant. Reprehensores non audio
sequor magistros. Delicata doctrina est
pugnanti ictus dictare de muro. Et
cum ipse vnguentis delibutus sis
cruenti militem accusare formi
dinis. Nec hec dicens: statim iacta
ticie reus sum quod ceteris dormienti
bus solus certauerim. Sed hoc dico
cautius eos posse pugnare qui vi
derint vulneratum. Nolo te certamen
in quo te tantum protegas et torpente
dextera sinistra clipeum circum

a

foras ad Aut feriendum tibiam aut cadendum. Non possum te estimare victorem nisi adversario videro trucidatum. Legimus eruditissimi viri in scolis pariter et aristotelica illa vel de gorgie fontibus manancia simul didicimus plura videlicet esse genera dicendi. Et inter cetera aliud est gymnasticos scribere aliud dogmaticos. In priori vagam esse disputacionem et adversario respondente nunc hec nunc illa proponere argumentari ut libet aliud loqui aliud agere panem ut dicitur ostendere lapidem tenere. In sequenti autem aperta fronte et ut ita dicam ingenuitas necessaria est. Aliud querere aliud diffinire. In altero pugnandum in altero docendum est. Tu me stante in prelio et de vita periclitante studiosus magister doceas. noli ex obliquo et unde non putaris vulnus inferre. directo percute gladio. Turpe tibi est hostem dolis ferire non viribus.

de pugna gladii

Quasi non et hec ars summa pugnancium sit alibi minitari et alibi percutere. Legite obsecro vos demosthenem. Legite tullium. Ac si forsitan rethores vobis displiceant quorum artis est verisimilia magis quam vera dicere. legite platonem theofrastum xenofontem aristotelem et reliquos qui de socratis fonte manantes et diversis cucurrere fluminibus. Quid in illis apertum. quid simplex est que verba non sensus qui sensus non victorie. Origenes methodius. eusebius apollinaris. multis versuum milibus scribunt adversus celsum et porphirium. Considerate quibus argumentis et quam lubricis problemata diaboli spiritu contexta subvertant. Et quia interdum coguntur loqui non quod senciunt sed quod necesse est. dicunt adversus eos quidem esse gentiles. Taceo de latinis scriptoribus tertulliano cypriano minucio victorino lactancio hylario ne non tam defendisse quam alios videar accusasse. paulum apostolum proferam

Cxxvii. a

quem quocienscumque lego. videor non michi verba audire sed tonitrua.

Verba pauli videntur tonitrua

Legite epistolas eius et maxime ad romanos ad galatas ad ephesios in quibus totus in certamine positus est. Et videbitis eum in testimoniis que sumit de veteri testamento. quam artifex. quam prudens quam dissimulator sit eius quod agit. videntur verba simplicia et quasi innocentis hominis ac rusticitatem et qui nec facere nec declinare noverit insidias. Sed quocumque

respexerit fulmina sunt. heret in causa capit omne quod tetigerit. Tergum vertit. ut superet fugam simulat ut occidat. Calumniemur ergo illum atque dicamus ei. Testimonia quibus contra iudeos. vel ceteras hereses usus es aliter in suis locis aliter in tuis epistolis sonant. Videmus exempla captiva servierunt tibi ad victoriam. que in suis voluminibus non dimicant. Sermone nobis loquitur cum salvator aliter foris aliter domi loquitur. Turba parabolas discipuli audiunt veritatem. proponit phariseis dominus questiones et non dissolvit. Aliud est docere discipulum aliud adversarium vincere. Misterium inquit meum michi. misterium meum michi. Et michi indignantur quod iovinianum non docuerim. sed vicerim. Immo indignantur hii qui illum anathematizatum dolent. Et cum laudent quod

b

sint ac se nunc quod esse simulent. Qui vero rogandus fuit ut michi cederet et non invitus ac repugnans in vincula ducendus. Et hec dixerim si in vincendi studio contra regulam scripturarum quippiam locutus fuisse. Et sicut viri fortes in controversiis solent facere culpam primo redemerim. Nunc vero cum interpres apostoli magis fuerim quam dogmatis et commentatoris usus sim officio quicquid durum videtur ei magis imputetur que exposuimus. quam nobis qui exposuimus. Nisi forte ille aliter dixit et nos simplicitatem verborum eius maligna interpretacione detorsimus. Qui hoc arguit de scripturis sanctis probet. Diximus. si bonum est homini mulierem non tangere malum est ergo tangere. Nichil ergo bono contrarium est nisi malum. Si autem malum est et ignoscitur. ideo conceditur ne malo quid deterius fiat. Et cetera usque ad propositionem alterius capituli hoc ideo subiecimus quod apostolus dixerat. bonum est homini mulierem non tangere. propter fornicacionem autem unusquisque uxorem suam habeat. In quo differunt mea verba a sensu apostoli. Nisi forte in eo quod ille pronunciat. ego dubito. ille diffinit ego sciscitor. Ille aperte dicit bonum est homini mulierem non tangere. Ego timide quero. Si bonum est mulierem non tangere. Si dubitantis est non confirmantis. Ille dicit bonum est non tangere. Ego quid bono contrarium esse posset adiunxi. Statimque consequentibus

animaduertenda est apli prudentia. Non
dixit bonum est uxorem nō habere. sed
bonum est inquit mulierem nō tangere
quasi et in tactu eius periculum sit quasi
qui illam tetigerit nō euadat. Vides
igitur nō de coniugibus nos exponere
sed de coitu simpliciter disputare. quod
ad comparacionem pudicitie et virgini
tatis et angelice similitudinis bonum
sit homini mulierem nō tangere.
Vanitas vanitatum dixit ecclesiastes
vanitas vanitatum. Si omnis creature
bone et a bono creatore condite quo
modo vniuersa vanitas. Si terra va
nitas numquid et celi et angeli thro
ni dominationes potestates ceterequē vir
tutes. Sed que per se bona sunt vt a
bono creatore condita. ad comparacionem
maiorum. vanitas appellantur.
Verbi gratia lampadis comparatione
pro nichilo est lampas. stelle colla
tione nō lucet. Stellam lune con
fer et ceca est. Luna soli iunge: nō
rutilat. Solem xpo confer et te
nebre sunt. Ego inquit sum qui
sum. Omnem igitur creaturam si deo
contuleris. nō subsistit. Ne tradas
inquit hester hereditatem tuam hiis
qui nō sunt dii. ydolis scilicet uel de
monibus. Et certe erant idola et
demones quibus ne traderentur ora
bat. Iacob quoque legimus ab abaldach
dum de impio querelam de tabernaculo
suo fiducia eius et calcet
super eum quasi rex interitus habi
tent in tabernaculo illius socii eius
qui nō est. haud dubium quin diabo
lus qui cum habeat socios nō est
Non autem haberet. nisi esset. Et
tamen quia adeo periit nō esse dicitur.
Ergo secundum hanc comparacionis sen
sum malum diximus mulierem tangere
licet vxoris nulla sit facta mentio
quod bonum est nō tangere. Et sub
iecimus. virginitatem frumentum nup
tias ordeum. fornicationem stercus
bubalarum nuncupantes. vtrumque et
frumentum et ordeum creatura dei
est. verum in euangelio maior turba or
deaceis panibus. minor frumenta
ceis pascitur. Homines et iumenta
inquit saluos facies domine. Aliis ver
bis idipsum locuti sumus quando aurum
virginitatem argentum nuptias dixi
mus. Et centum xliiii milia virginum
signatorum qui cum mulieribus nō
sunt coinquinati solos canticum nouum
cantare docuimus. in quo ostendi
voluimus omnes qui virgines nō perma
serint. ad comparacionem purissime

et angelice castitatis et ipsius domini nostri
ihesu xpi esse pollutos. Quod si crudum et
asperum et reprehensione dignum videtur
tantam nos inter virginitatem et nup
tias fecisse distantiam quanta inter
frumentum et ordeum est. legat sancti
Ambrosii de viduis librum et inue
niet illum inter cetera que de virginitate
et nuptiis disputauit. etiam hoc dix
isse. Neque ita coniugium apostolus pretulit
ut studia integritatis extingueret. Sed
a continentie persuasione incipiens
ad incontinentie remedia descendit.
Et cum brauium superne vocacionis for
tibus demonstrasset: deficere tamen
in via neminem passus est. Ita ap
plaudens prioribus: ut nō despiceret
et sequentes. Didicerat enim ipse quod
dominus ihesus aliis panem ordeaceum
ne in via deficerent dedit. aliis cor
pus suum ut ad regnum suum contende
rent demonstrauit. Et in consequentibus
Non ergo copula nuptialis quasi cul
pa vitanda. sed quasi necessitatis sar
cina declinanda est. Lex adstringit
vxorem. ut in laboribus et tristicia
filios generet. conuersio eius ad virum
sit ut et ipse dominetur. Ergo laboribus
et doloribus in generatione filiorum
additur nupta nō vidua. Et domi
natui viri subditur copulata. nō vir
go. Et in alio loco precio inquit empti
estis. nolite fieri serui hominum. Videtis
quam euidens coniugalis sit diffinitio
seruitutis. Et post pusillum. Si igitur
bonum coniugium seruitutis. malum quid
est quando nequeant se inuicem sti
ficare sed perdere. Vniuersa que nos
de virginitate et nuptiis lato sermone
diffudimus. ille breui artauit compen
dio. in paucis multa comprehendens.
virginitas ab eo persuasio continentie
nuptie remedia incontinentie pre
dicantur. Et significatur amatori
bus ad minora descensus. virginibus
brauium superne vocacionis ostendit.
nuptias que in media deficiant con
solatur. Alios laudat alios nō de
spicit. Coniugia hordeo virginitatem
xpi corpori comparat. Et puto multo
minorem distanciam inter frumentum
esse et ordeum quam inter ordeum et
corpus xpi. Deinde nuptias dicit
quasi necessitatis sarcinam declina
dam. Et diffinitionem esse euiden
tissime seruitutis. Et multa alia
que in tribus libellis de virginitate
latissime prosecutus est. Ex quibus
vniuersis perspicuum est me nichil noui
de virginibus nuptiisque dixisse sed

Cxxviii.
a.

maiorum in omnibus secutam esse se-
tentiam Tam huius videlicet quam re-
liquorum qui de ecclesiasticis dogma-
tibus disputarunt / quorum emulari ex-
opto negligentiam potius quam
aliorum obscuram diligentiam Timuit
contra me mariti quare dixerim
orote. quale illud bonum est quod
orare prohibet. Quod corpus xpi
accipere non permittit Quamdiu impleo
mariti officium. non impleo continentis

b Iubet idem apostolus in alio loco ut sem-
per oremus. Si semper orandum est: num-
quam ergo coniugio seruiendum Quam
quotienscumque vxori debitum reddo ora-
re non possum / hoc quare dixerim
perspicuum est quia inspectabar illud
Apostoli dictum. nolite fraudare inuicem
nisi forte ex consensu ad tempus
ut vacetis orationi / paulus apostolus dicit
quando coimus cum vxoribus nos o-
rare non posse. petrus ad continentiam
hortatur ne impediantur orationes
nostre. Quod hic queso peccatum meum est.
quod commerui Quid deliqui. Si tur-
bide et nebulose aque fluunt non est
alueri culpa sed fontis. An idcirco ar-
guor quod de meo sum ausus adi-
cere quale illud bonum est quod cor-
pus xpi accipere non permittit Ad hoc
breuiter respondebo Quid est maius
orare quam corpus xpi accipere. vtique
quam corpus xpi. Si per coitum quod minus
est impeditur multo magis quod
maius est / diximus in eodem volumine
panes propositionis ex lege non potuisse
se comedere dauid et socios eius
nisi se triduo mundos a mulieribus
respondissent non vtique a meretrici-
bus quod dampnabatur in lege
sed ab vxoribus quibus licito iungebantur
populus quoque qui accepturus erat
legem in monte syna tribus diebus
iussus est ab vxoribus abstinere
Scio rome esse hanc consuetudinem
ut fideles semper corpus xpi accipiant
quod nec reprehendo nec probo / vnusquisque
enim in suo sensu habundat sed ipsorum
conscientiam conuenio qui eodem die
post coitum communicant et iuxta persium noctem
flumine purgant / Quare ad martires
ire non audent. Quare non ingrediuntur

c ecclesias an alius in publico alius in
domo xpus est. Quod in ecclesiis non
licet nec domi licet Nichil deo clau-
sum est. et tenebre quoque lucent
apud eum probet se vnusquisque
ut sic ad corpus xpi accedat Non
quod dilata communionis vnius di-
es aut biduum sanctiorem efficiat

xpianum ut quod hodie non merui cras
uel perhendie merear sed dum quasi doleo
non communicasse me corpori xpi abstineam
me paulisper ab vxoris amplexu ut
amori coniugis amorem xpi preferam du-
rum est et non ferendum quis hoc
sclarum sustinere potest: Qui potest susti-
nere sustineat qui non potest ipse videbit
Nobis cura est non quid vnusquisque
possit aut velit: sed quid scriptura pre-
cipiat dicere Illud quoque in commentario-
lis meis eiusdem apostoli carpitur in
quibus dixi verum ne quis putet ex eo
quod sequitur ut vacetis orationi. et i-
terum idipsum apostolum velle hoc et non pro-
pter maiorem ruinam concedere. statim
infert ne temptet uos sathanas propter
incontinentiam vestram. pulchra nimirum
indulgentia et iterum ad idipsum quod
temptationi prefert sathane quod tam
habet incontinentie / laboramus quasi
obscura disserere cum exposuerit
se ipse qui scripsit / hoc dico inquit iuxta
indulgentiam non iuxta imperium et
inusitamus adhuc nuptias non vo-
care indulgentiam sed preceptum quasi
non eodem modo et scida et tertia ma-
trimonia concedantur et reliqua Quid
hoc locutus sum quod apostolus non dix-
erit Nimirum illud quod erubescat

d suo vocare nomine. Ego arbitror quam
dicit ad idipsum et rem ipsam tacet
non enim nominare palam coitum sed
verecundie ostendere. An quia sequitur
quod temptatione prefert sathane
quod habet cum in continentie Sermone
alio verborum ordine idipsum est. ne
temptet vos sathanas propter incon-
tinenciam vestram An quia dixi ut
inusitamus adhuc nuptias non vo-
care indulgentiam sed preceptum quod
si durum est imputetur apostolo qui ait
hoc dico autem secundum indulgentiam
non secundum imperium et non michi qui
excepto prepostero ordine nec sensum
nec verba mutaui Transeamus ad
reliqua optarem cum breuitate festi-
nat oratio. dico inquit apostolus innuptis
et viduis bonum est eis si sic permanserint
sicut ego. Si autem se non continent nu-
bant melius est nubere quam vri
Quod capitulum nos sit inspectati sumus
postquam nuptiis concesserat vsus
coniugii et ostenderat se quid vellet
quid vero concederet / transit ad nup-
tias et viduas. et sui proponit exem-
plum et felices vocat / si sic perman-
serint si autem se non continent nubant
idipsum quod supra propter fornicationem autem
et ne temptet vos sathanas propter

propter incontinentiam urinam redditur tamen
nisi dixerit si non se continent nubant.
Melius est enim nubere quam uri. Ideo
melius est nubere quia peius est
uri. Tolle ardorem libidinis et non
dicit melius est nubere. Melius semper
ad comparationem deterioris respicit non
ad simplicitatem incomparabilis per se
boni. Velut si diceret melius est unum
oculum habere quam nullum. Et post paulu
lum cum apostropham fecissem
et apostolum intuli. Si per se nuptiae bonae
noli eas incendio comparare sed dic
simpliciter bonum est nubere. Suspec
ta mihi est bonitas eius rei quam
magnitudo alterius mali malum esse
cogit inferius. Ego autem non levius
malum sed simpliciter per se bonum volo. Vult
apostolus innuptas et viduas sine cor
ruptione permanere et ad exemplum
sui provocat et feliciores vocat
si sic permanserint. Si autem se continere
non possunt et ardorem libidinis non
tam continentia voluit quam fornica
tione restringere, melius esse posse
nubere quam uri. Ad quod nos in
tulimus ideo melius est nubere quia
peius est uri. Non nostram sententiam pro
ferentes sed apostoli interpretantes. Me
lius nubere quam uri id est melius
maritum ducere quam fornicari. Si uri
vel fornicari bonum esse docueris
tunc bono melius praefertur. Si autem
nubere est quod malo praefertur non
est germanae et purae integritatis nec eius
beatitudinis quae angelis comparatur.
Si dixero melius est virginem esse
quam nuptam bono melius praetuli.
Si autem alterum gradum fecero melius
est nubere quam fornicari ibi non
homo melius sed malo bonum prae
tuli. Multa diversitas est inter id me
lius quod nuptiis et inter id quod for
nicationi anteponitur. Obsecro te
quid in hac disertione peccavi. Propo
situm mihi erat non ad meam volun
tatem scripturas velle intelligere. Com
mentatoris officium est non quod ipse
velit sed quid sentiat ille quem inter
pretatur exponere. Alioquin si con
traria dixerit non tam interpres est
quam adversarius eius quem nititur
explanare. Certe ubicumque scripturas
non interpretor et libere de meo sensu
loquor arguat me quilibet durum
quid dixisse contra nuptias. Quod si non
reppererit quod quid vel austerum esse
videtur vel durum id non scriptoris aucto
ritati sed interpretis officio deputet.
Illud vero ferre quis possit quod in

me reprehenditur quae exponens apostolum in
apostoli in quo de coniugibus scripsit tribula
tionem carnis habebunt huiusmodi
dixerim nos ignorari rerum puta
bamus nuptias saltem carnis habere
letitiam. Si autem nubentibus et in
carne tribulatio est in qua sola vide
bantur habere delicias quid erit reliquum
propter quod nubant cum et in spiritu et in
anima et in ipsa carne tribulatio sit.
Quae hic condempnatio nuptiarum est
sed infantium vagitus filiorum mortes
uxorum divortia ab hostibus dampna
domus et cetera huiuscemodi tribula
tionem diximus nuptiarum. Dum
adviveret sanctae memoriae Damasus
librum contra Helvidium de beatae
Mariae virginitate perpetua scripsimus
in quo necesse fuit ad virginitatis bea
titudinem praedicandam multa de
molestiis dicere nuptiarum. Illum vir
egregius et eruditus in scripturis et
virgo ecclesiae virginis doctor aliquid
in illo sermone reprehendit. In libro
quoque ad Eustochium multo duriora
de nuptiis diximus et nemo super hac
re se laesus est. Amator quippe cas
titatis praeconium pudicitiae intenta
aure captabat. Lege Tertullianum
lege Cyprianum lege Ambrosium et cum
illis me accusa vel libera. Inventae
sunt plantinae fabulae et sciolae tantum ad
detrahendum qui in eis se doctos os
tentare velint si omnia dicta laterat
et in via atque eadem tam et me et
adversarium idem utrumque reprehendant
ut cum evidenter alterum necesse sit vincere
ambos victos esse concedant. Por
ro de bigamis ubi de trigamis disse
rentes diximus melius licet alterum
et tertium unum virum nosse quam plurimos
id est tollerabilius est uni homini
prostitutam esse quam plurimis. Nonne sta
tim tunc hec dixerim subiecimus.
Siquidem et illa in evangelio sama
ritana sextum maritum habere se
se dicens arguitur a domino quod non
sit vir eius. Ego etiam nunc libera
voce proclamo non dampnari in eccle
sia digamiam immo nec trigamiam
et ita licere quinto et sexto et ultra
adoleuit sinu. Tu illam virginem se-
dula pietate seruasti. Indignaris
quod noluit militis vxor esse sed re-
gis? Grande tibi beneficium prestitit.
Socrus dei esse cepisti. De virginibus
inquit apostolus preceptum domini non habeo.
Cur? Quia et ipse ut esset virgo non fuit
imperii sed proprie voluntatis. Neque enim
audiendi sunt qui eum vxorem ha-
buisse confingunt. cum de continencia dis-
serens et suadens perpetuam casti-
tatem intulerit. Volo autem omnes
esse sicut meipsum. Et infra dico autem
innuptis et viduis. Bonum est illis si sic
permanserint sicut ego. Et in alio loco

Paulus apostolus virgo

Numquid non habemus potestatem circum-
ducendi mulieres sicut et ceteri apostoli.
Quare ergo non habet domini de virginita-
te preceptum? Quia maioris est merce-
dis quod non cogitur et offertur. Quia
si fuisset virginitas imperata. nupti-
e videbantur ablate. Et durissimum erat
contra naturam cogere. Angelorumque vitam
ab hominibus extorquere et id quodam-
modo dampnare quod conditum est. Al-
lia fuit in lege felicitas. Beatus qui
habet semen in syon. et domesticos
in ierusalem et maledicta sterilis que non
pariebat. Et filii tui sicut nouella oli-
uarum in circuitu mense tue. Et repro-
missio diuitiarum et non erit infirmus
in tribubus tuis. Nunc dicitur: Ne te lignum
arbitreris aridum habes locum pro
filiis et filiabus in celestibus sempiternum.
Nunc benedicuntur pauperes et lazarus
diuiti prefertur in purpura. Nunc qui in-
firmus est fortior est. Vacuus erat or-
bis. Et de typicis taceam sola erat ben-
edictio liberorum. propterea et abra-
ham iam senex cethure copulatur
et iacob mandragoris redimitur et
conclusam vuluam / in ecclesie figura
rachel pulchra conqueritur. paula-
tim vero increscente segete messor
inmissus est. Virgo helias helizeus
virgo. virgines multi filii prophetarum.
Ieremie dicitur: Et tu ne accipias vxo-
rem. Sanctificatus in vtero captiuitate
propinqua. vxorem prohibetur acci-
pere. Aliis verbis id ipsum apostolus loquitur.
Estimo hoc bonum esse propter instantem
necessitatem. quoniam bonum est homini
sic esse. Que est ista necessitas que au-
fert gaudia nuptiarum? Tempus
breuiatum est. Et reliquum est ut et
qui qui habent vxores sic sint qua-
si non habeant. In proximo est nabu-
godonosor. promouit se leo de cubi-
li suo. Quo michi superbissimo regi ser-
uitura coniugia? Quo paruu-
los? Quos propheta conplorat dicens. Ad-
hesit lingua lactentis ad faucem
ipsius in siti. paruuli pecierunt panem
et qui frangeret eis non erat. Inue-
niebatur ut diximus hoc ergo in viris
continencie bonum et in doloribus iugit-
er ea parturiebat. Postquam vero virgo conce-
pit in vtero et peperit nobis puerum
cuius principatus in humeros eius deum
fortem patrem futuri seculi / soluta ma-
ledictio est. Mors per euam vita per mari-
am. Ideoque et ditius virginitatis do-
num fluxit in feminas quia cepit a
femina. Statim ut filius dei ingressus
est super terram / nouam sibi familiam

Helias Helizeus erat virgines

CCix.

institit qui ut qui ab angelis adora
batur in celo haberet angelos et in
terris. Tunc holofernis caput iudith conti
nens amputavit. Tunc Aman quod
interpretatur iniquitas suo conbustus
est igne. Tunc Iacobus et Iohannes
relicto patre et navicula secuti sunt
salvatorem / affectum sanguinis et vin
cula seculi et curam domus pariter reli//
quentes. Tunc primum auditum est. Qui
vult post me venire deneget semetip
sum et tollat crucem suam et sequatur me. Ne
mo enim miles cum uxore pergit ad prelium.
Discipulo ad sepulturam patris ire cupi
enti non permittitur. Vulpes foveas
habent et volucres celi nidos ubi re
quiescant. Filius autem hominis non habet
ubi caput suum reclinet. Ne forsitan
contristeris si anguste manseris. Qui
sine uxore est sollicitus est ea que
sunt huius mundi quomodo placeat ux
ori divisa est mulier. Et virgo que
non est nupta cogitat que sunt domini ut
sit sancta corpore et spiritu. Nam que
nupta est cogitat que sunt huius mundi
quomodo placeat viro. Quantas mo
lestias habeant nuptie et quot solli
citudinibus vinciantur / in eo libro
quem adversus Helvidium de perpetua vir
ginitate beate Marie edidimus
puto breviter expressum. Nunc eadem re
plicare esset longum et si cui placet
de illo potest haurire fonticulo. Verum ne
penitus videar omisisse / nunc dicam
quod cum apostolus sine intermissione
orare nos iubeat et qui in coniugio
debitum solvit non possit orare aut
oramus semper et virgines sumus aut
orare desinemus ut coniugio servi
amus. Et si nupserit inquit virgo
non peccat. Tribulationem tamen car
nis habebunt huiusmodi. Et in primo
libelli prefatus sum me de angustiis
nuptiarum aut nichil omnino dicturum
aut pauca. Et nunc eadem admoneo
ut si tibi placet scire quot molestiis
virgo libera quot uxor astricta sit / le
gas Tertullianum ad amicum philoso
phum et de virginitate alios libellos
et beati Cipriani volumen egregium et
pape Damasi super hac re versu pro
saque composita. Et Ambrosii nostri que nu
per scripsit ad sororem opuscula. In quibus
tanto se effudit eloquio ut quicquid
ad laudes virginum pertinet exquisierit
expresserit ordinaverit. Nobis diverso tra
mite incedendum est. Virginitatem non
tantum efferimus sed servamus. Nec suf
ficit scire quod bonum est nisi custo
diatur attentius. quod electum est. quia

Nota quod [illegible] virgo [illegible] quos [illegible] volumen ad [illegible] fo. clxiii i fo. clxviii [illegible] la. et in premissis ad [illegible] in theo. tolli [illegible] ad [illegible] per [illegible] beati Blasii [illegible] tolli potest [illegible] eadem epistola fo. clxxi [illegible] ubi petit [illegible] et [illegible] virginis

illud iudicii est hoc laboris. Et illud
commune cum pluribus hoc cum paucis.
Qui perseveraverit inquit usque in fi
nem hic salvus erit. Et multi vocati
pauci autem electi. Itaque obtestor te co
ram deo et Christo Ihesu et electis angelis
eius ne vasa templi que solis sacer
dotibus videre concessum est facile
in publicum proferas ne sacrarium dei
quisquam prophanus aspiciat. Oza ar
cham quam non licebat tangere atti
gens subita morte prostratus est.
Neque enim aureum vas et argenteum
tam carum deo fuit quam templum
corporis virginalis. Precessit umbra
nunc veritas est. Tu quidem simpli
citer loqueris et ignotos quosque blanda
non despicis. Sed aliter vident impudici
oculi. Non norunt anime pulchritudi
nem sed corporis considerare. Ezechi
as thesaurum dei monstrat Assyriis sed
Assyrii non deberent videre quod
cuperent. Denique frequentibus bellis
Iudea convulsa vasa primum domini capta
atque translata sunt. Et inter epulas et con
cubinarum greges quia palma vitiorum
est honesta polluere Balthasar po
tat in fialis. Ne declines autem cor tuum
in verba mala. Sepe enim indecens ali
quid loquentes temptant mentis arbi
trium. Si libenter audias virgo quod di
ci ad ridicula queque salutaris quicquid
dixeris laudant quicquid denegaveris
negant. Facetam vocant et sanctam
et in qua nullus est dolus. Ecce vera
ancilla Christi dicentes ecce tota sim//
plicitas. Non ut illa orrida turpis
rusticana terribilis. Et que ideo for
sitan maritum non habuit quia in
venire non potuit. Naturali ducimur
malo adulatoribus nostris libenter
favemus et quamvis nos responde
amus indignos et calidus rubor
ora perfundat / attamen ad laudem
suam intrinsecus anima letatur. Spon
sa Christi archa est testamenti extrinsecus
et intrinsecus deaurata custos domini
legis. Sicut in illa aliud non fuit nisi
tabule et ita et in te nullus sit ex
trinsecus cogitatus. Super hoc propicia
torium quasi super cherubin sedere
vult dominus. Mittit discipulos suos ut
in pullo asine sedeat / curis iste secu
laribus solvat ut paleas et late
res Egipti delinquens Moisen se
quaris in heremo et terram promis
sionis introeas. Nemo sit qui pro
hibeat non mater non soror / non cog//
nata non germanus dominus te necessariam
Quod si voluerit impedire timeat

flagella pharaonis qui populum dei ad
colendum eum / nolens dimittere
passus est illa que scripta sunt. Ihesus
ingressus templum ea que templi
non erant proiecit / Deus enim zelotes
est et non uult domum patris fieri speluncam
cam latronum. Alioquin ubi aera numerantur
rantur ubi sunt cauee columbarum et
simplicitas necatur ubi in pectore
virginali secularium negociorum cura
estuat. statim uelum templi scinditur
sponsus quoque surgit iratus et dicit. Re
linquetur vobis domus vestra deserta.
lege euangelium et vide quomodo
maria ad pedes domini sedens marthe
studio preferebatur. Et certe martha
sedulo hospitalitatis officio domino atque
discipulis cibum preparabat. Mar
tha inquit martha sollicita es et
turbaris erga plurima. pauca autem
necessaria sunt aut unum. Maria bonam par
tem elegit que non auferetur ab
ea. Esto et tu maria. cibis prefer
to doctrinam. Sorores tue cursitent
et querant quomodo xpistum hospitem
suscipiant. Tu semel onere proiecto
to. sede ad pedes domini et dic. Inueni
eum quem querebat anima mea.
Tenebo eum et non dimittam. Et
ille respondeat / vna est columba
mea perfecta mea vna est matri sue
electa est genitrici sue. celestis videlicet
licet iersalem. Semper in cubili tuo se
creta custodiant. Semper tecum sponsus
ludat intrinsecus. Orans loqueris
ad sponsum. legens ille tibi loquitur.
Et te cum somnus oppresserit veniet
post parietem et mittet manum
suam per foramen et tanget ventrem
tuum et exper gefacta consurgens di
ces vulnerata caritate ego sum.
Et rursum abeo audies. Ortus con
clusus soror mea fons signatus
Caue ne domum exeas ut velis vi
dere filias regionis aliene. Quam
uis fratres habeas patriarchas et israel
parente leteris dina egressa cor
rumpitur. Nolo te sponsum querere
per plateas. Nolo te circuire angulos
ciuitatis / dicas licet surgam et
circuibo ciuitatem et in foro et in
plateis queram quem dilexit anima
mea et interroges. Numquid quem
dilexit anima mea vidisti. Nec
tibi respondere dignabitur. Spon
sus in plateis non potest inueniri.
Arta et angusta via est que ducit
ad vitam / denique sequitur quesiui
eum et non inueni. vocaui eum et
non respondit michi. Atque utinam
non inuenisse sufficiat vulnerabe
ris nudaberis et gemebunda nar
rabis. Inuenerunt me custodes qui
circueunt ciuitatem percusserunt me
et vulnerauerunt me tulerunt pal
lium michi. Si autem hec exiens patitur
illa que dixerat ego dormio et
cor meum vigilat et fasciculus stac
ten fratruelis meus michi in
medio uberum meorum commorabitur.
quid de nobis fiet / qui adhuc ado
lescentule sumus que sponsa in
trante cum sponso remanemus ex
trinsecus. Zelotipus est ihesus. Non
uult ab alijs videri faciem tuam. Ex
cuses licet atque causeris et obduc
to velamine / ora contexas et que
ras eum / et dicas. Annuncia michi
quem dilexit anima mea ubi
pascis ubi cubas in meridie. Ne
quando efficiar sicut operta super
greges sodalium tuorum. Indignabitur
tumebit et dicet. Si non cognoueris
te ipsam o pulchra inter mulieres
egredere tu in vestigijs gregum
pasce edos tuos in tabernaculis pas
torum / Sis licet pulchra et inter
omnes mulieres species tua. et ca
tabitur ab sponso. Nisi te cogno
ueris et omni custodia seruaueris
cor tuum nisi oculos iuuenum fugeris
egredieris de talamo meo et pas
ces edos tuos qui statuendi sunt a sinis
tris. Ita mi eustochium filia domina con
serua germana aliud enim etatis aliud
meriti illud religionis hoc caritatis
est nomen. Audi ysaie loquentem
populus meus intra cubiculum tuum clau
de ostium tuum. Abscondere pusillum
aliquantulum donec transeat ira
domini / foris vagentur virgines stulte
tu intrinsecus esto cum sponso que si
hostium clauseris et secundum euange
lij preceptum in occulto oraueris patrem
tuum veniet et pulsabit et dicet.
Ecce ego sto ante ianuam et pul
so si quis michi aperuerit in
trabo et cenabo cum eo et ipse
mecum. Et tu statim sollicita re
spondebis vox fratruelis mei
pulsantis. Aperi michi soror mea
columba mea perfecta mea. Nequaquam est
ut dicas dispoliaui me tunica me
a quomodo induar illa. laui pedes
meos quomodo inquinabo eos. Illico
consurge et aperi ne te morante
pertranseat et postea conqueraris
et dicas. aperui ego fratrueli meo
fratruelis meus pertransiit. Quid
enim necesse est ut cordis tui hostia

clausa sint. Sponso aperiantur, Christo
claudantur diabolo, secundum illud: Si
spiritus potestatem habentis ascenderit super
te, locum tuum ne dimiseris. Dani-
el in cenaculo suo, neque enim mane-
re poterat in humili, fenestras a-
pertas ad Ierusalem habuit. Et tu habeto
fenestras apertas. Sed unde lumen
introeat, unde videas civitatem domini.
Ne aperias illas fenestras de quibus
dicitur: mors intravit per fenestras vestras.
Illud quoque tibi vitandum est, caveas
ne in vane glorie ardore capiaris.
Quomodo inquit Iesus potestis crede-
re gloriam ab hominibus accipientes. Vide
quale malum quod qui habuerit non potest
credere. Nos vero dicamus: Quoniam glo-
riatio mea tu es. Et qui gloriatur
in domino glorietur. Et si adhuc hominibus
placerem, Christi servus non essem. Et mihi
autem absit gloriari nisi in cruce domini
mei Iesu Christi, per quem michi mundus cru-
cifixus est et ego mundo. Et illud: In te
laudabimur tota die, in domino laudabitur
anima mea. Cum facis elemosinam,
deus solus videat. Cum ieiunas, le-
ta sit facies tua. Vestis nec satis munda
nec sordida et nulla diversitate nota-
bilis. Ne tibi obvia pretereuntium turba
consistat ut digito monstreris. Frater est
mortuus, sororis est corpusculum de-
ducendum. Cave ne dum hec sepius
facis ipsa moriaris. Nec satis religio-
sa ~~vile~~ velis videri nec plus humilis
quam necesse est, ne gloriam fugien-
do queras. Plures enim paupertatis, misericordie
atque ieiunii arbitros declinantes, in
hoc ipso cupiunt placere quod placere
contempnunt. Et mirum in modum laus
dum vitatur appetitur. Ceteris perturbati-
onibus quibus mens hominis gaudet
et egrescit, sperat et metuit, plures inve-
nio extraneos. Hoc vitio pauci admo-
dum sunt qui caruerint. Et ille est op-
timus qui quasi in pulchro corpore ra-
ra nevorum sorde respergitur. Neque vero
moneo ne de divitiis glorieris, ne te
de generis nobilitate iactes, ne te ceteris
preferas. Scio humilitatem tuam, scio te
ex affectu dicere: Domine, non est exaltatum
cor meum neque elati sunt oculi mei. Slo-
ui apud te et apud matrem tuam superbi-
am per quam diabolus cecidit locum pen-
itus non habere. Unde ad te super ea scri-
bere superfluum iuditum sit. Stultissimum
quippe est docere quod noverit ille
quem doceas. Sed ne hoc ipsum tibi iacta-
tiam generet quod seculi iactantiam con-
tempsisti, nec cogitatio tacita subrepat,
ut quia in auratis vestibus placere de-

d

sisti, placere coneris in sordidis. Et quando
in conventum fratrum veneris vel sororum,
humilis sedeas, scabello te causeris in-
dignam, vocem ex industria quasi con-
fectam ieiuniis tenues et deficientis
imitata gressum humeris innitaris alte-
rius. Sunt quippe nonnulle extermina-
ntes facies suas ut appareant hominibus
ieiunantes. Que statim ut aliquem

CCXI
a

viderint ingemiscunt, dimittunt super-
cilium et operta facie vix unum oculum libe-
rant ad videndum. Vestis pulla, cin-
gulum sacceum et sordidis manibus
pedibusque venter solus quia videri
non potest estuat cibo. His cotidie psal-
mus iste canitur: ossa hominum sibi pla-
centium. Alie virili habitu, veste muta-
ta, erubescunt femine esse quod na-
te sunt. Crinem amputant et impudenter
erigunt facies eunuchinas. Sunt que
ciliciis vestiuntur et cucullis fabrefac-
tis ut ad infanciam redeant imitantur
noctuas et bubones. Sed ne tantum vi-
dear disputare de feminis, viros
quoque fuge quos videris cathena-
tos, quorum feminei contra apostolum
crines, hircorum barba, nigrum pallium
et nudi in patientia frigoris pedes.
Hec omnia argumenta sunt diaboli.
Talem olim Anteanum, talem nuper
Sophronium Roma congemuit. Qui post-
quam nobilium introierint domos et
deceperint mulierculas oneratas
peccatis, semper discentes et numquam
ad scientiam veritatis pervenientes, tri-
sticiam simulant et quasi longa
ieiunia furtivis noctium cibis protra-
hunt. Pudet dicere reliqua, ne vide-
ar invehi potius quam monere. Sunt
alii, de mei ordinis hominibus loquor,
qui ideo ad presbiteratum et diaconatum
venire ambiunt ut mulieres licentius
videant. Omnis his cura de vestibus,
si bene oleant, si pes laxa pelle non
folleat. Crines calamistri vestigio
rotantur, digiti anulis radiant,
et ne plantas humidior via spar-
gat, vix imprimunt summa vestigia. Ta-
les cum videris, sponsos magis esti-
mato quam clericos. Quidam in hoc
omne studium vitamque posuerunt ut
matronarum nomina, domos, mores-
que cognoscant. E quibus unum qui huius
artis est princeps breviter disseri-
que describam, quo facilius magistro
cognito discipulos recognoscas.
Cum sole festinus exurgit, salu-
tandi ordo disponitur, maru
compendia requiruntur, et pene
usque ad cubicula dormientium ex in-

b

min portus ingreditur. Si pulvillum viderit, si mantile elegans, si aliquid domestice suppellectilis laudi-miratur, attrectat et se his indigere conquerens, non tam impetrat quam extorquet, quia singule metuunt veredarium urbis offendere. Hinc inimica castitas, inimica ieiunia. Prandium in doribus probat et altilis geron opepan vulgo papizo nominatur. Os barbarum et procax et in convicia semper armatum. Quocumque te verteris primum in facie est. Quidquid novum insonuerit, aut auctor aut exaggerator est fame. Et qui porarum momenta mutatur. Tam im-dus tam ferox est ut illum irati regis putes esse germanum. Variis callidus hostis pugnat insidiis. Sapientior erat coluber omnibus bestiis quas fecerat deus super terram. Unde et apostolus: Non inquit ignoramus eius astucias. Nec affectate sordes nec exquisite mundicie conveniunt christiano. Si quid ignoras, si quid de scripturis dubitas, interroga eum quem vita commendat, excusat etas, fama non reprobat, qui possit dicere: Desponsavi enim vos uni viro virginem castam exhibere christo. Aut si non est qui possit exponere, melius est nescire aliquid quam cum periculo discere. Memento quia in medio laqueorum ambulas, et multe veterane virgines castitatis indubitate in ipso mortis limine coronam perdiderunt manibus. Si que ancillule sunt comites propositi tui, ne erigaris adversus eas, ne inflexeris ut domina. Unum sponsum habere cepistis, simul psallitis, christi simul corpus accipitis. Cur mensa adversa sit? Provocetur et alie. Honor virginum sit invitatio ceterarum. Quod si aliquam senseris infirmiorem in fide, suscipe, consolare, blandire, et pudicitiam illius fac lucrum tuum. Si qua simulat fugiens servitutem, huic aperte apostolum lege: Melius est nubere quam uri. Eas autem virgines et viduas que ociose et curiose domos circueunt matronarum, que rubore frontis attrito parasitos vincere mimorum, quasi quasdam pestes abice. Corrumpunt mores bonos confabulationes male. Nulla illis nisi ventris cura est, que ventris proxima. Istiusmodi hortari solent et dicere: Mi catella, rebus tuis utere et vive dum vivis. Et numquid filiis tuis servas? Vinose atque lascive quodvis mali insinuant, ac ferreas quoque mentes ad delicias molliunt. Et cum luxuriate fuerint in christo, nubere volunt, habentes dampnationem quod primam fidem irritam fecerunt. Nec fecerunt tibi deserta multum velis videri, aut lubricis festina carminibus metro ludere. Non delumbem matronarum salivam delicata secteris. Que nunc strictis dentibus, nunc labiis dissolutis balbutientem linguam in dimidiata verba moderantur, rusticum putantes omne quod scitur. Inde illis adulterium etiam lingue placet. Que enim communicatio luci ad tenebras? Qui consensus christo cum belial? Quid faciat cum psalterio oracius, cum evangeliis maro, cum apostolis cicero? Nonne scandalizatur frater si te viderit in ydolo recumbentem? Et licet omnia munda mundis et nichil reiciendum quod cum graciarum actione accipitur, tamen bibere simul non debemus calicem christi et calicem demoniorum.

d

Referam tibi mee infelicitatis historiam. Cum ante annos plurimos domo, parentibus, sorore, cognatis, et quod his difficilius est consuetudine lautioris cibi propter regnum celorum me castrassem et ierosolimam militaturus pergerem, bibliotheca quam mihi rome summo studio ac labore confeceram, carere non poteram. Itaque miser ego lecturus tullium ieiunabam. Post noctium crebras vigilias, post lacrimas quas mihi preteritorum recordatio peccatorum ex imis visceribus eruebat, plato sumebatur in manibus. Si quando in memet ipsum reversus prophetam legere cepissem, sermo horrebat incultus. Et quia lumen cecis oculis non videbam, non oculorum putabam culpam esse sed solis. Dum ita me antiquus serpens illuderet, in media ferme quadragesima medullis infusa febris corpus invasit exhaustum et sine ulla requie, quod dictu quoque incredibile sit, sic infelicia membra depasta est ut ossibus vix hererem. Interim parabantur exequie, et vitalis anime calor toto frigescente iam corpore in solo tantum tepente pectusculo palpitabat. Cum subito raptus ad tribunal iudicis pertrahor, ubi tantum luminis et tantum erat ex circumstancium claritate fulgoris ut proiectus in terram sursum aspicere non auderem. Interrogatus condicionem christianum me esse respondi. Et ille qui

Quod Jeronimus fuit flagellatus propter libros gentilium

CCXV
a.

psidebat mentiris ait tyrero-manis
os. no xpianus/ vbi enim est thezau
rus tuus ibi et cor tuum Illico obmu
tui inter verba Iam cedi me iusserat
consciencie magis igne torquebar
Illum versiculum mecum reputans
In inferno aut quis confitebitur tibi
Clamare aut cepi eiulans dicere
Miserere mei domine miserere mei
hec vox inter flagella resonabat Ta
dem ad psidentis genua prouoluti
qui astiterant. precabantur ut veni
am tribueret adolescencie et erro
ri: locum penitencie comodaret.
Exacturus inde cruciatum: si genti
lium litterarum libros aliquando legis
sem Ego qui in tanto constrictus
articulo vellem etiam maiora pro
mittere deierare cepi et nomen eius
obtestans dicere domine si vmquam
habuero codices seculares. si lege
ro. te negaui In hec sacramenti ver
ba dimissus reuertor ad superos
Et mirantibus cunctis. oculos aperi
tanto lacrimarum ymbre perfusos ut
etiam incredulis fidem facerent
ex dolore Nec vero sopor ille fuerat
aut vana somnia quibus sepe deludi
mur. Teste est tribunal illud ante
quod iacui Iudicium teste est. quod
timui. Ita michi numquam contingat
talem incidere questionem. liuentes
habuisse me scapulas plagas ha
buisse post sompnium et tanto dehu
ic studio diuina legisse. quanto mor
talia ante non legeram. Auaricie
quoque tibi vitandum est malum. non
quo aliena appetas/ hoc enim et pu
blice leges puniunt/ sed quo tua. que
sunt aliena non serues Si in alieno
inquit infideles non fuistis quod
vestrum est quis dabit uobis. Aliena
nobis auri argentique sunt pondera
Nostra possessio spiritualis est non de qua
alibi dicitur. Redemptio viri proprie di
uicie Nemo potest duobus seruire. Aut
enim vnum odiet et alterum amabit.
Aut vnum patietur et alium contemp
net Non potestis deo seruire et ma
mone Id est diuiciis Nam gentili
syrorum lingua. mamona diui
cie nuncupantur Cogitacio victus
spine sunt fidei Radix auaricie cura
gentilium Sed dicis puella sum de
licata. et que manibus meis labo
rare non possum Si ad senectam ve
nero. si egrotare cepero quis mei
miserebitur. Audi apostolus loquentem
apostolis Ne cogitetis in corde pro quod
manducetis neque corpori vestro quid
induamini Nonne anima plus est
quam esca et corpus plus quam vestimen
tum Respicite volatilia celi. quoniam non
serunt neque metunt neque congregant
in horrea/ et pater vester celestis pascit
illa Si vestis defuerit lilia proponuntur
Si esurieris beatos audies paupe
et esurientes Si aliquis afflixerit
dolor legito propter hoc complacco
michi in infirmitatibus meis et da
tus est michi stimulus carnis mee
et angelus sathane qui me cola
fizet:/ ne extollar. Letare in omnibus
iudiciis dei. Exultauerunt enim filie iu
de in omnibus iudiciis tuis domine Illa
tibi semper in ore vox resonet: Nu
dus exiui de vtero matris mee nudus
etiam redeam Et nichil intulimus
in hunc mundum. neque auferre quid
possumus. Alias nunc plerasque vide
as armaria stipare vestibus. tuni
cas mutare cottidie. Et tamen tine
as non posse superare. Que religi
osior fuerit vnum exterit vestimentum
et plenis arcis. pannos trahit Inficit
tur membrana colore purpureo
Aurum liquescit in litteras Gemmis
codices vestiuntur/ et nudus ante
fores eorum xpistus emoritur. Cum
manum egenti porrexerint. bucci
nant Cum ad agapem vocauerint. preco conducitur. Vidi nuper
nomen taceo ne satiram putes
nobilissimam romanorum mu
lierum in basilica beati petri se
minuris antecedentibus propria ma
nu quo religiosior videretur pul
taretur. singulos nummos dispertire
pauperibus Interea ut vsu nosse per
facile est anus quedam. annis
pannisque obsitam praecurrit. ut
alterum nummum perciperet Ad quam
cum ordine peruenisset. pugnus
porrigitur pro denario/ et tanti
criminis reus sanguis effunditur.
Radix omnium malorum est. Auari
cia. ideoque et ab ipso apostolo idolorum
seruitus appellatur. Quere primum
regnum dei et hec omnia apponentur
tibi Non occidet fame animam
iustum dominus Iunior fui et senui
et non vidi iustum derelictum. et
semen eius querens panem. Heli
as coruis ministrantibus pascitur.
vidua sareptena ipsa cum filiis noc
te moritura. prophetam pascit esuri
ens Et mirum in modum. capsace
completo qui alendus venerat
alit Petrus apostolus inquit Argen
tum et aurum non habeo hoc do

Contra auariciam

Contra abstinentes a celo ... finalis de ...

Contra ... tare ... offerre ... altare

Innomine ihu

In nomine Iesu surge et ambula. Accedit
multi licet sermone taceant ore lo-
quuntur fidem et misericordiam non habeo quod
autem argentum et aurum hoc non do ti-
bi. Habentes autem victum et vesti-
tum his contenti sumus. Audi Iacob in
sua oratione qui postulat. Si fuerit dominus
mecum et servaverit me in via hac per
quam iter facio et dederit michi panem
ad manducandum et vestem ad vestien-
dum. Tantum necessaria deprecatus est et post
annos XX dives dominus et ditior pater ad
terram revertitur Chanaan. Infinita de
scripturis exempla suppeditant que
avariciam doceant esse fugiendam.
Verum quia nunc ex parte dicitur de ea et
suo si Christus annuerit volumini reser-
vatur, quod ante non plures annos
Nitrie gestum sit referamus. Qui-
dam ex fratribus parcior magis quam
avarior et nesciens XXX argenteis
dominum venditum, C solidos quos lina
texendo adquisierat moriens dere-
liquit. Initum est inter monachos consi-
lium. Nam in eodem loco circiter quinque
milia divisis cellulis habitant quid
facto opus esset. Alii pauperibus dis-
tribuendos esse dicebant. Alii dandos
ecclesie. Nonnulli parentibus remittendos.
Macharius vero et Pambo et I-
sydorus et ceteri quos patres vocant
sancto in eos loquente spiritu decreverunt
infodiendos esse cum eodem dicentes
pecunia tua tecum sit in perdicione. Ne-
que hoc crudeliter quisquam putet factum.
Tantus cunctos per totam Egyptum terror
invasit ut unum solidum dimisisse
sit crimen. Et quoniam monachorum fe-
cimus mencionem et te scio libenter
audire que sancta sunt aurem paulisper
accommoda. Tria sunt in Egipto genera
monachorum. Cenobium quod illi
sauces gentili lingua vocant, nos
in commune viventes possumus appel-
lare. Anachorite qui soli habitant
per deserta et ab eo quod procul ab ho-
minibus recesserint nuncupantur. Tercium
genus est quod dicunt remnoboth te-
terrimum atque neglectum et quod in
nostra provincia aut solum aut primum
est. Hii bini vel terni nec multo plures
simul habitant suo arbitratu ac
dicione viventes. Et de eo quod labo-
raverint in medium partes conferunt
ut habeant alimenta communia. Ha-
bitant autem quamplurimi in urbibus et
castellis et quasi ars sit sancta non
vita. Quicquid vendiderint maioris
est precii. Inter hos sepe sunt iurgia, quia

suo viventes cibo non patiuntur se aliquibus
esse subiectos. Revera solent certare
ieiuniis et rem secreti victorie fa-
ciunt. Apud hos affectata sunt omnia:
laxe manice et calige follicantes,
vestis grossior, crebra suspiria, visitatio
virginum, detractio clericorum. Et si quando
dies festus venerit saturantur ad vo-
mitum. Hiis igitur quasi quibusdam
pestibus exterminatis veniamus ad
eos qui plures sunt et in commune habi-
tant, id est quos vocari cenobium diximus.
Prima apud eos confederacio est obe-
dire maioribus et quicquid iusserint
facere. Divisi sunt per decurias atque cen-
turias ita ut novem hominibus decimus
presit. Et rursum decem prepositos sub
se centesimus habeat. Manent separa-
ti se iunctis cellulis. Usque horam nonam
institutum est ut nemo pergat ad alium
exceptis hiis decanis quos diximus
ut si cogitacionibus forte quis fluc-
tuat illius consoletur alloquiis. Post
horam nonam in commune concurritur.
Psalmi resonant. Scripture recitantur
ex more. Et completis oracionibus cunctis-
que residentibus medius quem patrem
vocant incipit disputare. Quo
loquente tantum silencium fit ut nemo
alium respicere, nemo audeat excre-
are. Dicentis laus in fletu est audien-
cium. Tacite per ora volvuntur lacrime. Et
ne in singultus quidem erumpit do-
lor. Cum vero de regno Christi et de fu-
tura beatitudine et de gloria cepit
annunciare ventura, videas cunctos
moderato suspirio et oculis ad celum
levatis intra se dicere. Quis dabit
michi pennas sicut columbe et vola-
bo et requiescam. Post hec concilium
solvitur et una quaque decuria cum suo
parente pergit ad mensas, qui-
bus per singulas ebdomadas vicissim mi-
nistrat. Nullus in cibo strepitus
est. Nemo comedens loquitur. Vivitur
pane leguminibus et oleribus que
solo sale condiuntur. Vinum tantum senes
accipiunt quibus et parvulis sepe
fit prandium ut aliorum fessa sus-
tentetur etas. Aliorum non frangatur
incipiens. Dehinc consurgunt pariter
et ympno dicto ad presepia redeunt
ubi usque ad vesperam cum suis unus-
quisque loquitur et dicit: Vidisti illum
et illum. Quanta in ipso sit gratia,
quantum silencium, quam moderatus inces-
sus. Si infirmum viderint conso-
lantur. Si in dei amore fervere

ehortantur ad studiu͂ Et quia noc
te ex orationes publicus in suo cu/
bili unusquisq͡ꝫ vigilat circueunt
cellulas singulor et aure adposita
quid faciant diligent explorant
Quē tardiore dephenderint: no
increpant sed dissimulato quod nort
cum sepius visitant Et pꝰ incipie
tes puocant magis orare · quia co
gut / opus diei statutu͂ est quē ade
cano redditu͂ fuerit adeconomu͂ q
et ipe p singulos menses patri mo
nasterij cum magno reddit timore
rationem · A quo etiā tibi cum fer
fuerint degustant Et quia no licꝫ
dicere cirqua tunicam et sagum
textaq͡ꝫ iunccis strata no habeo ·
ille ita universa moderat, ut neq
quid postulet nemo de habeat Si
vero quis cepit egrotare transfertur
ad exedram latiorem Et tanto senu
ministerio confouetur · ut nec delici
as urbiu͂ nec mris querat affam
Dominicis diebus orom tm et lec
tionibus vacant Quod quidem
et omi tempore completis opuscu
lis faciunt Cottidie aliquid desc
tus dicitur ieiuniu͂ totius ami e/
quale est. excepta quadragesima
in qua sola concedit districtius vi
uere. penthecosten cene mutant
in prandia quo et traditioni eccle
siastice satisfiat et ventre cibo
no onerent duplicato Tales
philozophantes sermonis inita
tales iosyphus grecus limus in
secūda iudayce captiuitatis historia
esse nos refert vim quia nūc de
virginibus scribens pene superfluu͂
de monachis disputans; ad tertiu͂
genus veniat quos anachoritas
vocat et qui de cenobijs exeuntes
excepto pane et sale amplius ad
deserta nichil proferunt huiꝰ vite
auctor paulus illustrator anto
nius Et ut ad superiora contendā
princeps Johanes baptista fuit
Talem vero virid Jeremias que
q͡ꝫ ppha describit dicens Bonū est
est viro cum portauit iugū ab ado
lescentia sua · sedebit solitarius et
tacebit Qm sustulit sup se iugū
et dabit percucienti se maxillam
saturabitur obprobrijs quia non
in sempiternu͂ abiciet dns Horum
laborem et conuersatione in car
ne no carnis alio tempore si vo
lueris explicabo. Nunc ad pposi
tum redeam quia de auaricia
disserens ad monachos venera

quorum tibi exempla pponens
no dicam aurꝫ atꝫ argentum et
ceteras opes · sed ipam terram et
celum despiciens · et xpo copula
ta cantabis / pars mea dns · post
hec quamquā apls semp orare nos
iubet · et scis etiam ipe sompnus
oratio sit / tamē diuersas orandi
horas debemus habere ut si ali
quo fuerimus opere detenti ip
nos ad officiu͂ tempus admoneat
horam tertiam sextam nona dilu
culo quoq͡ꝫ et vespam nemo qui
nesciat Nec tibi ante sumant
nisi orone pmissa Nec recedat
a mensa nisi referatur gra crea
tori Noctibus bis terq͡ꝫ surgendu͂
reuoluēda de scripturis · que memo
riter retinemus Egredientes hos
piciu͂ armet oratio Regredietibꝰ
de platea · oro occurrat antequā
sessio Nec pus corpusculu͂ requies
cat quā anima pascatur Ad omē
actum · ad omnem incessum manꝰ
pingat crucem Nulli detrahas
nec adu͂sum filiu͂ mris tue ponas
scandalum Tu que es ut alienu͂
seruu͂ iudices Suo dno stat aut
cadat Stabit autem / potest enī
deus statuere illum · Nec si biduo
ieiunaueris putes te no ieiuna
tibus ēe meliorem Tu ieiunas
et irasceris Ille comedit et forte
blanditur · Tu vexationem men
tis et ventris esuriem rixando di
geris Ille moderacius alitur · et deo
gras agit Unde cottidie clamat
esaias Non tale ieiuniu͂ elegi dicit
dns Et itm̄ In diebus ieiuniorū
inueniūt vrē et omēs qui sub pta
te vrā sūt stimulatis In iudicijs et
litibus ieiunatis et pcutis pugnis
humilem · Quiquid in ethi ieiunatis
Quale illud pot esse ieiuniu͂ cuiꝰ
iram no dicam nox occupat · sed
luna integra delinquit. te ipam
considerans noli in alterius ruina sed
in tuo opere gloriari Nec illarum
tibi exempla pponas que carnis
curam facientes / possessionu͂ reddi
tus et cottidianas domus impensas
subputant Neq͡ꝫ enī vndecim xpi
apli inde prodicione sūt fracti Nec
figelo et alexandro · facientibꝰ nau/
fragiu͂ · ceti cursu fidei substiterūt
Nec dicas illa et illa suis rebus fru
itur honorat ab hominibꝰ frēs ad
eam conueniūt et sorores Nuquid
ideo virgo esse desinit · pmū dubiu͂
an virgo sit talis No enī quomo

Ieiunium

CCXIII

a

b

semp p

videt homo videt deus homo videt
in facie deus aut videt in corde. De
hinc etiam si corpore virgo est an
spiritu virgo sit nescio Apostolus aut sic vir-
ginem diffinivit ut sit sancta et cor-
pore et spiritu Ad extremum habeat sibi
gloriam suam vincat pauli sententiam.
deliciis fruatur et vivat Nos meliora
exempla sectemur / propone tibi
beatam mariam que tante extitit
puritatis ut mater domini esse mereretur Ad
quam cum angelus gabriel in viri
specie descendisset dicens Ave gratia
plena dominus tecum. consternata et
perterrita respondere non potuit Nunquam
enim a viro fuerat salutata deinque
nuntium discit et loquitur Et que homi
nem formidabat cum angelo fa
bulatur intrepida / potes et tu esse
mater domini Accipe tibi domum mag-
num novum et scribe meum stilo hominis
velociter spolia detrahe Et cum acces
seris ad prophetissam et conceperis in
utero. et pepereris filium dic a timore
tuo domine concepimus et doluimus
et peperimus spiritum salvationis tue
quem fecimus super terram. Tunc et fi
lius tuus tibi respondebit et dicet
Ecce mater mea et fratres mei Et miro
modo ille quem in latitudine pec
toris tui ante descripseras quem in
novitate cordis stilo signaveras
postquam spolia ex hostibus recepit
postquam denudavit principatus et
potestates et adfixerit eas cruci. con
ceptus adolescit et maior effectus
sponsam te incipit habere de matre
Grandis labor sed grande premium
esse quod martires esse quod apostoli esse
quod xpistus est Que quidem uni
versa tunc prosunt / cum in ecclesia
fiunt cum in una domo pascha ce
lebramus Si archam ingredimur
cum noe si pereunte iericho raab
meretrix iustificata nos continet
Ceterum virgines quales apud impu-
rissimum manicheum esse dicuntur
scorte sunt estimande non virgines
Si enim corporis earum auctor est
diabolus quomodo possunt honorare
plasmationem hostis sui Sed quia
sciunt virginale vocabulum gloriosum.
sub ovium pellibus luporum teguntur. Xpistum
mentitur antixpistus. et turpitudinem
vite falso nominis honore convestiunt
Gaude antixpistus soror gaude filia
gaude virgo. quod alie simulant tu
vere esse cepisti Hec omnia que gessi
simus dura videbuntur ei qui non a
mat xpistum Qui autem omnem secu-

pompam pro purgamento habuerit
et vana duxerit universa sub sole ut
xpistum lucrifaciat qui commortuus est
domino suo et consurrexit et crucifixit
carnem cum viciis et concupiscentiis
libere proclamabit. Quis nos se
parabit a caritate xpisti Tribulacio an
angustia an persecutio. an fames
an nuditas an periculum. an gladius
Et iterum Certus sum quia neque mors
neque vita. neque angelus neque prin
cipatus. neque instancia neque futura
neque fortitudo neque excelsum neque
profundum neque alia creatura po
terit nos separare a caritate dei
que est in xpisto ihesu domino nostro / dei filius
pro nostra salute hominis factus est
filius decem mensibus in utero ut nas
catur expectat / fastidia sustinet
cruentus egreditur in volvitur pannis
blanditur. deridetur Et ille pugillo
mundum includens. presepis continetur
angustiis Taceo quod usque ad xxx
annos ignobili parentum paupertate
contentus est. verberatur et tacet Cru
cifigitur et pro crucifigentibus de
precatur Quid igitur retribuam domino
pro omnibus que retribuit michi
Calicem salutaris accipiam et no
men domini invocabo preciosa est in con
spectu domini mors sanctorum eius Hec est
sola digna retributio cum sanguis
sanguine compensatur Et redempti
cruore xpisti pro redemptore libenter
occumbamus. Quis sanctorum
sine certamine coronatus est. Abel
iustus occiditur. Abraham uxorem
periclitatur amittere et ne in inmensum
volumen extendam / quere et inve
nies singulos adversa perpessos. So
lus in deliciis salomon fuit Et for
sitan ideo corruit Quem enim diligit
dominus corripit. castigat autem omnem
filium quem recipit None melius
est brevi tempore dimicare. fer
re vallum arma sumere lassescere
sub lorica. et postea gaudere vic
torem. quam impatientia unius hore ser-
vire perpetuo. Nichil amantibus
durum est Nullus difficilis cupienti
labor est Respice quanta iacob pro
rachel facta uxore sustinuit et
servivit inquit scriptura iacob pro
rachel annos septem et erant in
conspectu eius quasi dies pauci un-
et ipse postea memorat In die ve
rebar estu et gelu nocte Amemus
et nos xpistum eiusque semper queramus
amplexus. et facile videbitur omne
difficile Brevia putabimus omnia

a

que longa sunt et iaculo cellus conclusi
p horarum momenta dicemus heu me
quia peregrinatio mea prolongata est
a me. Non sunt enim condigne passio
nes huius temporis ad futuram gloriam
que reuelabitur in nobis. Quia tribulatio
patientiam operatur. patientia autem pro
bationem. probatio autem spem. spes
autem non confundit. Quando tibi uidetur
graue esse quod sustines. pauli secundam
epistolam ad corinthios lege. In laboribus
plurimis in carceribus habundantius
in plagis supra modum in mortibus
frequenter. A iudeis quinquies qua
dragenas una minus accepi. Ter
virgis cesus sum semel lapidatus sum
ter naufragium feci. Nocte et die in
profundo maris fui. In itineribus
sepius periculis fluminum. periculis latro
num. periculis ex genere. periculis ex
gentibus. periculis in ciuitate. periculis
in deserto. periculis in mari. periculis in
falsis fratribus. In laboribus et in erumpnis
in vigiliis multis in fame et siti. In
ieiuniis plurimis in frigore et nudi
tate. Quis uestrum saltem minimam
porcionem de cathalago harum si
bi potest vendicare virtutum. Obque
ille postea confidenter aiebat. Cursum
consummaui. fidem seruaui. Super est
michi corona iusticie quam retribuet
michi dominus in illa die iustus iudex. Si
cibus insulsior fuerit contristamur
et putamus nos deo prestare benefi
cium. cum aquaticus vinum bibimus.
Calix frangitur mensa subuertitur
verbera sonant. et aqua tepedior
sanguine vindicatur. Regnum celorum
vim patitur et violenti rapiunt il
lud. Nisi vim feceris celorum regna
non capies. nisi pulsaueris importune
panem non accipies sacramenti. An non

b

tibi videtur esse violencia. cum caro
cupit esse quod deus est. Et illuc un
de angeli corruerunt. Angelos iudica
tura conscendit. Egredere queso
paulisper de carcere et presentis laboris
ante oculos premium tuos pinge mente.
dem quam nec oculus vidit nec au
ris audiuit nec in cor hominis ascen
dit. Qualis erit illa dies cum tibi
maria mater domini choris occurret co
mitata virgineis. cum post rubrum
mare submersum cum suo exercitu
pharaone tympanum tenens preciuet
responsoris. Cantemus domino gloriose
enim honorificatus est. equum et ascen
sorem proiecit in mare. Tunc tecla
in tuos leta uolabit amplexus. Tunc
et ipse sponsus occurret et dicet. Surge
veni proxima mea sponsa mea colum
ba mea quia ecce hiemps transiuit
abiit sibi. Tunc et angeli mirabuntur
et dicent. Que est ista prospiciens
quasi diluculum speciosa ut electa ut
sol. videbunt te filie et laudabunt regi
ne et concubine predicabunt. Hinc et
alie castitatis chorus occurret. Sara
cum nuptis veniet. filia phanuelis
anna cum viduis. Erunt in diuersis gre
gibus carnis et spiritus matres tue. Letabitur
illa quod genuit. exultabit ista quod
docuit. Tunc vere super asinam dominus asce
det et celestem ingredietur ciuitatem
ierusalem. Tunc paruuli de quibus in esaia
saluator affatur. ecce ego et pueri
quos michi dedit dominus palmas victorie
subleuantes consono ore cantabunt
osianna in excelsis benedictus qui
venit in nomine domini osianna in excel
sis. Tunc centum xliiii milia in conspectu
throni et seniorum tenebunt citharas
et cantabunt canticum nouum. Et nemo
poterit scire canticum illud nisi nume
rus definitus. Hii sunt qui cum mulieri

c

bus non se coinquinauerunt. virgines enim per
manserunt. hii sunt qui sequuntur agnum quo
cumque vadit. Quotiescumque te va
na seculi delectauerit ambitio quotiens
in mundo aliquid videris gloriosum
ad paradisum mente transgredere esse
in mundo aliquid videris gloriosum
ad paradisum[uera] [esse] incipe quod futura es
et audies a sponso tuo. pone me
sicut signaculum in brachio tuo et
opere pariter ac mente munita cla
mabis et dices. Aque multe non po
terunt extinguere caritatem et
flumina non cooperient eam etc.

Jeronimus ad asellam de fictis amicis
qui sibi detrahebant. Et incipit domine
sancte ac venerande matri etc.

A

87.

Si tibi putem
agere gratias referri posse
non sapiam. potens est
deus super persona mea
sancte anime tue restituere
quod meretur. Ego enim indignus
nec estimare unquam potui nec
optare. ut michi tantum in christo largiretur
affectum. Et licet me sceleratum quidam
putent et omnibus flagiciis obru
tum. et pro peccatis meis etiam hec
parua sint. tamen tu benefacis quod

B

ex tua mente etiam malos bonos
putas. periculosum quippe est de
seruo alterius iudicare. et non facilis
venia. praua dixisse de rectis. Veniet
veniet illa dies et mecum dolebis

ardore non parvo. Ego probrosus, ego ver-
sipellis et lubricus, ego mendax et sa-
thane arte decipiens. Quid istas as-
tucias hec vel credidisse vel finxisse
de insontibus? An etiam de noxiis
credere noluisse? Osculabantur quidam
michi manus et ore vipereo detra-
hebant, dicere noluisse dolebat labi-
is et corde gaudebant. Videbat dominus
et subsanabat illos et miserum me
secum suum futuro cum eis iudicio reser-
vabat. Alius incessum meum
calumpniabatur et risum. Ille vultui
detrahebat. Hic in simplicitate
aliud suspicabatur. Pene certe trie-
nium cum eis vixi. Multa me virgi-
num turba crebro circumdedit. Divi-
nos libros ut potui nonnullis sepe
disserui. Lectio assiduitatem, as-
siduitas familiaritatem, familiari-
tas fiduciam fecerat. Dicant quid
umquam in me aliter senserint quam
christianum decebat. Pecuniam cuius-
quam accepi? Munera vel parva vel
magna non suspexi? In manu mea
es alicuius insonuit? Obliquus ser-
mo, oculus petulans fuit? Nichil
michi aliud obicitur nisi sexus meus,
et hoc numquam obicitur nisi cum Ie-
rosolimam Paula proficiscitur. Qui
ista crediderunt mencienti, cur non cre-
dunt neganti? Idem est homo ipse qui
fuerat. Fatetur insontem qui du-
dum noxium loquebatur. Et certe veri-
tatem magis exprimunt tormenta
quam risus. Nisi quod facilius cre-
ditur quod aut fictum libenter au-
ditur aut non fictum ut fingatur
impellitur. Antequam domum sancte Pau-
le nossem, totius in me urbis stu-
dia consonabant. Omnium pene iudicio
dignus summo sacerdotio decernebar.
Beate memorie Damasus meus
sermo erat. Dicebar sanctus, dicebar
humilis et disertus. Numquid domum
alicuius lascivioris ingressus sum?
Numquid me vestes serice, nitentes
gemme, picta facies aut auri rapuit am-
bitio? Nulla fuit alia Rome ma-
tronarum que meam posset edo-
mare mentem nisi lugens atque
ieiunans, squalens sordibus et
fletibus pene cecata, continuis noc-
tibus domini misericordiam deprecantem sol
sepius deprehendit. Cuius canticum
psalmi sunt, sermo evangelium, delicie
continencia, vita ieiunium. Nulla
me potuit alia delectare nisi
illa quam manducantem numquam
vidi. Sed postquam eam pro sue
merito castitatis venerari colere suscipe-
re cepi, omnes me illico deseruere virtutes.
O invidia primum mordax tui! O satha-
ne calliditas semper sancta persequens!
Nulle alie Romane urbi fabulam pre-
buerunt nisi Paula et Melanium, que
contemptis facultatibus pignoribusque
desertis crucem domini quasi quoddam
pietatis levavere vexillum. Si bal-
neas peterent, unguenta eligerent,
divicias et viduitatem haberent
materies luxurie libertatis, domine vo-
carentur et sancte. Nunc in sacco et
cinere formose volunt videri et in
gehennam ignis cum ieiuniis et fetore
descendere. Videlicet non eis licet ad-
plaudente populo perire cum turbis.
Si gentiles hanc vitam, si iudei ha-
berent, solacium non placendi eis quibus
displicet Christus. Nunc vero pro nephas
nomine christiane, pretermissa domo suorum cu-
ra et proprii oculi trabe neglecta in
alieno oculo festucam querunt. Lace-
rant sanctum propositum et remedium pe-
ne sue arbitrantur, si nemo sit
sanctus, si omnibus detrahatur, si
turba sit pereuncium, multitudo pecca-
cium. Tibi placet lavari cotidie; ali-
us has mundicias sordes putat. Tu sat-
tagmen ructas et de comeso at-
tipiens ere gloriaris; ego faba
ventrem impleo. Te delectant cha-
chinnancium greges; Paulam Mela-
niumque plangencium. Tu aliena de-
sideras; ille contempnunt sua. Te delibu-
ta melle vina delectant; ille po-
tant aquam frigidam. Tu te perdere
existimas quicquid in presenti non habue-
ris, comederis, devoraveris; ille fu-
tura desiderant et credunt vera esse
que scripta sunt. Esto inepte et insanit
quibus resurrectio corporum persuasit.
Quid ad te? Nobis econtrario tua vi-
ta displicet. Bono tuo crassus sis;
me macies delectat et pallor. Tu
tales miseros arbitraris; nos te mi-
serabiliorem putamus. Par pari
refertur sententia et invicem nobis
videmur insanire. Hec michi domina
Asella, cum iam navem conscende-
rem, raptim flens dolensque con-
scripsi. Et gratias ago deo meo quod
dignus sum quem mundus oderit. O-
ro autem ut de Babilone Ierosolimam
regrediar, ne michi dominetur Na-
buchodonosor, sed Ihesus filius Io-
sedech. Veniat Ezras qui interpre-
tatur adiutor et reducat me in pa-
triam meam. Stultus eram qui volebam
cantare canticum domini in terra aliena

et deserto mōte syria egipti auxiliū
flagitabam Non recordabar euuāge
liste quia qui de ierlm egreditur
statim incidit in latrones Spoli
atur vulneratur occiditur Sed licz
sacerdos despiciat atqz leuites sama
ritanus ille misericors est Cui cum
diceretur samaritan es et demoni
um habes / demoniū renuens sama
ritem se nō negauit Quia quē
nos custodem ebrei samaritem vo
cant. Maleficiū quidam me gar//
riunt titulū fidei seruus agnosco Ma
gum vocant et iudei dnm meū Se
ductor et apls dictus ē Temptatio
me apphendit nisi huana. Quo
tam ptem augustiarū ppessus sū
qui xpi miles. Infamiā falsi c̄
minis importauit sed scio p bonā
et malā famam puenire ad reg
na celorum Saluta paulam et
eustochiū velint nolint in xpo me
as Saluta mrēm albinā sororē
marcellam / marcellinā quoqz et
scām felicitatem et dic eis ante
tribunal xpi simul stabimus Ibi pa
tebit qua mente quis vixerit Me
mento mei exemplum patie et v
ginitatis insigne fluctusqz mari
tius ptibus mitiga Ieronimus ad
hermonenses virgines ręl.

Ista epla tacite tāxat
de penitētie resuscepite
da

86

Quarte exigui
tas iudiciū est solitu
dinis Et idcirco lo
gum sermone breui
spacio coartaui Cum
vobiscum volui plixius loqui et an
gustia sedule cogebat tacere Hic
igitur ingenio est victa pauperies
minute quidē littere sed confabu
latio longa est Et tamē in hoc nē
tatis articulo aiaduertite caritate
Cum me neceī penuria scriptionis va
luit phibere ne scriberem Vos aut
ignoscite obsecro dolenti / dico ei
lesus / dico lacrimans et irascens
ne unum quidē apicem totiens
vobis tribuenti officiū pstitistis Scio
quia nulla communio luci et tene
bris est Nulla cū ancillis dei et
peccatoribus sociacio est Et tam
et mitis dnō pedes lacrimis lauit
et de dnōrū micis canes edunt
Et ipe saluator nō venit vocare
iustos sed peccores. Nō em̄ egent
sani medico. et magis uult pen
itentiam peccatoris quā mortem
Et errantē oviculā suis humeris
refert Et prodigum filiū reuertē te

d

excepit pat̄ letus. Cū potius apls
ait Nolite iudicare ante tempus
Tu enim qui es. qui alienū seruū
iudicas: Suo dnō stat aut cadit
Et qui stat videat ne cadat Et in
uicē onera vrā portate Aliter ordo
res existimē homi liuor Aliter xpus
iudicat Nō eadem snīa est tribunal
eius et anguli susurronū Multe
videntur hominibus vie iuste. et pos
tea repiuntur prave Et in tacitis vas
culis thezaurus sepe reconditur
petrum ter negantem / amare i
locū suū restituere lacrime. Cui plus
dimittitur plus amat / de toto gge
siletur et ob vnius morbide pecu
dis salutem. Angeli letantur in celo
Quod si cui videtur indignū. audio
audiat. Amice si ego bonus / qre
oculus tuus nequā est Epla sancti
Ieronimi pbri ad demetradem vgiem

b

81

Inter omnes
materias quas aba
dolescencia usqz ad
hanc etatem uel me
a uel notariorum scp//
si manu. nichil pnti ope diffici
lius. Scripturus em̄ ad demetradē
vginē xpi que et nobilitate et
diuitijs pma est in orbe romano
si cuncta vtutibus eius congrua
dixero adulari putabor Si que
dam subtraxero ne incredibilia
videantur. dapnū laudibus eius mea
faciet verecundia Quid igitur faciam
Quod implere nō possum negare
nō audeo Tanta est aui e eius et
matris in signū feminarū in iube
do auctoritas in petendo fides in
extorquēdo pseuerancia / ne em̄
ut nouū et precipuū quiddam a me
flagitant cum ingeniū in huius
cemodi materijs sepe detritū ē
sed ne votis mee pro vili parte de
sit testimonium meis vtutibus ex
plicandis / cuius ut inclici oratoris
vtar snīa spes magis laudanda
quā res est Quamqz puellares an
nos fidei ardore superarit et in
cepit vnde alias desisse pfecto
consūmatequz vtutis est. ptul obtrectacō
facessat inuidia Nullū in ambicōe
sit crimē. Ignoti ad ignotū scribimus
dumtaxat iuxta faciem corpalē
Alioquī interior homo pulchre sibi
cognitus est illa notitia qua pau
lus apls colocenses multosqz ē
deniqz nouerat quos ante non
viderat. Quantum sit apud me

CCxviij
a

c

mitum immo miraculum virginis
nre. hinc pot estimari quod occu
patus in explanatione templi E
zechielis quod opus in omnibus scrip
tus sanctis vel difficilimum est et in
ea parte delubri in quo sca sanctorum
et thymiamatis altare describitur ma
lui parumper hoc uti diuerticulo ut de
altari transirem ad altare et hostiam
viuam placentem deo ac sine ulla
macula esse pudicicie consecrarem
Scio quod in precationem pontificis
flameum virginale sanctum operuit caput
et illud apostoli vocis insigne celebra
tum sit. volo autem vos omnes virginem
castam exhibere xpo. Quando astitit
regina a dextris eius in vestitu de
aurato circumdata varietate. Qua
veste polimita et multarum virtutum
diuersitate contexta indutus fuit et
ioseph et regum quondam utebantur
filie. unde et ipa sponsa letatur
ac dicit. Introduxit me rex in cubi
culum suum. sodaliumque respondet chorus.
Omnis gloria filie regis introduxit
intrinsecus. Sed et nostra oratio dabit
aliquid emolimenti. Equorum cursus
fauore prouocior sit. pugilum fortitudo
clamoribus incitatur. paratas ad
prelium acies strictosque mucrones ser
mo imperatoris accendit. Igitur et
in ope pnti auia quidem materque
plantauerit. sed et nos rigabimus
et dns incrementum dabit. Rethorum
disciplinae e cuius attinus et omni
rethro nobilitate ornare que lau
des ut ramorum sterilitatem radix fe
cunda compenset. Et quod in fructu
no teneas mireris in trunco. Dale
mat michi proborum et olibriorum
clara repetenda sunt nomina et in
lustris anicij sanguinis genus. in quo
aut nullus aut rarus erit qui no
meruerit consulatum. Aut profe
rendus olibrius virginis nre pater
quem in matura morte subtractum
roma congemuit. Vereor plura
dicere ne sce matris vulnus exaspe
rem et virtutum eius recordatio fi
at doloris instauracio. Pius filius
vir amabilis clemens dns ciuis affa
bilis. consul quidem in pueritia. sed
morum bonitate senator illustrior
felix morte sua qui no vidit pa
riam corruentem. Immo felicior so
bole. qui demetriadis proauie
nobilitatem insigniorem reddi
dit demetriadis filie perpetuam cas
titatem. Sed quid ago oblitus pro
positi. dum admiror iuuenem lau

dare aliquid bonorum scilicet secularium. Cum
in eo michi virgo magis nra lauda
da sit quod hec vniuersa contempserit
quod no se genere nobilem no
diuitijs prepotentem sed hominem co
gitauit. Incredibilis animi fortitudo
Inter gemmas et sericum. inter eunuchorum
et puellarum cateruas. et adulationem
ac ministeria familie perstrepentis
et exquisitas epulas quas ample
domus prebebat habundantia appe
tisse eam ieiuniorum laborem asperi
tatem vestium victus continentiam. le
gerat enim verba dni dicentis. Qui mol
libus vestiuntur in domibus regum sunt.
Stupebat ad conuersationem helie et
iohannis baptiste. quorum vterque zona
pellicia astrinxit. et mortificauit
lumbos suos. Alter venisse narratur
in spiritu et virtute helie. precursor dni in
vtero prophetans parentis et ante
diem iudicij iudicis voce laudatur.
Anne filie famuelis mirabatur ardo
rem que orationibus atque ieiunijs vs
que ad vltimam senectutem in tem
plo dno seruiebat. Quatuor vir gi
num filiarum philippi desiderabat cho
rum et vnum se illarum esse cupiebat
que pudicicia virginali prophetie gratia
consecute sunt. His et huiuscemodi
cogitationibus pascebat animum.
nichil ita metuens quam auiam matrem
que offendere. Quarum cum inci
taretur exemplo. voluntate et stu
dijs terrebatur. Non quod displiceret
eis sanctum propositum sed quod pro rei mag
nitudine optare et appetere no au
deret. Estuabat xpi tyruncula. ode
rat ornatum suum. Et cum hester
loquebatur ad dnm. Tu nosti quod o
derim insigne capitis mei. hoc est
diadema quo vtebatur quasi regia
et tante ducam in mundicie velut
pannum mulieris menstruate. Aiunt
sancte et nobiles femine que
eam videre atque norunt. quos de
littore galliarum ad habitationem
sanctorum locorum. hostium passi
cam compulit seua tempestas. noc
tibus et secreto conscijs tantum virgini
bus dei que in matris et auie co
mitatu erant. nunquam eam linte
amine. nunquam plumarum vsam mol
litie. sed cilicium in nuda humo
habuisse pro stratu. Iugibus faciem ri
gasse lacrimis. saluatoris mente
genibus aduolutam ut suum reciperet
propositum ut impleret desiderium. ut
animum matris que molliret. Quid
vltra differo. Cum iam nuptiarum

Co fortat se ipam demetradis
eligens viam hortandi parentes
ut in virginitate permanere
possit

appropinquaret dies / et futuro matrimonio thalamus pararetur secrete et absque arbitris / noctemque habens pro solatio talibus fertur se armasse consiliis. Quid agis demetrias: Quid pudicitiam tanto pavore defendis / Libertate opus est et audacia. Que sic in pace metuis quid faceres in martirio perpetrando. Que tuorum vultum ferre non potes quomodo sustineres tribunalia persecutorum. Si te virorum exempla non provocant / hortetur faciatque securam beata martir agnes que et etatem vicit et tyrannum et tytulum castitatis martirio coronavit. Nescis misera. nescis cui debeas virginitatem tuam. Dudum inter barbaras tremuisti manus

CCxviii
a

avie matris que tibi sinu ac palliis tegebaris. Vidisti te captivam et pudicitiam tuam non tue potestatis. horruisti truces hostium vultus raptas virgines dei gemitu tacito conspexisti. Urbs tua quondam orbis caput: romani populi sepulchrum est. Et tu in libico littore exulem virum ipsa exul accipies. Quam habitura pronubam. Quo deducenda comitatu. Stridor lingue punice procacia tibi fescennina cantabit. Rumpe moras omnes dilectio foras mittit timorem. Assume scutum fidei loricam iusticie et galeam salutis procede ad prelium. habet et servata pudicitia martirium suum. Quid metuis aviam. Quid formidas parentem forsitan et ipse velint quod te velle non credunt. hiis inflamata stimulis omnem corporis cultum et habitum secularem. quasi propositi sui impedimenta proiecit / preciosa monilia et graves censibus uniones / ardentesque gemme redduntur scriniis. vili tunica induitur viliori tegitur pallio et insperata avie genibus repente provolvitur fletu tantum et planctibus que esset ostendens. obstupuit sancta et gravis femina alienum habitum in nepte conspiciens. Mater gaudio stabat attonita. utraque verum non credere quod verum esse cupiebant. hesit vox faucibus et inter ruborem atque pallorem metumque ac leticiam cogitationes varie nutabantur. Succumbendum est huic loco. Neque narrare adgrediar quod dicendo minus faciam. Ad explicandam incredibilis gaudii magnitudinem et tullianus fluvius

b

siccaretur ingenii et contorte demostenis vibrateque sine tardius languidiusque ferrentur. Quicquid potest cogitare animus. Quicquid sermo non potest explicare illo in tempore factum audivimus. Certatim in oscula neptis et matris et filia ruunt / ubertim flere gaudio iacentem manu attollere. amplexari trepidantem agnoscere in illius proposito mentem suam et gratulari quod nobilem familiam virgo virginitate sua nobiliorem faceret. Invenisse eam que prestaret generi que romane urbis cineres mitigaret. Ihesu bone quid illud tota domo exultationis fuit. Quasi ex radice fecunda / multe virgines simul pullularunt exemplumque matrone et domine secuta est clientum turba atque familiarum. per omnes domos fervebat virginitatis professio. Quarum cum impar esset in carne condicio / unum erat premium castitatis. parum loquor. Cuncte per affricam ecclesie quodam exultavere tripudio. Non solum ad urbes oppida viculosque. sed ad ipsa queque mappalia / celebris fama penetravit. Omnes inter affricam ytaliamque insule: hoc rumore replete sunt et inoffenso pede longius gaudia cucurrere. Tunc lugubres vestes ytalia mutavit et semiruta urbis rome menia pristinum ex parte recepere fulgorem propicium sibi estimantia deum in alumpne conversione perfecta. putares extinctam gothorum manum et colluviem perfugarum atque servorum domini desuper intonantis fulmine concidisse. Non sic post trebiam transimenum et cannas in quibus locis romanorum exercituum cesa sunt milia marcelli primum apud nolam prelio se populus romanus erexit. Minori prius gaudio strata sunt gallorum agmina. Auro redempta nobilitas et seminarium romani generis marte cognovit. Penetravit hic rumor orientis littora et in mediterraneis quoque urbibus. xpiane glorie triumphus auditus est. Que virginum xpi non huius se societate iactavit. Que mater non tuum Iuliana beatum clamavit uterum. Incerta apud infideles sint premia futurorum. plus interim recepisti virgo. quam obtulisti. Quam sponsam hominis una tantum provincia nosset virginem xpi totus orbis audivit. Solent miseri parentes et non plene fidei xpiane deformes et aliquo

membro debiles filias quia dignos
generos non inveniunt virginitati tra//
dere Tanti ut dicitur vitrum quanti
margaritum Certe qui religioso
res sibi videntur parvo sumptu
et qui vix ad alimenta sufficiat virgi
nibus dato omnem censum in utro
que sexu secularibus liberis largiuntur
Nuper in hac urbe dives quidam
fecit presbyter ut duas filias in proposito
virginali inopes relinqueret et ali//
orum luxurie ad omnem copiam fi
liorum delitiis provideret / fecerunt
hoc multe proh dolor nostri propositi femine
atque utinam rarum esset exemplum
Quod quanto crebrius est tanto iste fe
liciores que ne plurimarum quidem
exempla sectate sunt / fertur et
omnium christianorum laude celebratur
quod quicquid fuerat nuptiis preparatum /
astante Christi synodo de virgine traditum
ne sponso fieret iniuria, immo ut
dotata pristinis opibus veniret ad
sponsum Et quod in rebus mundi
periturum erat / domesticorum dei in
opiam sustentaret Quis hoc est
dat / probam illum omni dignitatum
et cuncte nobilitatis in orbe roma
no nomen illustrius Cuius sancti
tas et in universos effusa boni//
tas etiam apud barbaros venerabi
lis fuit Quam trium liberorum probini
olibrii et probi non fatigarunt or/
dinarii consulatus. Et cum incensis
direptisque domibus in urbe cap//
tivitatis nunc habitans / vendi da
re dicitur possessiones. et facere
sibi amicos de iniquo mamona
qui se recipiant in eterna tabernacula
ut erubescat omnis ecclesiastici mi
nisterii gradus / et cassa nomina
monachorum emere predia. tanta
nobilitate vendente vix barbaro
rum effugerat manus et avulsas
de complexu suo virgines fleverat. cum
subito intollerabili et quod numquam
timuerat amantissimi filii orbita
te percutitur / et quasi futura virgi
nis Christi avia / spe futurorum morti
ferum vulnus excepit probans
in se verum esse quod in lirico car//
mine super iusto heroico dicitur. Si
fractus illabitur orbis. impavidum
ferient ruine. Legimus in volu//
mine iob Adhuc isto loquente ve
nit alius nuntius Et in eodem Temp
tatio sive ut melius habetur in
hebreo Militia est vita hominis
super terram Ad hoc enim laboramus
et in seculi huius proeliamur militia

ut in futuro seculo coronemur. Nec mire
hoc de hominibus credere cum dominus
ipse temptatus sit Et de abraham scriptura
testatur quod deus temptavit eum Quam
ob causam et apostolus loquitur Gaudentes in
tribulationibus et scientes quia tribulatio pa
tientiam operatur patientia probationem, probatio
spem spes autem non confundit Et in
alio loco Quis nos separabit a caritate
Christi. Tribulatio. an angustia. an per
secutio. An fames. An nuditas. An
periculum. An gladius Sicut scriptum est
Quia propter te mortificamur tota die es
timati sumus ut oves occisionis Et ysa//
ias huiuscemodi homines cohortatur
dicens Qui ablactati estis a lacte
qui avulsi ab ubere. tribulationem super
tribulationem expectate / spem super spem
Non sunt condigne passiones huius tem
poris ad futuram gloriam que revelabitur
in nobis Cur ista replicaverim. sequens
sermo monstrabit Que de medio
mari fumantem viderat patriam et
fragili cimbe salutem suam suorumque com
miserat. crudeliora invenit affrice
littora / Excipitur enim ab eo que nesci
as utrum avarior an crudelior fuerit
Cui nihil dulce preter vinum et pecuniam Et
qui sub occasione partium clementissimi
principis sevissimus omnium extitit
tyrannorum Et ut aliquid loquar de
fabulis poetarum. quasi orcus in
tartaro non tricipitem sed multorum
capitum habuit cerberum qui cuncta
traheret laceraretque Hic matrum gre
miis abducere pactas negotiato
ribus et avidissimis mortalium syris
nobilium puellarum nuptias vendere
non pupillarum / non viduarum non virgi
num Christi inopie parcere Manusque
magis rogantium expectare. quam vul
tus Hanc feram charibdim scillamque
succinctam multis canibus fugiens bar
baros matrona sustinuit que nec
naufragiis parceret nec captivita
tibus flecteretur Imitare crudel
saltem hostem romani imperii.
Brevius nostri temporis tamen quod in
venerat Tu queris quod non invenimus
et mirantur homines Virtus ei
semper invidie patet. cur tantarum
feminarum pudicitiam tacita proscriptione
mercata sit / cum et ille partem sit
dignatus accipere qui totum potuit
auferre. et quasi comiti negare
non ausa sit. que se intelligebat
sub nomine private dignitatis tyran
no servientem. Sentio me inimi
corum patere morsibus quod adulari
videar nobilissime et clarissime

Noye i volumine di

feminae qui accusare non poterunt si me
fecerint huiusque tacuisse. Neque enim
laudaui in ea umquam antiquitatem
generis diuitiarum et potencie magni
tudinem viro viuente uel mortuo
que alii forsitan mercenaria oratione
laudauerint. Mihi propositum est sti
lo ecclesiastico laudare auiam meae
virginis et gratias agere quod voluntatem
eius sua adiuuerit voluntate. Alio
quin cellula monasterii vilis cibi uel
tisque vsu contenta et etas vicina iam
morti breuibusque temporis viaticum
carent omni adsentationis infamia
denique in reliquis patribus omnis in
sermo ad virginem dirigetur. Et vir
ginem nobilem et nobilem non minus
sanctitate quam genere. Cuius quanto
sublimis ascensus est tanto lapsus
periculosior. Illud tibi nata deo pre
omnibus unum predicam: et repetens
iterum iterumque monebo ut animum tuum
sacre lectionis amore occupes.
Nec in bona terra pectoris tui semen
tem lolii auenarumque suscipias
ne dormiente patrefamilias qui est
NOYC id est animus deo semper
adherens inimicus homo zizania
superseminet. Sed semper loquaris
In noctibus quesiui quem dilexit ani
ma mea. Vbi pascis ubi cubas in
meridie. Et inhesit post te anima
mea me suscepit dextera tua. Illud
quoque Jeremie. Non laboraui sequens
te neque enim est dolor in iacob nec
labor in israel. Quando eras in seculo
ea que erant seculi diligebas, polire
faciem purpurisso et cerussa ora de
pingere ornare crinem et alienis
capillis turritum verticem struere
ut taceam de inaurium preciis can
dore margaritarum rubri maris pro
funda testantium et maragdorum
virore ceraunorum flammis iacinc
torum pelago ad que ardent et insa
niunt studia matronarum. Nunc autem
que seculum reliquisti et secundo post bap
tismum gradu inisti pactum cum ad
uersario tuo, dicens ei, renuncio tibi
diabole, et seculo tuo, et pompe tue,
et operibus tuis. Serua fedus quod
pepigisti et esto consenciens, pactum
que custodiens cum aduersario tuo dum
es in via huius seculi. Ne forte tradat
te iudici et de suo aliquid vsurpas
se conuincat tradarisque ministro
qui ipse est inimicus et vindex et
mittaris in carcerem et in tenebras
exteriores. Que quanto a christo vero lu
mine separantur tanto nos maiori
horrore circumdant et non inde exeas
nisi soluas nouissimum quadrantem
id est nummum quodque delictum. Quia
et pro ocioso verbo reddituri sumus
racionem in die iudicii. Hec dicta sint
non in fausto contra te vaticinio sed
pauidi cautique monitoris officio
ea quoque vite mee que tua sunt
formidantis. Si spiritus inquit potesta
tem habentis ascenderit super te lo
cum tuum ne dimiseris. Quasi in
procinctu et in acie stamus semper
ad pugnam, vult nos loco mouere
hostis et de gradu excedere, sed
solidanda vestigia sunt et dicendum
Statuit super petram pedes meos
et petra refugium leporis pro quo
multi erinacios legunt. Animal
paruum et fugax et peccatorum sentibus
pregrauatum. Sed ideo ihesus spinis co
ronatus est, et nostra delicta porta
uit, et pro nobis doluit ut de senti
bus et tribulacionibus feminarum
ad quas dicitur in anxietatibus, et
doloribus paries mulier, et ad
virum conuersio tua, et ipse tui dominabitur
rosa virginitatis et lilia castitatis
nascerentur, vnde et sponsus pas
citur inter lilia et inter eos qui vesti
menta sua non coinquinauerunt. Virgines
enim permanserunt. audieruntque preceptum
candida sint semper vestimenta tua
et quasi auctor virginitatis et prin
ceps loquitur confidenter. Ego flos cam
pi et lilium conuallium. Petra igitur le
porum est hiis qui in persecucionibus
de ciuitate fugiunt in ciuitatem.
Nec timent illud propheticum periit
fuga a me. Montes autem excelsi ceruis
nis quorum colubricibus sunt quos e
ducit puer paruulus de foramine
quando pardus et edus requiescunt simul
et bos et leo comedunt paleas ut
nequaquam bos discat feritatem sed
leo doceatur mansuetudinem. Reuer
CCxx tamur ad propositum testimonium. Si
spiritus potestatem habentis ascenderit super
te locum tuum ne dimiseris. post quod
sequitur quia curacio quiescere facit
peccata maxima. Qui versiculus hunc
habet sensum. Si in cogitaciones
tuas coluber ascenderit, omni custo
dia serua cor tuum et cum dauid can
ta. Ab occultis meis munda me domine
et ab alienis parce seruo tuo et ad
peccatum maximum quod opere perpetratur
nequaquam peruenies. sed incentiua
viciorum statim in mente iugulabis et
paruulos babilonios allides ad pe
tram in qua serpentis vestigia non

reprimitur. Cauteque domino promittens: Si
mei non fuerint dominati, tunc inmacu
latus ero et emundabor a delicto
maximo. Hoc est quod et alibi scrip
tura testatur: peccata patrum reddam
in tertiam et quartam generationem. Ut
cogitaciones nostras mentis scilicet delictum
non statim puniat sed reddat in
posteris, id est in malis operibus et
in delictorum perseverancia, quando
loquitur per Amos: super tribus et quatu
or impietatibus illius et illius civi
tatis nonne aversabor eam. Hec
cursim. Quasi de prato pulcherrimo
sacrarum scripturarum parvos flores carpsis
se sufficiat pro commonicione tui, ut
claudas cubiculum pectoris et cre
bro signaculo munias frontem
tuam, ne exterminator Egipti in te
locum reperiat. Sed primogenita
que apud Egiptios pereunt in tua
mente salventur, et dicas cum propheta:
Paratum cor meum deus, paratum
cor meum, cantabo et psallam. Ex
urge gloria mea, exurge psalterium
b et cythara. Quam adsumere iubetur
et Tyros multis peccatorum confossa
vulneribus ut agat penitenciam, et ma
culas pristine feditatis cum Petro a
maris abluat lacrimis. Verum nos ig
noremus penitenciam, ne facile pecce
mus. Illa quasi secunda post naufra
gium miseris tabula sit; in virgine
integra servetur navis. Aliud est que
rere quod perdideris, aliud possidere
quod numquam amiseris. Unde et
Apostolus castigabat corpus suum et
in servitutem redigebat, ne aliis pre
dicans ipse reprobus inveniretur.
Corporisque ex persona generis humani
inflammatus ardoribus loquebatur:
Miser ego homo, quis me libera
bit de corpore mortis huius. Et cum
dico quia non habitat in me, hoc est
in carne mea, bonum. Velle enim adia
cet michi, ut faciam autem bonum ne
quaquam. Neque enim quod volo bonum,
sed quod nolo malum hoc facio. Et
denuo: Qui in carne sunt deo placere
non possunt. Vos autem non estis in car
ne sed in spiritu, si tamen spiritus dei ha
bitat in vobis. Post cogitacionum
diligentissimam caucionem ieiuni
orum tibi arma sumenda sunt et ca
nendum cum David: Humiliavi in ieiu
nio animam meam, et cinerem quasi
panem manducabam. Et cum molesti
erant michi, induebar cilicio. Eva
per cibum eiecta est de paradiso. Helias
xl dierum exercitatus ieiunio igneo

curru rapitur ad celum. Moyses xl
diebus ac noctibus familiaritate
et sermone dei pascitur, et in se
verissimum probat: non in solo pane
vivit homo sed in omni verbo quod e
greditur ex ore dei. Salvator generis
humani, qui virtutum et conversacionis c
sue nobis reliquit exemplum, post
baptismum statim adsumitur a spiritu
ut pugnet contra diabolum, et oppressum
eum atque contritum tradit discipulis
conculcandum. Unde et apostolus loquitur:
Deus autem conterat Satanan sub pe
dibus vestris velociter. Et tamen hos
tis antiquus post xl dierum ieiunium per
cibum molitur insidias et dicit: Si
filius dei es, dic ut lapides isti
panes fiant. In lege mense septimo
post clangorem tubarum decima die
mensis totius gentis Hebree ieiuni
um est. Et exterminatur anima illa
de populo suo que saturitatem pre
tulerit continencie. In Iob scriptum est
de dracone: Virtus eius in lumbis
eius et fortitudo illius super umbi
licum ventris. Adversum iuvenes
et puellas etatis ardore abutitur
et inflammat rotam nativitatis nostre
et implet illud in Osee: Omnes adulte
rantes quasi clibanus corda eorum,
que dei misericordia et ieiuniorum frigore re
stringuntur. Hec sunt ignita diaboli ia
cula que simul et vulnerant et in
flammant. Et a rege babilonio tribus
pueris preparantur, qui succendit for
nacem xl viiii cubitorum, habens et
ipse vir ebdomadas ad perdicionem
quas dominus observari iusserat ad sa
lutem. Sed quomodo ibi quartus spe
ciem habens filii hominis inmersos
mitigavit ardores et inter caminum
estuantis incendia docuit flammas
calorem amittere, et aliud oculis
comminari, aliud prebere tactui, sic
et in animo virginali rore celesti et
ieiuniorum frigore calor puellaris
extinguitur, et humano corpori an
gelorum impetratur conversacio.
Quam ob rem et vas electionis de d
virginibus se dicat domini non habere precep
tum, quia contra naturam, immo ultra
naturam est non exercere quod nata sis,
interficere in te radicem tuam, et so
la virginitatis poma decerpere, nes
cire thorum, omnem virorum horrere
contactum, et in corpore vivere sine
corpore. Neque vero immoderata ti
bi imperamus ieiunia et enormem
ciborum abstinenciam, quibus statim
corpora delicata franguntur et ante

egrotare incipiunt. quam sancte conversa
tionis iacere fundamenta. philoso-
phorum quoque sententia est. EMCOTH
ETACAPETAYΠEPBOΛEAT
KAKIACEIΛHAI. Quod latinus
ita potest sermo resonare. Moratas
esse virtutes, excedentes modum atque
mensuram inter vicia reputari. Unde
et unus de septem sapientibus. ne
quid ait nimis. Quod tam celebre
factum est. ut comico quoque versu expres-
sum sit. Sic debes ieiunare ut non
palpites et respirare vix possis, et
comitum tuarum vel porteris, vel trahe-
ris manibus. Sed ut fracto corporis
appetitu nec in lectione. nec in psal-
mis: nec in vigiliis solito quid mi-
nus facias. Ieiunium non perfecta
virtus sed ceterarum virtutum fundamen-
tum est. Et sanctificatio atque pudicicia
a sine qua nemo videbit deum, gra-
dus prebet ad summa scandentibus
nec tamen si sola sit. virginem potest
coronare. Legamus ewangelium sa-
piencium, et stultarum virginum. qua-
rum alie cubiculum ingrediuntur
sponsi. alie bonorum operum oleum non
habentes, extinctis lampadibus
excluduntur. Latus est super ieiuniis
campus. in quo et nos sepe cucur-
rimus et multorum propria habentur
libri. Ad quorum te mittimus lectionem.
ut discas quid boni habeat continencia
et quid de contrario mali saturitas.
Imitare sponsum tuum esto avie matri
que subiecta. Nullum virorum et maxime
iuvenum. nisi cum illis videas. Nullum
scias quem ille nesciant. Secularis
quoque sententia est eadem velle et eadem
nolle. ea demum firma amicicia est.
Ut appeteres virginitatem ut Christi pre-
ceptum cognosceres, ut scires quid tibi
expediret quid eligere deberes illarum
te exempla docuerunt. sancta domi in-
struxit conversacio. Non igitur solum
tuum putes esse quod tuum est, sed earum
que suam inte expressere pudiciciam
et honorabilium nupciarum, cubilisque
inmaculati preciosissimum germinavere
te florem. qui perfectos afferet et
fructus si humiliaveris te sub potenti
manu dei. et scriptum semper memi-
neris. superbis deus resistit humilibus
autem dat graciam. ubi autem gracia. non
operum retribucio sed donantis est
largitas ut impleatur dictum apostoli. Non
est volentis neque currentis. sed mi-
serentis dei. Et tamen velle et nolle
nostrum est. Ipsumque quod nostrum est sine dei
miseracione non nostrum est. Eunuchorum

CCXXI
d.

quoque tibi et puellarum ac servulorum
mores magis eligantur quam cultum
elegancia, quia in omni sexu. et e-
tate et truncatorum corporum violenta
pudicicia animi considerandi sunt.
qui amputari. nisi Christi timore non
possunt. Scurrilitas atque lascivia. te pre-
sente non habeant locum. Numquam verbum
inhonestum audias. Aut si audie-
ris. non irascaris. perdite mentes
hominum. uno frequenter. levique sermone
temptant claustra pudicicie. Ride-
re et rideri. secularibus derelinque.
Gravitas tuam personam decet. Ca-
tonem quoque illum dico censorium
et vestre quondam urbis principem
qui in extrema etate, grecas litteras
non erubuit censor nec desperavit
senex discere, semel in vita scribit
risisse lucius, Fuerit illa affectata
severitas. et gloriam querens aura
que popularem. Nos affectus et pertur-
baciones quam diu in tabernaculo cor-
poris huius habitamus. et fragili car-
ne circumdamur. moderari et re-
gere possumus. Amputare non pos-
sumus. Unde et psalmista dicit.
Irascimini et noli peccare. Quod
apostolus disserens. sol inquit non occi-
dat super iracundiam vestram. Quia et
irasci hominis est et finem iracundie
ponere christiani. Superfluum reor te
monere contra avariciam. cum
generis tui sit et habere et calcare di-
vicias et apostolus doceat, avariciam
esse idolorum cultum. dominusque respon-
deat sciscitanti. magister bone, quid
boni faciens: vitam eternam possi-
debo. Si vis esse perfectus. Vade ven-
de omnia que habes, et da pauperibus
et habebis thezaurum in celis et ve-
ni sequere me. Apostolici fastigii
est. perfecteque virtutis vendere omnia
et pauperibus distribuere et sic leve
atque expeditum cum Christo ad celestia
subvolare. Nobis immo tibi diligens
credita est dispensacio quamquam in his
omni etati, omnique persone libertas ar-
bitrii derelicta sit. Si vis inquit esse
perfectus: non cogo, non impero. sed pro-
pono palmam. ostendo premia tuum est
eligere si volueris in agone atque certa-
mine coronari. Et consideremus
quam sapienter sapiencia sit locuta. ven-
de que habes. Cui ista precipiuntur. Sic-
ut illi cui dictum est. Si vis esse perfectus.
Non partem bonorum tuorum vende
sed omnia. Cumque vendideris. quid
sequitur. Et da pauperibus. Non divitibus
non propinquis non ad luxuriam: sed ad

b

c

De catone censorio quod risit

necessitatem. Sive ille sacerdos, sive cognatus sit et affinis, nichil in illo aliud consideres nisi paupertatem. Laudent te esurientium viscera, non ructantium opulenta convivia. In actibus apostolorum quando domini nostri adhuc calebat cruor et fervebat recens in credentibus fides, vendebant omnes possessiones suas, et pretia earum ad apostolorum deferebant pedes, ut ostenderent pecunias esse calcandas. Dabaturque singulis prout opus erat. Ananias et Zaphira, dispensatores timidi, immo corde duplici, et ideo condempnati, quia post votum obtulerunt quasi sua, et non omnis cui semel ea voverant, partemque sibi aliene substantie reservarunt, metuentes famem quam vera fides non timet. Presentem meruere vindictam non crudelitate sententie, sed correptionis exemplo. Denique et apostolus Petrus nequaquam imprecatione imprecatur eis mortem, ut stultus philosophus calumniatur, sed prophetico spiritu dei iudicium prophetico spiritu annuntiat, ut pena duorum hominum sit doctrina multorum. Ex eo tempore quo virginitati perpetue consecrata es, sit tua non tua sunt, immo vere tua que Christi esse ceperunt, que avia vivente vel matre ipsarum arbitrio dispensanda sunt. Sin autem obierint et somno sanctorum requieverint, scio enim illas hoc optare, ut te habeant superstitem, cum etas maturior fuerit, et voluntas gravior firmiorque sententia, facies quod tibi visum fuerit, immo quod dominus imperat, si tamen nichil te habitura nisi quod in bonis operibus erogaveris. Alii edificent ecclesias, vestiant parietes marmorum crustis, columnarum moles advehant, earumque deaurent capita pretioso ornatu non sentiente, ebore argentoque valvas, et gemmis aurea vel aurata distinguant altaria; non reprehendo, non abnuo. Unusquisque in suo sensu habundet. Melius est hoc facere quam repositis opibus incubare. Sed tibi aliud propositum est: Christum vestire in pauperibus, visitare in languentibus, pascere in esurientibus, suscipere in hiis qui tecto indigent, et maxime in domesticis fidei, virginum alere monasteria, servorum dei et pauperum spiritu habere curam, qui diebus et noctibus serviunt domino tuo, qui in terra positi imitantur angelorum conversationem

et nichil aliud loquuntur nisi quod ad laudes dei pertinet. Habentesque victum atque vestitum, hiis gaudent divitiis qui plus habere nolunt, si tamen servant propositum. Alioquin si amplius desiderant, hiis quoque que necessaria sunt probantur indigni. Hec ad virginem divitem et nobilem sim locutus. Nunc ad virginem loquar, id est non ea que extra te, sed in te sunt considerans. Preter psalmorum et orationis ordinem, quod tibi hora tertia, sexta, nona, ad vesperam, medio noctis, et mane semper est exercendum, statue quot horis sanctam scripturam ediscere debeas, quanto tempore legere, non ad laborem, sed ad delectationem et instructionem anime. Cumque hec finieris spatia, et frequenter te ad figenda genua sollicitudo animi suscitaverit, habeto lanam semper in manibus, vel staminis pollice fila deducito, vel ad torquenda subtemina in alveolis fusa vertantur. Aliarumque neta aut in globum collige, aut texenda compone. Que texta sunt respice, que errata reprehende, que facienda constitue. Si tantis operum varietatibus fueris occupata, numquam tibi dies longi erunt. Sed quamvis estivis tendantur solibus, breves videbuntur in quibus aliquid operis pretermissum est. Hec observans et te ipsam salvabis et alias, et eris magistra sancte conversationis, multarumque castitatem lucrum facies, scriptura dicente: In desideriis est omnis anima otiosi. Nec ideo tibi ab opere cessandum est quia deo propitio nulla re indiges, sed ideo cum omnibus laborandum est, ut per occasionem operis nichil aliud cogites nisi quod ad domini pertinet servitutem. Simpliciter loquar: quamvis omnem censum tuum in pauperes distribuas, nichil apud Christum erit pretiosius quam quod manibus tuis ipsa confeceris, vel in usus proprios, vel in exemplum virginum ceterarum, vel quod avie matrique offeras, maiora ab eis in refectionem pauperum pretia receptura. Pene preterii quod vel precipuum est. Dum esses parvula, et sancte atque beate memorie Anastasius episcopus Romanam regeret ecclesiam, de orientis partibus hereticorum seva tempestas simplicitatem fidei que apostoli voce laudata est polluere et labefactare conata est. Sed vir ditissime paupertatis et apostolice sollicitudinis statim noxium

Scriptura legenda est ad delectationem non ad laborem

CCXXII

a

Contra otium

plus quedam elemosina de propriis laboribus

b

prulit caput sibilancia coluber ora com-
pescuit. Et quia vereor, immo rumore
cognovi, in quibusdam adhuc vivere
et pullulare venenata plantaria, illud
te pio caritatis affectu premonendam pu-
to, ut sancti Innocencii, qui apostolice cathedre
et superdicti viri successor et filius est, te-
neas fidem, nec peregrinam, quamvis tibi
prudens callidaque videatur, doctrinam reci-
pias. Solent enim huiuscemodi pangu-
los mussitare, et quasi iusticiam dei que-
rere: Cur illa anima in illa nata est pro-
vincia? Quid cause extitit, ut alie de
xpianis nascantur parentibus, et alie
inter feras et sevissimas naciones, ubi
nulla dei noticia est? Cumque hoc qua-
si scorpionis ictu simplices quosque per-
cusserint, et fistulato vulnere locum
sibi fecerint, venena descendunt. Pu-
tas ne frustra infans parvulus et qui
vix matrem risu et vultus hylarita-
te cognoscat, qui nec boni aliquid
fecerit nec mali, demone corripitur,
morbo opprimitur regio, et ea sustinet
que videmus impios homines non
sustinere, et sustinere deo servientes?
Sin autem, inquiunt, iudicia domini vera
iustificata in semetipsis, et nichil
apud deum iniustum est, ipsa racione
conpellimur, ut credamus animas fuisse
in celestibus, et propter quedam anti-
qua peccata dampnatas in corporibus
humanis, et ut ita loquamur sepultas,
nosque in valle lacrimarum penas ve-
terum luere peccatorum. Unde et prophe-
ta dicit: Priusquam humiliarer, ego pecca-
vi. Et: Educ de carcere animam meam. Et:
Iste peccavit, ut cecus ex utero nas-
ceretur, an parentes eius? Et cetera his
similia. Hec impia et scelerata doc-
trina olim in egipto et in orientis
partibus versabatur, et nunc abscondi-
te, quasi in foveis viperarum, a-
pud plerosque versatur, illarumque
parcium polluit puritatem, et quasi
hereditario malo serpit in paucos,
ut perveniat ad plurimos. Quam cer-
tus sum, quod si audieris non recipi-
as. Habes enim apud deum magistros
quarum fides norma doctrine est. Intel-
ligis quid loquar. Dabit enim tibi
dominus in omnibus intellectum. Nec statim
adversum sevissimam heresim et
multo his nequiorem quam dixi re-
sponsionem ordinis flagitabis,
ne non tam prohibuisse videar
quam commonuisse. Cum presentis operis
sit instruere virginem, non hereticis
respondere. Ceterum omnes fraudulen-
tias eorum cuniculos quibus nituntur

subvertere veritatem, et alio opere deo
adiuvante subvertimus. Quod si volueris
prompte libenterque mittimus. Ultrone-
as enim aiunt putere merces et pre-
cia facilitate decrescere que semper
in raritate maiora sunt. Solet inter
plerosque esse certamen, utrum solitaria
an cum multis vita sit melior. Quarum
prior prefertur quidem secunde; sed in viris
quidem periculosa est, ne abstracti ab
hominum frequencia sordidis et impiis
cogitacionibus pateant, et pleni arro-
gancie et supercilii cunctos despiciant,
armentque linguas suas vel clericis
vel aliis monachis detrahendi, de
quibus rectissime dicitur: Filii homi-
num dentes eorum arma et sagitte,
et lingua eorum gladius acutus. Quan-
to magis in feminis, quarum mutabilis
fluctuansque sentencia, si suo arbitrio re-
linquatur, cito ad deteriora dilabitur.
Novi ego in utroque sexu per nimiam ab-
stinenciam cerebri sanitatem quibus-
dam fuisse vexatam, precipueque in
hiis qui in humectis et frigidis ha-
bitavere cellulis, ita ut nescirent
quid agerent, quove se verterent, quid lo-
qui, quid tacere deberent. Certe
si rudes secularium literarum de tractati-
bus hominum disertorum quippiam le-
gerint, verbositatem solam discunt
absque noticia scripturarum, et iuxta ve-
tus elogium, cum loqui nesciant, ta-
cere non possunt, docentque scripturas quas
non intelligunt, et cum aliis persuaserint,
eruditorum sibi adsumunt supercilium, pri-
us imperitorum magistri quam doctorum
discipuli. Bonum est igitur obedire
maioribus, parere perfectis, et post
regulas scripturarum vite sue tramitem
ab aliis discere. Nec preceptore uti
pessimo, scilicet presumpcione sua. De
talibus feminis et apostolus loquitur: Que
circumferuntur omni vento doctrine,
semper discentes et numquam ad scienciam
veritatis pervenientes. Matrona-
rum maritis ac seculo servientium tibi
consorcia declinentur, ne sollicitetur ani-
mus, ut audias quid vel maritus
uxori vel uxor locuta sit viro. Vene-
nate sunt huiuscemodi confabulati-
ones. Super quarum dampnacione secula-
rem versum adsumens apostolus fecit
ecclesiasticum: Corrumpunt mores bo-
nos confabulaciones male. Cuius iam-
bicum metrum, dum verbum servat
ex verbo, nequaquam expressit latina
translatio. Graves femine et maxime
vidue ac virgines tibi comites e-
ligantur, quarum probata est

LXXIII a

conuersatio / sermo moderatus . sancta vere
cundia . fuge lasciuiam puellarum
que ornant capita crines a fronte di
mittunt . cutem poliunt . utuntur linimen
tis . adstrictas habent manicas
vestimenta sine ruga / socculosque cris
pantes . ut sub nomine virginali ven
dibilius pereant . Mores enim et
studia dominarum plerumque ex ancillarum
et comitum moribus iudicantur . Illa sit
pulchra . illa sit amabilis . illa ha
benda inter socias : que nescit esse
sepulchram que negligit forme bo
num : et procedens ad publicum / non pec
tus et colla denudat nec pallio re
uelato ceruices aperit . sed que ce
lat faciem et vix vno oculo / qui vi
nectus est patente ingreditur / dubito
an loquar . Sed velim nolim / quia
crebro fit dicendum est . Non quo hec
inte timere debeam / que ista for
sitan nescias nec vmbram vmquam au
dieris sed quo per occasionem tui . cete
premonende sint . Cincinnatulos pu
eros et calamistratos . et peregrin
muris olentes pelliculas / de qui
bus illud arbitri est / non bene olet
qui semper bene olet . quasi quosdam
pestes / et venena pudicitie / virgo
deuitet . ut taceam de ceteris / quo
rum importuna visitatio / et se in
famat et alias / ut etiam si nichil
mali operis perpetratur . tamen hoc sit
uel maximum malum . frustra pa
tere maledictis / et morsibus eth
nicorum . Nec hoc de omnibus dicimus
sed de his quos ecclesia ipsa reprehen
dit . quos interdum abicit . in quos
non numquam episcoporum et presbyterorum cen
sura deseuit / ut prope periculosius
sit lasciuis puellis ad loca religi
onis quam ad publicum procedere . Que
viuunt in monasterio / et quarum
simul magnus est numerus / numquam
sole / numquam sine matre procedant .
De agmine columbarum crebro ac
cipiter vnam separat : quam statim
inuadat et laceret et cuius car
nibus / et cruore saturetur . Morbi
de oues / suum relinquunt gregem et
luporum faucibus deuorantur . Scio
ego sanctas virgines / que diebus fes
tis propter luporum frequentiam domi pedem
cohibent nec tunc egrediuntur / quando
maior est adhibenda custodia
et publicum penitus deuitandum . Ante
te annos circiter xxx . de virginitate
seruanda edidi librum / in quo necesse
michi fuit ire contra vitia . et

et propter instructionem virginis Eustochii
diaboli insidias patefacere . Qui
sermo offendit plurimos / dum vnusquisque
quod in se intelligens quod dicebatur
non quasi monitorem libenter audiuit
sed quasi criminatorem sui operis auer
santur . Verumtamen quid profuit armas
se exercitum reclamantium . et vulnus
conscientie dolore monstrasse . Liber
manet homines preterierunt . Scripsi
ad plerasque virgines et viduas . Cicero
wy a c t . et quicquid dici poterat
in illis opusculis de floratum est . ut
aut ex superfluo eadem / a nobis re
putantur / aut nunc pretermissa plurimum no
ceant . Certe et beatus Cyprianus / egre
gium de virginitate volumen edidit et
multi alii / tam latino sermone quam greco
/ omniumque gentium litteris atque linguis .
Papue in ecclesiis agnetis vita lau
data est . Sed hoc ad eas pertineat .
que nec dum elegerunt virginitatem
et exortatione indigent / ut sciant
quale sit . quod eligere debeant . Nobis
electa seruanda est sit / et quasi inter
scorpiones et colubros incedendum
ut accinctis lumbis / calciatisque pedi
bus et apprehensis manu baculis . et
per insidias huius seculi / et inter venena
faciamus possimusque ad dulces ior
danis peruenire aquas et terram repro
missionis intrare et ad domum dei as
cendere ac dicere cum propheta . Domine
dilexi decorem domus tue et locum
habitationis glorie tue . Et illud vnam
pecii a domino / hanc requiram ut habitem
in domo domini omnibus diebus vite tue
mee . Felix illa conscientia et beata vir
ginitas / in cuius corde preter amorem
Christi qui est sapientia / castitas / patientia
iusticia / ceteraque virtutes nullus alius
versatur amor . nec ad recordationem
hominis aliquando suspirat / nec vide
re desiderat quem cum viderit / nolit
dimittere . Sanctum virginum propositum / et
celestis angelorumque familie gloriam
quorundam non bene se agentium no
men infamat . Quibus aperte dicendum
est ut aut nubant / si se non possunt con
tinere . aut contineant / si nolunt nu
bere . Digna res risu immo planctu .
Incedentibus dominis ancilla virgo pro
cedit ornatior . ut pene in ipsa consue
tudine / quam incomptam videris
dominam suspiceris . Non nulle separate
/ et absque arbitris querunt hospitia
ut viuant licentius : vtantur balne
is / faciant que quod nolunt / et deuitet
conscientias plurimarum / hec videmus

No quod Jeronimus edidit librum ad Eustochium de virginitate servanda ante xxx annos

et patim / et si aureus nūm9 adfulserit
in bona opa reputamus / Fmē ergo
pricipio nec semel monuisse con-
tentus sum. Ama scp̄turas scās / et a-
mabit te sapientia. dilige eam / et ser-
uabit te / honora illā et amplexabitur
te. Hec monilia in pectore et in auri-
bus tuis hereant. Nichil aliud no-
uerit lingua. nisi xp̄m Nichil possit so-
nare nisi qd̄ scm̄ est / Ame tue tibi se
p̄ ac uiris more dulcedo verseturn
quarum imitacio / forma virtutis ē

Epistola sancti Jeronimi ad athletā
dem institucione filie et est talis rc̄

88 Apostulus paulus scribens ad chorin-
thios et rudem xp̄i eccle-
siam sacris instruens
disciplinis inter cetera
mandata hoc quoqȝ posuit dicens
Si qua mulier est / habens virū in-
fidelem et hic consentit habitare
cum ea nō dimittat virā suū. Sanc-
tificatus est enī vir infidelis p̄ muli-
erem fidelem Et sctificata est mulier
infidelis in viro fideli / Alioquin fi-
lij vr̄i inmūdi essent nūc aūt mūdi
sunt Si cui forte hactenus videbatur
nimiū discipline vincula laxata: et
p̄ceps indulgēcia p̄ceptoris. consi-
deret domū p̄ris tui clarissimi quidē
et eruditissimi viri sed adhuc ambu-
lantis in tenebris et intelliget consi-
liū apl̄i illuc profecisse / ut dicis a-
maritudinē. dulcedo fructuū com-
pensaret / et viles v̄gnale balsa-
ma p̄ciosa sudaret Tu es nata de

CCxxiiii a

Impari matrimonio dete et toxotie
paula generata est. Quis hoc crede-
ret ut albini pontificis neptis deve-
promissione mr̄is filia nasceretur. vt
p̄nte et gaudente auo paruule adhuc
lingua balbuciens alleluia resona-
ret et v̄ginē xp̄i in suo gremio se-
nex nutriret. Bene et feliciter ex-
pectauim9 Scā et fidelis domus
vnū sctificat infidelem. Jam candi-
datus est fide / quē filiorum et ne-
potum credens turba circūdat Ego
puto eciam ip̄m iuuenem si habuis-
set talem cognationem potuisse i-
xp̄o credere despuat licet / et rideat
ep̄lam meam et me ut stultū et in-
sanū clamet / hoc et gener eius fa-
ciebat anteq̄ crederet fuit no nas-
cunt xp̄iani Auratū squalet ca-
pitoliū fuligine et aranearū telis
omnia rome templa cooperta sunt.
Mouetur vrbs sedib9 suis et inūdās

populus ante delubra semiruta currit
ad martirū tumulos. Si nō extorquet
fidem prudencia. extorquet saltē
verecundia hoc ad letha religiosis-
sima in xp̄o filia dcm̄ sit / ut non
desperes parentis salutem et eadē
fide qua meruisti filiam et p̄rem re-
cipias totiusqȝ domus beatitudine
p̄fruaris sciens illud a dn̄o repro-
missum. Que apud homines im-
possibilia / apud deū possibilia sūt
Nunquā est sera confessio. latro
de cruce. transijt ad paradisum. Na-
buchodonosor rex babilonis post
efferatione corporis et cordis et
beluarū in heremo conuictum me-
tem recepit huanam Et ut omit-
tam vetera ne apud incredulos
nimis fabulosa videantur / ante
paucos annos p̄pinquus vr̄ grac-
chus nobilitatem patriciam nomi-
ne sonans cū p̄fecturā regeret vr-
banā nōne specum hydre et omnia
portantuosa simulacra quib9 co-
rax nymphus miles leo p̄ses he-
liodromus pat̄ initiantur / subuertit
fregit excussit Et hys quasi obsidi-
bus ante p̄missis impetrauit baptis-
mū xp̄i: Solitudinem patitur et
in vrbe gentilitas dij quondam na-
cionū. cum bubonib9 et noctuis
in solis culminibus remāserūt vexilla
militū crucis insignia sūt Regū
purpuras. et ardentes diadomatū
gemmas. patibuli salutaris / pictura
condecorat. Jam egipci9 serapis
factus est xp̄ianus Marnas gaze
luget inclusus: et euersionem tem-
pli iugiter p̄timescit / De india p̄sde
ethiopia / monachorum cottidie
turbas recipim9. deposuit pharetras
armenius huni discunt psalteriū
Sithie frigora feruent calore fidei
Getarum rutilus et flauus exercitus
ecclesiarum circūfert tentoria Et ideo
forsitan contra nos equa pugnant
acie: quia pari religione confidunt
Pene lapsus ad aliam materiam
et currente rota: dum urceū fatere
cogito amphoram manus. Prepo-
situm enī mchi erat scē marcelle et
tuis precibus invitato admirem id est
ad te sermonem dirigere / et docere q̄
modo instituere paulam nr̄am de-
beas / que p̄us in xp̄o est consecrata
q̄ genita quā ante nouisti quā v-
tero suscepisti / vidim9 aliquid tem-
poribus nr̄is. de p̄phetalib9 libris.
Anna sterilitatem alui fecūditate
mutauit Tu luctuosam fecūditatē

facta in mastu sed fuit

mortalibus liberis commutasti. Fidens
loquor: accepturam te filios que pri-
mum fetum domino reddidisti. Ista sunt pri-
mogenita que offeruntur in lege. Sic
natus est samuhel. sic ortus samp-
son est. Sic iohannes baptista ad introitum
marie exultauit et lusit. Audie-
bat enim verba domini per os virginis perso-
nantis. et de vtero matris in occur-
sum eius gestiebat erumpere. Igitur
que de repromissione nata est dig-
nam habeat institutionem parentum.
Samuhel nutritur in templo. Iohannes
in solitudine preparatur. Ille sacrato crine
venerabilis est. vinum et siceram non
bibit. adhuc paruulus cum domino sermo-
cinatur. hic fugit vrbes. Zona pelli-
cia cingitur. locustis alitur et mel-
le silvestri. et in typum penitencie
predicande tortuosissimi animalis
vestitur exuuiis. Sic erudienda est
anima: que futura est templum dei.
Nichil aliud discat audire. nichil
loqui nisi quod ad timorem dei pertinet.
Turpia non intelligat. cantica mundi
ignoret. Adhuc tenera tenera lin-
gua psalmis dulcibus inbuatur. procul
sit etas lasciua puerorum. ipse puel-
le pedisseque secularibus consor-
tiis arceantur. ne quod male didice-
rint peius doceant. Fiant ei littere
uel buxee uel eburnee. Et suis nomi-
bus appellentur. ludat in eis ut et
lusus eius eruditio sit. Et non solum
ordinem teneat litterarum et memoria
nominum in canticum transeat: sed ipse
inter se crebro ordo turbetur ut et
mediis vltima et primis media mis-
ceantur. ut eas non sono tantum sed in
visu nouerit. Cum vero ceperit tre-
menti manu stilum in ceram ducere
uel alterius supposita manu teneri
regantur articuli. uel in tabella scul-
pantur elementa. ut per eosdem sul-
cos marginibus trahantur vesti-
gia et foras non queant euagari.
Sillabas iungat ad premium. Et quibus
illa etas delectari potest munusculis
inuitetur. habeat et in discendo socias
quibus inuideat. quarum laudibus
mordeatur. Non est obiurganda si
tardior sit. sed laudibus excitan-
dum ingenium et ut vicisse se gau-
deat et victa doleat. Cauendum in
primis ne oderit studia. ne amari-
tudo eorum percepta in infancie vltra
rudes annos transeat. Ipsa nomina
per que consueuit paulatim verba con-
texere. non sint fortuita sed certa
et coaceruata de industria. prophetarum

videlicet atque apostolorum ab adam patri-
archarum series. de matheo luca-
que descendit. ut dum aliud agit
future memorie preparetur. Magister
probe etatis et vite eruditionis que est
eligendus. Nec puto erubescat doctus
vir id facere in propinqua uel in nobi-
li virgine quod aristoteles fecit in phi-
lippo. ut ipse librariorum vtilitate
initia monstraret litterarum. non sunt
contemplanda quasi [paruula] parua sint. sine
quibus magna constare non possunt. Ipse
elementorum ordo. et prima institutio
preceptoris aliter de erudito aliter de rusti-
co ore profertur [editur]. Vnde et tibi est
prouidendum ne ineptis blandiciis
feminarum dimidiata dicere verba
filia consuescat et in auro atque pur-
pura ludere. Quorum alterum lingue
alterum moribus officit ne discat in
tenero. quod ei postea dediscendum
est. Graccorum eloquentie multum ab
infancia sermo matris scribitur contulis-
se. Hortensii oratio. in paterno sinu
coaluit. Difficulter eraditur quod ru-
des animi perbiberunt. Lanarum con-
chilia. quis in pristinum colorem reuocet.
Et rudis testa: diu et saporem te-
net et odorem quo primum inbuta
est. Greca narrat historia alexan-
drum potentissimum regem orbis-
que domitorem et in moribus et in
incessu leonidis pedagogi sui non
potuisse carere vitiis quibus adhuc
paruulus fuerat infectus. Procliuis
enim est malorum emulacio et quorum
virtutes assequi nequeas [assequeris] cito imitaris vi-
cia. Nutrix ipsa non sit temulenta
non lasciua. non garrula. habeat
modestam gerulam. nutricium grauem.
Cum auum viderit. in pectus eius
resiliat. et collo dependeat nolenti
alleluia decantet. Rapiat eam
auia. patrem risibus cognoscat.
Sit omnibus amabilis. et vniuersa
propinquitas: rosam ex se natam gau-
deat. Discat statim quam habeat
et alteram auiam que amitam. cui impe-
ratori. cui exercitui tyruncula nutriatur.
Illas desideret et illas tibi minetur
in cessu. Ipse habitus et vestitus do-
ceat eam cui promissa sit. Caue ne
aures eius perfores. nec cerussa et
purpurisso consecrata christo ora depin-
gas. Ne collum auro et margaritis
premas nec caput gemmis honores
nec capillum inficias et ei aliquid de
gehenne ignibus auspiceris. Ha-
beat alias margaritas quibus pos-
tea venditis emptura est preciosissimam

Magister qualis esse debeat

CCXXV
a

de alexandro magno

de qualitate nutricis

b
de auribus non perforandis

margaritum. Pretexta nobilissima
quondam femina iubente viro E-
metio qui patruus Eustochie virginis
fuit, habitum eius cultumque muta-
vit et neglectum crinem mundano
more texuit vincere cupiens et vir-
ginis propositum et matris desiderium. Et
ecce sibi eadem nocte cernit in sompnis
venisse angelum terribili facie minita-
tem penas et hec verba frangentem:
Tu ausa es viri imperium preferre Christo?
Tu caput virginis dei tuis sacrilegis
attrectare manibus? Que iam nunc a-
rescent ut sentias excruciata quid feceris.
Et finito mense quinto ad inferna du-
ceris. Sin autem perseveraveris in scelere
et marito simul orbaberis et filiis. Omnia
per ordinem expleta sunt. Et seram pe-
re penitentiam velox signavit interitus.
Sic ulciscitur Christus violatores tem-
pli sui. Sic gemmas et preciosissima or-
namenta defendit. Et hoc retuli non
quod non quod insultare velim calami-
tatibus infelicium sed ut te moneam
cum quanto metu et cautione servare
debeas quod domino spopondisti. Heli
sacerdos offendit dominum ob vitia libero-
rum. Episcopus fieri non potest qui filios habu-
erit luxuriosos et non subditos. Econtrario
de muliere scribitur quod salva fiat per
filiorum generationem si permanserint in fi-
de et caritate et sanctificatione cum pu-
dicitia. Si perfecta etas et sui iuris in-
putatur parentibus quanto magis lac-
tens et fragilis que iuxta sententiam domini
ignorat dexteram et sinistram id est
boni ac mali nescit distantiam. Si sollici-
ta et prudens es ne filia percutiatur
a vipera cur non eadem cura provi-
deas ne feriatur a malleo universe
terre ne bibat de aureo calice. Ne egre-
diatur cum Dyna et velit videre filias
regionis aliene. Ne ludat pedibus
ne trahat tunicas. Venena non dantur
nisi melle circumlita et vitia non deci-
piunt nisi sub specie umbraque virtutum. Et
quomodo inquies peccata patrum filiis
non redduntur nec filiorum parentibus
sed anima que peccaverit ipsa morietur.
Hoc de his dicitur qui possunt sapere. De
his in evangelio scriptum est. Etatem
habet loquatur pro se. Qui autem
parvulus est et sapit ut parvulus
donec ad annos sapientie veniat
et pythagoree littere eum perducant
ad bivium, tam mala eius quam bona
parentibus imputantur. Nisi forte exis-
times christianorum filios si baptisma
acceperint ipsos tantum reos esse peccati
et non scelus non referri ad eos qui

de veneno quod non datur nisi melle mixto

dare noluerint maxime eo tempore
quo contra dicere non poterant qui
dare noluerint maxime eo tempore
accepturi erat. Sicut e regione salus
infantium maiorum lucrum est. Offerre
nec filiam tue potestatis fuit, quamquam a-
lia sit tua condicio, que prius eam
vovisti quam conciperes, ut aut obla-
tam negligas ad periculum tuum pertinet.
Qui claudam et in vilem mutila-
tam et qualibet sorde maculatam ob-
tulerit hostiam sacrilegii reus est.
Quanto magis qui partem corporis sui
et illibate anime puritatem regis am-
plexibus parat si negligens fuit
punietur. Postquam grandiuscula esse ce-
pit et in exemplum sponsi sui cres-
cere sapientia etate et gratia apud de-
um et homines pergat ad templum
veri patris cum parentibus suis sed cum illis
non egrediatur de templo. Querant
eam in itinere seculi inter turbas et
frequentiam populorum vel propinquo-
rum et nusquam eam reperiant ni-
si in adito scripturarum, prophetas et apostolos
de spiritalibus nuptiis sciscitantem. Imi-
tetur Mariam quam Gabriel sola-
m in cubiculo suo repperit et ideo for-
sitan timore perterrita est quia virum
quem non solebat aspexit. Emuletur
eam de qua dicitur: Omnis gloria eius
filie regis intrinsecus. Loquatur et ipsa
dilecto caritatis iaculo vulnerata:
Introduxit me rex in cubiculum suum.
Numquam exeat foras ne inveniat
eam qui circueunt civitatem, ne
percutiant et vulnerent et auferentes
theristrum pudicitie nudam in sanguine
derelinquant. Cum potius cum ali-
quis hostium eius pulsaverit, dicat:
Murus et ubera mea turris. La-
vi pedes meos, non possum inquina-
re eos. Non vescatur in populo publi-
co id est in parentum convivio nec vide-
at cibos quos desideret. Et licet qui-
dam putent maioris esse virtutis
presentem contemnere voluptatem, ta-
men ego securioris arbitror continentie
nescire quod queras. Legi quondam
in scolis puer: Egre reprehendas quod
sinas consuescere. Discat iam nunc
et vinum non bibere in quo est luxuria.
Ante annos robuste etatis periculo-
sa est in teneris gravis abstinentia
usque ad id tempus si necessitas postu-
laverit et balneas adeat et vino
modice utatur propter stomachum et car-
nium edulio sustentetur ne prius defici-
ant pedes quam currere incipiat. Et
hec dico iuxta indulgentiam non iux-

de moderata abstinentia iuvenum

imperium dominice debilitatem non do
ceris luxuriam. Aliquin quod iudai
ca superstitio ex parte facit in execratione
quorundam animalium atque escarum quod
indorum bragmanorum et egiptiorum
gymnosophiste in polenta et ori
zeo / et pomorum solo obseruant ci
bo cur virgo christi non faciat in toto. Si
tanti vitrum. quare non et maioris
sit pretii margaritum. Que nata est
ex promissione. sic viuat ut illi vix
erunt qui de promissione generati sunt.
Equa gratia equum habeat et laborem.
Surda sit ad organa. Tybia lyra
et cythara cur facta sint nesciat.
Reddat tibi pensum cottidie / et de
scripturarum floribus carptum edistat
grecorum versuum numerum sequatur
statim et latina eruditio. Que si non
ab initio os tenerum tosi / composuerit
in peregrinum sonum lingua corrumpitur
et externis vitiis sermo patrius sor
didatur. Te habeat magistram. te ru
dis miretur infantia. nichil in te
et patre suo videat quod si fecerit
peccet. Mementote vos parentes vir
ginis et magis eam exemplis do
cere posse quam voce. Cito flores pe
reunt cito viola et lilium. et crocum

b

pestilens aura corrumpit. Numquam
absque te procedat in publicum. Basi
licas martyrum et ecclesias sine matre non
adeat. Nullus ei iuuenis. nullus
ei cincinnatus adrideat / vigiliarum
dies et solempnes pernoctationes
sic virguncula nostra celebret ut ne
transuerso quidem vngue a matre
discedat. Nolo de ancillulis suis
aliquam plus diligat cuius auribus
crebro insusurret. Quidquid uni lo
quitur hoc omnes sciant / placeat ei
comes non compta atque formosa que
liquido gutture carmen dulce mo
duletur. Sed grauis pallens. sor
didata subtristis / preponatur ei pro
be fidei. et morum ac pudicicie.
virgo veterana que illam doceat et
ad sue scat exemplo. ad orationes
et psalmos nocte consurgere ma
ne hymnos canere. tertia / sexta. no
na hora stare in acie quasi bella
tricem christi accensaque lucernula red
dere sacrificium vespertinum / Sic dies
transeat. sic nox inveniat labo
rantem. Orationi lectio lectioni suc
cedat oratio. Breue videbitur tempus
quod tantis operum varietatibus
occupatur. / Discat et lanam facere
tenere colum ponere in gremio ca
lathum. rotare fusum stamina

pollice ducere. Spernat bombicum te
las serum vellera et aurum in fila len
tescens. Talia vestimenta paret
quibus pellatur frigus. non quibus ves
tita corpora videntur. Cibus eius
ex holusculis sit et simila raroque
pisciculi. Et gule precepta longius
traham. de quibus in alio loco ple
nius sum locutus / sic comedat ut
semper esuriat ut statim post cibum
possit legere orare / psallere / Dis
plicent michi in teneris. vel max
ime etatibus longa et inmoderata
ieiunia quibus iunguntur ebdomade
et oleum in cibo ac poma vetantur.
Experimento didici. asellum in via
cum lassus fuit diuerticula que
rere. Faciant hoc cultores ysidis
et cibeles qui gulosa abstinentia
fasides aues et fumantes turtures
vorant. ne scilicet cerealia dona
contaminent. Hoc in perpetuo ieiuni
um preceptum sit / ut longi itineris
vires perpetes subparentur / ne in
prima masione currentes corruamus
in mediis. Ceterum ut ante scripsi in
quadragesima continentie vela pa
denda sunt et tota aurige retinacu
la equis laxanda properantibus. Quam
quam alia sit conditio secularium. alia vir
ginum ac monachorum. Secularis
homo in quadragesima ventris
ingluuie decoquit et in coclearum
morem suo victitans suco / futuris
dapibus ac sagimine aqualiculum pa
rat / virgo et monachus sic in qua
dragesima suos dimittant equos
ut suos sibi meminerint semper esse
currendum. Finitus labor magis in
finitus et moderatior est. Ibi enim
respiramus hic perpetuo incedimus.
Si quando ad suburbana pergis do
mi filiam non relinquas. Nesciat
sine te posse viuere: et cum sola
fuit. pertimescat. Non habeat collo
quia secularium et malarum virginum con
tubernia. non intersit nuptiis seruu
lorum nec familie perstrepentis
lusibus misceatur. Scio precepisse quos
dam. ne virgo christi cum eunuchis
lauet nec cum maritis feminis.
Quia alii non deponant animos
virorum alie tumentibus vteris pre
ferant feditatem. Michi omnino in
adulta virgine lauacra displicent
que seipsam debet erubescere et
nudam videre non posse. Si enim vigi
liis et ieiuniis macerat corpus
suum et in seruitutem redigit. si fla
mam libidinis et incentiua puerilis

de cibo virginum

c

In senibus et iuuenibus longa et inmoderata ieiunia vitanda sunt

d

contra balnea virginum

pulis etatis extinguere cupit conti/nencie frigore / si ad petitis sordibus turpare festinat naturalem pul/chritudinem / cur econtrario balnearum fomentis sopitos ignes suscitat / pro gemmis et serico: diuinos codices amet. Quibus non auri et pellis babilonie vermiculata pictura. sed ad fidem placeat emendata et erudita distinctio. Discat primum psalterium hiis se canticis auocet. Et in prouerbiis salomonis erudiatur ad vitam. In ec/clesiasten consuescat que mundi sunt calcare. In iob virtutis et paciencie exem/pla sectetur. Ad euangelia transeat. nunquam ea positura de manibus. Apostolorum acta et epistolas: tota cordis imbuat voluntate. Cumque pectoris sui cellarium opibus locupletauerit mandet memorie prophetas eptatheucum et regum. Ac paralipp. libros Ezre quoque et hester volumina. Ultimo sine periculo discat cantica canticorum. Que si in ex/ordio legerit sub carnalibus verbis spiritualium nuptiarum epithalamium non intelligens vulneretur. Caueat omnia apocrifa. Et si quando ea non ad dog/matum veritatem / sed ad signorum reuerentiam legere voluerit: sciat non eorum esse quorum titulis prenotantur multaque hiis admixta viciosa et grandis esse prudentie aurum in luto querere. Cypriani opuscula semper in manu teneat. Anastasii epistolas et hy/larii libros. inoffenso currat pede. Illorum tractatibus illorum delectetur ingeniis in quorum libris pietas fidei non vacillat. Ceteros sic legat ut magis iudicet quam sequatur. Respondebis Quomodo hec omnia mulier secularis in tanta frequentia hominum rome cus/todire potero: Noli ergo subire onus quod ferre non potes. Sed postquam ablactaueris eam cum ysaac / et vestieris cum samuhele mitte auie et amite redde preciosissimam gemmam cubiculo marie et cunis ihesu vagi/entis impone. Nutriatur in monasterio sit inter virginum choros iurare non dis/cat: mentiri sacrilegium putet. Nesciat seculum viuat angelice. sit in carne sine carne. Omne hominum genus sui simile putet. Et ut cetera taceam: certe libere seruandi difficultate periculum melius tibi est desiderare absentem quam pauere ad singula cum quo loquatur. quid loquatur cui annuat. quem libenter aspiciat. Trade eustochio paruulam cuius nunc et ipse vagitus pro te oratio est. Trade comitem sanctitatis

quo ordine libri sacre scripture legendi sunt et qui approbati et qui apocrifi

C xxxvij

debet ergo virgines a papinquo in iuuenili etate et istud est minimum angelorum in bona et alia necessaria recipere ... puellas non adultas uel pubes

future heredem. Illam videat. illam amet / illa primis miretur ab annis cuius et sermo et habitus et incessus doctrina virtutum est. Sit in gremio auie que repetat in nepte quicquid prius fecit in filia que longo via didicit vsu nutrire seruare docere virgines. In cuius corona centenarii cotidie nu/meri castitas texitur / Felix virgo. felix paula toxocii: que paule amite et virtutes nobilior est sanctitate / O quid genus o si tibi contingeret. videre socrum et cognatam tuam et in paruis cor/pusculis ingentes animos continere. Pro insita tibi pudicitia non ambigerem quin precederes filiam. et primam dei sententiam secunda euangelii lege mutares. Nec tu paruipenderes aliorum desideria liberorum / et te ipsam magis offeres deo. Sed quia tempus est amplexandi et tempus longe fieri a complexibus / et vxor non habet potestatem corporis sui: et vnusquisque in qua vocatione vocatus est in ea permaneat in domino et qui sub iugo est sic debeat currere / ne in luto comitem derelinquat: totum redde in sobole: quod interim distulisti. Anna filium quem deo vouerat postquam obtulit in tabernaculo: nunquam recepit. Indecens arbitrata / ut futurus propheta in eius domo esset que adhuc alios filios habere cupiebat / Denique postquam concepit et peperit non est ausa ad templum accedere et vacua apparere coram domino nisi prius redderet quod debebat. Talique immolato sacrificio reuersa domum / quinque liberos sibi genuit quia primogenitum deo pepererat. Miraris felicitatem sancte mulieris: imitare fidem. Ipse si paulam miseris et magistrum me. et nutricium spondeo. Gestabo humeris: balbutientia senex verba formabo glorior mundi philozopho qui non regem macedonum babilonio periturum veneno. sed ancillam et sponsam christi erudiam. regnis celestibus offerendam.

Jeronimus ad fabiolam de veste sacerdotali

89

Usque hodie in lectione veteris testamenti super faciem moysi velamen positum est. Loquitur glorificato vultu et populus loquentis gloriam ferre non sustinet. Cum autem conuersi fuerint ad dominum auferetur velamen. Occidens littera moritur viuificans spiritus suscitatur. Dominus enim spiritus est / et lex spiritualis vnde et dauid

orabat in psalmo Reuela oculos me-
os et considerabo mirabilia de lege
tua. Numquid de bubus cura est deo.
vtique non. Multo magis de rectore bonis
artetis et hircorum. Et armo dextro pec-
tore et ventre quo stercora digeruntur
quorum duo in esum accipiunt sacerdo-
tes. Tertium phinees meretur inspiritu.
de victimis salutaribus adeps quo pec-
tus aduoluitur et pennula iecoris of-
fertur super altare. Ipsum uero pectus et
brachium dextrum, dantur aaron et fi-
lijs eius legitimum sempiternum a filijs
israhel. Sensus in corde est habitacu-
lum cordis in pectore. Queritur vbi
sit anime principale. Plato in ce-
rebro. Christus monstrat in corde. Beati
mundo corde quoniam ipsi deum videbunt. Et
de corde procedunt cogitationes male. Et
quid cogitatis nequam in cordibus
vestris, voluptas et concupiscentia. iuxta eos
qui de phisicis disputant: consistit
in iecore huius pennulam in diuisa vo-
litantem et per oculorum fenestras e-
rumpentem foras: offerant sacerdo-
tes deo. ut postquam ope dixerint deo.
holocaustum tuum pingue fiat et con-
cupiscentiam libidinis seminarium ig-
ne spiritus concremauerint mereantur
accipere primicium pectus et brachium. In
pectore mundans cogitationes. le-
gis noticiam. dogmatum veritatem
In brachio bona opera et pugnam contra
diabolum et armatam manum ut
quod mente concepit exemplo probet.
Ihesus enim cepit facere et docere. Ipsum
quoque pectusculum appellat. Eslio-
e M a T w e. idem additamentum
siue principium. et exiguum. Tenufa quip-
pe hoc magis sonat. Ex quo intel-
ligimus iuxta illud malachie labia
sacerdotis custodiunt custodiunt scienci-
am et legem requirunt ex ore eius.
Ex quo intelligimus. Scripturam debere
esse in sacerdote legis doctrineque notici-
am. et additamentum gratie spiritualis. Ta-
lem virum instituit qui possit contradicenti-
bus resistere et nichil in sinistri ha-
bere operis quod ducat ad tartharum.
Sed dextrum brachium et separatum:
ut opera sacerdotis comparatione virtutum
eius a cunctis hominibus separata sint
hec de victimis. et de hijs que offeruntur
in altari. et que sacerdotibus dantur a domino
Ceterum et alia ta exceptis primicijs hos-
tiarum et de priuato et de macello pu-
blico. vbi non religio sed victus necessi-
tas est sacerdotibus membra tribuuntur.
brachium maxilla et venter de brachio
iam diximus. Maxilla eloquentem e-
ruditumque significat ut quod pectore
concepimus ore promamus. venter
receptaculum ciborum in scorto madia-
nitide sacerdotali pugione confixus
vniuersos hominum labores. Et mome-
tanea blandimenta gule, stercoris
fine condempnat et ostendit menti-
bus consecratis deo totum quod cerni-
mus. quod uoramus in secessum pro-
ici. Vnde et apostolus Esca inquit ventri
et venter escis. deus autem et hunc et has
destruet. Et ex zio de luxuriosis Quorum
deus venter est et gloria in confusione
eorum. vituli puluerem que adorauerat
israhel in contemptum superstitionis in po-
tu accepit populus: ut disceret contemp-
nere, quod in secessu proici viderat.
Precipitur sacerdotibus, ne ministraturi
in templo vinum et siceram bibant
ne inebrietate et crapula cura huius
vite grauentur corda eorum. nec partem
habeant in terra nisi solum deum. ut nulla
debilitate insignes sint. Ne truncas au-
ribus leso oculo semis naribus claudo
pede. cutis colore mutato. Que omnia
referuntur ad anime vicia. Voluptas
enim in homine non naturam dampnatur. Si quis
e sacerdotibus semine fluxerit ad sacer-
dotalem mensam prohibetur accedere.
Et econtrario. vidua cuius sacre defecerit
muliebria propter continenciam et castitatem
recipitur in domum patris et de templi cibario
alitur. Quod si filios habuerit. red-
ditur soboli sue. Et iuxta apostolum hijs
ministretur que vere vidue sunt. Et
ut que de sacerdotalibus sustentantur
cibis. nullius alterius amore teneantur
vicinus et mercenarius. excluduntur
a conuiuio sacerdotum. Seruus ciborum
reliquie conceduntur. Iam tunc pertine-
bantur phigelus et hermogenes et
recipiebatur onesimus. Primicie ciborum
et omnium frugum atque pomorum offe-
runtur antistiti. et habens victum atque
vestitum absque vllo impedimento se-
curus. et liber seruiat domino primogeni-
ta inmundorum animalium accipiant
sacerdotes et inmundorum precia. hominumque
quoque primi partus redimuntur. Et quia con-
dicio humana nascendi est omnis par
equaliter offeruntur. Sit moderatum et
leue. ut nec diues intumescat nec tenu-
is pergrauetur. Leuitici etiam tores ac-
cipiunt decimas. Et rursus decimas
decimarum offerunt sacerdotibus. Tanto
illis minores quanto ipsi maiores po-
pulo. Quadraginta et octo ciuitates
ad habitandum leuitis. et sacerdotibus
separantur. Sex vrbes fugitiuorum trans
iordanem eliguntur et finis exilij et

CCXXVIII
a

b leuitis fuerunt date possessiones

et mors pontificis. et vniuersa que sex/
timus sermo perstrinxit. et quorum pulsa/
ui tantum nec aperui sacramenta ad cunctos
pertinet sacerdotes. pontifex autem quan/
tis polleat priuilegiis dicam breuiter.
Caput inquit suum non discooperiet et
habet cidarim et nomen dei portat in
fronte / diademate ornatus est regi/
o ut ad perfectam christi perueniat etatem
semper eius gloria protegendus est
et vestimenta sua non scindet / quia can/
dida sunt quia inpolluta quia agnum
sequentia et de attonse ouis confecta
velleribus. Thamar amissa pudici/
cia. scidit tunicam. Cayphas perdito
sacerdotio rupit publice vestimenta.
Super omnem animam que mortua est
non ingreditur. vbicumque peccatum est: et
in peccatum mors illuc pontifex non acce/
det. Anima que peccauit ipsa morietur.
Quamuis ille sit diues ille potens
et multitudinem offerat victimarum
si mortuus est non tangitur et a ponti/
fice non videtur / Quod si resurgit
et ad vocem saluatoris egreditur de
sepulchro. et fasciis peccatorum solutis
incedit. intrabit ad eum pontifex
et ibi faciet mansionem: et cum re/
surgente prandebit. Super patre suo et
matre sua non inquinabitur. Multa nos
facere cogit affectus Et dum propinqui/
tatem respicimus corporum et corporis
et anime offendimus creatorem. Qui
amat patrem aut matrem super christum. non
est eo dignus / Discipulus ad sepulturam
patris ire desiderans saluatoris prohibe/
tur imperio. Quanti monachorum dum
patris matrisque miserentur suas animas
perdiderunt. Super patre et matre pollui
nobis non licet / quanto magis super
fratribus. sororibus. consobrinis familia ser/
uulis. Et genus regale et sacerdota/
le sumus. Illum attendamus patrem. qui
numquam moritur. aut qui pro nobis
moritur. Et qui ideo viuens mortu/
us est. ut nos mortuos viuificaret.
Si quid habemus de egipto quod pristini
temporis mundi sui possit agnoscere. te/
nenti egiptie cum pallio relinquimus
Sindone opertus adolescens. inctu
dominum sequebatur Incurrisset in laque/
os nisi expeditus et nudus persecu/
torum declinasset impetum. Redda/
mus parentibus que parentum sunt
si tamen viuunt seruientes domino / et fi/
lios suos preferri sibi glorientur. Et de
sanctis non egredietur et non polluet
sanctificationem dei sui. pro ocioso
quoque verbo rationem reddituri sumus

et omne quod non edificat audientes
in periculum loquentium vertitur Ego
si fecero si dixero quippiam quod
reprehensione dignum est de sanctis
egredior et polluo vocabulum christi
in quo mihi blandior. Quanto ma/
gis pontifex et episcopus / quem oportet
esse sine crimine tantarumque virtu/
tum. ut semper moretur in sanctis
et paratus sit victimas offerre pro
populo Sequester hominum et dei car/
nes agni sacro ore conficiens / quia
sanctum oleum christi dei super eum est non egre/
dietur e sancto. ne vestimentum quod
indutus est polluat. Quotquot enim in
christo baptizati sumus. christum induimus
Seruemus tunicam quam accepimus. sanctam
custodiamus in sancto. Ille montanus
habitator. qui de ierusalem descendebat
in iericho non prius vulneratus est quam
nudatus. Infunditur ei oleum. medi/
camentum leue et mite temperatum.
Et quia debuit negligencia sentire
cruciatum vini austeritate mordetur
vt polenum ad primam prouocetur. per
vinum se veritatem senciat iudicantis
Vxorem virginem accipiet. viduam
autem et eiectam. et meretricem non ac/
cipiet sed virginem de genere suo et non
contaminabit semen suum in populo. ego
dominus qui sanctifico eum. Scio ponti/
ficem. cui precepta vendantur a plerisque
christum intelligi et id quod dictum est super
patrem et super matrem non inquinabitur.
de virginali marie partu intelligi. Mul/
toque facilior est super domino interpretacio
qui audit in psalmo tu es sacerdos
in eternum secundum ordinem melchizedech
Et in zacharia audi ihesu sacerdos mag/
ne Et cui sordida peccatorum nostrorum vesti/
menta tolluntur ut recipiat gloriam
quam habuit apud patrem / priusquam
mundus esset Sed ne quis me vim
facere scripture putet et sic amare
christum ut historie auferam veritatem
interpretabor in membris quod referatur
ad caput. Intelligam de seruis / quod
impleatur in domino. Quamquam gloria domini fa/
miliorum sit Et vbicumque oportunitas se
loci tulerit. sit de vero lumine dispu/
tabo ut diriuetur ad eos quibus christus
donauit ut lumen sint / pontifex
iste quem mosaicus sermo describit vi/
duam eiectam. et meretricem non ducit
vxorem vidua est cuius maritus est
CCXXIX a mortuus Eiecta que a marito viuen/
te proicitur. Meretrix que multorum
libidini patet. Sed accipiet inquit
vxorem virginem et de genere suo. Flo

alienigenam. ne in malachia nobilium seminum frumenta degenerent. Non meretricem que multis exposita est amatoribus. Non eiectam. que etiam priori coniugio indigna fuit. Non viduam: ne pristinarum meminerit voluptatum. Sed illam animam que non habet maculam neque rugam que tamen Christo renovatur de die in diem de qua apostolus loquitur. Despondi enim vos uni viro virginem castam exhibere Christo. Nolo discipulam coniugem pontificis quidquam habere de veteri homine. Qui consurreximus cum Christo que sursum sunt sapiamus preteritorum obliti futurorum avidi. Infelix Symon. quia post baptismum de antiquo matrimonio cogitabat ut ad virginalem veneret puritatem petri consortio indignus fuit. Compulisti me Fabiola litteris tuis ut de Aaron tibi scriberem vestimentis. Ego plus obtuli ut de cibis et primitiis sacerdotum et de observatione pontificis per fasciculum struerem. Egressa de Sodomis: et ad montana festinans non vis habitare in parva urbe Segor transcendens proselitos preteris israhelitas. dimittens leviticum gradum et propere penna transvolans sacerdotis ad pontificem venis. Sed dum vestes eius et rationale pectoris inquiris nostra tibi displicere consortia. Et tu quidem optato frueris ocio. Et iuxta Babilonem Bethlemitica forsitan rura suspiras. Nos in Effrata tandem pace reddita vagientem ad presepe audimus infantem et querimonias eius et vocula ad tuas aures cupimus pervenire. Legimus in Exodo tabernaculum: mensam candelabrum altare columnas tentoria coccum bissum iacinctum purpuram ex auro argento et ere vasa diversa. Tabernaculum divisum intra duodecim panes per singulas ebdomadas mense superpositos. In candelabro vii lucernas. Altare hostiis holocaustis que expositum. Cathedras sciphos turibula fialas mortariola paxillos pelles rubras. pilos caprarum et ligna imputribilia. Tanta et talia offeruntur in tabernaculo domini ut nullus dispereat salutem. Alius aurum sensuum. Alius argentum eloquium. Alius vocem eris exhibeat. Totus mundus in tabernaculi describitur sacramento. Primum et secundum vestibulum omnibus patet. Aqua enim et terra: cunctis mortalibus

data sunt. Intus vero sanctorum: quasi ad etherea et in celum paucorum motus et volatus. Duodecim panes duodecim mensium significant circulum. Septem lucerne. septem errantia astra demonstrant. Et ne longum faciam neque enim propositum mihi est nunc de tabernaculo scribere. veniam ad sacerdotalia vestimenta et antequam mysticam spiritualiter intelligentiam more iudaico que scripta sunt simpliciter exponam ut postquam vestitum videris sacerdotem et oculis tuis omne eius patuerit ornamentum tunc singularum causas pariter requiramus. Discamus primum communes sacerdotum vestes atque pontificum. lineis feminalibus que usque ad genu et poplites veniunt verecunda celantur et superior pars sub umbilico vehementer adstringitur ut si quando expediti mactant victimas tauros et arietes trahunt portantque onera. et in officio ministrandi sunt. etiam si lapsi fuerint et femora revelarint non pateat quod opertum est. Inde et gradus altaris prohibentur fieri. ne inferior populus ascendentium verecunda conspiciat. Vocaturque lingua hebrea hoc genus vestimenti machnase grece ΠΕΡΙCΚΕΛΗ. nostris feminalia vel brace usque ad genua pertingentes. Refert Iosephus nostra etate eius adhuc templum stabat et nec dum Vespasianus et Titus Ierosolimam subverterat et erat ipse de genere sacerdotali multoque plus intelligitur quod oculis videtur quam quod aure percipitur. hec feminalia de bisso retorto ob fortitudinem solet contexi. Et postquam incisa fuerint acu consui. Non enim possent in tela huiuscemodi fieri. Secunda ex lino tunica est poderis id est talaris dupplici sindone quam et ipse Iosephus bissinam vocat. Appellaturque chotonath. ΧΥΘΩΝ quod hebreo sermone in lineam vertitur. hec adheret corpori et ita arta est et strictis manicis ut nulla omnino in veste sit ruga et usque ad crura descendat. Volo pro legentis facilitate abuti sermone vulgato. Solent militantes habere lineas quas camisias vocant sic aptas membris et astrictas corporibus ut expediti sint vel ad cursum vel ad prelia dirigendo iacula tenendo clipeum ensem librando et quocumque necessitas traxerit. Ergo et sacerdotes parati in ministerium dei utuntur hac tunica ut habentes pulchritudinem vestimentorum

Hic incipit de veste sacerdotali

oculi iudicant quam auditui

nota de camisia

indorum celeritate discurrat. Tanti
genus est vestimenti quod illi Babi
lonij appellabant abaneth / nos
cingulu et balteu. uel zonam possu
mus dicere Babilonij nouo voca
bulo hemian vocant. Diuisa voca bu
la ponimus ne quis erret in nomine
hoc siu cingulum in similitudinem
pellis colubri. qua exuit senectute
sic in rotundo textum est. ut marsupiu
longius putes. Textum est aute sub
temine cocci / purpure iacinthi. et
stamine bissino. ob decorem et forti
tudinem atq ita polimita arte dis
tinctum. ut dulsos flores ac gemas
artificis manu no textus sed additas
arbitreris. Lineam tunicam de qua
sup diximus int umbilicum et pectus
hoc stringunt balteo. Qui quatuor
digitor habens latitudinem et ex
una parte ad crura dependens cu
ad sacrificia cursum expeditione opus
est in leuu humero extorquet. Qua
rum genus est vestimenti rotundu
pilliolum quale pictum in ulixeo
conspicimus quasi spera media sit
diuisa et pars una ponat in capite.
hoc greci et nri tyaram nonnulli ga
lerum vocant. Non habet acumen
in summo. nec totum usq ad comas
caput tegit / sed tertiam ptem a fronte
inoptam relinquit atq ita in occipio
vitta constrictus est ut no facile la
batur ex capite. Est aute bissinu et
sic fabre optum linteolo. ut nulla
acus vestigia forinsecus pareant. his
quatuor vestimentis id est feminna
libus. tunica linea. cingulo quod pur
pura cocco. / bisso iacinctoq contex
itur et pilleo de quo nunc diximus
tam sacerdotes quam pontifices utunt.
Reliqua quatuor ppe pontificu sunt.
Quor primu est mail: id est tunica
talaris tota iacinthina ex lateribus
eiusdem coloris ad sutas habens
manicas. et in superiore parte qua
collo induitur aperta quod uulgo
capitiu uocant oris firmissimis
ex se textis ne facile rumpant. In ex
ma vero parte id est ad pedes sep
tuaginta duo sunt tintinnabula
et totidem mala punica isdem con
texta coloribus. Supra singulos
int duo tintinnabula unu malu
est. Int duo mala unu tintinnabu
lum. ut alterutru sibi media sint
ut cum ingreditur pontifex in sca
sanctor totus vocalis incedat sta
tim moriturus si hoc no fecerit.
Sextum est vestimentu quod hebrica

lingua dicit ephod. Septuaginta ε
ω ΜΙΔ id est sup humerale appel
lant aquila ΕΠΕΝΔΥΜΑ hoc est
desup vestimentum. nos ephod suo
ponemus nomine. Et ubicumq in exo
do uel leuitico sup humerale legit
sciamus apud hebreos ephod appel
lari hoc autem pontificis esse vesti
mentum et in quadam epla scripsisse
me memini / et omnis scriptura testat
sacrum quod esse. et solis conuenire
pontificibus. Nec statim illud occur
rat quod samuhel qui leuita fuit
scribitur in regnorum libro primo:
habuisse etatis adhuc paruule e
phod bad id est sup humerale lineu
cum dauid quoq ante archam dni
id est portasse referatur. Aliud est
enim ex quatuor sup dictis coloribus
id est iacintho. bisso cocco purpura
et ex auro habere contextum. Aliud
in similitudine sacdotum simplex
et lineum. Aurilamine id e brattee
mira tenuitate tundunt ex quibus
secta fila torquent cum subtemine
triu colorum. iacincthi cocci pur
pure. et cum stamine bissino. et
efficit palleolum mire pulchritu
dinis pstringens fulgore oculos
in modum caracallarum sed abs
q cucullis. cont pectus nichil con
textum est. Et locus futuro ratio
nali derelictus et in utroq humero
habet singulos lapides clusos et
adstrictos auro / qui ebraice dicunt
soom. Ab aquila et symmacho. et
theodotione ΟΝΥΧΙΝ. A lxx. sma
ragdi transferunt. Josephus sardoni
cas vocat cum hebreo aquila con
sentiens ut uel colorem lapidum
uel patriam de patria demonstraret.
Et in singulis lapidibus sena pat
archarum nomina sunt quibus israhe
liticus populus diuiditur. In dextro
humero maiores filij iacob. In leuo
minores scripti sunt ut pontifex ingre
diens sca scorum nomina populi
pro quo rogaturus est dni portet
in humeris. Septimu vestimentu est
mensura paruulu / sed cunctis sup
dictis sacratius. Intende queso ani
mo ut que dicuntur intelligas. he
braice vocatur osen grece ΛΟΓΙΟΝ
nos rationale possumus appellare
ut ex ipso statim nomine scias insti
cum esse quod dicitur / pannus est
breuis ex auro et quatuor textus co
loribus. hoc est hisdem quibus et
sup humerale. / habens magnitu
dinem palmi pmedium quadrum

·C·Cxxx·
a
b
c

et duplex

et duplex ne facile rumpa(tur). Intexti sunt
enim ei xii. lapides magnitudinis et
pretii per quatuor ordines. ita ut singul(os)
versiculis terni lapides collocentur.
In primo ordine. sardius. topasius po(nitur).
et zmaragdus. Simachus dissentit
in smaragdo cera omnino proees tusse-
rens. In secundo carbunculus. saphirus
iaspis. In tertio ligurius. achates a-
metistus. In quarto chrisolitus onichi-
nus. berillus. Satisque miror cur ia-
cinthus preciosissimus lapis in horum
numero non ponatur. nisi forte ipse est alio
nomine ligurius. Scrutans autem eos
qui de lapidum atque gemmarum scripsere
natura. Ligurium in verme non potui.
In singulis lapidibus in diademate
secundum etates xii. fratrum sculpta sunt
nomina. hos lapides in diademate
principis tyri. et in apocalipsi iohannis
legimus. de quibus extruuntur celestis ie-
rusalem. et sub horum nominibus et spe-
cie. virtutum vel ordo. vel diversitas indicatur.
Per quatuor rationalis angulos. quatu-
or anuli sunt aurei habentes contra
se in superhumerali alios quatuor ut
cum appositum fuerit a ΛΟΓΙΩΝ in
loco que ephod diximus derelictum
anulus veniat contra anulum et mu-
tuo sibi vinctis copulentur iacinthinis.
Porro ne magnitudo et pondus lapi-
dum contexta stamina rumperent
auro ligati sunt atque conclusi. Nec sufficit
hoc ad infirmitatem nisi et cathene
ex auro fierent que ob pulchritudinem
fistulis aureis tegerentur. habe(re)ntque
et in rationali super duos maiores a-
nulos qui vinctis superhumeralis au-
reis necterentur et deorsum alios
duos. Nam postquam in superhumera-
li contra pectus et stomachum ex u-
troque latere anuli aurei qui cathe-
nis cum rationalis inferioribus anu-
lis iungebantur atque ita fiebat. ut ad-
stringeretur et rationale superhumerali
et superhumerale rationali. ut una
textura contra videntibus putaretur.
Octava est lamina aurea id est ΣΙΣ
ΑΔΒ in qua scriptum est nomen dei
hebraicis quatuor litteris iod. he. vau.
he. quod apud illos ineffabile nuncupatur.
hoc super pilleolum lineum et commune om-
nium sacerdotum in pontifice plus additur.
ut in fronte vitta iacincthyna con-
stringatur totamque pontificis pul-
chritudinem dei vocabulum coronet
et protegat. Didicimus que vel cuncta
sacerdotibus: que specialia pontificis
vestimenta sint. Et si tanta difficultas
fuit in vasis fictilibus: quanta ma-
iestas erit in thezauro qui intrinsecus
latet. Dicamus ergo prius quod ab hebreis
accepimus et iuxta morem nostrum: spiritua-
lis postea intelligentie vela pandamus.
Quatuor colores ad quatuor elemen-
ta referuntur. ex quibus universa subsis-
tunt. Bissus terre deputatur quia ex
terra gignitur. purpura mari quia eius
cocleis tingitur. Iacinctus aeri propter
coloris similitudinem. Coccus igni et
etheri. qui hebraice sani appellatur
et quod aquila. diaforon Symmachus
ΔΙΦΑΦΟΝ interpretatus est. Pro cocco
iuxta latinum eloquium apud hebreos
tolath sani id est vermiculus scribitur.
Et iustum esse commemorant. ut pon-
tifex creatoris non solum pro israel sed et
pro universo mundo roget. Siquidem
ex terra et aqua et aere et igne mun-
dus iste consistat. et hec elementa
sunt omnium. Unde primum lineum vestimen-
tum. terram significat. Secundum iacin-
thinum aerem in colore demonstrat quia
de terris paulatim ad excelsa sustol-
litur. Et ipsa vestis iacincthyna a capi-
te usque ad talos veniens indicat ae-
rem de celis usque ad terram fusum.
Mala autem punica et tintinnabula
in inferioribus posita: fulgura to-
nitruaque demonstrant. Sive terram et
aquam et omnium elementorum inter se con-
sonantiam et sit sibi universa perplexa
ut in singulis omnia repperiantur.
Quod autem supradicti colores auro
intexti sunt. id significari voluit quod
vitalis calor et divini sensus provi-
dentia universa penetret. Superhu-
merale et duos lapides vel sma-
ragdinos vel onichinos qui desuper
sint et utrumque humerum tegant: duo
emisperia interpretantur. quorum aliud
super terram aliud subterra sit. Sive
solem et lunam que desuper rutilat.
Zonam illam qua sacerdotis pec-
tus artatur et linea tunica id est terra
constringitur. interpretantur occea-
num. occeanum. Rationale in medio
positum terram edisserunt. que ad
instar puncti licet omnia in se habeat
tamen cunctis vallatur elementis.
Duodecim lapides vel zodiacum inter-
pretantur circulum. vel xii menses et
et singulis versiculis singula adsig-
net tempora. et ternos deputant
menses. Nec aliquando gentilis videatur
expositio. Non enim si celestia. et dei
dispositionem angelorum ydolorum
nominibus infamarunt. idcirco dei neganda
da est providentia que certa lege cur-
rit et fertur et regit omnia. Et in

CCXXXI
a

b

d

iob arcturum et orionem. et mazuroth
hoc est zodiacum circulum. et cetera
astrorum nomina legimus. Non quo ea=
dem apud hebreos vocabula sunt
sed quo nos non possumus que dicuntur
nisi consuetis vocabus intelligere
. pulchre autem hoc ipsum quod in medio
est. appellatur rationale. Racione
enim cuncta sunt plena et terrena herent
celestibus Immo racio terrenorum et
temporum. caloris et frigoris. et
duplex inter utrumque temperies. de celi
cursu et ratione descendit. Unde
et rationale cum ephod forcius
stringitur porro quod dicitur in ipso
rationali. dylosis esse et αληθ
ε ι α idest manifestatio ac doctrina
uel veritas hoc ipsum significat. quod
numquam in dei ratione mendacium
sit sed ipsa veritas multis signis et
argumentis monstretur hominibus. et
usque ad mortales veniant. Unde
factum est ut rationem solis ac lune
et anni. ac mensium. et temporum
et horarum tempestatum quoque et
serenitatis atque ventorum. et rerum
omnium non sciremus. accipientes nisi
tam adeo sapienciam et ipso habi
tatore atque doctore. domicilii sui no
bis et fabrice scienciam demonstran
te Super omnia cidaris et vitta iacinc=
thina celum monstrat Et aurea lami
na que in fronte pontificis est: in
scriptum quoque nomen dei. universa que
subter sunt dei arbitrio gubernari. Idipsum
ego puto sub aliis nominibus. et in
cherubim. et quatuor animalibus.
figuratum. que ita sibi permixta sunt
et herent ut in uno inveniantur
et cetera. et quod instanter ante se va=
dant et non revertantur. labuntur enim
tempora et preterita relinquencia: ad
futura festinant Quod autem semper
immotum sunt illud significat. quod
et philosophi suspicantur. currere mundum suo
ordine et incessabiliter veluti rota
in rota est idest in suo axe torqueri
Unde et rota in rota est: id est tempus
in tempore et annus in semetipsum
revolvitur. et ipse rote elevantur ad
celum Et super chrystallum thronus
ex saphiro est et super thronum similitu=
do sedentis. Cuius inferiora ignea
sunt superiora electrina ut demonstret
que inferiora sunt igne et purga
tione indigencia que sursum incon
dicionis sue puritate consistere Et quo
modo hic in habitu sacerdotis aurea
lamina est desuper: ita in ezechiel
electrum in pectore et in vertice collocatur.

iustum ergo erat sicut super ex parte dix=
imus. ut pontifex dei cunctarum omnium
typum portans in vestibus suis indi
caret cuncta indigere misericordia dei Et cum
significaret: ei oppiaretur universa=
lis condicio ut non prohiberis a pa
rentibus: et propinquis: sed pro cuncta
creatura. et voce et habitu precaretur
Tetigimus exposicionem hebraicam
et infinitam sensuum silvam alteri tem=
pori reservantes quedam future domus
stravimus fundamenta. De feminalibus
lineis hec solent dicere. Racio semi
num et generacionis ad carnem pertinens
frenare peccatum deputatur. Unde et ad adam
loquitur deus. Terra es. et in terram ibis
Causas quoque huius rei quomodo de parvulo
semine et prhedissimis initiis tanta
uel hominum uel diversarum rerum pulchri
tudo nascatur esse obuolutus et huma
nis oculis non patere. Legimus in levi
tico iuxta preceptum dei moysen lavis=
se aaron et filios eius Jam tunc pur
gationem mundi. et rerum omnium sancti
tatem baptismi sacramenta signabant
Non accipiunt vestes nisi lotis prius
sordibus. Nec ornantur ad sacra nisi
in christo novi homines renascantur. Vi
num enim novum in novis utribus mittitur
Quod autem moises lavat. legis iudi
cium est. habent moysen et prophetas
ipsos audiant Et ab adam usque ad moi
sen omnes peccaverunt. Preceptis dei lava
ti sumus et cum parati ad indumentum
christi tunicas pellicias deposuerimus
tunc induemur veste linea nichil in
se mortis habente sed tota per sinnorum
peccatorum turpitudo celetur. Unde et
david Beati quorum remisse sunt ini
quitates et quorum tecta sunt peccata. post
feminalia et lineam tunicam induimur
iacinthino vestimento et incipimus
de terrenis ad alta conscendere. hec
ipsa iacinthina tunica a septuaginta
υπο λ υ θ ι τ. idest subucula no
minatur et propre pontificis est signifi
catque racionem sublimium non patere
omnibus sed maioribus atque perfectis
hanc habuerunt moises et aaron et
prophete omnes quibus dicitur In montem
excelsum ascende tu qui ewangeli
sas syon. Nec sufficit nobis priorum
ablucio peccatorum baptismi gracia
doctrina scienciorum nisi habuerimus
et opera unde iungitur et epod. id
est superhumerale quod racionale co
puletur. ut non sit laxum nec dissolu=
tum sed hereant sibi invicem et
auxilio sint Racio enim operibus et
operatione indiget. ut quod mente

xapim⁹ ope ppetienus duoqꝫ lapides
insup humerali : uel xpm significant
et ecclesiam xij aplorꝫ qui ad pditi³
insti sūt nomina continentes · uel l[ra]m
et spm inquib⁹ tenent[ur] legis vniuer
sa ministeria · Inde extera spus inle
ua littera est per litteras ad v[er]ba des
cendim⁹ p v[er]ba venimus ad sensum
quā pulchor ordo et exipo habitu sa
cerdotali demonstrans In humeris o
pera sūt in pectore racio vnde et pec
tusculum comedūt sacerdotes · hoc at
racionale duplex est : aptum et ab
sconditum simplex et instictū · duo
decim lapides in se habens et iiij^or
ordines quos quatuor puto esse vir
tutes · prudenciam · fortitudinē iusti
ciam temperanciam · Que sibi in
uicem herent et dum mutuo mis
centur · duodenariū numerū efficiūt
uel quatuor ewangelia que in apo
calipsim describunt[ur] plena oculis et
dm̄ luce radiancia · mūdū illuminat
In vno quatuor et in quatuor singu
la vnde et AHAWTRAIHOHI
A · id est doctrina et veritas in pectore
sacerdotis est Cum enim indutus quis
fuerit veste multiplici consequēs
est veritatem quā corde retinet
sermone proferre et obid in racional
bili veritas est id est sciā · ut nouit
que docenda sint Et manifestacio
atꝫ doctrina ut possit instruere alios
quod mēte concepit · vbi sūt qui in

b

nocenciam sacerdotis dicūt posse suf
ficere · Vetus lex noue congruit · Id
ipm moises · quod aplus · Ille sacer
dotis sciām ornat in vestibus · Iste
thymotheum et tytum instruit dis
ciplinis · Sed et ipse vestimētorꝫ
ordo precipuus · Legamus nō prius ra
cionale et sic humerale sed ante sup
humerale et sic racionale demandat
inquit tuus intellexi · prius faciam⁹
et sic doceamus ne doctrine auctas
cassis opibus destruat[ur] · hoc est quod
in ppheta legimus Seminate uobis
In iusticia et metite vobis fructum vite
Illuminate vobis lumen sciencie · pri
mū seminate in iusticia et fructum vite
eterne metite · postea vobis scienciam
vendicate · Iste status absoluta ē
perfectio · si quis sup humerale et ra
cionale habeat nisi hec ipa inter
se forti conpagine solidentur et sibi
inuicem nexa sint ut et opa racioni
et racio opibus hereat et hiis prece
dentib⁹ doctrina sequat[ur] et veritas ·
Quatuor elementa de quib⁹ sup
diximus et duos lapides uel onichinos

uel smaragdinos et gemas duodecī
que ponūt[ur] in racionali si esset tem
pus ut discuterem · singulorūqꝫ na
turas · et eas tibi exponerem et quid
vnusquisqꝫ valeat · et quomō virtuti
bus singulis comparetur · plenius
quesita demu[n]rare demorare sufficiat · Quod
et sciis papa epiphanius egregiū sup
hoc volumen edidit quod si legere
volues plenissimā sciam consequeris
Ego iam mesuram eple extedere
me intelligo et ex apientis ceras in
deo esse cōpletas · vnde et ad reliqua

c

transeo · ut tandem finiat[ur] oracio
Lammina aurea rutilat in fronte ·
nichil enī nobis prodest omī rerꝫ
erudicio · nisi dī sciencia coronemur ·
Lineis induimur ornamur iacincthinis
sacrato balteo cingimur · Dantur
nobis opera · Racionale in pectore
ponit[ur] accipim⁹ veritatem · profert
sermo doctrinam · Imperfecta sūt vniu
sa · nisi tam decoro currui dignus
queratur auriga et sup creaturas ē
cator insistens regat ipe que condi
dit · Quod olim in lammina monstra
bat[ur] · nūc in signo ostendit[ur] crucis ·
auro legis · sanguis eugelij preciosior
est · Tunc signū iuxta ezechielis
vocem gemitibus figebat[ur] in frōte
nūc portantes crucem · dicemus
Signatū est sup nos lumē vultus tui
dne Bis in exodo legimus precipie
te dnē et moyse iussa faciete octo
vestiū gnā pontificis In leuitico de
septem tm̄ scriptum est · Et refertur
quomō moyses frēm suū aaron illis
induerit · De solis feminalib⁹ nich
dicitur · hac ut arbitror cā · qd ad
genitalia nra et verecunda lex nō
inttit manū · Sed ipsi secreciora
nra · et confusiōe digna · tegere et
velare debe⁹ et consciam puritatis
ac seminū · deo indici reservare de
ceteris virtutib⁹ v[er]bi gra · sapiā · forti
tudine · iusticia humilitate mansue
tudine · liberalitate possūt et alij
iudicare · pudiciciam sola nouit co
sciencia et humani oculi huius rei
certi iudices esse nō pūt absqꝫ hiis
qui passi rumorem brutorum ani
maliū libidini expositi sūt · vnde et

d

aplus de v[ir]ginibus inquit preceptum
dni nō habeo · Quasi moyses loquat[ur]
feminalib⁹ ego nō vestio nec impo
no alicui necitatem Qui vult sa
cerdos esse ipe se vestiat · O quante
v[ir]gines et quantorꝫ sperata pudicicia
in die iudicij dehonestabitur quatorꝫ
infamata pudicicia adeo iudice

coronabitur. Igitur adsumamus femi-
nalia ipsi nostra verecunda operiamus
non queramus alienos oculos ita tega-
tur genitalia ut nullorum oculis pate-
ant. Sic quoniam in minus iusta scorsum sit
apparuerit turpitudo morte moria-
mur. Iam sermo finitur et ad superiora
trahor. Tanta debet esse sciencia
et erudicio pontificis dei ut egressus
eius et motus et universa vocalia sint
veritatem mente concipiat et toto eam
habitu resonet et ornatu. Ut quicquid
agit quicquid loquitur sit doctrina po-
pulorum absque tintinnabulis enim
et diversis coloribus et gemmis floribus
que constitui nec sancta ingredi potest nec no-
men antistitis possidere. Hoc ad unam
lucubratiunculam cum iam finis sol
liceretur a littore et nautae tribus
inclamarent: prepero sermone dic-
tavi que memorie tenere potui
et que diuturna in racionabili pecto-
ris mei lectione gesseram satis in-
telligens magis me loquendi impe-
tu quam iudicio scribentis fluere et
more torrentis turbidum proferre ser-
monem. Fertur in indice et septimi
tertulliani liber de aaron vestibus qui
interim usque adhuc diem a me non
est receptus. Si a vobis pro celeritate in
urbibus fuerit inventus. queso ne
meam stillam illius flumini compa-
retis. Non enim magnorum virorum
ingenys sed meis sum viribus estimandus.

Ieronimus ad matrem et filiam in gallia commorantes. Incipit prefacio

CXXXIII.

Retulit michi quidam frater e gallia, se habere sororem virginem matremque viduam que in eadem urbe divisis habitarent cellulis et vel ob hospicii solitudinem vel cus-
todiendas facultatulas presules si-
bi quosdam clericos adsumpsissent
ut maiori dedecore iungerentur alie-
nis quam a se fuerant separate. Cum-
que ego ingemiscerem et multo plura
tacendo quam loquendo significarem
queso te inquit corripias eas litteris
tuis et ad concordiam revoces ut mater
filiam filia matrem agnoscat. Cui e-
go optimam inquit mihi iniungis provin-
ciam ut alienus conciliet quas fi-
lius frater non potuit. Quasi vero e-
piscopalem cathedram teneam et non
clausus cellula aut procul a turbis
remotus vel preterita plangam vicia
vel vitare nitar presencia. Sed et in eo

genium est latere corpore et lingua
per totum orbem vagari. Et ille Hinni-
um ait formidolosus vbilla quondam
constancia in qua multo sale urbem
defricans. Lucilium quippiam dictu
listi. hoc est aio quod me fugat et
labra dividere non sinit. postquam enim
arguendo crimina factus sum criminosus
et iuxta tritum vulgi sermone pro-
verbium iurgantibus et negantibus auctis
me aures nec credo habere nec tan-
go ipsique parietes in me maledicta
resonarunt. et psallebant contra me
qui bibebant vinum coactus malo tan-
dem didici: rectius esse arbitrans po-
nere custodiam ori meo et hostium
munitum labys meis quam declinare
cor meum in verba malicie et dum cor-
po vitia in viciam detractionis incur-
rerem. Quod cum dixissem non est
inquit detrahere verum dicere nec
putata correpcio qualem doctrinam
facit. cum aut rarus aut nullus sit
qui sub hinc culpe reatum non cadat.
Queso grate ne me tanto itinere
vexatum frustra venisse paciaris.
Scit enim dominus quod post visionem lo-
corum sanctorum hanc vel maxime
causam habui ut tuis litteris matri
mederer et sorori. Et ego iam iam in-
quam quod vis faciam. Sed nam epistole
transmarine sunt et specialis sermo dic-
tatus raro potest in venire quos morde-
at. Te autem obsecro ut clam sermo-
nem huius habeas. Cumque portaturus cum
viatico si auditus fuerit letemur
pariter. Si minus aut contemptus. quod et
magis reor. ego verba perdiderim. tu
itineris longitudinem. Explicit prefacio

Incipit epistola ad easdem et est

Primum crederis
mpio soror ac filia me
non idcirco scribere quia
aliquid sinistrum de vobis
suspicer. Sed ne certi sus-
picent vestram enarrare concordiam
Alioquin quod absit. si peccatorum vos
estimarem glutino tenuisse nunquam
scribendum fraternique studiis me narrare
fabulam. Deinde hoc obsecro ut si
mordacius quippiam scripsero non
tam mee austeritatis putetis esse
quam morbi. putride carnes ferro
curantur et cauterio venena serpen-
tino curantur antidoto. Quod sa-
tis dolet: maiori dolore expellitur.
Ad extremum hoc dico quod etiam si con-
scienciam criminis vulnus non habeat

habet tamen fama ignominiam. Mater
et filia nomina pietatis, officiorum vo-
cabula, vincula nature, secundaque post
deum federatio. Non est laus si vos
diligatis: scelus est quod odistis. Dominus
Ihesus subiectus erat parentibus suis.
Venerabatur matrem cuius erat ipse pa-
rens, colebat nutricium quem nutrierat; gestatum
que se meminerat alterius utero, alterius
humeris. Unde et in cruce pendens
commendabat parentem discipulo, quam
nunquam ante crucem dimiserat. Tu
vero filia (iam enim desino ad matrem
loqui, quam forsitan etas et inbecilli-
tas ac solitudo excusabilem facit)
tu nunquam filia eius domum angustam
iudicas, cuius non fuit tibi venter an-
gustus? Decem mensibus utero clau-
sa vixisti, et uno die in uno cubi-
culo cum matre non duras. Ante ocu-
los eius ferre non potes, et que omnes
motus tuos illa que genuit, que
aluit et ad hanc perduxit etatem, fa-
cilius intelligit, testem domesticam
fugis. Si vero virgo es, quid times di-
ligentem custodiam? Si corrupta es,
cur non palam nubis? Secunda post nau-
fragium tabula est: quod male cepis-
ti, saltem hoc remedio temperare. Neque
vero hoc dico ut post peccatum tollam
penitentiam, ut quod male cepit male
perseveret, sed quod superemineat huius-
cemodi copule dimissione. Alioquin
si ad matrem ingressa fueris post ruinam,
facilius poteris cum ea plangere
quod per illius absentiam perdidisti. Quod
si adhuc virginitatem non perdidisti,
serva ne perdas. Quid tibi necesse est
in ea versari domo, in qua necesse habe-
as cottidie aut perire aut vincere? Quis
unquam mortalium iuxta viperam
securus somnos capit? Que et si non
percutiat, certe sollicitat. Securius est
perire non posse, quam iuxta periculum non
perisse. In altero tranquillitas est, in
altero gubernatio. Ibi gaudemus, hic eva-
dimus. Sed forte respondeas: Non be-
ne morata mater est. Res seculi cupit,
amat divitias, ignorat ieiunium,
oculos stibio linit, vult compta pro-
cedere et nocet proposito meo, nec pos-
sum cum huiuscemodi vivere. Primum
quidem etiam si talis est, ut causa-
ris, maius habebis premium si talem
non deseras. Illa te diu portavit utero,
diu aluit, et difficiliores infantie mo-
res blanda pietate sustinuit. Lavit
pannorum sordes et immunda sepe fedata
est stercore, assedit egrotanti, et
que pro te tua fastidia sustinuit, tua
quoque passa est. Ad hanc perduxit etatem,
ut Christum amares docuit. Non tibi dis-
pliceat eius conversatio que te spon-
so tuo virginem consecravit. Quod si
ferre non potes et delicias eius fugis,
atque, ut hoc vulgo solet dici, secularis
est mater, habes sanctum pudicitie cho-
rum. Quid matrem deserens eum eligis
qui suam forsitan reliquit et matrem?
Illa difficilis, sed iste facilis; illa iur-
gatrix, ergo iste placabilis. Quomodo
quero utrum virum secuta sis an postea
inveneris. Si eum secuta es, manifes-
tum est cur matrem reliqueris. Si pos-
tea repperisti, ostendis quid in matris
hospitio non potueris invenire. Durus
dolor et meo mucrone me vulneras.
Qui ambulat, inquit, simpliciter am-
bulat confidenter. Tacerem, si me non
morderet conscientia, et in aliis meum cri-
men non reprehenderem, nec pro trabe
oculi mei alterius festucam viderem.
Nunc autem cum inter fratres procul ha-
bitans, eorumque fruens contubernio, ho-
neste sub arbitris et videam raro
et videar, impudentissimum est eius
te verecundiam non sequi, cuius sequeris
exemplum. Quod si dixeris: Mihi
sufficit conscientia mea, habeo deum
iudicem, qui vite mee testis est, non
curo quid loquantur homines; audi
apostolum scribentem: Providentes bona
non solum coram deo, sed etiam co-
ram hominibus. Si quis te carpit quod
sis christiana, quod virgo, non cures; quod
ideo dimiseris matrem ut in monas-
terio inter virgines viveres, talis de-
tractio laus tua est. Ubi non luxuriam
in puella dei, sed duritiam carpit, ista
crudelitas pietas est. Illum enim pre-
feras matri, quem preferre iubearis
et anime tue. Quem si et ipsa pre-
tulit, et filiam te sentiat et sororem.
Quid igitur? Scelus est sancti viri habere
contubernium? Obtorto collo me in meas
trahis: aut probem quod nolo, aut
multorum invidiam subeam. Sanctus
vir filiam absque matre nunquam se iungit;
utramque suscipit, utramque veneratur.
Sit qualibet sancta filia, mater vidua,
iudicium castitatis est. Si coevus tuus
ille nescio quis matrem tuam honoret
ut suam, si senior te ut filiam dili-
gat et patris subiciat discipline. Non
expedit amborum fame plus te
illum amare quam matrem, ne non
videatur affectum in te eligere, sed e-
tatem. Et hoc non dicerem, si fratrem mo-
nachum non haberes, si domesticis

CCXXXIII
a
b

ceteros presidiis fulciuntur. Vero pro dolor mater
matrem atque germanum et matrem viduam
et fratrem monachum cur se alienus misce-
rit. Bonum quidem ut te filiam moneret
et sororem. Si autem utrumque non potes. et
mater quasi dura respuitur: saltem frater
placeat. Si frater asperior est. mollior
sit illa que genuit. Quid palles. Quid
estuas. Quid vultum rubore suffun-
dis et trementibus labiis impacienciam
pectoris contestaris. Non superat a-
morem matris et fratris. nisi solus uxoris
affectus. Audio te per tota suburbana
rura. villarum amenitates cum affi-
nibus atque cognatis et istiusmodi ho-
minibus circuire. Nec dubito quin vel
consobrina vel soror sit in quarum solam
novi generis ducatus ad sella. Absit quip-
pe ut christianus proximi sint cognati viro-
rum. te suspicere captive consorcia.
Obsecro ergo te ut michi optime respon-
deas. Sola vadis in comitatu propinquo-
rum an cum amasio tuo. Quamvis sis
impudens scelerum quam oculis ingerere
non audebis. Si enim hoc feceris. et te
et illum familia universa cantabit. vos
auctores digiti denotabunt. ipsaque soror
aut affinis sive cognata que in adu-
lationem tui sanctum et novum coram te
vocant cum se paulatim averterit
portentuosum ridebunt maritum.
Cum autem sola ieris quod et magis esti-
mo. utique inter servos adolescentes inter
maritatas feminas atque nupturas
inter lascivas puellas et comatos lin-
tosque iuvenes: furvarum vestium pu-
ella gradieris. dabit tibi barbatulus
quilibet manum suscitabit lassam et
pressis digitis aut temptabitur aut temp-
tabit. Erit tibi inter viros matronas
que convivium spectabis aliena oscula pre-
gustatos cibos. et absque scandalo tuo
malys sericas vestes. aut auratasque
mirabetis. Imposo quoque convivio.
ut vescaris carnibus quasi in vita
cogeris ut vinum bibas dei laudatur
creatura. ut laves balneis sordibus
detrahetur. Et omnes tecum corum aliquid
suadent et retractent. si feceris
puram simplicem dominam et vere in-
genuam conclamabunt. personabit
interim aliquis cantor ad mensam et
inter psalmos dulci modulatione cur-
rentes quam alienas non audebit ux-
ores te que custodem non habes. se-
pius respectabit. Loquitur nutibus
et quicquid metuit dicere significabit
affectibus. Inter has et tantas inlece-
bras voluptatum. etiam ferreas men-
tes libido domat. Que maiorem

in virginibus patitur famem: dum dulcius
putat omne quod nescit. Narrant gen-
tilium fabule cantibus syrenarum nautas
in saxa precipites et ad orphei citharam
arbores bestiasque ac silicum dura mol-
lita. difficile inter epulas servatur
pudicicia. Nitens cutis sordidum osten-
tat animum. Legimus in scolis pueri
et spirancia in plateis era perspeximus
aliquem ossibus inherentem illicitis ar-
sisse amoribus et ante vita caruisse
quam peste. Quid tu facias puella sa-
ni corporis: delicata pinguis rubens es-
tuans inter carnes: inter vina: et balne-
as: iuxta maritas iuxta adolescentu-
los: Que et si rogata non feceris: tu
deforme putes testimonium si rogeris.
Libidinosa mens ardencius honesta
persequitur et quod non licet dulcius sus-
picatur. vestis ipsa vilis et pulla ani-
mi tacentis indicium est. Si rugam
non habeat. si per terram ut altior vide-
atur trahatur: si de industria dissuta sit
tunica: ut aliquid intus appareat
operiatque quod fedum est. et aperiat quod
formosum. Caliga quoque ambulan-
tis nigella ac nitens stridore iuve-
nes ad se vocat. papille fasciolis com-
primuntur et crispanti angulo: angustius
pectus artatur. Capilli vel in fronte
vel in aures defluunt. palliolum inter-
dum cadit ut candidos nudet hu-
meros. et quasi videri noluerit
celat festina quod volens detexerat
Et quando in publico quasi per verecundi-
am operit faciem. Lupanarum arte
id solum ostendit quod ostensum ma-
gis placere potest. Respondebis unde
me nosti Et quomodo tam longe in
me iactas oculos tuos. fratris tui hoc
michi narraverunt lacrime et intol-
lerabiles per momenta singultus. Atque
utinam ille mentitus sit et magis
timens hoc quam arguens dixerit.
Sed michi crede nemo mentiens plo-
rat Dolet sibi prelatum iuvenem
non quidem comatum: non vestium sericarum
sed sordidum solum et in sordibus delicatum.
Qui et ipse sacculum signet. textri-
num teneat pensa distribuat. regat
familiam emat quidque de publico
necessarium est dispensator et dominus et pre-
veniens officia servulorum que omnes ro-
dat famuli et quicquid domina non dedit
illum clamitent subtraxisse. Queru-
lum est servulorum genus et quantumque
dederis semper eius minus est
Non enim considerant de quanto sed quan-
tum detur. Doloremque suum solis
quod possint obtrectacionibus consolantur

Precavenda est in mulieribus so-
cietas virorum etiam si in(...)sint
consanguinei vel affines

mulier cum amans (...)
avid(...) et temptat et temptatur

CCXXXV
a

Ille parasitum iste in pastorem. hic
heredipetam. alius nouo quolibet
appellat vocabulo. Ipsum iactant ad
sedere lectulo. obstetrices adhibere
languenti portare mappulam. cale
facere lintea. plicare fasciolas. Fa
cilius mala credunt homines. Et quod
cumque domi fingitur rumor in publico
fit. Nec mireris si ancille querantur
et seruuli de vobis ista confingant
cum mater quoque id ipsum queratur. et fi-
fac ergo quod deprecor. quod moneo
ut primum matri. deinde si id fieri non
potest saltem fratri reconsilieris. Aut si ista
tam cara nomina hostiliter detestaris
diuidere ab eo quem tuum diceris contu
lisse. Si autem et hoc non potes. reuer-
teris cum ad tuos si non potes deserere
uel honestius sodali tuo utere. Sepa
rent domus vestre diuidatur que conui
uium ne maledicti homines sub vno
tectulo nos manentes. Lectulum quem
que eminent habere commune. potes ad
necessitates tuas quale volueris habere
solacium. et aliqua ex parte publica ca
rere infamia. Quamquam cauenda sit
macula que nullo nitro secundum ieremi-
am nulla fullonum herba lui potest
Quando uis ut te uideat. adhibe
amicos libertos seruulos. Boni con-
sciencie nullius oculus fugiat. Intret
intrepidus. securus exeat. Tacentes
oculi et sermo silens et totius corporis
habitus ut trepidatione in occultum uel
securitatem loquatur. Aperi queso
aures tuas et clamorem totius ciui
tatis exaudi. Iam perdidisti vera vocabu-
la et mutuo vobis cognomina suscre-
pistis. Tu illius diceris. et ille tuus
hoc mater audit. et frater. paratique sunt et
precantur nos ibi diuidere et priuatam
vestre coniunctionis infamiam laude fa
cere communem. Tu esto cum matre
sit ille cum fratre vestre coniunctionis infamia
laudem facere commune Tu esto cum
matre sit ille cum fratre Audacius diliges sodalem fratris
tui. honestius amabit mater amicum
filii quam filie sue. Quod si nolueris. si mea
monita rugata fronte contempseris
epistula hec tibi voce libera proclamabit
Quid seruum obsides. Quid famulum
tibi facis ministrum Christi. Respice ad
populum. singulorum facies intuere
Ille me cum legit et te aspiciunt v-
niuersi nisi quod plena licencia coni-
gali de tua infamia gloriaris Nec iam
secreto decore potes esse contenta. pro

caritatem liberalitatem vocas. facies
meretricis facta est tibi. nescis erubescere
Iterum me malignum. iterum suspitiosum et
rumigerulum clamitas. Ego ne suspi-
tiosus. Ego ne maliuolus. Qui ut in
principio epistule prefatus sum. ideo scripsi
quia non suspicabar an tu negligens
dissoluta contemptrix que annis nata
xxv adolescentem necdum bene bar-
batulum ita brachiis tuis quasi cassi-
bus inclusisti. Optimum reuera peda-
gogum qui te moneat. qui asperitate
frontis terreat. et quamquam in nullis etatibus
libido sit tuta uel cano capite. ab a-
perta defendat ignominia. veniet.
veniet tempus. dies adlabitur dum
ignoras et iste formosulus tuus. quia
cito senescunt mulieres maxime que
iuxta viros sunt. uel ditiorem reperiat
uel iuniorem. Tunc te penitebit co
silii tui et tedebit pertinacie. quando
et rem et famam amiseris. quando
quod male iunctum fuerat diuidetur
bene. Si forte secura es. et coalescente
tanti temporis caritate. dissidium non
vereris. Tu quoque mater que propter etatem
maledicta non metuis. noli sic vindi
care impetus. Magis a te distat filia
separari quam tu ab illa seiungi. habes
filium et filiam separari. quam et generum
nimio contubernalem filie tue. Quid quere-
ris aliena solacia. Et ignes iam so-
pitos suscitas. honestius tibi est saltem
culpam filie sustentare. quam occasionem
tui querere. Sit tibi filius monachus
pietatis maritatis que presidium. Quid tibi
alienum hominem in ea presertim do-
mo que filium et filiam capere non po-
tuit. Eius iam etatis es. ut posses iam
nepotes habere de filia. Inuita ad te utrumque
reuertatur cum viro. que sola exierat vi-
rum dixi non maritum Nemo calumpnietur
Sexum significare volui non coniugium
Aut si erubescit et retractat. et domum
in qua nata est arbitratur angustam.
vos ad eius ospitiolum pergite quamuis ar-
tum sit facilius potest matrem et fratrem ca
pere. quam alienum hominem. cum quo certe
in vna domo. sine cubiculo caste manere
non poterat. Sint in vna domo due
femine et duo masculi. Si autem et
tertius ille ΙΗΡΟΣ ΚΟΣ Tuus abire non
uult. seditiones ac turbas concitat
sit biga sit triga sit quadriga at filius et so-
rorem illius exhibebit et matrem. Alii
vitricum et generum vocant. Ille nutricium
appellet et fratrem. Hec ad breuem lucu-
bratiunculam dictaui volens desiderio pos-
tulantis satisfacere. et quasi ad scolastica

maciam me exterens. Eadem enim die ma-
ne pulsabat hostium qui profecturus erat
Simulque ut ostenderem ob tectaribus
meis. quod et ego possim quidquid in
buccam venit dicere. unde et scriptus
pauca perstrinxi nec orationem meam ut
in ceteris libris sollicitissime fateor illam
floribus texam. hec est spalis dictio et
tanta ad lumina lucubrile felicitate
fusa ut notariorum manus lingua pre
curreret: et signa ac furta verborum
volubilitas sermonum obrueret. Quod
idcirco dixi ut qui non ignoscit inge
nio ignoscat vel tempori. **Item Sancti Jeronimi Epistola ad Castorinam materteram**

Ki fr̃at ... ex odio

91

CCxxxvi

A

Iohannes apostolus et ewangelista in
epistola sua ait. Qui odit fratrem
suum homicida est. Et recte.
cum homicidium ex odio se
pe nascatur. quicumque odit etiam si
gladio nec dum percusserit. animo tamen ho
micida est. Quare ais tale principium?
Scilicet ut veteri rancore deposito in
dum pectoribus deo paremus habi
taculum. Irascimini inquit david: et no
lite peccare. hoc quid vellet intelligi
apostolus plenius interpretatur. Sol non occidat
super iracundiam vestram. Quid agemus
nos in die iudicii: super quorum iram non
unius diei sed tantorum annorum sol
testis occubuit. Dominus loquitur in evangelio
Si offers munus tuum ante altare. ibi
que rememoratus fueris. quia frater
tuus habet aliquid adversum te relinque
ibi munus tuum ante altare. et
vade prius reconciliari fratri tuo: et tunc
veniens offeres munus tuum. ve michi immo et
ne dicam et tibi: qui tanto tempore
aut non obtulimus ad altare aut ira per
manente sine causa obtulimus. Quomodo
in cottidiana prece umquam diximus. di
mitte nobis debita nostra sicut et nos
dimittimus debitoribus nostris animo dis
cordante cum verbis. oratione dissidente
cum factis. Precor itaque quod et ante an
num prioribus litteris rogaveram: ut pa
cem quam nobis dominus reliquit habeamus
Et meum desiderium. et tuam mentem xpo
intuente. In brevi ante tribunal eius
reconciliata seu scissa concordia aut
premium recipiabit. aut penam. Quod
si tu quod procul absit nolueris. ego
liber ero. Epistola me hec cum lecta fuerit
absolvet. **Incipit Epistola sancti Jero
nimi ad furiam de viduitate servanda**

92

Obsecras litteris
et suppliciter deprecaris

b

ut tibi rescribam. Immo scribam quomodo
vivere debeas. et viduitatis coronam
in leso pudicitie nomine conservare. Gau
det animus exultat viscera. gestat af
fectus. hoc te cupere esse post virum
quod sancte memorie mater tua ticiana mul
to fuit tempore sub marito / Exaudite
sunt preces eius. et oratione impetravit. in
unica filia. quod vivens ipsa possederat
Habes preterea generis tui grande privi
legium. quod ex inde a camillo vel nulla
vel rara vestre familie scribitur. Ideo non esse
contubitus ut non tam laudanda sis
si vidua perseveres. quam execranda: si id christi
ana non serves. quod per tanta secula gen
tiles femine custodierunt. Taceo de pau
la et eustochio. stirpis vestre floribus.
ne per occasionem exhortationis tue.
illas laudare videar. Blesillamque preteream
que maritum suum tuum secuta germanum in
brevitate spatii tempora virtutum
multa complevit. Atque utinam preconia
feminarum imitarentur viri. et rugo
sa senectus redderet. quod sponte of
fert adolescentia. Sciens et videns
in flammam mitto manum. Adducentur
supercilia. extendetur brachium iratus
que tremens tumido desemet ore. Con
surgent proceres. et adversus epistolam
meam: turba patricia detonabit.
me magum seductorem clamitans
et in terras ultimas asportandum. ad
dant si volunt. et samaritem. ut titulum
domini mei recognoscam. Certe filiam a
parente non divido nec dico illud de e
vangelio Sine mortui sepeliant mor
tuos suos. vivit enim qui credit in xpo. et
qui in illo credit. debet utique quomodo

c

ille ambulavit: et ipse ambulare. Fa
cessat invidia. quam nomini xpiano
maledictorum. semper gentium infigit
Ut dum probra metuit. ad virtutes non
provocent. Exceptis epistolis: ignoramus
alterutrum. Solaque causa pietatis est. ubi car
nis nulla noticia est. Honora patrem
tuum. sed si te a vero patre non separat
Tam diu scito sanguinis copulam. quam
diu ille suum noverit creatorem. Alioquin
david tibi primus canit. Audi filia et
vide et inclina aurem tuam. et oblivis
cere populum tuum et domum patris tui. Et
concupiscet rex decorem tuum: quoniam ipse
est dominus deus tuus. Grande premium pare
tis obliti. Concupiscet rex decorem tuum
quia audisti. quia vidisti. quia incli
nasti aurem tuam: et populi tui. do
musque patris oblita es. Idcirco concupis
cet rex decorem tuum. et dicet tibi. To
ta pulchra es proxima mea: et macula
non est in te. Quid pulchrius anima

que dei filia nuncupatur. et nullos extrin-
secus querit amplexus. Credit in christo
et hac ambicione ditata: pergit ad spo-
sum. eundem habens dominum que et virum.
Quid angustiarum habeant nuptie: di-
dicisti in ipsis nuptiis et quasi coturni-
cum carnibus: usque ad nauseam satia-
ta es amarissima colera tue sensere
fauces. Eiecisti acescentes et morbi-
dos cibos releuasti estuantem stomachum
Quid vis rursum ingerere quod tibi
noxium fuit Canis reuersus ad suum
vomitum et sus lota in uolutabro lu-
ti. Bruta quoque animalia et vage
aues in easdem pedicas retia que construunt
non incidunt. An vereris ne proles fu-
ria deficiet et ex te parens tuus non
habeat pusionem qui reptet in pec-
tore et ceruices eius pectore liniat.
tum pene omnes habeant filios que ha-
buere matrimonia. et quibus nati sunt
liberi: suo genere responderunt. Ex hibuit
filius ciceronis patrem in eloquencia Cor-
nelia vestra pudicitie simul et fecundita-
tis exemplar grachos suos genuisse
letata est. Ridiculum est: quod nescias
sperare pro certo. cum multos et non habere
videas et cum habuerint perdidisse Cui
dimittis tantas diuicias. christo qui mori
non potest. quem habebis heredem. ipsum quem
et dominum. Contristabitur pater sed letabitur
christus. Lugebit familia. sed angeli gra-
tulabuntur. faciat pater quod vult de
substancia sua. Non es eius cui nata es / sed
cui renata es. et qui te grandi precio
redemit sanguine suo Caue nutrices et
gerulas et istiusmodi venenosa ani-
malia que de corio tuo saturare ve-
trem suum cupiunt. Non suadent quod
tibi. sed quod sibi prosit et sepe illud
obgarriunt Sola ne perpetua merens
carpere iuuenta Nec dulces natos
veneris nec premia noris: vbi pudicitia
et sanctitas. ibi frugalitas est vbi fru-
galitas. ibi dampna seruorum Quidquid
non intulerint: sibi ablatum putant
Nec considerant de quanto: sed quantum
accipiant vbicumque viderint christianum sta-
tim illud de trivio. in postore vocitant
hii rumores turpissimos serunt: et
quod ab ipsis egressum est. ab aliis au-
disse se simulant. Idem auctores et
exaggeratores: Exit in famam de men-
dacio. Que cum ad matronas peruenit
et earum linguis fuerit ventilata:
prouincias penetrat. Videas plerasque
rabido ore seuire et tincta facie vipe-
rinis oculis: dentibus puniccatis car-
pere christianos. Hec aliqua cui circa hu-
meros iacinthina leua est canditulum

quiddam balba de nare locuta: perstrepit
ac tenero supplantat verba palato
Omnis consonat chorus et latrant
vniuersa subsellia Junguntur nostri ordi-
nis. qui et roduntur et rodunt. Ad-
uersus nos loquaces: presenti quasi et
ipsi aliud sint quam monachi et non
quidquid in monachos dicitur: redun-
det in clericos. qui patres sunt monacho-
rum. Detrimentum gregis: pastoris ig-
nominia est Sicut e regione mo-
nachi illius vita laudanda est qui
veneracionem habet sacerdotes christi et
non detrahit gradui per quem factus
est christianus hec locutus sum in christo
filia non dubitans de proposito tuo. Num-
quam enim exortatorias litteras postulares
si ambigeres de bono monogamie
. Sed ut nequiciam seruulorum qui te
venalem putant: et insidias affi-
nium ac pium parentis errorem intelli-
geres. Cui ut amorem inesse tribuam
amoris scienciam non concedo. dicens
aliquid cum apostolo Confiteor zelum dei
habent sed non secundum scienciam Imi-
tare potius: crebro enim idipsum repe-
tam. sanctam matrem tuam. Cuius ego
quociens recordor: venit in mentem
ardor eius in christum. pallor ex ieiuniis
elemosina in pauperes obsequium in
seruos dei. humilitas et cordis et vestium
atque in cunctis sermo moderatus. pater
tuus quem ego honoris causa nomino. non
quia consularis et patricius sed quia
christianus est / impleat nomen suum et le-
tetur christo filiam genuisse non seculo Quin
potius doleat. quod et virginitatem frus-
tra amiseris et fructus perdideris nupcia-
rum vbi est maritus quem tibi dedit
Etiam si amabilis. eciam si bonus fuis-
set. mors fuisset omnia et copulam
carnis soluisset interitus. Arripe que-
so occasionem. et fac de necessitate vir-
tutem. Non queruntur in christianis inicia
sed finis. paulus male cepit. sed be-
ne finiuit Jude laudantur exordia. sed
finis prodicionis dampnatur. Lege in
ezechiel Justicia iusti non liberabit
eum. in quacumque die peccauerit et im-
pietas impii non nocebit eum. quacum-
que die conuersus fuerit ab impietate sua
Ista est scala iacob per quam angeli ascen-
dunt et descendunt / cui dominus innititur
lapsis porrigens manum et fessos ascen-
dencium gressus sui contemplatione suste-
tans Sed sicut non vult mortem pecca-
toris sed tantum ut reuertatur et viuat: ita
tepidos odit et cito ei nausiam facit
Cui plus dimittitur plus diligit Meretrix
illa in ewangelio baptizata.

b

de morte

finis non initium spectandum est

de prima in fine

baptizata lacrimis suis. et crine quo mul-
tos ante deceperat. pedes domini tergens
saluata est. Non habuit crispantes
mitras: nec stridentes calciolos. nec
orbes stibio fuliginatos. Quanto fedior
tanto pulchrior. Quid facit in facie
christiane purpurissus et cerusa. quorum alterum
ruborem genarum labiorumque mentitur:
alterum candorem oris et colli. Ignis
iuvenum fomenta libidinum impudice
mentis indicia. Quomodo flere potest
pro peccatis suis que lacrimis cutem nu-
dat et sulcos ducit in faciem. Or-
natus iste non domini est velamen istud
antichristi est. Qua fiducia erigit ad ce-
lum vultus. quos conditor non agnos-
cit. Frustra ostenditur adolescentia: et
etas puellaris asseritur. vidua que
placere marito desinit. et iuxta apostolum
vere vidua est nichil habet maius
nisi perseverantiam. Meminit pristine
voluptatis. scit quid amiserit: quo
delectata sit. Ardentes diaboli sagitte
ieiuniorum et vigiliarum frigore restrin-
gende sunt. Aut loquendum nobis est
ut vestiti sumus aut vestiendum ut lo-
quimur. Quid aliud pollicemur et a-
liud ostendimus. Lingua personat cas-
titatem. et totum corpus profert im-
pudiciciam. Hoc quantum ad habitum
pertinet et ornatum. Ceterum vidua que
in deliciis est non est meum sed apostoli
viviens mortua est. vivere quidem
videtur ignorantibus et non esse peccato
mortua. sed christo quem secreta non fallunt
mortua est. Anima enim que peccaverit
ipsa morietur. Quorundam hominum pec-
cata manifesta sunt precedentia ad iudici-
um quosdam autem et subsequuntur. Sic
et facta bona manifesta sunt et que ali-
ter se habent abscondi non possunt. Quod di-
citur huiusmodi est. Quidam tam libere et
palam peccant ut postquam eos vide-
ris statim intelligas peccatores. Alios at-
que callide occultant vitia sua ex se-
quenti confessione cognoscimus. Simi-
liter et bona apud aliquos in propatulo
sunt, in aliis longo usu discimus. Quid
ergo necesse est nos iactare pudicitiam
que sine comitibus et appendiciis
suis: continentia et parcitate fidem
sui facere non potest. Apostolus macerat
corpus suum et anime subicit imperio
ne quod aliis precepit ipse non servet
et adolescentula ferventi cibis corpo-
re de castitate secura est. Neque vero
hec dicens condempno cibos: quos
deus creavit ad utendum cum gratiarum
actione. Sed iuvenibus et puellis
incentiva assero esse voluptatum. Non

ethnei ignes non vulcania tellus non
vesuvius et olimpus tantis ardoribus
estuant ut iuveniles medulle vino
plene et dapibus inflammate. Ava-
ritia calcatur a plerisque: et cum marsu-
pio deponitur. Maledicam linguam indic-
tum emendat silentium. Cultus corporis
et habitus vestium vnius hore spatio
commutantur. Omnia alia peccata extrin-
secus sunt: et quod foris est. facile ab-
icitur. sola libido insita a deo ob liberorum
creationem. si fines suos egressa fuerit
redundat in vitium. et quadam lege nature
in coitum gestit erumpere. Grandis er-
go virtutis est et sollicite diligentie
superare quod nata sis. In carne non
carnaliter vivere. tecum pugnare coti-
die et inclusum hostem argum
ut fabule ferunt centum oculis ob-
servare. Hoc est quod apostolus aliis verbis
loquatur. Omne peccatum quod fecerit homo
extra corpus est. qui autem fornicatur in
corpus suum peccat. Aiunt medici et
qui de humanorum corporum scripsere na-
tura. et precipue galienus in libris qui
titulus est Π Ε Ρ Ι Υ Ι Ε Η Ι Ω Η pue-
rorum et iuvenum ac perfecte etatis
virorum mulierumque corpora insito ca-
lore fervere et noxios esse hiis eta-
tibus cibos qui calorem augeant. Sa-
nitatique condecere frigida queque
in esu et in potu sumere. Sicut econtrario
senibus qui pituita laborant et frigore
calidos cibos et vina vetera prodesse.
Unde et salvator. Attendite inquit
vobis ne forte graventur corda vestra in
crapula et ebrietate. Et apostolus no-
lite inebriari vino in quo est luxuria.
Hoc miror hoc figulum sensisse de
vasculo quod ipse fabricatus est. cum etiam
hec comicus cuius finis est humanos
mores nosse atque describere dixerit.
Sine cerere et libero friget venus.
Primum igitur si stomachi firmitas pa-
titur donec puellares annos transe-
as. Aquam in potu sume que natura
frigidissima est. Aut si hoc imbecillitas
prohibet audi cum thymotheo vino mo-
dico utere propter stomachum et freque-
ntes tuas infirmitates. Deinde in ipsis
cibis calida queque devita. Non solum
de carnibus loquor. super quibus vas
electionis profert sententiam. bonum est non
manducare carnem et non bibere vinum.
sed etiam in ipsis leguminibus infla-
ntia queque et gravia declinanda sunt.
Et sic ita scias condecere ut animis
adolescentibus ut esum olerum. unde
et malo loco ait. Qui infirmus est
olera manducet. Ardorque corporum

Iam licet progredes se

Remedia contra sagittas dyaboli

Lxxxxvij

frigidioribus epulis temperandus est
Sic aut tres pueri et daniel leguminib9
vescebant. pueri erant. nec dum ad
sartaginē venerūt in qua rex babilo//
b nius senes iudices frixit. Nobis non
corporis cultus qui nullis exceptis pui//
legio gracie dei ex huiuscemodi cibis
emutrat sed anime vigor quitm q
carnis infirmitate sit forcior. Inde
est. quod nonnulli vitā pudicā appete//
ciū in medio itinere corruūt. dum so//
lam abstinenciam carnium putant et
leguminib9 onerant stomachum q
moderata parcaq; sumpta noxia sūt. Et
ut quod sencio loquar nichil sic infla//
mat corpora et titillat mēbra geni//
talia. sicut indigestus cibus ructus
q; conuulsus. Malo apud te filia verū//
diā paruū. quā cū pudicitiā. Omnisq;
seminariū voluptatis est. venenū pu//
ta. parcus cibus. et semp venter esuriēs
triduanis ieiuniis pferatur. Et multo
melius est cotidie parū. quā raro
satis sumere. pluuia illa optima est
que sensim descendit in terras. Subitus
et nimius imber. in preceps arua subū//
tit. Quādo comedis: cogita quod sta//
tim tibi orandum ilico et legendum
sit. de scripturis sanctis habeto fixum ver//
suū in numero istud pensum dño tuo red//
de. Nec ante quieti mēbra concedas
quā calathum pectoris tui hoc subte//
mine impleuis. post diuinas scripturas sctas
doctorū hominū tractatus lege. eorum
dumtaxat quorum fides nota est. Non
necesse habes aurum in luto querere. Multis
de margaritis vnā redime margari//
tam. Sta iuxta hieremiā in viis plu//
bus. ut ad illam viam que ad patrem
ducit puenias. Amorem monilium atq;
gemarum. sericarumq; vestiū trasfer
t ad scienciam scripturarum. Ingredere terrā
repromissionis lacte et melle manātē.
Comede similam et oleum. vestire
cum ioseph variis indumentis. pforen//
tur aures tue cum ierlm sermone dei
ut preciosa capillis nouarum segetum gra//
na dependeant. habes scm exuperiū
probate etatis et fidei. qui te monitis
suis frequēter instituat. Fac tibi ami//
cos de antiquo mamona. qui te reci//
piant in eterna tabernacula. Illis tribue
diuicias qui nō fasides aues sed cibarium
panem comedant qui famē ex//
pellat nō qui augeat luxuriam. Intelli//
ge super egenū et pauperem. omni petenti
da sed maxime domesticis fidei. Nudū
vesti. esurientem ciba egrotantē visita
Quociesscumq; manum extendis xpm co//
gita Caue ne mendicante dño tuo alienas

diuicias augeas. Iuuenum fuge consorcia
Comatulus comptus atq; lasciuus domus
tue tecta nō videant. Cantor pellator
ut noxius. fidicinas et psaltrias et istiusmodi
chorum diaboli. quasi mortife//
ra syrenarum carmina proturba ex edibus
tuis. Noli ad publicum subinde procede//
re et spadonū exercitu preunte. viduarum cir//
cumferre libertatem. pessime consue//
tudinis est. cum fragilis sexus et inbe//
cillis etas. suo arbitrio abuti et putat
licere quodlibet. Omnia quidē licet sed nō
omnia expediūt. Nec procurator calamistratus.
nec formosus conlactaneus nec
candidulus et rubicundus adhereant la//
teri tuo. Interdum animus dominarum ex
ancillarum habitu iudicatur. Sanctarum
virginū et viduarum societatem appe//
te. Et si sermocinandi cum viris incūbit
d necessitas arbitros nō deuites. Tantaq;
confabulandi fiducia sit. ut intrante alio
nō paueas. nec erubescas. Speculum
mentis est facies et taciti oculi cordis fa//
tentur archana. vidimus nup ignominio//
sum ptotum orientem volitasse. Et etas
et cultus. et habitus. et incessus. et in
discreta societas. exquisite epule: regius
apparatus neronis et sardanapalli nup//
cias loquebantur. Aliorū vulnus. nra
sit caucio. pestilente flagellato. stultus
sapiencior erit. Sanctus amor impacienciam
nō habet. Falsus rumor cito opprimitur et
vita posterior iudicat de priori. Fieri qui//
dem nō pot. ut absq; morsu hominū vite
huius curricula quis pcurrat. Malorum
q; solaciū est bonos carpe dum peccati
multitudine putant minui peccatorum. Sed
conceptis ignis stipule conquiescat et ex//
undans flama deficientibus nutrimentis
paulatim emoritur. Si anno pterito fa//
ma mentita est. Aut etiam vera dixit cessante
vicio: cessabit et rumor. hec dico. nō quod
de te sinistrū aliquid metuā: sed quod
pietatis affectu etiam que tuta sunt p//
timescam. O si videres sororem tuā. et
illud sancti oris eloquiū audire contingeret
cernes in paruo corpusculo ingentes ani//
mos. Audires totam veteris et noui tes//
tamenti supellectilem ex illius corde flu//
ere. Ieiunia proludo habet oracionem pro
deliciis. Tenet tympanum in exemplum
marie: et pharaone submerso virginum
choro precinit. Cantemus dño gloriose
enim magnificatus est equum et ascensorem
proiecit in mare. has docet psalterias
xpo. has fidicinas erudit saluatori. Sic
dies. sic nox ducitur. et oleo ad lampa//
das pparato. sponsi expectatur aduentus.
Imitare ergo et tu consangwineam tuā
habeat roma. quod angustior vrbe roma

CCxxxix
a

possidet bethlehem. habes opes facile est tibi indigentibus victus subsidia ministrare. Quod luxurie parabatur virtus insumat. Nulla nuptias contemptura: timeat egestatem. Redime virgines: quas in cubiculum saluatoris inducas. Suscipe viduas quas inter virginum lilia et martirum rosas quasi quasdam uiolas misceas. pro corona spinea. in qua mundi christus delicta portauit talia serta compone. Letetur et adiuuetur nobilissimus pater tuus. discat a filia: quod didicerat ab uxore. Jam incanuit caput tremunt genua dentes cadunt et fronte obscena rugis arata vicina est mors in foribus designatur rogus prope. velimus nolimus nos senes sumus. parat sibi viaticum quod longo itineri necessarium est secum portet. quod inuitus dimissurus est. Immo premittat in celum: quod si non tamen terra sumptura est. Solent adolescentule vidue. quarum non nulle abierunt retro post satanan. cum luxuriate fuerint: in christo nubentes dicere. patrimoniolum meum cottidie perit: maiorum hereditas dissipatur. Seruus contumeliose locutus est: imperium ancilla neglexit. Quis procedet ad publicum.

Quis procedet ad publicum. Quis respondebit pro agrorum tributis. paruulos meos quis erudiet et vernulas quis educabit: Et hanc pro nefas causam opponunt matrimonii que uel sola debuit nuptias impedire. Superducit mater filiis non nutricium. sed hostem Non parentem sed tyrannum Inflammata libidine obliuiscitur uteri sui et inter paruulos suas miserias nescientes. lugens dudum noua nupta componitur. Quod obtendis patrimonium. Quid superbiam puellarum. Confitere turpitudinem. Nulla ideo ducit maritum ut cum marito non dormiat. Aut si certe libido non stimulat que tanta insania est in more scortorum prostituere castitatem. ut augeantur diuitie. et propter rem vilem atque perituram. pudicitiam que preciosa et eterna est polluatur. Si habes liberos. nuptias quod requiris. Si non habes. quare expertam non metuis sterilitatem et rem incertam certo perferes pudori: Scribentur tibi nunc sponsales tabule. ut post paululum testamentum facere compellaris. Simulabitur mariti infirmitas et quod te morituram facere volet ipse victurus faciet Aut si euenerit: ut secundo marito habeas filios. Domestica pugna intestinum prelium. Non licebit tibi amare liberos nec equis aspicere oculis quos genuisti. Clam porriges cibos inuidebit mortuo et nisi oderis filios adhuc eorum amare videberis patrem. Quod si de priori uxore habens sobolem te domum introduxerit. eciam si clementissima fueris omnes comedie immo et mimographi et communes rethorum loci. in nouercam seuissimam declamabunt Si priuignus languerit et condoluerit caput: infamaberis ut venefica Si non dederis cibos: crudelis. Si dederis malefica diceris Oro te quod habent tantum boni secunde nuptie ut hec mala valeant compensare. volumus scire quales esse debeant vidue. Legamus euangelium secundum lucam. Erat inquit Anna prophetissa filia phanuel de tribu aser. Anna interpretatur gratia. phanuel in lingua nostra resonat vultum dei. Aser uel in beatitudinem uel in diuicias vertitur. Quia ergo ab adolescentia usque ad lxxxiiii annos viduitatis onus sustinuit et non recedebat de templo dei diebus ac noctibus: insistens ieiuniis et orationibus idcirco meruit gratiam spiritualem et nuncupatur filia vultus dei et atauii beatitudine diuiciisque censetur. Recordemur vidue sareptene: que et sue et filiorum saluti: helie pretulit famem et in ipsa nocte moritura cum filio suscitem hospitem relinquebat. Malens vitam perdere quam elemosinam Et in pugillo farris: seminarium sibi messis dominice preparauit. Farina seritur et olei capsates nascuntur. In iudea frumenti penuria. granum tritici ibi mortuum fuit. et ingentibus vidue olei fluenta manabant. Legimus in iudith si tamen cui placet volumen recipere. viduam confectam ieiuniis et habitu lugubri sordidatam Que non lugebat mortuum virum sed squalore corporis sponsi querebat aduentum. video armatam gladio manum cruentam dexteram recognosco caput olofernis de mediis hostibus reportatum. vincit viros femina et castitas truncat libidinem habituque repente mutato ad victrices sordes redit. omnibus seculi cultibus mundiores. Quidam imperite et debboram inter viduas memorant. ducemque barath: arbitrantur de borre filium cum aliud scriptura commemorat Nobis adhuc nominabitur. quod prophetissa fuit et in ordine viduarum supputetur Et quia dicere poterat. quam dulcia gutturi meo eloquia tua super mel et fauum ori meo apis nomen accepit scripturarum floribus pascha spiritus sancti odore perfusa et dulces ambrosie succos prophali ore

mortis que signa

persuasiones mulierum nolentium nubere que infra soluuntur

b

c

d

componens. Noemin que nobiscum so-
nat ΠΛΗΡΑ ΚΑΙ ΚΕΝΗ quam in-
terpretari possumus consolatam marito et
liberis peregre mortuis pudiciciam
reportauit in patriam et hoc sustenta-
ta viatico: nurum moabitidem tenuit
ut illud ysaie vaticinium compleretur
Emitte agnum domine dominatorem terre
de petra deserti. Venio ad viduam
de ewangelio viduam pauperculam omni
israhelitico populo diciorem. que accipi-
ens granum synapis et mittens
fermentum in farinam satis tribus
patris et filii confessionem. spiritus sancti
graciam temperauit et duo minuta mi-
sit in gazophilacium. quidquid habere
poterat in substancia sua. Vnius itaque diui-
cias. in utroque fidei sue obtulit testa-
mento. Hec sunt duo seraphim: ter
glorificancia trinitatem et in thezauro
ecclesie condita. unde et forcipe utri-
usque testamenti ardens carbo conprehen-
sus: purgat labia peccatoris. Quid
vetera repetam. et virtutes feminarum
de libris proferam. cum possis multas
tibi ante oculos proponere in urbe qua
viuis. Quarum imitari exemplum de-
beas Et ne videar adulacione per sin-
gulas currere: sufficit tibi sancta marcella
que respondens generi suo aliquid
nobis de ewangelio retulit Anna vii
annis a virginitate sua vixerat cum
marito ista vii mensibus Illa xpi ex-
pectabat aduentum: ista tenet quem
illa susceperat Illa vagientem cane-
bat ista predicat triumphantem Illa lo-
quebatur de eo omnibus qui expec-
tabant redempcionem israhel iste rerum hec
cum redemptis gentibus clamitat frater
non redemet. redimet homo Et in a-
lio psalmo homo natus est in ea. ipse
fundauit eam altissimus Dicio me
ante hoc ferme biennium edidisse libros
contra iouinianum. quibus venientes
e contrario questiones: ubi apostolus conce-
dit secunda matrimonia: scripturarum auc-
toritate contriui Et non necesse est eadem
ex integro scribere. cum possis inde que
scripta sunt mutuari hoc tantum ne modum
egrediar epistole. te admonitam volo
Cogita te cottidie esse morituram
et nunquam de secundis nupciis cogitabis

Incipit epistola sancti Jeronimi presbiteri
ad saluinam consolatoria de nebri-
dio et de viduitate seruanda

Vereor ne officium
putetur ambicio: et quod
illius exemplo facimus
qui ait discite a me quia
mitis sum. et humilis corde: glorie facere
ad pericior dicamur Et non viduam
alloqui et in angustiam constitu-
tam: sed aule nos insinuare regali
et sub occasione sermonis: amiciti-
as potencium querere. Aliquid non puta-
bit: qui fecerit esse preceptum. personam
pauperis non accipies in iudicio: ne sub
pretextu misericordie quod iniustum est iudicemus
vnum quemque non hominum: sed rerum pondere
iudicandum est. Nec diuiti obsunt opes
si eis bene vtatur. nec pauperem egesi-
tas laudabiliorem facit si inter sordes
et inopiam peccata non caueat verum utrumque
nobis testimonium et abraham patri-
archa et cottidiana exempla suppe-
ditant. Quorum alter in summis diuiciis a-
micus dei fuit. Alii cottidie in sceleribus
deprehensi penas legibus soluunt. Al-
loquimur igitur pauperem diuitem
nesciat ipsa que possidet Neque enim
marsupium eius discutimus sed anime
puritatem Loquamur ad eam cuius
faciem ignoramus et virtutes no-
uimus quam vobis fama commendat. Cuius
venerabiliorem pudiciciam ab adoles-
cencia facit que mortem iuuenis ma-
riti sic fleuit ut exemplum coniugii dede-
rit Sic tulit ut eum perfectum crederet
non amissum. Orbitatis magnitudo
religionis occasio fuit Nebridium sum-
sit quem absentem. ut in xpo presentem
nouerit ergo ad eam scribimus. quam ig-
noramus Triplex enim mihi causa est
prima qua pro officio sacerdocii. omnes xpia-
nos filiorum loco diligimus et profectus
eorum nostra est gloria. Altera: quia
patri defuncti intima mihi necessitudine copu-
latus fuit. Extrema que est validior
quod filio meo cum rogatum negare
nichil potui Qui crebris literis me interpella-
tatem duri iudicis superans et multorum
michi ad quos ante scripseram eadem ma-
nu scripseram exempla proponens ita suffu-
dit pudorem negantis: ut plus con-
siderarem quod ille cupit quam quid
me facere conueniret. Alius forsitan
laudet nebridium quod de sorore coniugis
auguste et inter materterae nutritus
sinus inuictissimo principi ita carus
fuit: dissidentem hoc velut obside
sibi fidam redderet. Michi a principio
statim illud est predicandum quod quasi
vicine mortis fistus inter fulgorem pa-
lacii. et honorum culmina: que etatem
ante ibant. sic vixit ut se ad xpm cre-
deret profecturum Sacra narrat historia
cornelium centurionem cohortis italice
tantum acceptum deo ut angelum
ad eum mitteret et omne misterium quod

Marginal notes:

minuta duo mulieris posita in gazophilacio designat duo testamenta

Cogita

b Concordat 1a q. 3 xli di.

Diuicie et paupertas de se non sunt mala

In iudicio non est accipienda persona pauperis uel diuitis sed sola iusticia

c

petrus de carnationis angustijs mi
ferebatur ad spiritus latitudinem. ad
illius mita pertinet. qui prius ab aplo bap
tizatus salutem gentium dedicauit.
Septimum est de eo Erat vir quidam
in cesarea nomine cornelius: centurio
cohortis que dicitur ytalica: religio
sus et timens deum cum omni domo su
a. faciens elemosinas multas plebi
et orans deum semper. Quidquid de illo di
hoc nomine commutato. in nebridio meo
vendico. Sic religiosus fuit et ama
tor pudicitie. vt virgo sortiretur vx
orem. Sic timens deum cum vniuersa do
mo sua ut oblitus dignitatis / omne
consortium cum monachis habet et cle
ricis. Tantas quoque faceret in populis
ut fores eius pauperum ac debilium obsi
derent examina Certe sic semper orans
deum ut illi quod optimum eet eueniret
Raptus est ne malicia mentem eius
immutaret. quia placita erat deo anima
ipsius vnde et ego possim super eo ve
abuti apli voce dicentis In veritate
cognoui quoniam non est personarum acceptor
deus sed in omni gente qui timet deum
et operatur iusticiam acceptus est illi. Sicut
nocuit militanti paludamentum et bal
teus et apparitorum caterue: quia sub
habitu altius alteri militabat Sicut
econtrario nichil prodest alijs vile palli
olum tunica tunica corporis in lumes:
et simulata paupertas: si nominis dignita
tem opibus destruant Legimus et in
euangelio de alio centurione dominum testi
monium. Nec in israhel tantam fidem inueni
Vt ad superiora redeamus. Joseph qui et
in egestate et diuitijs dedit experimenta
virtutum qui seruos et dominos docuit a
nime libertatem secunde post pharao
nem regis ornatus insignibus sic
deo carus fuit ut super omnes patriarchas
duarum tribuum pater fieret Daniel et tres
pueri sic ferant babilonie opibus et e
rant inter principes ciuitatis: ut habitu
nabuchodonosor sed deo mente seruirent
Mardocheus et hester inter purpuras se
ricum et gemmas superbiam humilitate
vicerunt Tantique fuere ut capti victori
bus imperarent. Hec illo tendit oratio ut oste
dam iuuenem meum conditionem rega
lis sanguinis et affluentiam diuiciarum atque
insignia potestatis materiam habuisse vir
tutum. dicente ecclesiaste Sicut protegit
sapientia sic protegit et pecunia. Nec sta
tim illud huic testimonio putemus ad
uersum Amen dico vobis difficile diues
intrabit regnum celorum Et rursum dico
vobis facilius est camelum per foramen
acus transire quam diuitem intrare in regnum

CCxli
a

dei. Alioquin zacheus publicanus quem
ditissimum scriptura commemorat. contra
hanc sententiam saluatus videbitur Sed
quomodo quod apud homines impossi
bile est / apud deum possibile. apli
consilium docet scribentis ad thimotheum
diuitibus huius seculi precipe non superbe sape
re nec sperare in incerto diuiciarum suarum
sed in domino viuo qui prestat nobis omnia
habundanter ad fruendum Benefaci
ant diuites. sint in opibus bonis. fa
cile tribuant communicent. thezaurizent
sibi fundamentum bonum in futurum ut appre
hendant veram vitam. didicimus quo
modo camelus introire possit per fora
men acus quoniam animal tortuosum.
deposito pondere sarcinarum. adsumat
sibi pennas columbe ut requiescat
in ramis que de sinapis semente suc
creuit. legimus in ysaia et camelos
madian et ephan. et saba aurum
et thus ad vrbem domini deportantes
Imo pro horum camelorum israhelite negoci
atores stacten et tymiama et resinam
que nascitur in galaad. et cutes
uulneribus obducit egipcijs defere
bant quoque felicitate sunt ut emant et ve
dant ioseph: et in commercium eorum salus
mundi sit. Docet et hesopi fabula. ple
num huoris ventrem per angustum foramen
egredi non valere Ergo nebridius me
cotidie illud reuoluens qui volunt
diuites fieri incidunt in temptacionem
et laqueum diaboli et desideria mul
ta. quidquid imperatoris largicio et ho
noris infule sibi dederant. in vsus
pauperum conferebat. Nouerat enim adolescen
tie preceptum Si vis perfectus esse vade
et vende omnia que habes et da pau
peribus et veni sequere me Et quia hanc
sententiam implere non poterat habens vx
orem et paruulos liberos et multam
familiam: faciebat sibi amicos de mi
quo mamona qui se reciperent in eterna
tabernacula. Nec simul abiciebat sar
cinam quod fecerunt apli patrem et rete
et nauiculam relinquentes sed ex in
equalitate aliorum inopie suam habun
danciam communicabat: ut postea
illorum diuicie huius indigentiam suste
tarent Scit ipsa cui libellus hic scribitur
me non nota sed audita narrare nec
ex aliquo in me beneficio more grecorum
scriptorum gratiam lingua reddere. procul
auarus ista suspicio. habentes victum
et vestitum hijs contenti simus vbi vile
olusculum et cybarius panis. et aby
potus quoque moderatus ibi diuicie superuacue
ibi nulla adulacio que vel precipue
fructum respiciat. Ex quo colligitur fidele

esse testimonium quod causas non habz
metiendi. Et ne quis me putet so
las in nebridio predicare elemosinas
quasque et has excusse sit magnum: de
quibus dicitur sicut aqua extinguit
ignem: ita elemosina extinguit pec
catum: ad virtutes eius ceteras venia
quas singulas in paucis hominibus
deprehendimus. Quis fornace regis
babilonis sine adustione ingressus
est. Cuius adolescentis egiptia domina
pallium non tenuit. Que uxor ennuchi
nullos erat liberos voluptate insacia
ta. Que hominem disputacio illa non
frenatur. video aliam legem in me
bris meis repugnantem legi mentis
mee et captivum me ducentem in
lege peccati que est in membris meis.
Mirum dictu est multis in palacio ac
maria servituti inter rex omnium habun
danciam in primo etatis flore tante
verecundie fuit ut virginalem pu
dorem vinceret et ne levem quidem
in se ob scenam ruoris fabulam daret
deinde purpuratorum propinquus so
cius. consobrinus id est cum ambobus
studiis eruditus. que res etiam exter
norum mentes sibi galiant. non est in
flatus superbia: non ceteros homines ad
ducta fronte contempsit, sed cunctis a
mabilis, ipsos principes amabat ut
fratres venerabatur ut dominos. et in illorum
salute suam salutem positam fate
batur. Ministros autem eorum et univ
ersum ordinem palatii quo rega
lis frequentabatur ambicio sic sibi
caritate sociarat ut qui inito inferi
ores erant officio se pares arbitrarentur.
Difficile factum est gloriam virtute su
parare et ab hiis diligi quos precedas
Que vidua non huius auxilio susten
tata est. Quis pupillus non in eo repe
rit patrem. Tocius orientis episcopi adhuc
miserorum preces et laboracium desideria
conferebant. Quidquid ab imperatore
poscebat. elemosina in pauperes pau
captivorum: immo in afflictos erat univ
et ipsi principes libenter prestabant
quod sciebat non unum: sed pluribus indul
geri. Quid ultra differimus omnis ca
ro fenum et omnis gloria eius quasi flos
feni. Reversa est terra in terram suam
dormivit in domino et appositus ad patres
suos. plenus dierum et luminis et in
ultis in senectute bona. Cani autem
hominis sunt sapiencia eius: in brevi e
tate complevit tempora multa. Re
mennis parvulo dulcissimos liberos: uxor
heres: pudicitie pariter est. Hebridius
pusio patrem querentibus exhibet. Sic

oculos sic ille manus sic ora ferebat.
Scintilla vigoris paterni: licet in filio
et similitudo morum: per specululum
carnis erumpens ingentes animos
augusto in pectore versat. Jungitur
ei germana rosarum ut liliarum ca
lathus eboris floris hostrique commercium
Sic refert in ore patrem. ut ad venusta
tem propensior sit. Sic in eum mixta
pingit similitudine: ut in uno corpe
utriusque cognoscas. Ita suauis est
et mellitula. ut honor sit omni propin
quorum hanc tenere non dedignatur au
gustus hanc fovere in sinu: regina
letatur. Certatim ad se omnis rapuit
pendet in collo, heret in brachiis sin
gulorum. Garrula atque balbuciens
lingue offensione fit dulcior. habes
igitur salvina quos nutrias: in quibus
virum absentem te uere te credas esse here
ditas domini: filii merces fructus ventris.
pro uno homine duos filios recepisti
auctus est numerus castitatis quidquid
debebas marito redde filiis. Amore
patrum. absentis desideria tempora. Non
est parum apud deum filios educare
Audi apostolum commonentem. vidua eligatur
non minus annorum lx. que fuit unius
viri uxor: in bonis operibus habens testi
monium si filios educavit si hospitalis
fuit si sanctorum pedes lavit. si afflictis
habundanter subvenit. si omne opus bonum
subsecuta est. Didicisti cathologum
virtutum tuarum quod debeas nomini tuo
quibus meritis secundum pudicicie gradum
possideas. Nec te moveat secundum pudici
cie gradum. quod sexagenaria eligatur
vidua et putes adolescentulas ab
apostolo reprobari et te crede eligi ab eo
qui discipulo dixerat nemo adolescen
tiam tuam contempnat. non continenciam
sed etatem. Alioquin. omnes qui ante
lx annos viduate sunt. hac lege accipi
ant maritos Sed quia rudem christi
instituebat ecclesiam et omni ordini pro
videbat precipueque pauperibus: quorum
ei cura cum barnaba fuerat deman
data. illas vult ecclesie opibus sustentari
que propriis manibus non queant labora
re que vere vidue sint. quas et etas
probavit et vita. Heli sacerdos offendit
deum ob vicia liberorum. Ergo e contrario
placatur deus virtutibus eorum si per
manserint in fide et caritate et sanctitate
cum pudicicia. O thimothee te ipsum
castum custodi Absit ut quid sinistrum
michi de te suspicari liceat Sed exha
bundanti lubricam etatem monuisse
pietatis est Que dicturus sum. non ti
bi sed puellaribus annis dicta intellige

de periculo et insecuritate in hac vita

de avibus quibus utuntur vidue

nota

vidua que in delicijs est vivens mortua
est. hoc vas electionis loquitur. et de illo
profertur thezauro qui confidenter
aiebat. An experimentum queritis eius qui
in me loquitur xpus: hoc ille pronunti
at qui libere sub persona sua. fragilita
tem humani corporis fatebatur. Non enim quod
volo bonum hoc operor sed quod nolo ma//
lum. Ideo castigo et in servitutem redi
go corpus meum ne alijs predicans re
probus inveniar. Si ille timet. quis nostrum
potest esse securus: Si david amicus domini
et salomon amabilis eius victi sunt qui
homines ut et ruine eius nobis ad cau//
tionem et penitudinis ad salutem ex
empla preberent quis in lubrica via lap
sum non timeat. procul sint a convivijs
tuis phasides aves crasse turtures et
tagen ionicus et omnes aves quibus am
plissima patrimonia avolant. Nec ideo
te carnibus vesci non putes. si suum. le
porum atque ceruorum: et quadrupedum anima
lium. esculentias reprobes Non enim hec
pecudum mensa sed suavitate gustus
iudicantur. immo ab apostolo dictum omnis
creatura dei bona et nichil reiciendum
quod cum graciarum actione percipitur
Sed idem loquitur. Bonum est non mandu//
care carnem et non bibere vinum Et in
alio loco. Nolite inebriari vino in quo
est luxuria Omnis creatura dei audiat hec
mulieres que sollicite sunt quomodo pla
ceant viris Comedant carnes. que
carnibus serviunt. quarum fervor despu//
mat in coitu Que ligate maritis ge
neracioni hac liberis dant operam
quarum uteri portant fetus carum: et in
testina carnibus impleantur. Tu vero
que in tumulo mariti sepelisti omnio
pariter voluptates que licta purpurisso
et cerusa faciem super feretrum eius
lacrimis diluisti. que pulsa tunicam
nigros quoque calceolos candide vestis et
aurati socci deposicione sumpsisti. nichil
habes necesse aliud: nisi perseverare in ie
iunio. pallor et sordes et gemme tue
sint. plumarum mollicies iuvenilia me//
bra non foveant. Balnearum calor novum
adolescencie sanguinem non incendat
Audi quid ex persona vidue continentis
ethnicus poeta decantet Ille meos pri
mus. qui me sibi iunxit amores abstu
lit. ille habeat secum. servetque sepul//
chro: Si tanti vilissimum vitrum quanti
preciosissimum margaritum. Si communi
lege nature. dampnat opes genti//
lis vidua abicit voluptates: quid ex
pectandum est a vidua xpiana. que
pudiciciam suam non solum ei debet qui
defunctus est sed ei cum quo regnatura

est. Queso te ne generalia monita: et
convenientis puellari sermo persone sus
picione tibi iniurie moveant et arbi
treris me obiurgantis animo scribere. non
timentis cuius votum est nescire que me
tuo. Tenera res in feminis fama pudicicie
est. Quasi flos pulcherrimus cito ad
levem marcescit auram. levique flatu
corrumpitur. Maxime ubi etas consentit
ad vicium et maritalis deest auctoritas
cuius umbra: tutamen uxoris est. Quid
facit vidua inter familie multitudinem
inter ministrorum greges quos nolo ut
contempnat ut famulos sed ut viros
erubescat. Certe si ambiciose domus
hec officia flagitant. preficiat hijs se
nem honestis moribus cuius honor domine
dignitas sit. Scio multas clausis ad
publicum foribus. non caruisse infa
mia servulorum quos suspectos faciebat
aut cultus impudicus aut crassi cor//
poris in cor aut etas apta libidini aut
ex consciencia amoris occulti securus a//
nimi tumor: qui etiam bene dissimu
latus frequenter erumpit in publicum.
et conservos quasi servos despicit. hoc
ex habundancia dicam sit. ut omni dili
gencia custodias cor tuum et caveas quic
quid de te fingi potest Non ambulet iuxta
te calamistratus procurator non istrio fract//
tus in femina. non cantoris diaboli ve//
nenata dulcedo non iuvenis volsus et
nitidus. Nichil artium scenarum nichil ti
bi in obsequijs molle iungatur. habe
to tecum tui sexus solatia Ex ancillarum
quoque moribus domine iudicantur. Certe
cum tecum sancta sit mater et lateri tuo
amita hereat virgo perpetua. non debes
periculose extraneorum consorcia querere
deteriorum societate secura. Semper in
manibus tuis divina sit lectio et tam
crebre orationes ut omnes cogitacionum
sagitte quibus adolescencia percuti solet
huiuscemodi clippeo repellantur. diffici
le est quin potius impossibile. perturba
cionum carere quempiam. quas significa
cantius greci. Il po Il a Ei a c vocant
Nos ut verbum verbo exprimamus ebbo: An
passiones possumus dicere. eo quod mice
tina viciorum omnium titillent animos et quasi
in meditullio: mentium iudicium sit vel a
bicere cogitata vel recipere Unde et
natiuo dominus in evangelio loquebatur. de
corde enim exeunt cogitaciones male homi//
cidia adulteria fornicaciones: furta
falsa testimonia. blasphemie Ergo quod
perspicuum est iuxta alterius libri testimo
nium proclivum esse cor hominis a puericia
ad malum et inter opera carnis et spiritus que

paulus enumerat. mediam etiam fluc-
tuare inter hec inter illa cupientem sed a
viciis nemo sine nascitur. Optimus ille
est qui minimis urguetur. velut si egre-
gio inspersos reprehendas in corpore
nevos. hoc est quod aliis verbis propheta
significat. Turbatus sum usquequaque et
non sum locutus. Et in eodem volumine
Irascimini: et nolite peccare. Et illud
archite tarentini ad villicum negligentem
Jam te verberibus enecassem. nisi ira-
tus essem. Ira enim viri iusticiam dei non
operatur. Quod de una perturbacione
dictum est: referamus ad cetera. Si-
cut irasci hominis est. et iram non per-
ficere christiani: sic omnis caro concupis-
cit quidem ea que carnis sunt et qui-
busdam illecebris ad mortiferas ani-
mam voluptates trahit. Sed nostrum est
voluptatis ardorem. maiore christi amore
restringere et lasciviens iumentum
frenis inedie subiugare: ut non libi-
dinem. sed cibos querat ac desideret
et sessorem spiritum sanctum. moderato atque
composito portet incessu. Quorsum
ista. ut hominem te esse noveris et
passionibus humanis nisi caveas subia-
cere. de eodem luto facti sumus
luto: isdem compacti exordiis et in se-
curo et in pannis eadem libido dominatur.
Nec regum purpuras timet. nec me-
dicos spernit squalores. Multoque melius
est stomachum dolore: quam mente. Im-
perare corpori quam servire. gressu
vacillare: quam pudicicia. Nec statim no-
bis penitentie subsidia blandiantur
que sunt infelicium remedia. Caveto ne
est vulnus. quod dolore curatur. A-
liud est integra nave et salvis mer-
cibus portum intrare salutis: Aliud
nudum herere tabule et crebris fluc-
tuum cursibus ad asperrima saxa collidi.
Sciat vidua digamie indulgentiam
nec novit illud apostoli melius est nube-
re quam uri. Tolle quod peius est uri. et
per se bonum non erit nubere. Procul he-
reticorum calumpnie. Scimus honorabi-
les nupcias et cubile immaculatum. Eci-
am de paradiso expulsus adam unam
uxorem habuit. Primus lamech. ma-
ledictus et sanguinarius. et de cain
stirpe descendens. unam costam divisit
in duas et plantarium digamie pri-
mus diluvii pena subvertit. unde
illud apostoli quod fornicationis metu in-
dulgere compellitur scribens ad thimo-
theum volo adolescentulas nubere
filios procreare matres familias esse
nullam occasionem dare adversario
detractionis causa. Et cur indulserit

statim subiecit. Jam enim quedam declina-
verunt post sathanan. Ex quo intelli-
gimus illum non stantibus coronam sed
iacentibus manum porrigere. Vide qua-
lia sint secunda matrimonia que lupana-
ribus preferuntur. quia declinaverunt quedam
post sathanan. Ideo adolescentula vi-
dua que se non potest continere. vel non vult
maritum potius accipiat quam diabolum
pulchra inmixto. et appetenda res
que sathane comemoratione suscipitur.
Fornicata est quondam et ierusalem
et divaricavit pedes suos omni transeunti
In egipto primum deviginata est. et
ibi fracte sunt mamme eius. Cumque
ad deserta venisset: et moram moysi
ductoris inpatiens. quasi estu libidi-
nis furibunda dixisset: isti sunt dii tui
israel: qui te eduxerunt de terra egipti
accepit precepta non bona. et iustifica-
tiones pessimas. in quibus non viveret
sed puniretur. Quod ergo mirum
si et lasciventibus viduis: de quibus
in alio loco apostolus dixerat. cum luxuri-
ate fuerint in christo nubere volunt ha-
bentes dampnationem. quia primam
fidem irritam fecerunt: concessit bi-
gamie precepta non bona et iustifica-
tiones pessimas. Ita secundum indulgens
maritum. et tercium et si libet et vice-
simum. ut scirent sibi non tam maritos
datos: quam adulteros amputatos. Hec
filia in christo karissima inculco et crebrius
repeto. ut posteriorum oblita: in priora
te extendas habens tui ordinis quas
sequaris. Judith de hebrea historia
et annam filiam phanuelis de euangelii
claritate que diebus et noctibus ver-
sabatur in templo et orationibus atque
ieiuniis thezaurum pudicicie conserva-
bat. unde et altera in typo ecclesie dy-
abolum capite truncavit altera salva-
torem mundi suscepit sacramentorum co-
scia futurorum. Illud in calce sermonis
queso. ut brevitatem libelli non de
inopia eloquii vel de materie sterili-
tate sed de pudoris magnitudine esti-
mes accidisse non vereor ignotis re-
medium ingerere auribus et occultum
iudicium legencium pertimesco. Epistola Sancti
Jeronimi ad ageruchiam de Monogamia

In veterem illa (veteri via)
novam semitam que-
rimus: et in antiqua de-
tritaque materia rude-
ratis (?) cogitamus ele-
ganciam: ut nec eadem sint. vini
iter et perveniendi quo cupias multa
compendia. Sepe ad viduas scripsimus

et in exhortatione castitatis multa de scripturis sanctis exempla repetens. varios testimoniorum flores in unam pudicitie coronam texuimus. Sicut ad Ageruchiam nobis sermo est que quodam vaticinio futurorum. ac dei providentis auxilio nomen accepit. quam avie matris. amiteque probatarum in christo feminarum nobilis turba circumstat. Quarum avia metronia per xl annos vidua perseverans. Annam nobis filiam phanuelis de evangelio retulit. Benigna mater quercum et decimum implens viduitatis annum centenario virginum choro cingitur. Soror celerini patris ageruchie que parvulam nutrivit infantem: et in suo natam suscepit gremio per annos xi xx mariti solatio destituta erudit neptem quod a matre didicit. Hec brevi sermone perstrinxi

d

ut ostendam adolescentulam meam non prestare monogamiam generi suo sed reddere: Hec tamen laudanda esse se prebuat que omnibus expectanda si negare tentaverit. Post tantum posthumus eius simplicius nomine patris referat et nulla sit excusatio deserte ac sine herede domus sub quorum patrocinio interdum sibi libido blanditur ut quod propter intemperantiam suam faciunt videantur facere desiderio liberorum. Sed quid ego quasi ad retractantem loquor. tamen audiam eam multos palatii proceres ecclesie vitare presidio. Quos certatim diabolus inflammat ut vidue nostre castitatem probent. Quam et nobilitas et forma et etas et opes faciunt cunctis appetibilem ut quanto plura sunt que impugnant pudicitiam tanto victrias maiora sint premia. Et quia nobis de portu egredientibus quasi quidam scopulus opponitur ne possimus ad pelagi tuta decurrere et apostoli pauli scribentis ad thimotheum profertur auctoritas. in qua de viduis disputans ait volo autem iuveniores nubere. filios procreare. matres familias esse nullam occasionem dare adversario maledicti gratia. iam enim quedam abierunt retro post satanam. oportet primum sensum tractare precepti et omnem loci huius continentiam discutere atque ita apostoli vestigiis insistentem ne tilluscirum quidem ut dici solet unguem in partem alteram declinarem. Superius sepserat: qualis vidua esse deberet unius viri uxor que liberos educavit que

CCxliiii
a

in bonis habuit testimonium que tribulantibus de sua substantiola subministravit: cuius spes deus est et que permanet in obsecratione et orationibus nocte ac die. post que iungit contraria

Quod autem in deliciis est vivens mortua est. Statimque infert. ut discipulum suum omni muniat arte doctrine. Adolescentiores autem viduas devita. que cum luxuriate fuerint. in christo nubere volunt habentes dampnationem quod primam fidem irritam fecerunt. propter has igitur que fornicate sunt in iniuriam viri sui christi. hoc enim καταστρηνιάσωσι grecus sermo significat vult apostolus alterum matrimonium preferens digamiam fornicationi. secundum indulgentiam dumtaxat non secundum imperium. Singulorumque testimoniorum verba trutinanda sunt volo inquit adolescentulas nubere Cur queso. Quia nolo adulescentulas fornicari. procreare filios Quam ob causam. Ne metu partus et adulterii filios necare cogantur. Matres familias esse Quare obsecro. Quia multo tollerabilius est digamum esse quam scortum. Secundum habere virum quam plures adulteros In altero enim miseriarum consolatio in altero pena peccati est. Sequitur nullam occasionem dare adversario maledicti gratia. In quo brevi atque conciso precepto multa simul monita continentur. ne propositum vidue. exquisitior cultus infamet. ne oculorum nutibus et hilaritate vultus. iuvenum post se greges

b

trahat ne aliud verbo. aliud habitu polliceatur. et conveniat ei versiculus ille vulgatus. Risit et arguto quiddam promisit ocello. Atque ut omnis nubendi causas brevi sermone concluderet cur hoc precepisset ostendit dicens Iam enim quidam abierunt retro post sathanam. Ideo ergo secunda et si necesse est tercia incontinentibus aperit matrimonia ut sathane abstrahat. ut magis mulierem qualiscumque viro iunctam faciat esse quam diaboli. Sed et ad Chorinthios tale aliud loquitur. Dico autem innuptis. et viduis Bonum est illis si sic permanserint ut ego Si autem se non continent. nubant. Melius est enim nubere quam uri. Alioquin absolutum bonum est et sine comparatione peioris esse quod apostolus id est solutum non ligatum. nec servum sed liberum cogitantem. ea que dei sunt non ea que uxoris. Et protinus in consequentibus Mulier inquit alligata viro quanto diu vir eius vivit. Quod si dormierit vir eius libera est. cui vult nubat tantum in domino. Beatior autem erit si sic permanserit secundum meum consilium puto autem quod et ego spiritum dei habeam Et in hoc idem sensus quia idem spiritus est. diverse epistole sed unus auctor epistolarum. Vivente viro: mulier alligata est Et mortuo soluta Ergo matrimonium

vinculum est et viduitatis solutio. Uxor alligata est viro et vir alligatus est uxori in tantum ut sui corporis non habeant potestatem: et alterutrum debitum reddat. Non possunt habere pudicitie libertatem qui serviunt dominatui nuptiarum. Quodque addidit tantum in domino amputat ethnicorum coniugia: de quibus et in alio loco dixerat. Nolite iugum ducere cum infidelibus. Que enim participatio iustitie cum iniquitate. Aut que societas luci cum tenebris. Que conventio Christi cum belial. Aut que pars fideli cum infideli. Qui consensus templo dei cum ydolis. Non seminetur ager noster ex vario semine [?], ne tunica nuptialis vario sit texta subtemine. Exemplo quoque tollit quod concesserat et quasi peniteat eum sententie sue retrahit. Beatior erit si sic permanserit. Simulque hoc magis esse consilii quod ne contempnatur ut hominis, spiritus sancti auctoritate confirmat. Ut non indulgens homo fragilitati carnis humane, sed apostolus sancto spiritu precipiens audiatur. Nec sibi in eo annorum puellarum debet vidua blandiri, quod non minus sexagenaria electione precipit. Neque enim innuptas vel iuvenculas cogit ut nubant, qui de nuptiis quoque loquitur: tempus breve est. Et sequitur: est ut et qui habent uxores sic sint quasi non habeant. Sed de his viduis disputat, que suorum nutriuntur alimentis, que filiorum et nepotum cervicibus imponuntur. Quibus imperat ut discant domum suam regere et remunerare parentes. Sufficienter eas praebere ut non gravetur ecclesia et possit veris viduis ministrare. De quibus scriptum est honora viduas que vere vidue sunt, hoc est que omni auxilio suorum destitute, que manibus suis laborare non possunt, quas paupertas debilitas etasque confiat, quibus deus est spes et omne opus oratio. Ex quo intelligi datur adulescentulas viduas exceptis his quas excusat infirmitas, vel suo labori vel liberorum ac propinquorum ministerio delegari. Honor autem in presentiarum vel pro elemosina vel pro munere accipitur. Ut est illud: presbiteri duplici honore digni habeantur. Maxime qui laborant in verbo et doctrina. Et in evangelio dominus disserat mandatum legis in quo dicitur: honora patrem tuum et matrem tuam, non in verborum sono qui inopia parentum cassa potest adulatione frustrari, sed in victus necessariis ministrandis debere intelligi. Iubente enim deo ut filii alerent parentes pauperes et redderent

beneficia senibus que parvuli acceperant, scribe et pharisei e contrario docebant filios ut parentibus responderent: corban. Hoc est donum quod altari pollicitus sum et in templi dona promisi si tu a me non accepis cibos: vertetur in tuum refrigerium. Atque ita fiebat ut egentibus patre et matre sacrificium offerret filii quod sacerdotes scribeque consumerent. Si ergo apostolus Paulus pauperes viduas cas[?] tunc que adulescentule sunt et nulla debilitate franguntur, cogit suis manibus laborare ne gravetur ecclesia et possit anus viduas sustentare, qua excusatione utetur que opibus indiget[?], fluit que potest etiam aliis ministrare et iniquo mamona facere sibi amicos qui possint eam in eterna recipere tabernacula. Simulque consideret quod vidua non eligatur nisi unius viri uxor. Et nos putabamus sacerdotum hoc tantum esse privilegium ut non admittatur ad altare nisi qui unam habuerit uxorem. Non solum enim ab officio sacerdotii digamus excluditur, sed et vidua ab elemosina ecclesie, dum indigna putatur stipe que ad secunda coniugia devoluta est. Quamquam in lege sacerdotali teneatur et laycus, qui talem se prebere debet ut possit eligi in sacerdotium. Non enim eligitur si digamus fuit. Porro eliguntur et layci sacerdotes: ergo et laycus tenetur mandato per quod ad sacerdotium pervenitur. Aliud est quod vult apostolus, aliud quod cogitur velle. Ut concedat secunda matrimonia mee incontinentie, non illius voluntatis. Vult omnes homines esse sicut seipsum, et ea cogitare que dei sunt, et solutos nequaquam ultra alligari. Sed si prolabentes per incontinentiam ad barathrum stupri viderit, per nemore[?] digamie porrigit manum, ut cum una magis quam cum pluribus volutentur. Quod nequaquam amare dictum et contra apostoli regulam secundus impetrator exaudiat. Due enim sunt apostoli voluntates: una qua precipit: dico autem innuptis et viduis bonum est illis si sic permanserint sicut ego. Altera qua indulget: si autem non se continent, nubant. Melius est enim nubere quam uri. Primum quid velit, deinde quid cogatur velle, demonstrat. Vult nos permanere post nuptias sicut seipsum, et proposite beatitudinis apostoli proponit exemplum. Si autem viderit nos nolle quod ipse vult, incontinentie nostre prebuit indulgentiam. Quam e duabus eligimus voluntatem: quod magis vult et quod per se bonum est, an quod mali comparatione

sit levius Et quodamodo nec bonum
est / quia pfertur malo Ergo qui eli-
gimus quod apostolus non vult / sed velle
compellitur. immo acquiescit deteriora
incipientibus: non apostoli sed nostram facimus
voluntatem Legimus in veteri testamento
pontifices semel maritos: et filias
sacerdotum si vidue fuerint: vesci debere
de sacerdotalibus cibis mortuusque sicut
patri et viro sit exhibendum in feri-
arum officium. Quum autem alios viros
acceperint alienas eas et a patre et a
sacrificiis fieri. et inter extraneas debere
reputari. Quod quidem observat
et gentilitas in condempnationem nostri
si hoc non exhibeat veritas xpo. quod
tribuit mendacium diabolo. qui et casti-
tatem repperit perditricem Ierophan-
ta apud athenas eviraat virum et eter-
na debilitate fit castus. Flamen
unius uxoris ad mittitur ad sacerdotium
Flaminica quoque unius mariti uxor
eligitur ad thauri egiptii sacra. nemo
semel maritus adsumitur Ut omittam
virgines veste et appollinis atque athine
et diane ac minerve que perpetua
sacerdotii virginitate marcescunt. stri-
gam breviter reginam carthaginis
que magis ardere voluit. quam iarbe
regi nubere. Et hasdrubalis uxo-
rem que apprehensis utrisque manu li-
beris in subiectum se precipitavit ince-
dium. ne pudicicie dampna sentiret
Et lucreciam que amissa gloria castita-
tis noluit pollute consciencie supervivere
Et ne multa longo sermone contex-
am que potes de primo contra iovi-
nianum volumine medifitatione
tua sumere unum tamen quod in patria
tua gestum est referam / ut scias pudici-
ciam etiam barbaris ac feris et
sanguinariis gentibus esse venerabilem
Gens theuthonum ex ultimis oceani
atque germanie profecta litoribus: omnes
gallias inundavit. Sepiusque cesis
romanis exercitibus apud aquas sextias
mario pugnante separata est. Quorum
trecente matrone cum aliis se viris
captivitatis condicione tradendas
esse didicissent. primum consulem deprecate
sunt ut templo cereris ac veneris
in servicium traderent. Quod cum non
impetrarent submovente eas lictore
cesis parvulis liberis mane mortue
sunt reperte suffocatis laqueo fauci-
bus: et mutuis complexibus se te-
nentes. Quod igitur barbare casti-
tati non potuit inferre captivitas
hoc matrona nobilis faciat et ex-
pectet alterum virum: que priorem aut

malum experta est. ut rursum contra iu-
dicium dei facere mitaz. Quod si statim
secundum perdiderit: sortietur et tercio: Et
si ille dormierit / in quartum. quintumque
procedat: non sit ut quo a meretricibus
differat / Omni ratione vidue providen-
dum est / ne castitatis primos excedat
limites. Quod si excesserit et vere-
cundiam super matronalem in omnem
debacchabitur luxuriam: ita ut prophetam
mereatur audire dicentem. Facies
meretricis facta est tibi. impudorata
es tu. Quod igitur: dampnamus secunda
matrimonia. Minime. Sed prima lau-
damus. Abicimus de ecclesia digamos
absit Sed monogamos ad continentiam
provocamus In archa noe non solum mun-
da sed et inmunda fuerunt animalia
habuit et homines habuit et serpen-
tes. In domo quoque magna. diversa
vasa sunt. alia in contumeliam est et
cratera ad bibendum est et matula
ad secreciora nature Nam cum se-
mentem terre bone centesimum et sex-
agesimum et tricesimum fructum evangelium
doceat. et centenarius pro virginita-
tis corona primum gradum teneat sexa-
genarius pro labore viduarum in secundo nu-
mero: tricenarius federa nupti-
arum ipsa digitorum coniunctione tes-
tetur. digamia in quo erit numero
Immo extra numerum Certe in bona terra
non oritur sed in vepribus et spinetis
vulpium que herodi impiissimo compa-
rantur / ut in eo se putet esse laudabi-
lem si scortis melior sit: si publicarum
libidinum victimas superet. si uni prostitu-
ta non pluribus. Dicturus sum rem incre-
dibilem. multorum testimoniis adpro-
batam. Ante annos plurimos cum in carta-
ecclesiasticis iuvarem damasum romane
urbis episcopum et orientis atque occidentis
sinodicis consultacionibus respon-
derem: vidi duo inter se paria vilissimorum
e plebe hominum comparata. unum qui xx
sepelisset uxores alteram que vicesimum
secundum habuisset maritum extremo sibi
ut ipsi putabant matrimonio copula-
tos. Summa omnium expectatio virorum
pariter ac feminarum post tantos rudes
quis quem primum efferret. Vicit maritus
et totius urbis populo confluente coro-
natus et palmam tenens. adorans que
per singula. succlamantes uxores multi-
nube feretrum precedebat Quid dicimus
tali mulieri. Nempe illud quod dominus sa-
maritane. viginti duos habuisti ma-
ritos. et istum aquo nunc sepelieris non
est tuus Itaque obsecro te religiosa in
xpo filia ut testimonia ista non novis

CCxliij.
a

histo de mul. theuthonorum mulieribus ... castitatis ...

quibus in continentibus et miseris subue-
nitur. Sed illa pocius lectites quibus pu-
dicitia coronatur. Sufficit tibi quod
perdidisti primum virginitatis gradum et
per tercium venisti ad secundum id est per officium co-
niugale ad viduitatis continenciam. Exter-
na immo abiecta ne cogites nec alie-
na et longe posita exempla perquiras
habes auiam matrem amitam. Quarum
tibi habundans imitacio atque doctrina
et precepta vincendi norma virtutum est.
Si enim multe in coniugio viuentibus
adhuc viris intelligunt illud apostoli omnia
licent sed non omnia expediunt: et castrant
se propter regna celorum vel a secunda nati-
uitate post lauachrum ex consensu
vel post nuptias ex ardore fidei. cur
vidua que iudicio dei virum habere desi-
nit non illud et habundet et congemi-
net. Dominus dedit dominus abstulit ut obla-
tam occasionem arripiat libertatis
et sui corporis habeat potestatem ne
rursum ancilla fiat hominis. Et certe
multo laboriosius est non frui eo quod
habeas: quam desiderare quod ami-
seris. Vnde et virginitas meo facilior
est. qui carnis incentiua non nouit et
viduitas in illo sollicitior quod preteritas
animo recolit voluptates. Maxime
si se putet virum perdidisse non premisisse.
Quorum alterum doloris. alterum gaudii est.
Prima hominis creatura nos doceat
plures nuptias refutare. vnus adam
et vna eua. Immo vna ex eo costa
separatur in feminam. Rursumque quod
diuisum fuerat: nuptiis copulatur
dicente scriptura. Erunt duo in carne
vna. Non in duas nec in tres. propter
quod relinquet homo patrem et matrem
et adherebit vxori sue. Certe non
vxoribus. Quod testimonium paulus
edisserens: ad christum refert ut ad ec-
clesiam vt et primus adam in carne
et secundus in spiritu monogamus sit.
Sit vna eua mater cunctorum viuencium
et vna parens ecclesia omnium christianorum.
Sicut illam maledictus lamech: in
duas diuisit vxores: sic hanc here-
tici in plures ecclesias lacerant. Que
iuxta apocalipsim Johannis. synago-
ge magis diaboli appellande sunt
quam christi conciliabula. Legimus in can-
ticorum libro. Sexaginta sunt regine
et lxxx concubine et adolescentule
quarum non est numerus. vna est co-
lumba mea perfecta mea. vna est
matris sue electa genitrici sue. Ad quam
scribit Johannes epistolam. Senior electe
domine et filiis eius. Sed et archam
quam petrus apostolus sub typo interpretatur

ecclesie: noe cum tribus filiis. singulas
non binas vxores introduxit. Etiam de
inmundis animalibus bina sumuntur
masculus et femina: ut ne in bestiis
quidem serpentibus corcodrillis. ac
lacertis. digamia haberet locum. Quod
si de mundis septena ponuntur. id est im-
paria et hoc virginitatis ac pudicicie
palma monstratur. Egressus enim de
archa noe. deo victimas inmolauit.
non vtique de pari sed de impari numero
quia alterum fetibus atque coniugio: alterum
sacrificio preparatum est. Et patriarche
non singulas habuerunt vxores. im-
mo et concubinas habuere plurimas. Et
ne hoc parum sit dauid multas. et sa-
lomon habuit innumerabiles. Judas
ad thamar quasi ad scortum ingreditur.
et iuxta occidentem litteram. osee propheta
non solum meretrici sed adultere co-
pulatur. quod si et nobis iure conceditur
adhinniamus ad omnes feminas. et
in exemplum sodome et gomorre. ab
vltima die deprehendamur vendentes
et ementes. nubentes. et nuptum tra-
dentes: et tunc sit finis coniugii quando finis
mundi vite. Quod et post diluuium: et
ante diluuium. viguit illa sentencia crescite
et multiplicamini et replete terram.
quid ad nos: in quos fines seculorum
decucurrerunt: Quibus dicitur tempus
breue est. Et iam securis ad radicem
arboris posita est: que siluam legis et
nuptiarum: euangelica castitate succidit.
Tempus amplexandi et tempus lon-
ge fieri ab amplexibus. Jeremias cap-
tiuitate propinqua. vxorem prohibetur
accipere. Ezechiel in babilone. mor-
tua est inquit vxor mea: et apertum
est inquit os meum. Nec dicturus vx-
orem: nec ille qui duxerat posset in o-
pere coniugali libere prophetare. Olim
glorie erat illum audire. Sicut tu. filii
tui sicut nouellacio oliuarum: in circui-
tu mense tue. et videas filios filiorum
tuorum. Nunc de continentibus dicitur.
Qui adheret domino vnus spiritus est. Et
adhesit anima mea post te: me sus-
cepit dextera tua. Tunc oculum pro oculo
nunc verberanti maxillam prebemus
et alteram. Illo tempore bellatoribus
dicebatur. accingere gladio tuo super
femur tuum potentissime. modo audit
petrus. conde gladium tuum in vaginam
suam. Qui enim gladio percusserit gla-
dio morietur. hec dicimus non separantes
legem et euangelium ut marcion calump-
niatur. Sed vnum atque eundem suscipien-
tes deum qui pro varietate temporum
atque causarum principium et finis est.

Serit ut metat: plantat ut habeat quod succidat Jacit fundamentum. ut edificationi consumato seculo culmen imponat. Alioquin si ad sacramenta veniamus. et futurorum typos: non meo arbitrio sed apostolo disserente consideremus: agar et sara: montes syna et syon. duo instrumenta significant. lia lippientibus oculis. et rachel quam iacob amabat plurimum: synagogam ecclesiamque testantur. unde et anna prius sterilis fenenne ubertate fecundior est. Licet et monogamia in ysaac rebecca precesserit. cuius solius partus domini revelatio est Nec ulla alia feminarum. deum per se ipsam consuluit Quid loquar de thamar. que esron et phares geminos fudit infantes In quorum nativitate divisa macheria duos populos separavit et ligata manus coccino conscientiam Iudeorum iam tunc christi passione respersit Et de scorto prophetico: cuius similitudo vel ecclesiam de gentibus congregatam significat: vel quod ipsi loco magis convenit. synagogam primum assumptam de ydolatriis per abraham et moysen deinde post adulterium et negationem salvatoris. sedentem plurimo tempore sine altari sacerdotalibus: atque prophetis et prophetiis viri pristini in consortium prestolatem ut postquam subintraverit plenitudo gentium: tunc omnis israel salvus fiat: Quasi in brevi tabella latissimos terrarum situs ostendere volui ut pergam ad alias questiunculas: quarum prima est de anime consilio Sola ne perpetua merens carpere Nec dulces natos veneris nec premia noris: Id cinerem aut manes credis curare sepultos. Cui breviter respondeat ipsa que passa est Tu lacrimis evicta meis. tu prima furentem his germana malis oneras atque obicis hosti Non licuit thalami expertem sine crimine vitam degere more fere tales nec tangere curas: Non servata fides cineri promissa sicheo. Proponis in gaudia nuptiarum ego tibi opponam pyram gladium et incendium Non tantum boni est in nuptiis quod speramus quantum mali quod accidere potest et timendum est. Libido insaciata semper sui relinquit penitudinem: numquam saciatur et extincta reaccenditur usu crescit et deficit nec rationi paret. que impetu ducitur Sed dices Ample opes dispensator rei familiaris egerit auctoritas viri Scilicet perierunt domus celibum et nisi cum servulis tuis ipsa servieris. familie tue imperare non poteris Avia tua matertera et amitam none auctoritatis pristine honoris atque maioris sunt. Dum eis et tota provincia: et ecclesiarum principes susceperunt Ergo milites et peregrinantes sine uxoribus sua hospitiola non regunt et nec civitatis ad convivia nec civitatum. Quasi non possis probate etatis habere famulos vel libertos: in quorum nutrita es manibus qui presint domui tue ad publicum respondeant. tributa persolvant qui te suscipiant ut matronam diligant ut alumnam. venerentur ut sanctam. Quere primum regnum dei et hec omnia apponentur tibi. Si de veste cogitavis: lilia tibi de euangelio proponuntur Si de cibo remitteris ad aves: que non serunt neque metunt. et pater tuus celestis pascit illas. Quante virgines et vidue: absque ulla sorde rumoris sua substanciolam gubernarunt. Cave ne iungaris adolescentibus ne hiis adhereas per quos apostolus concedit secunda matrimonia et sustineas in media tranquillitate naufragium Si thymotheo dicitur adolescentiores viduas devita et iterum anus ut matres adolescentulas ut sorores cum omni castitate: quare tu me commonentem non audias Fuge personas in quibus potest male conversationis esse suspicio Nec paratum habeas illud e vestigio Sufficit michi conscientia mea non curo quid de me loquantur homines Et certe apostolus providebit bona non solum coram hominibus ne per illum nomen dei blasphemaretur in gentibus. habebat utique potestatem. sorores mulieres circumducendi sed nolebat se iudicari ab infideli conscientia. Et cum posset de euangelio vivere diebus ac noctibus laborabat manibus suis ne quem gravaret credentium Si scandalizat inquit esca fratrem: in eternum carnem non manducabo. Dicamus et nos Si scandalizat soror illa vel frater. non unum vel alterum sed totam ecclesiam nec sororem videbo nec fratrem Melius certe familiaritatem minui. quam anime salutem perire Quod velimus nolumus aliquando periculum est quam id amittere pro quo omnia dimittenda sunt Quis nostrum non dicam cubitum quod enorme est. sed unius unciole decimam partem adicere potest ad staturam suam Et solliciti sumus quid manducemus aut quid bibamus Nec cogitemus ergo de crastino sufficit diei malicia sua Jacob fugiens fratrem magnus in patris domo diviciis derelictis nudus perfugit mesopotamiam Et ut nobis fortitudinis sue preberet exemplum: lapide capiti supposito. vidit

CCxlvii a

scalam ad celum usque subrectam et dominum
innitentem super eam. Quam ascende-
bant angeli et descendebant ut nec
peccator desperet salutem nec iustus
in sua virtute securus sit. Atque ut multa
pretermittam. neque enim tempus est ut assumptis
testimoniis omnia disseram. post annos
xx. dives dominus et pre ditior. qui dudum
iordanem in baculo transierat. cum tribus
turmis gregum in patriam revertitur.
Apostoli toto urbe peregrini. non es in zona
non virgam in manu. non caligas habu-
ere in pedibus. Et tamen dicere poterant
Nichil habentes et omnia possidentes
et aurum et argentum non est nobis quod
autem habemus hoc tibi damus. In
nomine ihesu christi surge et ambula. Non
enim erant divitiarum sarcina pregravati
et ideo stantes cum helya in foramine
petre per angustias acus transire pote-
rant. et posteriora domini contemplari
Nos vero ardemus avaritia et contra
pecunias disputantes aurum sinu ex-
pandimus. et nichil que nobis satis est.
Et illud quod de megarensibus dicitur
: nire miserus coaptum pot. Edificant
quasi semper victuri vivunt quasi alia
die morituri. Et hec facimus quia deum
verbis non credimus quia etas optata cun-
tis non vicina mortis que debetur mor-
talibus lege nature. sed cassa spe an-
norum nobis spatia pollicetur. Neo
enim tam fractus viribus et sit decrepite
senectutis est. ut non se putet unum ad-
huc annum esse victurum. unde subre-
pit oblivio conditionis sue. ut terrenum
animal et iam iamque solvendum erigatur
in superbiam et animo celum teneat. verum
quid ago. Fracta navi de mercibus
disputo. Qui tenebat de medio fit. et
non intelligimus appropinquare antichristum
quem dominus ihesus interficiet spiritu oris sui
Ve pregnantibus et nutrientibus in illa
die. Quorum utrumque de fructibus impe-
ratum et promam pauca per tirram. Quod
rari hucusque residemus non nostri meriti
sed domini misericordie est. Innumerabiles et fero-
cissime nationes universas gallias occu-
parunt. Quicquid inter alpes et pyreneum
est quod oceano et reno concluditur.
quadus wandalus sarmata. alani
gepides heruli saxones burgundio-
nes alamanni et o lugendam rem publi-
ca hostes pannonii vastaverunt Et
enim assur venit cum illis Mogontiacum
nobilis quondam civitas capta atque sub-
versa est et in ecclesia multa milia ho-
minum trucidata. Vangiones longa
obsidione deleti. Remorum urbs prepotens

Ambiani. Atrabate extremique homi-
nes morini. tornacus nemetes. Argento-
ratus translate in germaniam equitanie
novemque populorum lugdunensis et nar-
bonensis provincie preter paucas urbes
cuncta populata sunt. Quas et ipsas fo-
ris gladius intus vastat fames. Non
possum absque lacrimis tolose facere men-
tionem. Que et hucusque non rueret. sancti
exuperii episcopi merita prestiterunt. Ipse hispa-
nie. iam iamque perituri cottidie contremi-
scunt: recordantes inruptionis cim-
brice et quicquid alii semel passi sunt
ille semper timore patiuntur. Cetera taceo
ne videar de dei desperare clementia.
Olim a mari pontico usque ad alpes iuli-
as non erant nostra que nostra sunt et per an-
nos xxx fracto danubii limite in me-
diis romani imperii regionibus pug-
nabatur. Aruerunt vetustate lacrime.
preter paucos senes. omnes in captivitate
et obsidione generati non desiderabant quam
non noverant libertatem. Quis hoc
crederet. que digno sermone historie
comprehendent: romam in gremio suo non
pro gloria. sed pro salute pugnare. Immo
ne pugnare quidem. sed auro et cuncta
suppellectili vitam redimere. Quod
non vitio principum qui vel religiosissimi
sunt sed scelere semi barbari accidit pro-
ditoris. Qui nostris contra nos opibus
armavit inimicos. Eterno quondam
dedecore romanum laborabat imperium
quod gallis cuncta vastantibus. fusoque
apud alliam exercitu roma brennus intrassent
Nec pristinam abolere poterat ignomi-
niam: donec et gallias genitale gal-
lorum solum. et gallo greciam. in qua
consederant occidentis orientisque vic-
tores: suo imperio subiugassent. Ha-
nibal de hispanie finibus orta tempes-
tate cum vastasset italiam. vidit ur-
bem nec ausus est obsidere. Pirrum
tam tenuit romani nominis reverentia
ut et deletis omnibus e proximo rece-
deret loco. Nec audet victor aspicere
quam regum didicerat civitatem. Et
tamen pro hac iniuria non enim dicam su-
perbia que bonos exitus habuit: alter toto
orbe fugitivus: tandem bithinie mor-
tem veneno repperit. Alter reversus
in patriam: in suo regno occubuit. Et
utriusque provincie: romani populi vecti-
gales sunt. Istud ut omnia prospero fine
eveniat preter nostra que amisimus non
habemus quod victis hostibus aufe-
ramus. potentiam romane urbis ardens
poeta describens ait. Quid satis est si roma
parum est. Quod nos alio mutemus elo-
gio. Quid salvum est si roma perit. Flo

inclyti sed lingue centum sint oraque cen-
tum. Ferrea vox omnes captorum dicere
penas. Et hec ipsa que dixi periculosa sunt
tam loquenti quam audientibus: ut ne ge-
mitus quidem liber sit nolentibus immo
nec audientibus nobis flere que patimur.
Responde inclita in christo filia. Nuptu-
ra es: Quem acceptura virum: Cre-
do fugitivum aut pugnaturum. Quid utrum-
que sequatur intelligis et pro Fescennino
carmine: terribilis tibi rauco sonitu
buccina concrepat ut quas pronubas
habeas forte lugentes: ut quibus de-
liciis affluas que possessionum tuarum red-
ditus perdidisti: que obsessam familio-
lam tuam morbo et fame cernis conta-
bescere. Sed absit ut de te talia sentiam
ut sinistrum quippiam suspicer de ea
que suam animam domino consecravit.
Non tam tibi quam sub tuo nomine
aliis sum locutus. Que ociose et curio-
se atque verbose: domus circueunt ma-
tronarum quarum deus venter est et gloria
in confusione earum que nichil aliud
desiderantes: nisi digamie precepta nove-
runt: que in aliarum corpore: sua de-
sideria consolantur. Ut quod ipse fecerunt
alias facere videant: et malarum soci-
etate palpentur. Quarum cum impu-
denciam et propositiones apostolicarum sen-
tenciarum interpretationes contriveris
legito quomodo tibi in viduitate servan-
da vivendum sit libros ad eustochium de
virginitate servanda. Et alios ad furiam
atque salvinam. Quarum altera probi quon-
dam consulis incitus. Altera gildonis
qui affricam tenuit filia est. Hic li-
bellus de monogamia sub nomine tuo
titulum possidebit. Incipiunt ad Elbidam
questiones sancti Jeronimi numero xii

Ignota vultu
fidei inclyti ardore no-
tissima es et de extremis
gallie finibus in bethle-
hemitico rure latitantem
ad respondendum provocas. De sacrarum
questiunculis scripturarum per hominem
dei filium meum apodemium commonitorio-
lum dirigens. Quasi non habeas in
tua provincia disertos viros et in lege
dei perfectos. Nisi forte experimentum ma-
gis mei quam doctrinam flagitas. Et vis
scire quid de hiis que ab aliis audisti
nos quoque senciamus. Maiores tui pa-
tera atque delfidius. Quorum alter ante quam nas-
cerer rethoricam docuit rome: alter
me iam adolescentulo omnes gallias
prosa versuque suo illustravit ingenio
iam dormientes et taciti me iure

reprehendunt quod audeam ad stirpem generis
sui quippiam mussitare. Licet conce-
dam eis eloquentie magnitudinem
et doctrinam secularium litterarum: immo
subtraham scientiam legis dei quam nemo
accipere potest nisi ei data fuerit a patre lu-
minum. Qui illuminat omnem hominem
venientem in hunc mundum. Et medius
stetit in medio credencium qui in eius nomine fuerint con-
gregati. Unde et libere profiteor nec dum
superbe pertimesco me scribere tibi non in
doctis humane sapientie verbis. Quam deus
destructurus est: sed in verbis fidei spiritua-
libus spiritualia comparantem ut abissus
veteris testamenti in voce abissum evangelii
in voce cataractarum. Id est prophetarum. Et apostolorum
suorum. Et veritas domini pervenit usque
ad nubes. Quibus mandatum est ne plu-
erent super incredulum israhel imbrem sed
ut rigarent arva gentilium et torrentem
spinarum ac mare mortuum dulcorarent.
Ora igitur ut iterum helizeus steriles
et mortuas aquas vivificet et
apostolorum sale quibus dixerat: Vos estis
sal terre. Meum ingenium stultum condiat. Quia
omne sacrificium quod absque sale est domino non
offertur. Nec fulgore secularis eloquencie
delecteris. Quam vidit ihesus quasi fulgur
cadentem de celo. Sed potius eum recipe
qui non habet decorem nec faciem. Ho-
minem in plagis positum et sciens ferre infir-
mitatem. Et quidquid ad proposita respon-
dero. Scias me non confidencia respon-
disse sermonis: sed eius ex fide qui
pollicitus est: Aperi os tuum et ego adim-
plebo illud. Interrogas. Questio prima

Quomodo per-
fectus esse quis possit
et quomodo vivere debeat
vidua que sine liberis
derelicta est. Hoc idem et
in evangelio legis doctor interrogat
Magister quod faciens vitam eternam
possidebo: Cui respondit dominus. Manda-
ta nosti. Et subiunxit. Non homicidium
facies. Non adulterium. Non furtum. Non
falsum dices testimonium. Honora patrem
et matrem. Et diliges proximum tuum sicut
teipsum. Et illo dicente. Hec omnia feci
dominus intulit unum tibi deest. Si vis per-
fectus esse vade vende omnia que
habes et veni sequere me. Itaque et
ego tibi domini mei respondebo sermo-
nibus. Si vis esse perfecta et tollere
crucem tuam et sequi dominum salvatorem
et imitari petrum dicentem. Ecce nos
dimisimus omnia et secuti sumus te. Va-
de et vende omnia que tu habes et
da pauperibus et sequere salvatorem

Non dixit da filiis

Non dixit. da filiis. da fratribus. da propinquis
quos etiam si haberes iure eis dominus preferre
sed da pauperibus: immo da xpo qui in
pauperibus pascitur. qui cum dives esset
pro nobis pauper factus est. Qui loquitur
in xxx^mo viii^o psalmo Ego autem men//
dicus et pauper et dominus sollicitus est pro
me. Statimque xliiii psalmi de eo expor//
dium est. Beatus qui intelligit super ege//
num et pauperem. Intelligentiam opus
est: et post intelligentiam beatitudine
qui sit egenus et pauper. Non utique ille
qui mendicitate et paupertate. atque squa//
lore coopertus est et tamen non non recedit a//
vitiis. sed de quibus apostolus loquitur. Tantum
ut pauperum memores essemus. ob quorum
refrigeria laborant paulus et barna
bas in ecclesiis gentium. ut collecta fiat
qui primam sabbati et hanc ipsam obla//
tionem non per alios. sed ipse deferre festi//
nant: hiis qui suas pro xpo dimisere
subas. et qui persecutiones passi sunt
Qui dixerunt patri suo et matri uxo//
ribus et liberis non novimus vos. Hii
impleverunt voluntatem patris. et audie
runt dicentem dominum salvatorem. Mater
mea et fratres mei. hii quidem sunt. qui faciunt
voluntatem patris mei Et hoc dicimus. non
quo impauperes videos. sive gentiles
et omnino cuiuslibet gentis sint pauperes
prohibeamus faciendam elemosinam
sed quo xpianos et credentes pauperes
incredulis preferamus. Et inter ipsos xpia//
nos sit multa diversitas: utrum peccator
an sanctus sit unde et apostolus passivam
in omnem misericordiam probans infert maxime
in domesticos fidei. domesticus fidei
est qui eadem tibi religione coniungitur
quem consortio fraternitatis peccatum non se//
parant Quod si de inimicis quoque no
bis precipitur. ut si esurierint: demus
eis cibos. si sitierint demus eis potum
et hec facientes congregamus super car
bones super caput eorum quanto magis
de hiis qui non sunt inimici. et qui xpiani
sunt atque sancti: Neque vero hoc quod
dicitur. hoc enim faciens carbones ig//
nis congregabis super caput eius: in ma
lam partem accipiendum est. sed in bo//
nam. Quando enim inimicus nostris prebe
beneficia maliciam eorum nostra bonitate
superamus. et mollimus duriciam: iratum
que animum ad molliciem: et benivolen//
tiam flectimus. Atque ita congregamus
carbones super capita eorum de quibus scrip//
tum est Sagitte potentis acute. cum
carbonibus desolatoriis. Ut quomodo
de altari: a seraphim carbo sublatus
prophete labia purgavit ita et inimicorum
errorum peccata purgentur. et vincamus

in bono malum et benedicamus maledi//
centibus Et imitemur patrem qui solem
suum oriri facit super bonos et malos Igitur
et tu quia paucos non habes filios. ha//
bes plurimos. fac tibi amicos de iniquo
mamona qui te recipiant in eterna ta//
bernacula. pulchre dixit de iniquo omnis
enim divicie de iniquitate descendunt
et nisi alter perdiderit alter non potest in//
venire unde et illa vulgata sententia mihi
videtur esse verissima. Omnis dives aut
iniquus aut iniqui heres est. Quod
cum legis doctor audisset et ferre non
posset qui habebat divitias multas
conversus dominus ad discipulos suos ait
Quam difficile qui divites sunt in
trare poterunt in regna celorum Non dixit
impossibile sed difficile. Licet exem//
plum posuerit impossibilitatis. Faci
lius est camelum per foramen acus transire
quam divitem intrare in regnum dei
hoc autem non tam difficile est quam im
possibile. Nunquam enim fieri potest: ut
camelus transeat per foramen acus. Nun//
quam igitur dives intrare poterit regna
celorum: Sed camelus tortuosus et
curvus est. et gravi sarcina pergravatur
Et nos ergo qui per vias invias domini semi//
tas et rectam viam dimittimus et
oneramur mundi diviciis sive pondere
delictorum regnum dei ingredi non va
lemus. Quod si deponamus gravissimam
sarcinam et adsumamus nobis pennas
columbe volabimus et requiescemus
: et dicetur de nobis Si dormiatis
inter medios cleros penne columbe
de argentate: et posteriora dorsi eius
in pallore auri et dorsum nostrum quod
prius informe erat: et gravi sarcina
premebatur. habeat virorem auri quod
interpretatur in sensu et habuerimus
alas de argentatas que intelliguntur
eloquia scripturarum regnum dei intrare
poterimus Dicit apostolus se omnia que
sua fuerant dimisisse. et mercedem
pro hac virtute audacter exposcit
Quibus respondit dominus Omnis qui re//
liquit domum. aut fratres. aut sorores
aut patrem aut matrem aut uxo//
rem. aut filios aut agros. propter nomen
meum: centuplum accipiet. et vitam
eternam possidebit. O quanta beatitudo
pro parvis magna recipere: eterna pro
brevibus promoritaris semper vincere
et habere dominum debitorem. Si qua
autem vidua habet liberos. et maxime
si nobilis familie est: egentes filios
non dimittat Sed ex equalitate ut me
minit primam animam suam et ipsam
putet esse de filiis. que sua sunt domino

de camello transitus divitis ad regnum celorum comparati camelo per foramen acus

CCL

relinquat. Immo xpm liberorum suorum faciat coheredem. Respondebis difficile. durum est contra naturam. Sed dominum tibi audies respondentem. Qui potest capere capiat. Et si vis esse perfecta non tibi iugum necessitatis imponit sed potestati tue liberum concedat arbitrium. vis esse perfecta et in primo statu stare fastigio dignitatis fac quod fecerunt apostoli. vende omnia que habes. et da pauperibus. et sequere saluatorem et nudam solamque crucem nuda sequere et sola. Non vis esse perfecta et secundum tenere vis gradum virtutis dimitte omnia quecumque habes. da filiis da propinquis. nemo te reprehendit si inferiora secutata fueris dummodo illam scias tibi iure platam que elegerit prima. Distis hoc apostolorum est et perfectorum virorum. Mulierem autem nobilem non posse omnia vendere que multis adminiculis vite huius indigeat. Audi ergo apostolum commonentem. Non ut aliis refrigerium vobis autem tribulatio. Sed ex equalitate vestra habundancia illorum suffeciat inopia ut et illorum habundantia vestre inopie sit supplementum unde inquit dominus. qui habet duas tunicas det non habenti. Quid si scithie frigora sint et alpine nives que non duabus et tribus tunicis. sed vix pecudum pellibus pelluntur. Quidquid ergo corpori nostro sufficere potest et humane succurrere imbecillitati quos nudos natura profudit hoc una appellanda est tunica. Et quicquid in presentibus alimentis necessarium est. hoc unius diei victus appellatur. vnde est ne cogitetis de crastino hoc est de futuro tempore. Et Apostolus habentes inquit victum et vestitum his contenti simus. Si plus habes. quam tibi ad victum vestitumque necessarium est. illud eroga. in illo debitricem te esse noveris. Ananias et saphira. apostoli meruere sententiam quia sua timide reservaverunt. Ergo ne inquies puniendus est qui sua non dederit. Quominime puniti sunt quia mentiri voluerunt spiritui sancto et reservantes necessaria victui suo quasi perfecte seculo renunciantes vanam gloriam sectabantur. Alioquin licet libere vel dare vel non dare. Quamquam ei qui cupit esse perfectus presens paupertas futuris divitiis compensanda sit. Quomodo autem vidua vivere debeat. brevi sermone apostolus comprehendit dicens. Que in deliciis est vivens mortua est et nos in duobus libellis quos ad furiam et saluinam scripsimus plenius idcirco putamus etc.

Secunda questio ad Elbiadam

Quid sit illud quod in evangelio scriptum est. Dico autem vobis non bibam amodo de hoc genimine vitis usque in diem illum quo bibam illud novum vobiscum in regno patris mei. Ex hoc loco quidam mille annorum fabulam struunt in quibus xpm regnaturum corporaliter esse contendunt. et bibiturum vinum quod ex illo tempore usque ad consummationem mundi non biberit. Nos autem audiamus panem quem fregit dominus deditque discipulis: esse corpus domini saluatoris. ipso dicente ad eos. Accipite et comedite. hoc est corpus meum. Et calicem illum esse de quo iterum locutus sit. Bibite ex hoc omnes. hic est enim calix meus novi testamenti qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Iste est calix de quo in propheta legimus. Calicem salutaris accipiam et nomen domini invocabo. Et alibi. Calix tuus inebrians quam preclarus est. Si enim panis qui de celo descendit corpus est domini et vinum quod discipulis dedit. sanguis illius est novi testamenti. qui effusus est in remissionem peccatorum: iudaicas fabulas repellamus et ascendamus cum domino cenaculum magnum stratum atque mundatum et accipiamus ab eo sursum calicem novi testamenti. ibique cum eo pascha celebrantes inebriemur ab eo vino sobrietatis. Non est enim regnum dei cibus et potus sed iusticia et gaudium et pax in spiritu sancto. Nec moyses dedit nobis panem verum. sed dominus ihesus ipse conviva et convivium. Ipse comedens et qui comeditur. Illius bibimus sanguinem et sine ipso potare non possumus. Et cottidie in sacrificiis eius de genimine vitis vere et vinea soreth que interpretatur electa. rubentia musta calcamus et novum ex hiis vinum bibimus in regno patris. Nequaquam in vetustate littere. sed in novitate spiritus. cantantes canticum novum quod nemo potest canere. nisi in regno ecclesie. quod regnum patris est. Hunc panem. et iacob comedere patriarcha cupiebat dicens. Si fuerit dominus deus mecum et dederit michi panem ad edendum et vestem ad induendum. Quotquot enim in xpo baptizamur. xpm induimur. et panes comedamus angelorum et audimus dominum predicantem. Meus cibus est. ut faciam voluntatem eius qui misit me et impleam opus eius. Faciamus igitur voluntatem eius qui nos misit et impleamus

opus eius et Christus nobiscum bibet in regno ecclesie sanguinem suum. Questio tercia

Que causa sit ut

de resurrectione domini et apparitione evangeliste diversa narraverint. In quibus primus quoque Matheus dixerit: vespere autem sabbati illucescente in una sabbati dominum resurrexisse. Et Marcus resurrectionem eius mane factam esse commemoret, ita scribens: Cum autem resurrexit mane sabbati, apparuit Marie Magdalene, de qua eiecerat septem demonia. Et illa abiens his qui cum eo fuerant lugentibus et flentibus. Illique audientes quod viveret et vidisset eum non crediderunt. Huius questionis duplex solutio est. Aut enim non recipimus Marci testimonium quod in raris fertur evangeliis, omnibus grecie libris pene hoc capitulum in finem non habentibus, presertim cum diversa atque contraria evangelistis ceteris narrare videatur. Aut hoc respondendum est quod uterque verum dixerit. Matheus quando dominus resurrexit, idem vespere sabbati. Marcus autem quando eum viderat Maria Magdalene, id est mane prima sabbati. Ita enim distinguendum est: Cum autem resurrexisset, parumper spiritu coartato inferendum: prima sabbati mane apparuit Marie Magdalene, ut qui vespere sabbati iuxta Matheum resurrexerat, mane prima sabbati iuxta Marcum apparuit Marie Magdalene. Quod quidem et Johannes evangelista significat mane eum altius diei visum esse demonstrans. Questio quarta

Quomodo

iuxta Matheum vespere sabbati Maria Magdalene vidit dominum resurgentem, et Johannes evangelista refert mane una sabbati eam iuxta sepulchrum flere. Una sabbati dies dominica intelligenda est, quia omnis ebdomada in sabbatum et primam et in secundam et terciam, quartam, quintam et sextam sabbati dividitur, quam ethnici idolorum et elementorum nominibus appellant. Denique et apostolus collectam pecunie que indigentibus preparabatur in una sabbati precepit congregandam. Nec putandum est Matheum et Johannem diversa sensisse, sed unum atque idem tempus medie noctis et gallorum cantus diversis appellasse nominibus. Matheus enim scribit vespere sabbati, id est sero, non incipiente nocte, sed iam profunda et magna ex parte transacta apparuisse dominum Marie Magdalene. Vel apparuisse vespere sabbati illucescente iam sublato. Sed ipsum interpretans vespere sabbati illucescente cum dixisset, id est appropinquante iam luce sequentis diei. Et Johannem non absolute dixisse "una est autem sabbati venit Maria Magdalene mane ad sepulchrum", sed addidisse "cum adhuc essent tenebre". Videlicet ergo constat atque unius temporis, id est medie noctis atque gallorum cantus, alterum finem, alterum dixisse principium. Michi quoque videtur evangelista Matheus, qui evangelium hebreo sermone conscripsit, non tam vespere dixisse quam sero, et eum qui interpretatus est verbi ambiguitate deceptum non sero interpretatum esse sed vespere. Quamquam et consuetudo humani sermonis tenent sero non vesperam significare, sed tarde. Solemus enim dicere: sero venisti, id est tarde. Sin autem illud obicitur, quomodo eadem Maria que prius viderat dominum resurgentem postea ad sepulchrum eius flere referatur, hoc dicendum est quod et sola et cum altera sive cum aliis mulieribus memor beneficiorum que in se dominus contulerat ad sepulchrum eius frequenter cucurrerit. Et nunc adoravit quem viderat, nunc flevit quem querebat absentem. Licet quidam duas Marias Magdalenas de eodem vico Magdalo fuisse contendant, et alteram esse que in Matheo eum viderit resurgentem, alteram que in Johanne eum querebat absentem. Quattuor autem fuisse Marias in evangeliis legimus: unam matrem domini salvatoris, alteram materteram eius que appellata est Cleophe, terciam Mariam matrem Iacobi et Ioseph, quartam Mariam Mariam Magdalenen. Licet alii matrem Jacobi et Ioseph materteram eius esse contendant. Nonnulli ut se liberent questione, in Marco volunt unam esse de Mariis, sed non additum cognomen Magdalene, et ex superfluo scriptorum inolevisse vicio quod primus evangelista non scripserit. Nobis autem simplex videtur et apta responsio. Sanctas feminas Christi absentiam non ferentes per totam noctem non semel nec bis sed crebro ad sepulchrum domini cucurrisse, presertim cum terre motus et saxa disrupta et sol fugiens et rerum natura turbata, et quod hiis maius est desiderium salvatoris somnum rapit feminarum

Questio quinta ad Elbidiam

QVOMODO

iuxta matheum. ma-
ria magdalene. ves-
pere sabbati cum altera
maria advoluta est
pedibus salvatoris. et secundum Johanem
mane autem sabbati audit a domino
noli me tangere nec dum enim ascendi
ad patrem meum. Que prius viderat
dominum resurgentem cum altera maria.
et eius pedibus fuerat advoluta.
postea reversa per noctem. domi enim
ob desiderium eius manere non poterat
venit ad sepulchrum. Cumque lapidem
cum quo monumentum clausum fuerat
vidisset ablatum: cucurrit ad symonem
petrum et alium discipulum. quem ihesus a-
mabat plurimum et dixit eis Tulerunt
dominum meum de monumento. et nescio
ubi posuerunt eum Error mulieris
cum pietate sociatus est. Pietatis in
eo erat quod desiderabat eum cuius
noverat maiestatem. Error in eo quod
dicebat Tulerunt dominum meum de mo-
numento et cetera. Denique cum petrus
et iohannes introeuntes sepulchrum
vidissent linteamina separata et su-
darium quo caput domini fuerat involu-
tum seorsum positum ut resurrexisse
crederent cuius corpus non invenerat
in sepulchro. Maria stabat ad mo-
numentum foris plorans. Cumque se in-
clinasset vidit duos angelos in albis
sedentes in loco monumenti ad caput
et pedes. ubi positum fuerat corpus
ihesu ut sub tanta custodie dignita-
te: non crederet ab hominibus potuisse
furari quia ministris angelis serva-
batur. dixit ei angeli quos cernebat
Mulier quid ploras: Secundum illud quod
dominus loquitur ad matrem. Quid tibi et
michi est mulier. Nondum venit
hora mea. Ut ex eo quod appellarent
mulierem: arguerent frustra plo-
rantem et diceret. Quid ploras
Interim enim maria magdalene stupe-
facta torpuerat. et fidem miraculis
territa quasi caligine possidebat. ut
ne angelorum quidem presenciam sentiret
aspectum. sed muliebriter responderet
et diceret. Ideo ploro. quia tulerunt
dominum meum et nescio ubi posuerunt
eum: O maria. si deum credis dominum
tuum. quomodo arbitraris ab hominibus
esse sublatum Nescio inquit ubi po-
suerunt eum. Quomodo nescis quem
paulo ante adorasti. Cumque videt
angelos. et quos cernebat. ignorare et

stupore perterrita. huc illucque faciem cir-
cumferebat. nichil aliud nisi dominum vi-
dere desiderans Conversaque retro vidit
ihesum stantem. et nesciebat quia ihesus
erat. Non quo iuxta maniche(u)m et
alios hereticos formam domino multi-
plicem mutaverit: ut pro voluntate. diversus
ac varios videretur sed quo maria
obstupefacta miraculo. ortulanum pu-
taret. quem tanto studio requirebat
Ita et dominus isdem verbis quibus et ange-
li loquitur ad eam. Mulier quid plo-
ras: Additque de suo: quem queris: Illa
respondit domine si sustulisti eum: dicito michi
ubi posuisti eum et ego eum tollam
Hic dominum non de confessione vere fidei
vocat: sed humilitate. et timore. ortu-
lano defert obsequium et vide quanta
ignorancia. Quem custodiebat co-
hors militum cuius sepulchro angeli pre-
sidebant. ab uno ortulano arbitratur
ablatum. Et ignorans inbecillitate
feminea: tantoque se esse staturis quod
ut cetera taceam centum libris mirre
circumlitum erat: estimaret ab una
pavida muliere posse portari. Cumque
ihesus appellasset eam atque dixisset ma-
ria: ut quem facie non agnoscebat
voce intelligeret. illa merore persistens
nequaquam dominum sed rabboni id est magistrum
vocat. Et vide quanta turbacio Que
ortulanum putans. dominum nunc parat
dei filium resurgentem magistrum vocat
Itaque ad eam que querebat viventem
cum mortuis. que errore feminco et
inbecillitate muliebri. huc illucque
currebat et corpus querebat occisi
cuius pedes viventis tenuerat. loquitur
dominus et dixit Noli me tangere. Noli
me tangere. nondum enim ascendi.
ad patrem meum. Et est sensus Que
mortuum queris. viventem tangere
non mereris Si nec dum me putas
ascendisse ad patrem. sed hominum fraude
sublatum. meo tactu digna es. hoc autem
dicebat non ut studium querentis obtun-
deret. sed ut dispensationem carnis
ad superne divinitatis gloriam sciret esse
mutatam. Ut nequaquam corporaliter
vellet esse cum domino quem spiritualiter debet
credere regnare cum patre unde et apostoli
maioris fidei sunt qui absque angelorum
visu absque ipsius salvatoris aspectu
postquam corpus eius in monumento
non repperierant. crediderunt eum
ab inferis resurrexisse Alii putant
primum esse quod ab iohanne narra-
tum est. venisse mariam magda-
lenen. Ad sepulchrum et vidisse re-
volutum lapidem a monumento. et

[margin: CCLij; a; a; b; i]

postea regressam cum apostolis petro et iohanne
solam ad monumentum remansisse et
idcirco adhuc incredulam a domino fuisse
correptam Reuersam domum rursum
ad sepulchrum cum maria et ab angelo
monitam occurrentemque de monumento
adorasse dominum et tenuisse pedes eius
et adorauit eum. Que in tantum profecerunt
ut mittantur ad apostolos et audiat
prima. Nolite timere Sed ite nunciate
fratribus meis ut eant in galileam ibi me
videbunt Questio Sexta ad elbidiam

Quomodo cus-
todientes militum turba
petrus et iohannes libere
ingressi sunt sepulchrum nullo
prohibente custodum. Hec
videlicet causa quia vespere sabbati que
lucescebat in prima sabbati venit maria
magdalene et altera maria magdale-
ne et altera maria videre sepulchrum
Et ecce terre motus factus est magnus
Angelus enim domini descendit de celo et
accedens reuoluit lapidem et sedebat
super eum et cetera usque et facti sunt velut
mortui Igitur qui fuerunt tanto timore
perterriti ut mortui putarentur aut
dimisisse sepulchrum et fugisse cre-
dendum sit. Aut ita et animo et cor-
pore obtorpuisse ut non dicam viros
sed nec mulierculas sepulchrum quidem
intrare cupientes audierent prohibere
Magnus enim timor eos exterruerat vi-
dentes lapidem reuolutum et terre
motum factum non ex more solito sed
magnum qui cuncta contuteret et
euersionem terre funditus minaret
Angelum quoque descendisse de celo tam
claro vultu ut non lampadam humano
lumine arte succensam sed fulgur
imitaretur celi quo illustrantur omnia
Vnde et in tenebris videre potuerunt
Itaque libere introeunt venerat enim
maria magdalene que eis nunciauerat lapidem reuolutum et corpus
domini de monimento esse sublatum.
Angelum autem non putemus ideo
venisse ut aperiret sepulchrum domino
resurgenti sed postquam dominus resurrexit
hora qua ipse voluit et que nulli mor-
talium cognita est indicasse quod sum-
est et sepulchrum vacuum reuolucione
lapidis et sui ostendisse presenciam. Que
omnia videbantur splendore faciei ipsius
et horrorem tenebrarum fulgurus cla-
ritatem vincentem Questio septima

Quomodo ma-
theus scribit et marcus

quod mandatum sit apostolis per mulieres
ut precederent saluatorem in galileam
ut eum viderent. Lucas autem et
Johannes in iherusalem eum ab apostolis visum
esse commemorat. Aliud est vnde cum
se offerre discipulis qui per metum iu-
deorum abscondita erant quando ad eos
clausis ingressus est ianuis et puta-
tibus quod videretur in spiritu manus
et latus obtulit clauis et lancea
vulneratum aliud quando secundum lucam prebuit se eis in multis argumentis per
dies xl apparens eis et loquens
de regno dei. Et conuescens precepit
eis ab ierosolimis ne discederent In
altero enim pro consolacione mentium
videbatur breuiter rursumque ex oculis
tollebatur in altero autem tanta
familiaritate erat et perseuerancia
ut cum eis pariter vesceretur. Vnde
et paulus apostolus refert eum quingentis
simul apparuisse discipulis Et in iohanne
legimus quod piscantibus apostolis in lit-
tore stetit et partem assi piscis fauum-
que mellis comedit que vere resur-
rectionis indicia sunt In iherusalem autem
nichil horum fecisse narratur
Questio octaua ad Elbidiam

Quid significat
quod in ewangelista
matheo scriptum est ihesus
autem clamans voce mag-
na emisit spiritum Et velum templi scis-
sum est in duas partes a summo vsque
deorsum Et terra mota est et petre
scisse sunt et monumenta aperta sunt
et multa corpora sanctorum qui dor-
mierant surrexerunt et exeuntes de
monumentis post resurrectionem
eius venerunt in sanctam ciuitatem
et apparuerunt multis et hunc locum
in eisdem commentariis disseruimus primum-
que dicendum quod diuine potencie
indicium sit ponere animam quando voluit
et rursum accipere eam denique centurio
cum dixisse ad patrem In manus
tuas commendo spiritum meum et statim
sponte spiritum dimisisse commotus signi
magnitudine ait vere filius dei
erat iste. Velum quoque templi scissum
est in duas partes ut compleretur
illud quod refert iosephus presides
templi dixisse virtutes transeamus ex
hiis sedibus. In ewangelio autem quod
hebraicis litteris scriptum est legimus
non velum templi scissum sed superli-
minare templi mire magnitudinis
corruisse. Terra inquit mota est pen-
dentem dominum suum ferre non sustinens

CCLiij
a

Et petre scisse sunt ut indicarent duri-
ciam iudeorum. qui patrem dei filium
intelligere noluerunt Et monumenta
aperta sunt. in signum future resurrectio-
nis. Multaque sanctorum corpora exeunti-
a de sepulchris venerunt in sanctam ci-
vitatem et apparuerunt multis. Sanctam
civitatem ierosolimam debemus ac-
cipere: ad distinctionem omnium civita-
tum: que tunc ydolis serviebant.
In hac enim sola fuerat templum et
unius dei cultus et vera religio Et
non omnibus apparuerunt. Sed multis
qui resurgentem dominum susceperunt de
mixta ΛΗΑΤWΣΕΗ. dicendum
Quod inclamante ihesu et emittente
spiritum velum templi scissum sit in du-
as partes a summo usque deorsum. omnia
legis sunt revelata misteria ut que
prius recondita tenebantur: univer-
sis gentibus proderentur. In duas
autem partes in vetus et novum tes-
tamentum Et a summo usque deorsum
ab inicio mundi quando homo conditus
est. et reliqua que facta in medio
sacra narrat historia usque ad consu-
mationem mundi. Et querendum
quomodo velum templi scissum sit
exterius an interius. Michi quidem videtur
in passione domini illud velum esse con-
scissum quod et in tabernaculo et
in templo fuerat positum et appella-
batur exterius quia ex parte videmus
et ex parte cognoscimus. Cum autem ve-
nerit quod perfectum est tunc etiam ve-
b lum interius dirumpendum ut omnia
que nunc nobis abscondita sunt domus
dei sacramenta videamus Id est quod
cherubin quid oraculum. quid vas
aureum in quo manna reconditum
fuit. Nunc enim per speculum videmus
et in enigmate. Et cum historie
nobis velum scissum sit ut et ingre-
diamur atrium dei tamen secreta eius et
universa misteria que in ierusalem
celesti clausa retinentur scire non pos-
sumus. Igitur in passione domini terra
commota est iuxta illud quod scriptum
est in aggeo: Adhuc ego semel mo-
uebo celum et terram Et veniet de-
sideratus cunctis gentibus: ab oriente
et occidente venient. et recumbent
cum abraham. ysaac. et iacob. Et
petre scisse sunt id est dura corda gen-
tilium sive petre universa vaticinia
prophetarum. qui et ipsi a petra hoc
est a christo cum apostolis petre vocabulum
susceperunt ut quidquid in eis duro legis
velamine claudebatur scissum pateret

gentibus. Monumenta quoque de quibus
scriptum est vos extrinsecus dealbata
que intus plena sunt ossibus mortuorum
ideo aperta sunt ut egrederentur de
hys qui prius in infidelitate mortui e-
rant. et cum resurgente christo atque
vivente viverent: et ingrederentur ce-
lestem ierusalem ut haberent municipa-
tum nequaquam in terra sed in celo. Mo-
rientes quidem cum terreno adam resur-
gerent cum celesti adam. porro secundum
litteram: nulli violentum esse videatur
mortuo salvatore appellari ierusalem
sanctam civitatem. cum usque ad de-
structionem eius semper apostoli templum
ingressi sunt et ob scandalum eorum
qui de iudeis crediderunt legis exercere
c cerimonias In tantum autem ierusalem amabat
dominus ut fleret eam et plangeret. et
pendens in cruce loqueretur: pater
ignosce eis quod enim faciunt nesciunt. Ita
quidem impetravit non sciebant que peccaverant
multaque statim de iudeis milia cre-
diderunt. Et usque ad quadragesimum
secundum annum. datum est tempus penite-
ncie. post quos perseverantibus illis in
blasphemia. egressi sunt duo ursi de
silvis genarii romanorum vespesianus et
titus et blasphemantes pueros ascende-
ti vero helizeo in templum dei hoc enim
interpretatur bethel: voce consona illudentes
interfecerunt atque laceraverunt et ex eo tempore
non appellatur ierusalem civitas sancta: sed
sanctitatem et pristinum nomen amittentes
spiritualiter vocatur sodoma ut egiptus ut
edificetur procul nova civitas quam fluminis
impetus letificat e qua media egre-
ditur fons qui totius orbis amaritu-
dinem mitigavit ut miserabilis ie-
rusalem ruinas templi in dativis plangat
lacertis et in ipsum turba credencium
nova videat ecclesie tecta consurgere
et dicat Si non angustus michi locus
est Impleatur quidem illud quod in ysaia
scriptum est Et erit sepulchrum eius incli-
tum Questio nona ad eandem

QVOMODO SAL-
vator secundum Johannem in-
sufflat spiritum sanctum in apostolos
secundum lucam post ascensi-
onem missurum se esse dicit. huius ques-
tionis perfacilis solucio est: si docente
apostolo paulo spiritus sancti diversas gratias
noverimus Scribit enim in prima ad co-
rinthios epistola divisiones donorum sunt
idem autem dominus Et divisiones operacionum
sunt idem autem deus qui operatur omnia
in omnibus Unicuique autem datur ma-

mfestacio spus ad vtilitatem Aly qui
dem datur sermo sapie alij sermo stie
scdm eundem spm Alij gra sanitatum
in vno spitu alij fides in eodem spitu
alij opatio virtutum alij pphecia alij
discrecio spuu alij gna linguaz · alij
interptatio sermonu hec aut omia opatur
vnus atq idem spitus diuidens singulis
put vult Ergo dns post resurrectione
suam iuxta luce ewangeliu dixerat ·
Ecce ego mittam promissione pris mei
in vos · vos autem sedete in ciuitate
quo adusq induamini virtute exalto
Et iuxta eundem in aplorum actibus
est locutus · precepit eis ab ierosolimis
ne discederent sed expectarent promissione
pris qua audistis inquit pos
mem · Quia iohs quidem baptizat
aqua · nos autem baptizabimini spu
sancto · no post multos dies · Rursum
in fine ewangelij scdm Johannem · eo
die quo resurrexerat · idest die dnica
clausis ianuis ad aplos introisse narratur
et dixisse eis scds pax uobis Et
intulisse · Sic misit me pr et ego mitto
vos hoc cum dixisset insufflauit et
dixit eis Accipite spm scm Quorum re
miseritis pcta remittuntur eis et quorum
retinueritis retenta sut · Primo igitur
die resurrectionis acceperunt spus
sancti gram qua pcta dimitterent
et baptizarent et filios dei facerent et
spm adoptionis credentibus largirent
ipso dno dicente · Quorum remiseritis
peccata et rlia · Die autem penthe
costes eis amplius repromissum est
ut baptizentur spu sancto et indue
rentur vtute qua xpi ewangeliu cunctis
gentibus pdicarent Juxta illud
quod in psalmo lxvij legimus · dns dabit
vbum ewangelizantibus vtutem
multam ut hrent opacionem vtutu
gram sanitatu et pdicatiu multis gentibus
acciperent gna linguaz · ut cunctis
cognosceretur qui aploz · quibus debent
gentibus nunciare · Deniq aplus
paulus qui de ierlm usq ad hylyricu
pdicauit et inde proma ad hispanias
ire festinat · gras agit deo · quod
cunctis aplis magis linguis loquitur
Qui enim cunctis gentibus adnunctiaturus
erat multaz linguaz accepat graz
Que repromissio spus sancti die
decimo post assumptione saluatoris
expleta est luca referente qui scripsit
Cumq cplentur dies penthecostes
erant omnes pariter in eodem loco et
factus est · repente de celo sonus tamquam
aduenientis spus vehementis et repleuit
totam domu vbi erant sedentes et
apparuerunt dispptite lingue taqua
ignis seditq sup singulos eoz · Et
repleti sut omes spitu sancto Et ce
perunt loqui varijs linguas · put sps
scs dabit eloqui illis · Tuc cpletum
est illud quod legitur in iohel · Et erit
in nouissimis diebus dicit dns
Effundam de spu meo sup omem carnem
et pphetabut · filij vri et filie
vre Et iuuenes vri visiones videbut
vbum aut effusionis significat gre
largitatem · et ipm sonat · quod dns
repromisit · vos aut baptizabimini
spu sancto no post multos hos dies
In tm aute spu sto baptizati sunt
ut repleretur tota domus vbi erant
sedentes Et ignis spus sancti in eis
inueniret optatam linguasq diui
deret Et scdm ysaiam qui in munda
labia habere se dixerat purgaret
labia eoz · ut euagelium x purius p
dicarent Et in ysaia quide sup limina
nare templi dicatur fuisse cmotu
et repleta est omis domus fumo
idest errore et tenebris idest veri
ignorantia · Jn principio aute euangelij
impletur spitu ecclia · ut gra
eius atq feruore om credencium p
cata purgent · Et igne spus sancti
quem dns missiru esse se dixerat
pdicatur ut a xpo lingua sanctum
sion ergo Johanes lucasq discordant
· ut quod ille pma resurrectionis
die datum esse significabat
hic qinquagesima die venisse de
scribat · Sed profectius aplicus est
ut qui pmo remittendoz pccoru
gram acceperant postea acceperunt
opaciones vtutu · et cuncta donacio
nu genera que ab aplo descripta con
memorauimus Et quod magis ne
cessariu erat · diuersitatem linguaz
vniuersaz q gencium et adnunciari
xpm · nullo egerent interpte vnde et
in licaonia cum audissent paulu
et barnaban loqui linguis suis deos
in homines conuersos esse credebat
Et reuera indumentu vtutis spiritus sci
gra est · qua possidentes iudicu tri
bunalia et regum purpuras no time
bant · promiserat enim dns pusqua
pateretur et dixerat · Cum aute
tradent vos nolite cogitare quomo
aut quid loquamini · dabitur enim
vobis in illa hora quid loquamini
Non enim vos estis qui loquimini sed
spus pris vri qui loquitur in vobis Ego
audacter et tota libertate pronuntio
Ex eo tempore quo apli dno crediderunt

cclmj

semper eos habuisse spiritum sanctum nec potuisse signa facere absque spiritus sancti gratia sed pro modulo atque mensura. Unde salvator in templo clamabat dicens Qui sitit veniat ad me et bibat. Qui credit in me sicut dicit scriptura flumina de ventre eius fluent aque vive. hoc autem dixit de spiritu quem accepturi erant credentes in eum. Et in eodem loco infert. Non enim spiritus erat datus quia ihesus non dum fuerat glorificatus non quo non esset spiritus sanctus dicente domino salvatore. si autem in spiritu sancto eicio demonia: sed qui erat in domino nec dum totus in apostolis morabatur. Quam ob rem cum ducetur ad passionem dominus. et negant et christum nescire se iurant. postquam autem baptizantur in spiritu sancto. et effunditur in eis spiritus sancti gracia tunc loquuntur libere ad principes iudeorum. obedire oportet deo magis quam hominibus mortuos suscitant inter flagella letantur. fundunt sanguinem. et suis suppliciis coronantur Non ergo erat spiritus in apostolis. nec de ventre eorum fluebant gratie spirituales quia dominus nec dum fuerat glorificatus. Crucifigitur ut homo. glorificatur ut deus. denique sol fugit luna mutatur in sanguinem et terre motus insolito more contremiscit aperiuntur inferi mortui ambulant. saxa rumpuntur. hec est ecclesie gloria de qua loquebatur in psalmo Exurge gloria mea exurge psalterium et cythara. Ipsaque de se respondit gloria mea et dispensacio carnis assumpte exurgam diluculo. ut impleatur vicesimi primi psalmi titulus. pro assumpcione matutina. hoc dicimus non quod alium deum et alium hominem esse credamus et duas personas faciamus in uno filio dei sicut nova heresis calumpniatur. Sed unus atque idem spiritus filius dei et filius hominis est et quidquid loquitur aliud referimus ad divinam eius gloriam: aliud ad nostram salutem pro quibus non rapinam arbitratus est esse se equalem deo. sed semet ipsum exinaniuit formam servi accipiens. factus est obediens patri usque ad mortem mortem autem crucis Et verbum caro factum est et habitavit in nobis. Miror autem montanum et insanas feminas eius abortiuos prophetas domino promittere atque dicente vado et alium paraclitum dabit vobis. Et postea lucas ewangelista narrat: quod apostoli acceperint quod promissum est Ego mittam sponsionem patris in vos. et vos sedete in civitate

CClv.

quoadusque induamini virtute ex alto et exurgens in apostolos insufflaverit et non in montanum priscillam et maxillam et illis ait quorum dimiseritis peccata dimittuntur eis. et quorum detinueritis detenta sunt. Apostolis in qua precepit ne recederent ab ierosolimis. sed expectarent promissionem patris. Et postea quando promissum est expletum legimus. Repleti sunt omnes spiritu sancto et ceperunt loqui aliis linguis prout spiritus sanctus dabat eloqui illis. Spiritus enim spirat ubi vult. et quem dicat dominus alium paraclitum mittam vobis et se ostendit esse paraclitum qui appellatur consolator unde et deus pater hoc censetur nomine deus miserationis. Si in autem et pater consolator et filius consolator. et spiritus sanctus consolator. et in nomine patris et filii et spiritus sancti quod intelligitur deus. baptizantur credentes. quorum unum consolatoris et divinitatis est nomen ergo et in una natura est. Hic spiritus sanctus non solum in apostolis sed et in prophetis fuit. de quo david orat dicens spiritum sanctum tuum ne auferas a me. Et daniel spiritum dei habuisse narratur Et david in spiritu loquitur dixisse dominum domino suo sede a dextris meis donec ponam omnes tuos inimicos scabellum pedum tuorum. Nec sine spiritu sancto prophetaverunt prophete. et verbo domini celi formati sunt et spiritu oris eius omnis virtus eorum Et quidquid patris et filii est: hoc idem et spiritus sancti est et ipse spiritus cum mittatur a patre et pro filio veniat. in alio atque alio loco spiritus dei patris vel spiritus christi appellatur unde in actibus apostolorum qui iohannis baptismate fuerant baptizati et credebant in deum patrem et christum. quia spiritum sanctum nesciebant: iterum baptizantur. immo tunc verum accipiunt baptisma ab spiritu sancto Et enim imperfectum est misterium trinitatis. Et in eodem volumine. petrus anania vel saphire dixisse narratur quod mentientes spiritui sancto non sint hominibus menciti sed deo. Questio decima Ad Elbidiam et cetera

QUID significet

illud quod apostolus paulus disputat ad romanos scribens Quid ergo dicemus: Numquid iniquitas apud deum. Absit. usque ad eum locum ubi ait nisi dominus sabaoth reliquisset nobis semen: sicut sodoma facti essemus. et sicut gomorra similes fuissemus. Omnis quidem ad romanos epistola interpretatione indiget

et tantis obscuritatibus obuoluta est
ut intelligendi eam spiritus sancti indigea-
mus auxilio qui per apostolos ipsa dictauit
Sed precipue locus hic in quo quidam
nolentes dei seruare iusticiam ex prece-
dentibus causis dicunt electum in utero
rebecce iacob et abiectum esau. Sicut
et Jeremias et Johannes eliguntur in utero
et ipse apostolus predestinatur in euangelium
antequam nascatur. Nobis autem nichil
placet nisi quod ecclesiasticum est et publice
in ecclesia dicere non timemus. ne mixti
pitagoram et platonem et discipulos
eorum qui sub nomine christiano introdu-
cunt dogma gentium dicamus animas
lapsas de celo esse et pro diuersitatibus
meritorum in hiis uel in illis corporibus
penas antiquorum luere peccatorum.
Multoque melius est imperitiam con-
fiteri et inter cetera que nescimus. etiam
huius loci obscuritatem effugere: quam dum
uolumus dei probare iusticiam basi-
lidis et manichei heresem defen-
dere et hiberas uenenas egipciacaque
portenta sectari. dicamus ergo ut
possumus et apostolice uoluntatis sequen-
tes uestigia ne puncto quidem ut dicitur
atque ungue transuerso ab illius sen-
tencijs recedamus fleuat super et
dolori suo et consciencie sue testem in-
uocauat spiritum sanctum quod fratres sui et cog-
nati secundum carnem israelite dei filium
non recepissent quorum fuit adopcio et
gloria et testamenta et legislacio et
cultura et promissio ex quibus etiam
ipse christus secundum carnem de maria ge-
neratus est virgine et tam continuo cor-
dis dolore torquetur. ut et ipse op-
tet anathema esse a christo .i. solus pro
omne israhelitico genus pereat. et quia
hoc dixerat. statim uenientem ex regio-
ne perudit questionem Quid ergo dicis omnes
qui ex israel sunt perierunt et quomodo tu
ipse ceteri apostoli et infinita iudaica po-
puli multitudo christum dei filium rece-
pistis. Quam ita soluit israel in scrip-
turis sanctis dupliciter appellatur et
in duos diuiditur filios in unum qui
iuxta promissionem spiritus est. Alium
iuxta carnem. Abraham duos ha-
buit filios ismahel et ysaac Isma-
hel qui secundum carnem natus est here-
ditatem patris non accepit. Ysaac qui
de Sara ex repromissione generatus
est semen dei appellatur Scriptum est
enim in ysaac vocabitur tibi semen
id est non qui filij carnis hij filij dei
sed qui filij sunt repromissionis hij
extimantur in semine. Et hoc non solum
in ismahel et ysaac accidisse cognoscimus

sed etiam in duobus rebecce filijs
esau et iacob quorum alter electus alter
abiectus est Et hoc totum dicit nisi
in duobus fratribus prioribus ismahel
et esau populum iudeorum abiectum esse
significet. In posterioribus autem hoc est
in ysaac et iacob electum gencium populum
uel eos qui ex iudeis in christum crediturи
erant. et quoniam hoc volens approbare
proposuerat testimonium nascencium ge-
minorum esau et iacob. de quibus scrip-
tum est maior seruiet minori et in
malachia legimus iacob dilexi esau
autem odio habui. ueniente que ela-
tere questionem more suo proponit
et disserit: et hac soluta reuertitur
ad id de quo loqui ceperat disputare
tare Si esau et iacob nec dum nati
erant nec aliquid egerant boni aut
mali ut uel promererentur deum uel of-
fenderent et electio eorum atque abiectio
non merita singulorum: sed uoluntatem
eligentis: ac abicientis ostendit
quid ergo dicemus iniquus est deus
Secundum illud exemplum quod loquitur ad
moysen miserebor cui misertus
fuero. et misericordiam prestabo cui misere-
bor Si hoc inquit recipimus. ut faci-
at deus quodcumque voluerit. et absque
merito et operibus. uel eligat aliquem uel
condempnet. ergo non est volentis neque
currentis sed miserentis dei maxime
cum eadem scriptura hoc est idem deus
loquatur ad pharaonem in hoc ipsum
excitaui te ut ostendam in te virtu-
tem meam et annuncietur nomen me-
um in uniuersa terra Si hoc ita est et
pro voluntate sua miseretur israeli: et
indurat pharaonem: ergo frustra
queritur atque causatur nos uel bona non
fecisse. uel fecisse mala cum in potestate
illius sit et voluntate absque bonis et
malis operibus uel eligere aliquem
uel abicere. presertim cum voluntati
illius humana fragilitas resistere non
potest. Ad quam validam questionem scriptu-
rarum racione contexta et pene inso-
lubili. breui apostolus sermone dissoluit
dicens: O homo tu quis es ut respon-
deas deo: Et est sensus. Ex eo quod
respondes deo et calumpniam facis et
de scripturis tanta perquiris ut loquaris
contra deum et iusticiam volunta-
tis eius inquiras: ostendis te liberi
arbitrij esse Si enim in similitudine
vasis fictilis te adeo creatum pu-
tas. et illius non posse resistere vo-
luntati: hoc considera quia vas fic-
tile non dicit figulo quare sic fecisti.
Figulus enim habet potestatem de eodem

luto aut ex eadem massa aliud vas in
honorem facere: Aliud vero in contu/
meliam: deus autem equali arbitrio cunctos for
te generavit et dedit arbitrii libertatem
ut faciat unusquisque quod vult sive
bonum sive malum. Intantum autem dedit omni/
bus potestatem: ut vox impia disputet
contra creatorem suum et causas voluntatis
eius perscrutetur. Sin autem deus volens
ostendere iram et notam facere potestatem
suam sustinuit in multa patientia va
sa ire apta ad interitum ut ostenderet
divitias glorie sue in vasa misericordie que pre
paravit in gloria quos et vocavit nos
non solum ex iudeis sed etiam ex gen/
tibus sicut in osee dicit vocabo non
plebem meam plebem meam et
non dilectam dilectam. et erit in loco

b

ubi dictum est ei non plebs mea vos ibi
vocabuntur filii dei vivi. Et cetera que
sequuntur. Si inquit patientia dei induravit
pharaonem et multo tempore
penas distulit israhelis ut iustius con
dempnaret: quos tanto tempore
sustinuerat non dei accusanda est
et infinita clementia: sed eorum duri/
tia qui bonitate dei in perditionem
abusi sunt. Alioqui unus est solis ca
lor et secundum essentias subiacentes
alia liquefacit alia indurat: alia
solvit alia constringit. Liquatur
enim cera et induratur lutum. et tamen
non est caloris diversa natura. Sic
et bonitas dei atque clementia vasa ire
que apta sunt in interitum id est populum is/
rahel indurat. Vasa autem misericordie
que preparavit in gloriam. que et voca/
vit. hoc est nos qui non solum ex iu
deis sumus sed etiam ex gentibus
non salvat irrationabilitate et absque
iudicii veritate: sed causis precedenti
bus. quia non alii susceperunt filium dei
alii autem recipere sua sponte nolu/
erunt. Hec autem vasa misericordie non solum
populus gentium est sed et hii qui ex iu
deis credere voluerunt. et unus cre/
dentium effectus est populus. In quo
ostenditur non gentes elegi. sed homi/
num voluntates. Atque ita factum est ut imple/
retur illud quod dictum est per osee. vo/
cabo non plebem meam hoc est po
pulum gentium. Et quibus prius dicebatur
non plebs mea vos. vocentur fi
lii dei vivi. Quod ne solum de gen/
tibus dicere videretur: etiam eos
qui ex israhelitica multitudine crediderunt
vasa misericordie et electionis reliquie

c

salve fient. hoc est etiam si multi/
tudo non crediderint: tamen pauci cre/
dent. Verbum enim consummatum atque breviatum
in sua deus equalitate libravit. ut
humilitate et incarnatione christi eos
salvos faceret qui in eum credere volu/
issent. Hoc ipsum et in alio loco dixit
isaias. nisi dominus sabaoth reliquisset
nobis semen: sicut zodoma facti es/
semus et sicut gomorra similes fu
issemus. Cumque testimonia proposuisset
ex quibus duplex vocatio predicatur et
gentium et populi iudeorum: transit ad
coherentem disputationem et dicto
dicit gentes: que non sectabantur
iustitiam / iustitiam apprehenderunt
quia non superbierunt. sed in christum credi/
derunt. Israhelis autem magnam partem
ideo corruisse quia offenderunt in la/
pidem offensionis et petram scanda/
li et ignoraverunt iustitiam dei. et que
rens suam statuere iustitiam: iustitie
dei qui christus est subici noluerunt. Le
gi in quodam commentariis sic respon/
disse apostolum: ut magis implicaverit
quam solvit questionem. Ait enim ad
id quod proposuerat. Quid ergo di
cemus. numquid iniquitas apud deum
et non est volentis neque currentis sed
miserentis dei et cuius vult miseretur
et quem vult indurat et voluntati
eius quis potest resistere sic apostolum respon/
disse o homo qui tu es qui es au
des deo facere questionem. et vas fra
gile atque testaceum. rebellas contra
figulum tuum. Numquid figmentum potest
dicere ei qui se finxit quare me sic
fecisti. Aut non habet potestatem
figulus luti ex eadem massa facere
aliud quidem vas in honorem aliud

d

in contumeliam: Et tu ergo silentio con
ticesce et scito fragilitatem tuam
et deo ne moveas questionem qui fecit
quod voluit ut in alios clemens in a
lios severus existeret. Questio
undecima ad Albidiam

Quid sit quod

apostolus scribit ad corin
thios in secunda epistola aliis
odor mortis in mortem
aliis odor vite in vitam. Ad hec quis tam
ydoneus. Si totum huius loci capitulum
exponamus ut ex precedenti et sequenti
bus possint intelligi media que ex
utroque contexta sunt. Cum venissem
autem troadem propter evangelium christi. et hostium
michi apertum esset in domino non habui requiem
spiritui meo. eo quod non invenerim titum fratrem
meum sed vale faciens eis profectus
sum in macedoniam. Deo autem gratias. qui
semper triumphat nos in christo ihesu et odo
rem notitie sue manifestat per nos

p nos in omni loco quia xpi bonus odor
sumus deo in hijs qui salui fiunt et in
hijs qui pereunt alijs quidem odor
mortis in mortem. alijs odor vite
in vitam et ad hec quis tam ydoneus
non enim sumus sicut plurimi vendicantes
tes verbum dei: sed ex sinceritate. sed
sicut ex deo coram deo in xpo loqui
mur. Narrat corinthijs que fecit
que passus sit et quomodo in cunctis
deo agat gratias. et sub exemplo sui
illos prouocet ad certandum veni in quo
troade que prius troia appellabatur
ut euangelium xpi in asia predicarem. Cum
que michi hostium apertum esset in domino
hoc est plurimi credidissent siue per signa
atque virtutes que in me operabatur deus
spes esset nascentis ecclesie fidei et
in domino succrescentis non habui requiem
spiritui meo hoc est spacium consola
cionem inuenire non potui: eo quod titum
fratrem meum non inuenerim siue quem
ibi reperiendum putabam siue quem ibi
audieram degere. uel qui illuc ven
turo esse dixerat. Que autem fuit tan
ta consolacio et que requies spiritui in
presencia titi quem quia non inuenit vale faci
ens eis profectus est in macedoniam
Aliquociens diximus apostolum paulum vi
rum fuisse doctissimum et eruditum
ad pedes gamalihel qui in apostolorum
actibus concionatur et dicit et nunc
quid hetis cum hominibus istis: Si enim
a deo est stabit si ex hominibus de
struetur. Cumque haberet statum spiritualis
cia scripturarum et sermonis diuersarum
que linguarum graciam possideret vnde ipse
in domino gloriatur et dicit gratias ago deo
quod omnium vestrorum linguis magis loquor. di
uinorum sensuum maiestatem non poterat
greci eloquij digno explicare sermo
ne. habebat ergo titum interpretem sicut
et beatus petrus marcum cuius euan
gelium petro narrante et illo scribente
compositum est. Denique et due epistole que
feruntur petri stilo inter se et caractere
discrepant structuraque verborum Ex quo
intelligimus pro necessitate rerum diuersis eum
vsum interpretibus Ergo et paulus a
pro consistatur. quod predicacionis sue
in presenciarum fistulam organumque per quod
xpo caneret non inuenerat. proinde
in macedoniam a perfecit. Apparue
rat enim vir macedo dicens transiens
adiuua nos vt ibi inueniret titum et
visitaret fratres. uel persecucionibus pro
barentur hoc est autem quod dicit
deo autem gratias qui nos semper triumphat
in xpo ihesu. pro eo quod triumphat
de nobis siue triumphum suum agit per
nos. qui in alio loco dixerat. Spec
taculum facti sumus in mundo. Ange
lis et hominibus. Denique narrat in
consequentibus Nam cum venissemus
in macedoniam. nullam requiem ha
buit caro nostra sed omnem tribulacionem
passi. foris pugne. intus timores
Sed qui consolatur humiles conso
latus est nos deus in aduentu eius
sed etiam in solacio Ergo propterea
vale faciens troianis siue troade
sibus profectus est macedoniam. ut in
ueniret ibi titum et haberet in predicacione
euangelij consolatum. Que intelligimus
non ibi receptum sed post tribulaciones
et persecuciones apostoli superuenisse prius
ergo quam veniret titus multa perpessus
agit gratias omnipotenti deo in xpo ihesu
quem gentibus predicabat quod dignum
se elegerit in triumphum filij sui. Tri
umphus dei est passio martirum pro
xpi nomine cruoris effusio et in tor
menta leticia. Cum enim quis vide
rit tanta perseuerancia stare martires
atque torqueri et in suis cruciatibus
gloriari. odor noticie dei dissemina
tur in gentes et subit tacita cogi
tacio quod nisi verum esset euangelium
nunquam sanguinem defenderetur. Ne
que enim delicijs et diuicijs studens
ac secura confessio est sed in carceri
bus in plagis in persecucionibus in fa
me et nuditate et sui hec triumphus
dei est apostolorumque victoria Sed po
terat audiens respondere. Quo
modo ergo non omnes crediderunt. Prius
interrogans soluit ΛΗΕΗΠΕΩW
ΡΑΗ et iuxta morem suum quidquid ali
obicere potest anqua obiciatur edisserit
Et est sensus. Nominis xpi in omni
loco bonus odor sumus deo et predica
cionis nostre longe lateque spirat fla
grancia. Sed quia homines suo
arbitrio derelicti sunt neque enim bonum
necessitate faciunt sed voluntate ut cre
dentes coronam accipiant in creduli
supplicijs mancipentur ideo odor
noster qui per se bonus est virtute eorum
et vicio qui suscipiunt in vitam transit
aut mortem ut qui crediderint
salui fiant. qui vero non crediderint
pereant Nec hoc mirandum de a
postolo cum etiam de domino legerimus
ecce hic positus est in ruinam: et
in resurreccionem multorum. et in signum
cui contradicetur. solis quoque radios tam
munda loca accipiant quam inmunda
et sic in floribus quomodo in stercore
lucent. Hec tamen solis radij

polluitur sit et Christi bonus odor qui
numquam mutari potest nec suam naturam
amittere. Credentibus vita est incre
dulis mors. Mors autem non ista communis
quia cum bestiis morimur et iume
tis sed illa de qua scriptum est. Ani
ma que peccavit ipsa morietur. Ergo
vita non hec arbitranda est qua spe
ramus et incedimus et huc illuc
que discurrimus. sed illa de qua Da
vid loquitur credo videre bona domini
in terra viventium. Deus enim vivorum est
et non mortuorum et vita nostra abscon
dita est cum Christo in deo. Cum enim ap
paruerit vita nostra tunc et nos appare
bimus cum Christo in gloria. Sic et nobis o
Corinthii pacem videatur si nobis pre
dicantibus alii credant alii non cre
dant. Alii vera morte moriantur
alii vivant eo qui dicat ego sum via
veritas et vita. Nisi enim nos locuti es
semus: nec incredulos mors nec cre
dentes vita sequeretur quia diffi
cile dignus preco Christi inveniri
potest qui in annunciando illius non suam
sed eius querat gloriam quem predicat
In eos autem quod se negat non
esse sicut multos qui vendunt verbum
dei ostendit esse quam plurimos. qui questum
putant esse pietatem. et turpis lucri
gratia omnia faciunt. Qui devorant do
mos viduarum. se autem ex sinceritate
et missum a deo. et presente eo qui inspe
xit se omnia in Christo et pro Christo loqui
ut cum predicationis dei triumphus sit
Christi eiusque sit gloria et notandum quod
misterium sit trinitatis in huius capituli
fine monstratum. Ex deo enim in spiritu sanc
to coram deo patre in Christo loquitur a deo
probandum autem quod de Troiade per
rexit Macedoniam de apostolorum actibus
ponam testimonium. Cum autem pertransisset
Misiam descenderunt Troade Et vi
sio per noctem Paulo ostensa est. vir
Macedo quidam erat stans ac de
precans eum ac dicens transiens in
Macedoniam adiuva nos. Quod
cum vidisset statim quesivimus pro
ficisci in Macedoniam certi facti quod
vocasset nos deus evangelizare eis

Questio duodecima ad Elbiadam

QVID SIT QUOD

in epistola scribit ad Thessalo
nicenses prima. Ipse autem
deus pacis sanctificet nos
per omnia et integer spiritus
noster et anima et corpus sine que
rela in adventu domini nostri Ihesu Christi ser
vetur. Famosa questio sub brevi
sermone tractanda. Supra dixerat
spiritum nolite extinguere. Quod si
fuerit intellectum statim sciemus quis
iste sit spiritus. qui cum anima et cor
pore in die adventus domini considerandus est
Quis enim possit credere quod instar
flamme que extincta desinit esse quod
fuerat extinguatur spiritus sanctus et sustinet
neat abolitionem sui. Cum fuit quo
dam in Israel qui per Ysaiam et Ieremiam
et singulos prophetas dicere poterat Hec dicit
dominus et nunc in ecclesia pagabum dicit. Hec
dicit spiritus sanctus divisiones autem donorum
sunt. idem vero spiritus. et divisiones mi
nisteriorum sunt idem autem dominus et divisi
ones operacionum sunt et idem deus qui
operatur omnia in omnibus unicuique autem
datur manifestacio spiritus ad id quod
expedit. Alii per spiritum datur sermo sapie
alii sermo sciencie secundum eundem spiritum a
lii fides in eodem spiritu alii gratia sani
tatum. Alii prophetia alii discretio spirituum
omnia autem hec operatur unus atque
idem spiritus dividens singulis prout
vult. De hoc spiritu ne a se auferretur
rogabat David dicens spiritum sanctum tuum
ne auferas a me. Cum quem aufertur
non in substancia sui sed ei a quo aufertur
extinguitur. Ego puto unum atque idem
significare spiritum nolite extinguere
et quod in alio loco scribit spiritu ferve
tes In quo enim fervor spiritus multipli
catus equitate et caritatis rigore
non tepescit in hoc nequaquam spiritus
extinguitur. Deus ergo pacis sancti
ficet nos per omnia vel in omnibus sive
plenos atque perfectos hoc enim magis
ΟΛΟΤΕΛΕΙΣ sonat deus omnium
appellatur pacis. quia per Christum ei reco
ciliati sumus qui est pax nostra. qui fecit
utraque unum. Cum et in alio loco dicit
pax dei superans omnem sensum qui
custodit corda cogitacionesque sanctorum
Cum autem sanctificatus sive perfectus
est in omnibus in hoc et spiritus et anima
et corpus in die domini servetur corpus
si singulorum membrorum utatur officiis
verbi gratia si operetur manus pes ambu
let. oculus videat. auris audiat.
dentes cibos molant stomachus
coquat alvus digerat. aut si in ulla
parte membrorum truncatus est et hoc quis
quam potest credere apostolum pro credentibus
deprecari ut in die iudicii integrum
omnium Christus corpus inveniat cum omnia
corpora morte dissoluta sint aut si
aut quedam volumus recepta fuerint ad
huc sperancia debilitates suas et
maxime martirum et eorum qui pro
Christi nomine vel oculos effossos vel

amputatas nares · uel abscissas manus
haberent · Ergo integrum corpus est de
quo diximus in alia questione et non
tenens caput : ex quo omne corpus con//
nexum atque compactum accipit aug//
mentum administracionem xpi hoc
corpus ecclia est · Et quicunque huius cor
poris tenuerit caput et cetera memb//
seruauit · habebit integrum corpus
quantum potest recipe humana natura
Juxta hunc modum et anime inte//
gritas conseruanda est que dicere pot
Benedic anima mea dnm · qui sa//
nat omnes infirmitates tuas · Et de
qua scriptum est Misit vbum suum et
sanauit eos · Spiritus quoque integer
in nobis conseruatur qui etiam in
spualibus sed spu acquiescimus spm
et opa carnis mortificamus in spu · ad
ferimusque omnes fructus eius · carita
tem · gaudium · pacem et cetera · Aliter
precipitur nobis salomone dicente
Tu autem describe eam tripliciter in
consilio et sciencia · ut respondeas
verba veritatis hijs qui proponunt ti
bi Triplex in corde nostro descriptio et
regula scripturarum est · prima ut intelli
gamus eam iuxta historiam · secunda
iuxta tropologiam · Tercia iuxta
intellegenciam spualem · In historia
eorum que scripta sunt · ordo seruatur
In tropologia · de littera ad maiora
consurgamus · et quidquid in priori populo
carnaliter factum est iuxta mora//
lem interpretamur locum · et ad ani//
me nostre emolumenta conuertimus In
spuali θ e w p y a · ad subliminora tran//
simus Terrena dimittimus ad futu//
rorum beatitudinem de celestibus dis//
putamus · ut presentis vite meditacio
vmbre future beatitudinis sit · Cum
tales xpus inuenerit · ut et corpore
et anima · et spu integri conseruentur
et perfectam habeant triplicis in se sci//
entie veritatem · hos sua pace sancti
ficauit et fecit esse perfectos Multi sim//
pliciter hunc locum de resurrectione in
telligunt · ut et spus et anima et corpus
in aduentu dni integra conseruetur
Alij ex hoc loco explicitum in hoc loco
volunt affirmare subam · Spus quo
sentimus · anima qua viuimus · cor
pus quo incedimus Sunt qui ex ani
ma tantum et corpore subsistere homi//
nem disserentes spm in eum tercium
non subam velint intelligi sed efficac//
iam · per quam et mens in nobis · et sen
sus et cogitacio et animus appellantur
Et vtique non sunt tot sube quot nomina
Cumque illud eis oppositum fuerit
fuit : bn dicite spus et anime iustorum
dno · scripturam non recipiunt · dicentes
eam in hebraico non haberi · Nos autem
in presenti loco ut supra diximus spm qui
cum anima et corpore integer con
seruatur · non subam spus sancti que non
pot interire sed gratias eius donatos
que accipimus quam iuxta uel virtute uel vicio
et accenduntur et extinguntur in nobis

Questiones siue capitula con
tenta in subsequenti epla beati
Jeronimi ad Algasiam de vnde
nim questionibus et cetera

96 Cur Johanes discipulos
suos mittit ad dnm · ut
interrogarent eum Tu
qui venturus es · An
alium expectamus · cum prius ipse de eo
dem dixit Ecce agnus dei ecce qui
tol · p · mundi Capitulum ij
Quid significet quod in matheo scriptum
est · harundinem quassatam non con
fringet et linum fumigans non extinguet
Capitulum iij · Quem sensum
habeat quod in euangelista ma//
theo scriptum est Si quis vult post
me venire abneget semetipsum que
est sui abnegacio · Aut quo qui sequitur
saluatorem seipsum negat Ca · iiij
Quid vult significare quod in
eodem matheo scriptum est ve pregnan
tibus et nutrientibus in diebus illis
et orate ut non fuga vestra hieme uel
sabbato Capi · v Quid sibi velit
quod scriptum est in euangelio secundum lucam
et non receperunt eum · quia facies eius
erat vadens ierlm Capi · vj Quid
sit villicus iniquitatis qui dni voce
laudatus est Capi · viij Quo
sensu accipiendum sit quod in epla
legimus ad romanos · vix enim pro iusto
quis moritur · nam pro bono forsi
tan quis audeat mori
Quid sibi velit quod ad romanos scri
bit apostolus · occasione accepta peccatum
per mandatum · operatum est in me
omnem concupiscenciam
Quare aplus paulus in eadem ad
romanos scribit epla · optabam ego
ipse anathema esse pro fratribus meis
et reliqua etc
Quid velit intelligi quod idem apls
scribit ad colocenses nemo uos seducat
et volens in humilitate mentis et
religione angelorum et reliqua
Quid est quod idem aplus ad
tessalonicenses scribit nisi discessio
venerit primum et reuelatus fuerit
homo peccati et reliqua etc

capitulum primum

CClx
a

Incipit epistola beati Jeronimi ad Algasiam de undecim questionibus etc.

Filius meus
apodemius. qui interpretationem nominis sui longa ad nos navigatione signavit et de oceani littore atque ultimis gallie finibus roma pretermissa que sunt bethlehem ut inveniret in ea celestem panem et saturatus eructaret in deum: ac diceret eructavit cor meum verbum bonum dico ego opera mea regi. detulit michi in parvula scedula maximas questiones quas ad te datas michi tradendas diceret. Ex quarum lectione intellexi studium regine saba in te esse completum que de finibus terre sapientiam venit audire salomonis Non quidem ego salomon. qui et ante se et post se cunctis hominibus prefertur in sapientia: sed tu regina appellanda es saba. in cuius mortali corpore non regnat peccatum et que ad dominum tota mente conversa sonat Similiterque animadverti quod questiuncule tue de euangelio sunt: et de apostolo posite: indicat te veterem scripturam aut non satis legere aut non satis intelligere. que tantis obscuritatibus futurorum typis involuta est ut omnis interpretatione egeat et porta orientalis de qua verum lumen exoritur. et per quam pontifex ingreditur et egreditur semper clausa sit et soli christo pateat qui habet clavem david. qui aperit et nemo claudit ut illo reserante introeas in cubiculum eius. et dicas introduxit me rex in cubiculum suum. preterea satis miratus sum. Cur purissimo fonte vicino nostri tam procul rivuli fluenta queras et omissis aquis siloe que vadunt cum silencio desideras aquas syor que turbidis sunt huius vicijs sordidantur. Habes ibi sanctum virum alethium presbiterum qui viva ut aiunt voce et prudenti de sertoque sermone possit solvere que queris requiris Nisi forte peregrinas merces desideras et pro varietate gustus morum quoque condimentorum te alimenta delectant. alijs dulcia placent nonnullos subamara delectant. horum stomachum acida renovant. illorum salsa sustentant. vidi ego nausiam et capitis vertiginem antidoto quod appellatur ykera sepe sanari iuxta ypocraten. Itaque vestram amaritudine illius nectareis melle calcato. et mitte in merram lignum crucis vitam cuncti auctoritate compesce ut possis leta cantare. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo Questio prima ad Algasiam et tercia

Cur Johannes
discipulos mittit ad dominum ut interrogarent eum Tu es qui venturus es an alium expectamus. cum prius ipse de eodem dixit ecce agnus dei. ecce qui tollit peccata mundi. De hac questione in commentarijs mathei plenius diximus unde apparet que hec interrogas. ipa te volumina non habere. Tamen stringendum est breviter. ne omnino tacuisse videamur. Johannes mittebat discipulos suos in vinculis constitutus. ut sibi querens illis disceret. et capite truncandus: illum doceret esse sectandum quem interrogatione sua magistrum omnium fatebatur. Neque enim poterat ignorare quem ignorantibus demonstraverat et de quo dixerat. Qui habet sponsam sponsus est. Et cuius non sum dignus calciamenta portare. Et illum oportet crescere me autem minui. Deumque patrem intonantem audierat hic est filius meus dilectus in quo michi complacui. Quod autem dicit Tu es qui venturus es: an alium expectamus huic quoque sensum habere potest Scio quod ipse sis qui tollere venisti peccata mundi. sed quia ad inferos descensurus sum etiam hoc interrogo utrum et illuc ipse descendas an impium sit hoc de dei filio credere aliumque missurus sis. hoc autem scire desidero. ut qui te in terris hominibus nunciavi eciam inferis nunciem. si forte venturus es. Tu enim es qui venisti dicere captivitatem et solvere eos qui in vinculis tenebantur. Cuius sanctificationem dominus intelligens operibus signis quam sermone respondit. Et iohanni precipit nunciare videre cecos: ambulare claudos. leprosos mundari surdos audire mortuos surgere et quod hijs maius est. pauperes ewangelizare. pauperes vel humilitate. vel divicijs. ut nulla inter pauperem divitemque distancia sit salutis sed omnes vocentur equaliter. Cui quoque infert Beatus qui non fuerit scandalizatus in me Non iohannem sed discipulos eius percutit qui prius accesserant ad eum dicentes. Quare nos et pharizei ieiunamus frequenter discipuli autem tui non ieiunant: et

ad iohem Magister an tu phibuisti testimoniu iuxta iordanem ecce discipuli eius baptizant et plures veniunt ad eu. Quo dicto: livorem significat de signorum magnitudine et invidie mordacitate venientem: cur baptizatus a iohanne ipse audeat baptizare. et multo amplior ad eum turba concurrat quam prius venerat ad iohem Et ne forsan plebs nesciens hoc dicto iohem sugillari arbitraretur in illius laude prorat. Et cepit de iohanne ad turbas dicere circumstantes. Quid existis ad desertum videre. harundinem vento agitatam. Et quid existis in solitudine videre hominem mollibus vestitum et reliq. Cuius dicti hic sensus est. Numquid ad hoc existis in heremum ut videretis hominem. instar harundinis ventorum flatu in partes varias inclinari: ut quem antea laudaverat. de eo nunc dubitet: et de quo prius dixerat: ecce agnus dei nunc interroget utrum ipse. an alius sit qui vel venerit vel venturus sit: Et quia omnis fla predicatio sectatur lucra et gloriam querit humanam ubi per gloriam nascitur compendia. asserit eum camelorum vestitum plus pilis: nulli posse adulationi succumbere Et quia locustis vescitur at melle silvestri. opes non querere. Rigidamque et austeram vitam aulas vitare palatii. quos querunt. qui bisso et serico et mollibus vestiuntur. Dicitque eum non solum prophetam qui soleat ventura predicere. sed plus eum esse quam prophetam. Quia quem illi venturum esse dixerant: hic venisse monstravit dicens. ecce agnus dei ecce qui tollit peccatum mundi. Presertim cum ad fastigium prophetale: baptiste accesserit privilegium et cum dixerat ego a te debeo baptizari. ipse dominum tum baptizavit Non presumptione maioris sed obedientia discipuli: ac timore servili. Cumque inter natos mulierum nullum asserat iohanne surrexisse maiorem. sed qui de sorte procatus est. maiorem esse commemorat. sive omnem angelum qui minimus minimus est inter cunctos homines antefere Nos enim in angelos proficimus et non angeli in nos: sicut quidam stertentes sopore gravissimo somniant. Nec sufficit hoc in iohannis laudibus nisi ipse predicans baptismum penitencie prius dixisse referetur. penitentiam agite appropinquabit enim regnum celorum unde a diebus predicationis eius regnum celorum vim patitur ut qui homo natus est angelus esse desideret et terrenum animal: celeste querat habitaculum

Lex enim et prophete usque ad iohem baptistam prophetaverunt. Non quod iohannes prophetarum sit finis et legis: sed ille qui iohannis testimonio predicatus est. Iohannes autem secundum misterium quod in malachia scriptum est ipse est helyas qui venturus est non quod eadem anima ut heretici suspicantur et in helya et in iohanne fuerit sed quod eandem habuerit spiritus sancti gratiam. Zona cinctus ut helyas vixit in heremo ut helias. persecutionem passus ab herodiade ut ipse sustinuit a iezabel et quomodo helias secundi parusie adventus est: ita iohannes venturum in carne dominum salvatorem non solum in heremo sed et in utero vero salutavit et exultatione corporis nuntiavit. Questio secunda 2.

Quid significet

quod in matheo scriptum est. harundinem quassatam non confringet et linum fumigans non extinguet. Ad cuius expositionem loci. totum quod matheus de ysaia propheta assumit testimonium ponendum est et ipsius verba ysaie iuxta septuaginta interpretes ipsum que hebraicum. cui theodotion aquila symachus que consentiunt. sed ergo de quatuor evangelistis solus matheus posuit. Ihesus autem sciens recessit inde et secuti sunt eum multi et curavit eos omnes et precepit eis ne manifestum eum facerent ut impleretur quod dictum est per ysaiam prophetam dicentem Ecce puer meus quem elegi dilectus meus in quo complacuit anima mea. ponam spiritum meum super eum et iudicium in gentibus nuntiabit Non contendet neque clamabit. neque audiet quis quam in plateis vocem eius. Harundinem quassatam non confringet et linum fumigans non extinguet donec eiciat ad victoriam iudicium et in nomine eius gentes sperabunt Pro quo in ysaia iuxta septuaginta interpretes sic scriptum. iacob puer meus suscipiam eum israhel electus meus suscepit anima mea. dedi spiritum meum super eum. iudicium gentibus proferet Non clamabit neque dimittet nec audietur foris vox eius. Harundinem fractam non conteret et linum fumigans non extinguet. Sed in veritate proferet iudicium. splendebit et non quassabitur donec ponat super terram iudicium et in nomine eius gentes sperabunt Nos autem ex

hebraico ita vertimus Ecce puer meus
suscipiam eum electus meus compla
cuit sibi in illo anima mea dedi spiritum
meum super eum. iudicium gentibus proferet
Non clamabit nec accipiet personam
nec audietur foris vox eius. Calamum
quassatum non conteret. et linum fumigans
non extinguet. In veritate educet iu
dicium non erit tristis neque turbulentus
donec ponat in terra iudicium et legem
eius insule expectabunt. Ex quo apparet
matheum ewangelistam non veteris
interpretationis auctoritate constrictum
dimisisse ebraicam veritatem sed quasi
hebreum ex hebreis in domini lege doctissi
mum gentibus protulisse que in hebreo
legerat. Si enim sic accipiendum est ut
septuaginta interpretes ediderunt iacob
puer meus suscipiam eum israhel electus
meus suscepit eum anima mea. quo
modo in christo intelligimus esse completum quod
de iacob et de israhel scriptum est. Quod
beatum matheum non solum in hoc testi
monio. sed in alio loco fecisse legimus
Ex egipto vocavi filium meum pro quo
septuaginta transtulerunt ex egipto vo
cavit filios suos. Quod utique nisi sequa
mur hebraicam veritatem: ad dominum sal
vatorem non pertinere manifestum est. Se
quitur enim Ipsi autem immolabant
bahalim. Quod autem de assumpto testimonio
in ewangelio minus est: splendebit
et non quassabitur donec ponat in terra
iudicium videtur michi accidisse primi
scriptoris errore. Qui legens superiorem
sententiam in verbo iudicium esse finitam. pu
tavit inferioris sententie ultimum verbum
esse iudicium. et pauca verba que in medio
sunt. id est inter iudicium et iudicium fuerant
pretermisit. Rursumque quod apud hebreos
legitur et in lege eius sperabunt insule
Matheus sensum potius quam verba
interpretans pro lege et insulis nomen
posuit et gentes. Et hoc non solum
in presenti loco. sed ubicumque de veteri in
strumento ewangeliste et apostoli testimonia protu
lerunt. diligentius observandum est. non
eos verba secutos esse sed sensum. Et ubi
septuaginta hebraico discrepant. he
breum sensum suis expressisse sermoni
bus. puer ergo dei omnipotentis iuxta
dispensationem carnis assumpte quod
ad nos mittitur salvator est appellatus
Ad quem et in alio loco dicit. pater
magnum tibi est vocari puerum meum ut
congreges tribus iacob. hic est vinea
soreth que interpretatur electa. hic est fi
lius amantissimus in quo sibi com
placuit anima in quo dei. Non quod deus

CClxi

a

Apli et ewangeliste in interpretationibus sensum secuti sunt non verba

anima habeat sed quod in anima omnis dei
monstretur affectus. Et non mirum si in
deo anima nominetur cum universa humana
in corporis membra secundum leges tropolo
gie et diversas intelligencias habere
dicatur. posuitque quoque spiritum suum su
per eum. spiritum sapientie et intelligencie spiritum con
silii et fortitudinis. spiritum scientie et pietatis
et timoris domini. qui in specie columbe des
cendit super eum. de quo et Iohannes baptista
a deo patre audisse se narrat. Super quem
videris spiritum sanctum venientem et manen
tem in eo. ipse est. Et iudicium suum gen
tibus nunciabit. de quo et in psalmis le
gimus deus iudicium tuum regi da. et ius
ticiam tuam filio regis. Qui et ipse loquitur
in ewangelio Non enim pater iudicat quem
quam. sed omne iudicium dedit filio Non
contendet Sicut agnus ductus est
ad victimam. non contendet in subversionem
audiencium neque clamabit Iuxta illud
quod paulus apostolus scribit. omnis clamor
et ira et amaritudo auferatur a nobis
Non clamabit quia israhel non fecit iudi
cium sed clamorem Neque audiet quis
quam in plateis. sive foris vocem eius
Omnis enim gloria filie regis ab intus
et arta et angusta. via est que ducit
ad vitam. unde in plateis vox illius
non auditur In quibus consideret ait sa
piencia: lata spaciosaque viam non ingre
diens: sed arguens atque condempnans
unde et hiis qui foris erant non sua
voce sed per parabolas loquebatur.
Harundinem inquit quassatam non
confringet. sive ut septuaginta trans
tulerunt calamum fractum non conteret
Calamus fractus qui fuit antea
vocalis et in laudes domini concinebat
appellandus est israhel. qui quondam
impegit in angularem lapidem et
cecidit super eum: fractusque in illo est.
Propterea dicitur de eo Increpa domine besti
as calami Et in ihesu volumine tor
rens appellatur cane id est calami. qui
aquas habet turbidas. quas elegit
israhel pulcherrima contempnens fluenta ior
danis. reversusque mente in egiptum
et desiderans cenosam ac palustrem
regionem. peponesque et cepe et allia
et cucumeres. ollasque egiptiarum car
nium. rectissime per ysaiam appellatur
calamus fractus tamen qui in tantum voluit
perfunderetur manus eius. Qui enim post
adventum domini salvatoris ewangelice inter
pretationis spiritum derelinquens in iudai
ce littere morte requiescit istius
cuncta opera vulnerantur. Linum quoque fu
migans non extinguet. populum de

d

b

c

generibus congregatum. Qui extincto legis naturalis ardore fumi amarissimi et qui noxius oculis est tenebroseque caliginis involvebatur erroribus. Que non solum non restrinxit et redegit in cinerem, sed e contrario de parva scintilla et pene moriente maxima suscitavit incendia. Ita ut totus orbis arderet igne domini salvatoris, quem venit mittere super terram et in omnibus ardere desiderat. Secundum tropologiam quoque nobis videtur de hoc loco in commentariis Mathei breviter adnotavimus. Iste autem qui harundinem quassatam non confregit, et linum fumigans non extinxit iudicium quoque perduxit ad victoriam cuius iudicia vera sunt iustificata in semetipsis ut iustificetur in sermonibus suis et vincat cum iudicatur. Et tam diu lumen predicationis eius in mundo resplendeat nullusque conteratur et vincatur insidiis donec ponat in terra iudicium et impleatur illud quod scriptum est. Fiat voluntas tua sicut in celo et in terra. Et in nomine eius gentes sperabunt insule. Quomodo enim insule turbine flatuque ventorum et crebris tempestatibus feriuntur quidem sed non subvertuntur in exemplum evangelice domus que super petram robusta mole fundata est ita et ecclesie que sperant in lege et in nomine domini salvatoris loquuntur per Ysaiam. Ego civitas firma civitas que non obpugnatur. Questio tertia ad Alg.

Quem sensum habeat quod in evangelio Matheo scriptum est. Si quis vult post me venire abneget semetipsum. Que est sui abnegatio. Aut quomodo qui sequitur salvatorem seipsum negat. De quo in tertio commentariorum eiusdem Mathei libro ita breviter locutus sum. Qui deponit veterem hominem cum operibus suis negat seipsum dicens vivo autem iam non ego vivit vero in me Christus. Tollitque crucem suam et mundo crucifigitur. Cui autem mundus crucifixus est sequitur dominum crucifixum. Quibus nunc hec addere possumus. Postquam ostendit discipulis suis quod oporteret eum in Ierusalem multa pati a sacerdotibus et scribis et principibus sacerdotum et occidi adsumens eum Petrus cepit increpare et dicere. Absit a te domine non erit tibi hoc. Cui conversus dixit Petro. Vade post me Sathana scandalum es michi quia non sapis que dei sunt, sed que hominum. Humano quippe timore perterritus passionem domini formidavit. Et quomodo audiens multa pati et occidi timebat sic audiens tertia die resurget gaudere debuerat et tristiciam passionis resurrectionis gloria mitigare. Unde illo pro timore correpto loquebatur ad omnes discipulos sive convocavit turbam cum discipulis suis ut Marcus posuit aut iuxta Lucam dicebat ad cunctos. Si quis vult post me venire abneget semetipsum et tollat crucem suam et sequatur me. Cuius exortationis hic sensus est. Non est delictum in dominum supplicii abnegatio sed pura confessio. Qui in me credit debet suum sanguinem fundere. Qui enim perdiderit animam suam in presenti luci eam faciet in futuro. Cottidie credens in Christo tollit crucem suam et negat seipsum. Qui impudicus fuit versus ad castitatem temperancia luxuriam negat. Qui formidolosus et timidus ad sumpto robore fortitudinis priorem esse se nesciat. Iniquus si sequatur iustitiam negat stultitiam. Quod [illegible] non solum in persecutionis tempore et necessitate martirii sed in omni conversatione opere cogitatione sermone negemus nos metipsos qui ante fuimus et confiteamur eos qui in Christo renati sumus. Idcirco enim dominus crucifixus est ut et nos qui credimus in eum et peccato mortui sumus crucifigamur cum ipso. Dicamusque quod Paulus apostolus docuit. Cum Christo crucifixus sum. Et michi autem absit gloriari nisi in cruce domini mei Ihesu Christi per quem michi mundus crucifixus est et ego mundo. Qui cum Christo crucifixus est spoliet principatus et potestates et triumphet eas ligno. Unde et in evangelio secundum Iohannem in typum eorum qui in domino eruditi erant et se cum illo crucifixuri Symon Cyreneus portat crucem eius quam iuxta alios evangelistas prior ipse portavit. Questio quarta rectis

Quid vult sibi quod in eodem Matheo scriptum est. Ve pregnantibus et nutrientibus in diebus illis. Et orate ne fiat fuga vestra hieme vel sabbato. Quod ex superioribus pendere manifestum est. Cum enim evangelium Christi cunctis gentibus fuerit predicatum et venerit consummatio videritque abhominationem desolationis que dicta est a Daniele propheta stare in loco sancto tunc precipitur hiis qui

cclxii
a

b

in iudea sunt: ut fugiant in montibus et qui in tecto ne descendat tollere aliquid de domo sua Et qui in agro ne revertatur auferre tunicam suam de quibus in commentariis eiusdem mathei plenius diximus. Statimque coniungitur. Ve pregnantibus et nutrientibus in illis diebus. Quando abhominacio desolacionis: steterit in loco sancto. Quod quidem iuxta litteram de adventu antixpi predicari nulli dubium est: quando persecucionis magnitudo compellet fugere et gravides uteri parvulique lactantes fugam retardant. Licet quidam titi et vespesiam adversus iudeos. et precipue ierusalem obsidionem pugnamque significari velint. Hiemem quoque et sabbatum sit in preceptum ne eo tempore fugere compellantur quando duricia frigoris in agris: et in desertis locis fugientes latere non patitur Et observacio sabbati aut prevaricatores facit si fugiant. aut hostium gladiis subiacere si sabbati ocium et precepta servaverint. Nos autem audientes dominum salvatorem dicentes ut qui in iudea sunt ad montana confugiant ipsi quoque oculos levemus ad montes de quibus scriptum est. Levavi oculos meos ad montes. Unde veniet auxilium michi. Et in alio loco Fundamenta eius in montibus sanctis Et montes. unde in circuitu eius. et dominus in circuitu eius. et dominus in circuitu populi sui Et non potest abscondi civitas supra montem posita. et discalciemus nos pelle littere. nudisque pedibus cum moyse ascendamus montem syna et dicamus. Transiens videbo visionem hanc magnam ut possimus intelligere pregnantes animas. que de semine doctrinarum et sermonis dei: inicia fidei conceperunt. et dicunt cum ysaia a timore tuo domine concepimus et parturivimus et peperimus spiritum salutis tue: quem fecisti super terram. Sicuti enim semina paulatim formantur in uteris et tam diu non reputatur homicidium donec elementa confusa suas imagines membraque suscipiant: ita sensus racione conceptus nisi in opera prorupit. adhuc ventre retinetur et cito abortu perit. cum viderit abhominacionem desolacionis: stantem in ecclesia et sathanam transfiguravi se in angelum lucis. Et de istiusmodi paulus loquitur dicens. Filioli mei quos iterum parturio donec formetur xpus in nobis. Has ego reor iuxta

misticos intellectus esse mulieres: de quibus apostolus scribit. Mulier seducta in transgressione facta est. Salvabitur autem per filiorum generacionem si permanserit in fide et caritate et sanctificatione. cum pudicicia. Que si de sermone divino aliquid genuerint necesse est que generata sunt crescere. et primum accipe lac infancie. donec perveniat ad solidum cibum et ad maturam etatem plenitudinis xpi. Omnis enim qui lacte alitur imperitus est in racione iusticie. parvulus enim est. Hee ergo anime: que necdum pepererunt sive qui necdum pariunt. sive que necdum potuerint ea que generata sunt alere. cum viderit hominem hereticum stantem in ecclesia cito scandalizantur et pereunt. et in tempestate atque in persecucionibus permanere non possunt. presertim si ocium habuerint operum bonorum. et non ambulaverint in via que est xpus: de hac abhominacione heretice perversoque doctrine. dicebat apostolus. Quod homo iniquitatis et adversarius. elevet se contra omne quod dicitur. deus et religio. ita ut audeat stare in templo dei: et ostendere se quod ipse sit deus Cuius adventus secundum operacionem sathane et ea que concepta sunt facit perire abortivo: et que nata ad pueriliciam. et ad perfectam etatem. pervenire non posse. Quamobrem: orandus est dominus ne in exordio fidei crescentis etatis oriatur hyemps de qua scriptum est Hyemps transiit. abiit sibi. Ne octio torpeamus sed imminente naufragio. suscitemus dormientem dominum atque dicamus Preceptor salva nos perimus Questio. V.

Quid tibi velit quod scriptum est. in ewangelio secundum lucam Et non receperunt eum quia facies eius erat vadens in ierusalem. Festinans dominus ierusalem peregre: ut complerentur dies adsumpcionis eius: ut pascha celebraret de quo ait calicem quem dedit michi pater non bibam illum. Omnemque doctrinam suam patibulo roboraret. iuxta illud quod scriptum cum exaltatus fuero omnia traham ad me. obfirmacione enim et fortitudine opus est. ad passionem sponte properantis. Unde et ezechieli cui dixerat deus fili hominis in medio scorpionum tu habitas. ne timeas eos obfirmavi inquit faciem tuam et dedi faciem tuam eream et frontem tuam ferream: et si forsitan surrexisset contra eum malleus universe terre

quasi in ciclo durissima resistet malleum
qui contereret. de quo scriptum est: quo
modo confractus est et contritus mal
lcxviij leus vniuerse terre. Et misit nuncios i.
a angelos ante faciem. Iustum enim erat
ut dei filio angeli ministrarent. siue an
gelos apostolos vocat. quia et iohannes
precursor domini angelus appellatus est
Cumque ingressi essent vicum samarie
ut prepararent ei non susceperunt illum quia
facies eius erat vadens in ierusalem. Hos
tili mente samaritani atque iudei discor
dant odio. Et cum omnes oderint gen
tes propter contra se furore bachantur
dum utrique de legis possessione contendunt
et intantum se inuicem persequuntur ut postquam
iudei de babilonia sunt reuersi edifica
cionem templi samaritani impedie
rint. Cumque vellent et ipsi cum eis e
dificare templum. responderunt iudei
Non licet nobis et vobis edificare do
mum dei domini. Denique pro summa iniuria
pharisei exprobrabant domino. Nonne demonium
habes et samaritanus es. Et in pa
rabola de ierusalem descendentis et in ie
richo samaritanus ponitur pro signo
atque miraculo quod magis benefecerit.
Ad puteum samaritane scriptum est
Non enim coutuntur iudei samarita
nis. videntes autem samarite dominum ie
rusalem pergere idem ad hostes suos quod
audierant discipulis eius qui ad pa
randum hospicium venerant. iudeum
esse cognoscunt. Et quasi iudeum atque
alienum: a deum qui ad inimicos per
geret suscipere noluerunt. Quanquam et
alia nobis subiciatur intelligencia. quod
voluntatis domini fuerit non suscipi a sama
ritis quia festinabat ire ierusalem. Ibique
pati et sanguinem fundere Ne occupa
tus susceptione samaritica. et doctri
na gentis illius passionis differret
diem ad quam venerat sustinendam.
b Vnde dicit et in alio loco Non veni nisi
ad oues perditas domus israel. Et apostolis pre
cepit Ciuitates samaritanorum non intro
bitis nolens tollere occasionem perse
cucionis iudaice. ne postea dicerent
crucifixum eum quia se inimicis
meis et hostibus miscerat. Facies ergo
eius erat pergens ierusalem Et idcirco iuxta
alteram intelligenciam non recepimt
eum samarite quia festinabat ingredi
di israel. Vt autem non reciperet fuit
diuine voluntatis. Denique apostoli in lege
versati: in qua tamen iusticie nouerant
oculum pro oculo: dentem pro dente
vlcisci iniuriam et imitari
heliam ad cuius vocem duas pente
costidas in ictu ignis absumpserat

dicunt quod ad dominum. vis dicemus. ut ignis
descendat de celo et consumat eos
pulchre vis inquiunt dicemus. Nam
et helias dixerat. Si homo dei sum
ignis descendat de celo super nos Ergo
ut apostolorum sermo efficienciam habeat
voluntatis est domini. Nisi enim ille iusserit
frustra dicunt apostoli ut ignis descendat
super eos Et quodammodo verbis alijs hoc
loquuntur. Si ad sermonem helie in iniuriam
ignis descendit e celo et non samari
tas; sed iudeos consumpsit incendium
quanto magis ad contemptum filij dei
in impios samaritas debet flamma
seuire. Ex regione dominus qui non ad iu
dicandum venerat sed ad saluandum
non in potestate: sed in humilitate non in pa
tris gloria sed in omni vtilitate incre
pat eos quod non meminerint doc
trine sue: et bonitatis euangelice in qua
dixerat qui te percusserit in maxilla
prebe ei et alteram Et diligite inimi
cos vestros Questio sexta. Item

ALTERAM DE

ewangelio luce questi
unculam proposuisti Quis
sit villicus iniquitatis
qui domini voce laudatus est Cuius
cum vellem scire racionem et de quo
processerit reuolui volumen euangelij
et inter cetera reppperi. quod appropinquan
tibus saluatori publicanis et peccatori
bus ut audirent eum murmurabant
pharisei et scribe dicentes Quare iste
peccatores suscipit et comedit cum eis
Qui locutus est eis parabolam cen
tum ouium. et vnius perdite que in ue
ra pastoris humeris reportata est. Et
cur esset proposita statim intulit di
co uobis Sic erit gaudium in celo super
vno peccatore penitenciam agente
magis quam super nonaginta nouem
iustis: qui non indigent penitencia
Aliam quoque parabolam decem drag
marum vnius perdite et repte cum pro
suisset: simili eam fine compleuit
Sic dico vobis: gaudium erit coram
angelis dei super vno peccatore penitenciam
agente. Terciam quoque parabolam
proposuit hominis habentis duos filios
et diuidentis inter eos substanciam Cumque
minor facultatibus perditis egere ce
pisset. et comedere siliquas porcorum
tibum: reuersus ad patrem susceptus
ab eo est frater quoque senior inuidens
patris voce corripitur quod letari
debuerit et gaudere. quia frater eius
mortuus fuerat et reuixit perditus et
inuentus est. Has tres parabolas

De villico iniquitatis hic exponitur
parabola

contra pharizeos et scribas locutus
est qui nolebant recipe penitentiam pec/
catorum et publicanorum salutem. d Dice/
bat enim inquit et ad discipulos suos
haut dubium quin parabolam sicut
prius ad scribas et pharizeos. Que pa/
rabola ad clemenciam discipulos hor/
taretur et aliis verbis diceret dimitti/
te et dimittetur vobis. ut in oratione
dicta libera fronte possetis dicere
nobis debita nostra sicut et nos dimit/
timus debitoribus nostris. Que est ergo
parabola ad clemenciam provocantis
Homo quidam erat dives qui ha/
bebat villicum sive dispensatorem hic
autem οικονομος significat villi/
cus aut proprie ville gubnatorem. unde
et a villa villicus nomen accepit οι/
κονομος autem tam pecunie quam
frugum: et omnium que dominus possidet
dispensator est. unde et οικονο
μικος xenofontis: pulcherrimus
liber est. qui non gubnationem ville
sed dispensationem universe domus
tullio interpretante significat. Iste ergo
dispensator. accusatus est ad dominum
suum quod dissipasset substantiam eius. Quo
vocato dixit Quid hoc audio de te
Redde rationem dispensationis. He/
que enim ultra me poteris dispensare
Qui dixit in semetipso. Quid faciam
quia dominus meus aufert a me dispe/
sationem. Fodere non valeo. mendi/
care erubesco Scio quid faciam ut
quando sublata fuerit michi dispesatio sus/
cipiant me in domos suas: Convo/
cavit itaque singulos debitorum
CClxiiii a domini sui et dixit primo. Quantum debes
domino meo. Qui dixit ei Centum ba/
tos olei ait illi Tolle cautionem et
sedens cito scribe quinquaginta. De/
inde ad alium locutus est Tu autem
quantum debes. At ille ait Centum
choros tritici. dixitque ei Tolle cau/
cionem tuam et scribe octoginta Et
laudavit dominus villicum sive dispensa/
torem iniquitatis quod prudenter fecit
quia filius huius seculi prudenciores
sunt filiis lucis. in generatione sua Et
ego vobis dico. facite vobis amicos
de mamona iniquitatis. ut quando defe/
ceritis recipiant vos in eterna tab/
nacula. Qui fidelis est in parvo et
in multis fidelis est Qui in minimo
iniquus est: et in multis iniquus
erit. Si ergo in iniquo mamona fi/
deles non fuistis. quod verum est quis
credet vobis Et si in alieno fideles
non fuistis quod vestrum est quis dabit
vobis: Nemo servus potest duobus

dominis servire. Aut enim unum habebit odio et
alterum diliget: aut unum audiet et alterum
contempnet Non potestis deo servire et
mamone. Audiebant autem hec omnia pha/
rizei qui erant avari et subsannabant
illum Totum parabole huius textum posui
non ut vobis intelligenciam aliunde que/
ramus ut in parabolis certas interdum in/
venire personas sed in presenti causa quasi pa/
rabolam. hoc est similitudinem que abeo
vocatur quod alteri sit ΠΑΡΑΒΑΛΛΕΣΘΑΙ
hoc est adsimilatur quasi umbra. prehemi/
b nens veritatis Sic ergo dispensatorem/
qui mamone domini voce laudatur. quod
de re iniqua sibi iusticiam preparat iter
et passus dispendium dominus laudat dispen/
satoris prudentiam quod adversus dominum
quidem fraudulenter. sed pro se prudenter
egerit: quanto magis christum qui nullum
dampnum sustinere potest. et pronus est
ad clemenciam. laudabit discipulos su/
os si in eos qui sibi crediti sunt misericor/
des fuerint: denique post parabolam in/
tulit. Et ego vobis dico vobis facite
amicos de iniquo mamona Iniquus
autem mamono: non hebreorum. sed syrorum
lingua divicie nuncupantur quod de
iniquitate collecte sunt Si ergo iniquitas
bene dispensata vertitur in iusticiam.
quanto magis sermo divinus in quo nul/
la est iniquitas qui apostolis creditus est
si bene fuerit dispensatus. dispensa/
tores suos levabit in celum. Quamobrem
sequitur Qui fidelis est in minimo. hoc
est in carnalibus et in multis fidelis erit
id est in spiritualibus Qui autem in parvo iniquus
est. ut non det fratribus ad utendum quod
a deo creatum est pro omnibus iste et in spirituali
pecunia dividenda iniquus erit. ut non
pro merito sed pro personis. doctrinam domini
dividat Si autem carnales divicias que
labuntur non bene dispensavitis. veras
eternasque divicias doctrine dei. quis dabit
vobis. Et si in hiis aliena sunt. alienum autem
est a nobis omne quod seculi est. in fideles
fuistis ea que vestra sunt et proprie deputata
hominibus quis vobis credere poterit unde
c corripitis avariciam. et dicit eum qui
amat pecuniam. deum amare non posse
Igitur et apostolis dicitur si velint amare
deum. esse pecunias contempnendas.
unde et pharizei qui erant avari ad ver/
sum se dictum intelligentes parabolam
subsanabant eum. carnalia et incerta
et presencia spiritualibus ac futuris. et que mane/
ant preponentes. Theophilus anthiochene
ne ecclesie septimus post petrum apostolum episcopus
qui quatuor evangelistarum in opus dicta
compingens ingenii sui nobis monu/
menta dimisit hec super hoc parabola

in suis commentariis est locutus. Dives
qui habebat villicum sive dispensatorem
deus omnipotens est quo nichil est diti-
us. Huius dispensator paulus qui ad
pedes gamalihelis sacras litteras didicit
legem dei susceperat dispensandam
qui cum cepisset credentes in christo persequi
ligare. ligare. occidere: et omnem domini
sui dissipare substantiam correptus est a
domino. Saule saule quid me persequeris
durum est tibi contra stimulum calcitrare
dixitque in corde suo. Quid faciam quia
magister fui et villicus. Cogor esse dis-
cipulus. et operarios. fodere non valeo
omnia mandata legis que terre manci-
pabant cum non destructa et legem et
prophetas usque ad iohannem baptistam esse
finitos mendicare erubesco ut qui doc-
tor fueram iudeorum: cogor agentibus
et a discipulo ananiam salutis et fi-
dei mendicare doctrinam faciam ergo
quod michi utile esse intelligo. ut
postquam eiectus fuero de villicatione
mea. recipiant me christiani in domos
suas. Cepitque omnes qui prius ambulabant
in lege et sic in christo crediderant ut
arbitrarentur se in lege iustificandos. docere legem abolitam. prophetas
preterisse et que antea pro lucro fuerunt
reputari in stercora. vocavit itaque du-
os de pluribus debitoribus: primum qui
debebat centum batos olei: eos videlicet
qui fuerant ex gentibus congregati et mag-
na indigebant misericordia dei. Et de cen-
tenario numero qui plenus est atque per-
fectus fecit eos scribere quinquagenarium
qui proprie penitentium est. iuxta iubi-
leum. et illam in ewangelio para-
bolam in qua alteri quingenti alteri
quinquaginta denarii dimittuntur. Secundum
autem vocavit populum iudeorum. qui tritico
mandatorum dei nutritus erat et de-
bebat ei centenarium numerum. Cogit
ut de centum octoginta faceret id est cre-
dere in domini resurrectionem que octave
diei numero continetur et de octo complet in-
decades. ut de sabbato transiret ad pri-
mam sabbati observantem cum a domino pre-
dicatur quod benefecerit et pro salute
sua in ewangelii clementiam de legis au-
steritate mutatus sit Quod si quesieris
quare vocetur villicus iniquitatis
in lege que dei est: iniquus erat villi-
cus Qui bene quidem offerebat: sed
non bene dividebat Credens in patrem
sed filium persequens. habens deum omnipo-
tentem sed spiritum sanctum negans. prudenti-
or itaque fuit paulus apostolus in transgres-
sione legis filiis quondam lucis qui
in legis observatione versati: christum
qui dei patris verum lumen est perdiderunt
Ambrosius quidem mediolanensis
episcopus quid de hoc loco senserit in comen-
tariis eius legere poteris. Origenes
et didimi in hac parabola expla-
nationem invenire non potui Et utrum
abolita sit temporum vetustate. an ipsi
non scripserint incertum habeo. Michi
secundum priorem interpretationem hoc videtur
quod de iniquo mamona debeamus
nos amicos facere. non quoslibet
pauperes sed eos qui nos possint reci-
pere in domos suas et in eterna taber-
nacula ut tinneis parva prebentes
recipiamus ab illis magna Et dan-
tes aliena nostra suscipiamus et semi-
nemus in benedictione metamus bene-
dictionem Qui enim parce semina-
vit parce et metet. Questio vii

Quo sensu ac-
cipiendum sit quod in
epistola legimus ad romanos
vix enim pro iusto quis
moritur. Nam pro bono forsitan quis
audeat mori. due hereses ex occasi-
one huius testimonii quod non intelli-
gunt diverso quidem errore sed pari
impietate blasphemant. Marcion
enim qui iustum deum et creatorem legis
facit et prophetarum bonum autem evangeliorum
et apostolorum cuius vult esse filium christum du-
os introducit deos alterum iustum et al-
terum bonum Et pro iusto asserit vel nul-
los vel paucos oppetisse mortem.
pro bono autem id est christo innumerabi-
les martires extitisse. porro arrius
iustum ad christum refert de quo dictum est
deus iudicium tuum regi da et iustitiam
tuam filio regis. Et ipse de se in ewangelio
Non enim pater iudicat quemquam: sed omne
iudicium dedit filio Et iterum sicut audio
ita iudico. bonum autem deum patrem. de
quo ipse filius confitetur Quid me dicis
bonum: nemo bonus nisi solus deus
pater. Cumque huiuscemodi blasphemie
sue devios calles potuerint invenire
in consequentibus impingit et corruit
Quomodo enim pro patre quis audet
mori et pro filio vix moritur. cum
per nomen christi tantus martirum san-
guis effusus sit. Qui ergo simplici-
ter exponit locum. hoc potest dicere
Quod in veteri lege in qua iusticia
est. vix pauci inventi sunt: qui sui
fuderint sanguinem In novo autem
ministerio in quo bonitas est atque clemen-
tia: innumerabiles extiterint mar-
tires Sed et hoc quod possunt forsitan

quis etiam audeat mori: et pendu-
lo gradu sentiam temperavit in ueniri
posse nonnullos qui audeant mori
pro euangelio ostendit. Non sit acci
piendum: sed ex superioribus et inferiori-
bus sensum loci huius debere tractari
dicens enim paulus apostolus se gloriari
in tribulationibus: quia tribulatio pati
entiam operatur. patientia probationem
probatio vero spem. spes autem non con
fundit que exeo certam habeat pro
missionem. quia caritas dei effusa est
in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus
est nobis: secundum illud quod deus dixe
rat per prophetam effundam de spiritu meo
super omnem carnem. mirabatur bonitatem
christi quod pro impiis et infirmis et pec-
catoribus mori voluerit et mori oportuno
tempore. de quo ipse dicat. Tempore
oportuno exaudiui te. et in die salutis
auxiliatus sum tui Et rursum Ecce nunc
tempus acceptabile. ecce dies salutis
quando omnes peccaverunt simul inutiles facti sunt
Non fuit qui faceret bonum. non fuit usque
ad unum Incredibilis ergo bonitas et
clementia in audita. mori pro impiis
vix enim pro iusto aliquis et pro bono
suo suum sanguinem fundere velit.
metu mortis ducta fronte. Nam in
ueniri autem dicunt. ut aliquis pro re iu-
sta et bona audeat mori. Caritas
autem dei que in nobis est hinc maxime
comprobatur quod cum adhuc peccatores essemus
christus pro nobis mortuus est: et subla-
ta est de terra vita eius et pro iniquita
tibus populi. ductus est ad mortem
et portavit peccata nostra: et tradita est
in mortem anima illius et cum ini-
quis reputatus est. ut nos impios et
infirmos et peccatores pios et robustos
et iustos faceret. Nonnulli ita interpretantur
Sed ille pro nobis impiis mortuus est
et peccatoribus: quanto magis nos absque
ulla dubitatione pro iusto et bono
debemus occumbere: Iustum autem
et bonum non putemus esse diuisum: nec
aliquam proprie significare personam. Sed
absolute iustam rem et bonam pro
qua difficulter inuentum aliquis inue-
niri potest qui suum sanguinem fundat

Questio octaua ad Algasiam.

Quid sibi velit quod ad romanos scribit apostolus. Occasione accep-
ta peccatum quod per mandatum operatum est in me omnem
concupiscentiam. ponamus totum testimoni-
um. ut singula christi auxilio disserentes
quid nobis videatur simpliciter iudicemus

Non praeiudicantes tuo sensui quid ve-
lis intelligere: sed nostram sententiam breui-
ter explicantes. Quid ergo dicimus
Lex peccatum est Absit. Sed peccatum
non cognovi nisi per legem. Nam con-
cupiscentiam nesciebam nisi diceret
lex non concupisces. Occasione autem
accepta peccatum per mandatum operatum est in
me omnem concupiscentiam Sine le-
ge enim peccatum mortuum erat Ego autem
vivebam sine lege aliquando Sed ubi ve-
nit mandatum peccatum reuixit Ego autem
mortuus sum. et inventum est michi man-
datum quod erat ad vitam hoc esse ad mor-
tem. peccatum enim occasione accepta per man-
datum. seduxit me et per illud occidit
Itaque lex quidem sancta et mandatum
iustum et bonum. Quod ergo bonum est
michi mors est. Absit. Sed ut peccatum
appareat peccatum: per bonum michi operatum
est mortem. ut fiat supra modum peccans
peccatum per mandatum. Scimus enim quia lex
spiritualis est. Ego autem carnalis sum
venundatus sub peccato. Quod enim operor
ignoro Non enim quod volo hoc ago
sed quod odi illud facio Si autem quod
nolo hoc facio. consentio legi quia
bona est. Nunc autem iam non ego operor
illud sed quod inhabitat in me peccatum
Scio enim quia non habitat in me hoc
est in carne mea bonum velle iacet
adiacet michi. perficere autem bonum.
nequaquam Non enim quod uolo facio bo-
num. sed quod nolo malum hoc ago.
Si autem quod nolo ego hoc facio. non iam
ego operor illud quod habitat in me
peccatum Invenio igitur legem volenti mihi
facere bonum. quoniam michi malum adiacet
Condelector enim legi dei secundum interiorem
hominem. video autem aliam legem in
membris meis repugnantem legi mentis
mee et captivum me ducentem in le-
ge peccati que est in membris meis Infe-
lix ego homo quis me liberabit de corpore
mortis huius. Gratia dei per ihesum christum dominum
nostrum Quomodo medicina non est causa
mortis. si ostendat venena mortifera
licet hiis mali homines utantur ad mor-
tem vel se interficiant vel insidientur
inimicis. sic lex data est ut peccatorum ve-
nena monstraret et hominem male li-
bertate sua abutentem qui prius ferre-
batur in praecipitia. et in praeceps labe-
batur: freno legis retineat. et com
positis doceret incedere gressibus ita
ut seruiamus in novitate spiritus: et non
in vetustate litterae Id est vivamus sub pre
cepto qui prius in modum brutorum ani-
malium dicebamus Manducemus et bi-
bamus cras enim moriemur. Quod

c.lxvi
a

si subintrante lege · que docet quid fa
cere et phibet quod nō facere debea9
vitio nrō et incontinencia fecani con
stita legalia · videtur lex eā esse pcī
Que dum phibet concupiscēciam · q°
dāmodo eam inflāmare cognoscit
Sed clarus apud grecos sinā est Quidq
licet minus desiderat · Econūrio qd q°
nō licet · fomentum accipit desiderij
vnde et tullius de parricidarum suppli
cijs · apud athenienses salonem scp sis
se negat · ne nō tam phibere · quā
commonere videtur · Igitur lex apud con
temptores · et legum pcepta calcan
tes · videtur esse occasio delictorum
b dum prohibendo quod nō uult fieri
ligat eos vinculis mandatorum qui pus
absq lege peccantes nō tenebantur
criminibus · Hec dixim9 legem que per
moisen data est intelligentes cum qz
in eo sequentibus scriptum est · lex dei et lex
carnis atq membrorum · que pugnat ad
uersus legem mentis mee et captiuos nos
ducit in legem pcī · simulqz quatuor le
ges contra se dimicantes in vno loco
scriptas esse cognosco Non absqz re arbi
tror si requiram quot gnā legis in scrip
turis sanctis esse glo dimum gestus in memo
rentur · dicitur lex que p moisen da
ta est · sedm illud quod scriptum est ad
galathas Qt qt ex operibus legis st
sub maledicto st Scriptum est enim · Ma
ledictus est omnis qui nō pmanet in
omnibus que scripta sunt in libro legis ut
faciat ea · Et rursum in eadem epla ·
Lex pp puaricationes posita est · donec
veniret semen cui repromissum ē donec
disposita p angelos in manu media to
ris Et iterum Itaqz lex pedagogus nr fuit
in xpō ut ex fide iustificemur · postquā
aut venit fides nequaquā vltra sub
pedagogo sum9 · omnes enim filij di estis
p fidem que est in xpō ihu · Historia qq
que pcepta nō ptinet · sed qz gind fcm
sit refert · ab aplō lex appellatur · dicite
michi qui sub lege vultis esse nō au
distis legem Scriptum ē enim Quia abra
ham duos filios habuit vnū de an
cilla et vnū de libera · Sed qui ex ancilla
sedm carnem natus est Qui autem
c p repromissionem de libera Sz et psal
mi lex appellantur ut compleretur
sermo qui in lege eorum scriptus est quia
oderunt me gratis · Ysaie quoqz pphecia
legem aplus vocat · In lege scriptum est
Quoniam in alijs linguis et labijs alijs ·
loquar populo huic · et nec me sic ex
audient dicit dns Quod iuxta hebraicum
et aquilam in esaia repperi · Appel
latur lex et mistica scripturarum intelligencia

Scimus quia lex spalis est · Et extra h
omnia naturalem legem scriptam in cor
dib9 nris id est aplus docet Cum enim
gentes que legem nō habent · na
turalr ea que legis sunt faciunt · isti
legem nō hntes · ipi sibi sunt lex qui
indicant opus legis scriptum in cordi
bus suis · testimonium pbente illis
consciā · Ista lex que in corde scribitur
omēs ptinet nationes · et nullus
homi est qui hanc legem nesciat
vnde omnis mundus sub pctō et vni
uersi homines puaricatores legis st
Et ideo iustum iudiciū di est scribentis
in corde humani gnis · Quod tibi fieri
nolueris · alteri ne feceris · Quis enim
ignoret homicidiū · adulteriū · furta
et omnem concupiscenciam esse malū
Ex eo qd sibi quisquā nolit fieri · Si
enim mala esse nesciret nunquā sibi do
leret illata · p hanc nālem legem
et cain cognouit pccm suū dicens
Maior est iniquitas mea qm ut ve
niam merear Et adam et eua cog
nouerūt pccm suū et pptea abscon
diti sunt sub ligno vite · pharao qqz
anteqm lex daretur p moysen stimula
tus lege nature · sua crimina confitetur
d et dicit · deus iustus · Ego aut et
populus meus impij · Hanc legem
nescit pueritia · ignorat infancia
et peccans absqz mandato · nō tenetur
lege peccati Maledicit patri et pa
rentes verberat Et quia nec dum
accepit legem sapiencie mortuū est
in eo pccm Cum aut venerit · hoc
est tempus intelligencie · quo dei
mandata cognoscim9 · ut puerum a9
ad vitam · operatur in nobis · si agim9
negligencius et occasio sapiencie
seducat nos atqz supplantet et ducat
ad mortem nō quo intelligencia pc
catum sit · Lex enim intelligencie scā
et iusta et bona est · Sed p intelli
genciam peccatorum atqz vitiorum · in
peccatis nascitur · qd pusqz intelligerem
pccm esse nō noueram · Atqz ita fcm
est ut qd michi p bono datum est
meo vitio mutetur in malū Et ut y
perbolice dicam nouoqz vbo vtar ad
explicandum sensum meum · pc
catum qd priusqz haberem intelli
genciam absqz pctō erat · p puarica
cionem mandati · incipiat michi
ee peccatum · Querimus que sit ista
concupiscencia · de qua lex dicit nō
concupisces rem pximi tui Nos aut
post concupiscenciam · omnes pturbaciones
anime significatas putam9 Qui
bus meremus et gaudemus · tem9

et concupiscentiis Et hoc aplus vas elec-
tionis. cuius corpus templum erat sps
sci et qui dicebat: An experimentum q-
ritis eius qui in me loquitur xpus. non
de se loquitur. sed de eo qui vult post

CClxvii a

peccata agere penitentiam Et sub psona sua
fragilitatem describit conditionis hu-
mane que duorum hominum interioris et ex-
terioris. pugnantium inter se bella perpetitur
Interior homo consentit et scripte et na-
turali legi quod bona sit et sca: et
iusta et spualis Exterior inquit ego car-
nalis sum. venundatus sub pecco Quod
enim operor nescio. et quod non volo hoc
ago sed quod odi. Si autem exterior fe-
cit quod non vult. et operatur quod
odit: ostendit homini esse mandatum
et non se operari quod est malum sed
habitans in sua carne peccatum. hoc est
vitia corporis et desideria volupta-
tis. que per posteros. et sobolem in-
sita est humanis corporibus si fines suos
egressa. vertitur in peccatum. Scrimus-
quisque consideret et accusator sui
tractet intentina viciorum: quomodo
et in sermone et in calore corporis
se loquatur et cogitet vel patiatur quod non
vult Nolo dicere faciat. ne sanctos
viros videar accusare. e quibus scrip-
tum est. Erat homo ille verus inma-
culatus. iustus dei cultor. recedens
ab omni opere malo Et de zacharia et
Elizabeth Erant iusti ambo ante
conspectum dei ambulantes in omnibus
mandatis et iustificationibus dni abs-
que querela Et preceptum est aplis Esto-
te perfecti. sicut pater vester celestis perfectus
est. Nunquam autem hoc aplus imperaret
nisi sciret hominem esse perfectum Ni-
si forte dicamus. quod recedens ab omni
malo. emendationem significet de
erroribus pueritie: et de vitiis las-
civientis etatis transitum ad correc-

b

tionem atque virtutes Iusticiam quoque in
zacharia et elizabeth predicatur fortis
esse: concupiscentia vero que nunc habi-
tare in menbris nris dicitur. versari
intrinsecus Sed et aplis et non pue-
ris precipitur. viris iam etatis robuste
ut adsumant perfectionem. quam et
nos confitemur in etate esse perfecta
Nec hec dicentes adulamur vitiis
sed auctoritatem sequamur scripturarum
quod nullus homo sit absque pecco et con-
clusit deus omnes sub pecco ut omnibus
misereatur. absque eo solo. qui peccatum
non fecit nec dolus inventus est in ore
eius vnde et per salomonem dicitur. Quod
serpentis vestigia non inveniantur
in petra: et ipse de se dns Ecce in-

venit princeps mundi huius et nichil
in me invenit id est sui operis siue ves-
tigii. Observant tamen iubetur nobis ne
exhorreamus hominem revertentem a peccatis
suis et ne abhominemur egiptum
qui et ipsi quondam in egipto fuimus
et de luto ac latere pharaonis extruximus
civitates Et quia captivi ducti sumus
in babilonem: lege peccati quod in men-
bris nris morabatur. Cunctique videre
cernunt dispatio. immo apte confu-
sio omnem hominem laqueis dia-
boli irretiri. conuersus in se aplus
immo homo sub cuius psona aplus lo-
quebatur: agit gratias saluatori. quod
redemptus sit sanguine eius et sordes
in baptismo deposuerit et novum xpi
adsumpserit vestimentum Et mortuo
veteri homine natus sit homo novus
qui dicat Miser ego homo quis me
liberabit de corpore mortis huius.

c

Gratia dei per ihm xpm dnm nrm. qui me
de mortis corpore liberavit. Quod si
cui non videtur sub psona sua hoc a-
plm de aliis dicere. exponat quomodo
daniel qui iustum fuisse novimus quasi
de se dicat cum pro aliis deprecatur pec-
cavimus inique fecimus iniuste gessi-
mus impie egimus et recessimus ac
declinavimus a mandatis tuis et iudi-
ciis et non audiuimus servos tuos pro-
phetas. qui locuti sunt in nomine tuo
ad reges nros et principes. et patres
et ad omnem populum terre. tibi dne
iusticia: nobis autem confusio. Illud quoque
quod in tricesimo psalmo dicitur
peccatum meum tibi cognitum feci et iniqui-
tatem meam non abscondi dixi con-
fitebor adversum me iniusticiam meam
dno et tu remisisti impietatem peccati
mei pro hac orauit ad te omnis scs
in tempore oportuno Non dauid et iusto
viro. et ut simpliciter loquar perfecto cuius
verba narrantur. sed peccatori congruit
Cumque iustus sub psona penitentis
talia profudisset. a deo meretur au-
dire Intelligere te faciam et docebo
te in via hac qua ambulabis. confir-
mabo super te oculos meos In tricesimo
quoque septimo psalmo cuius titulus est
in commemoratione. ut doceat nos
semper peccatorum nrorum memores esse
debere et agere penitentiam tale quid
legimus Non est pax ossibus meis a
facie peccatorum meorum. Quoniam iniquita-
tes mee elevate sunt super caput meum
quasi onus grave gravate sunt super me
Corrupte sunt et putruerunt cicatrices
mee a facie insipientie mee. Afflic-

d

tus sum et incurvatus sum usque

ad fine. Totis hic

ad finem Totus hic apl'us et in superioribus
et in consequentibus: immo omnis epl'a
eius ad romanos nimijs obscuritatibus
obuoluta est / ut si uoluero cuncta dis/
serere: nequaquam michi unus liber sed
magna et multa erunt scribenda uo/
lumina etc. Questio nona ad Alga[siam]

Quare apl'us
paulus in eadem ad ro/
manos scribit epl'a / op/
tabam ipse ego anathe/
ma a xpo pro fratribus meis et propinquis
meis iuxta carnem qui sunt israhel
Quorum adoptio et gloria et testamen/
ta et legislatio et cultus et repro/
missiones: quorum patres ex quibus est xpc
iuxta carnem / qui est super omnia deus
benedictus in secula amen. Vera ualida
questio quomodo apl'us qui supra dixerat
quis nos separabit a caritate xpi. Tri/
bulatio an angustia an persecutio
an fames an nuditas an periculum
an gladius. Et rursum Confido autem
quia neque mors neque uita neque an/
geli / neque principatus neque potentia
neque futura / neque fortitudo neque
altitudo neque profundum neque alia
creatura poterit nos separare a cari/
tate dei / quam habemus in xpo ihu domino
nostro nunc sub iure iurando confirmet
et dicat. ueritatem dico in xpo ihu
non mentior testimonium michi perhibente
consciencia mea in spiritu sancto quoniam tristicia
est michi magna et continuus do/
lor cordi meo. Optabam enim ana/
thema esse a xpo pro fratribus meis
et propinquis iuxta carnem et reliqua. Qui

CClxviij a — Si enim tante est in deum caritatis / ut
nec metu mortis: nec spe uite / nec
persecutione nec fame nec nuditate
nec periculo nec gladio possit separari
a caritate eius / et si angeli quoque et
potestates et uel potentia uel futura et omnes
celorum fortitudines et excelsa pariter
et profunda / et uniuerse simul creature in/
gruant quod nequaquam potest fieri tamen non sepa/
retur a caritate dei quam habet in xpo
ihu: que est ista tanta mutacio im/
mo inaudita prudencia ut pro caritate
xpi nolit habere xpm et ne ei forsi/
tan non credamus iurat et confirmat in
xpo / et consciencie sue testem inuocat spiritum
sanctum se habere tristiciam et non leuem et for/
tuitam sed magnam et incredibilem
et habere dolorem in corde non qui ad
horam pungat et transeat: sed qui iugiter
in corde permaneat. Quo tendit ista
tristicia / ad quid proficit inexpleabilis

dolor optat anathema esse a xpo et
perire / ut alij salui fiant. Sed si consideremus
moysi uocem rogantis deum pro populo
iudeorum atque dicentis. si dimittis
eis peccatum suum dimitte / sin autem non
uis dele me de libro tuo quem scripsisti
perspiciemus eundem et moysi et pau/
li erga creditum sibi gregem affectum / pas/
tor bonus ponit animam suam pro oui/
bus. Mercenarius autem cum uiderit
lupum: fugit quia non sunt eius oues
Et ipsum est dicere / optabam anathe/
ma esse a xpo / et dele me de libro tuo
quem scripsisti. Qui enim delentur de li/
bro uiuencium et cum iustis non scribuntur anathe/
thema fiunt a domino. Simulque cerne
apl'm: quante caritatis in xpo sit ut
pro illo cupiat mori: et solus perire
dummodo omne in illum credit hominum genus
pereat autem non in perpetuum sed in presentiarum.
Qui enim perdiderit animam suam pro xpo
saluam eam faciet unde et de quadra/
gesimo et tercio psalmo ad sumit exem/
plum. Quoniam propter te mortificamur tota
die / reputati sumus et oues occisionis
uult ergo apl'us perire in carne ut alij
saluentur in spiritu suumque sanguinem
fundere ut multorum anime conser/
uentur / Quod autem anathema in/
terdum occisionem sonet multis ueter/
ris instrumenti testimonijs probari potest. Et ne
leuem esse putemus tristiciam et modi/
cum cum doloris iugit et dicit pro fratribus
meis et propinquis iuxta carnem. Quando
propinquos appellat et fratres iuxta car/
nem: in spiritu a se ostendit alienos
Quorum est inquit adoptio que signi/
ficanter greco dicitur yio θ e cia de qui/
bus quondam dominus loquebatur filius
meus primogenitus israel et filios
genui et exaltaui. Nunc dicit filij
alieni mentiti sunt michi. Et quorum
gloria de cunctis gentibus eligerentur in
peculiarem populum dei. Et quorum testa/
menta: unum in littera alterum in spiritu
ut qui prius in carne seruierant ceri/
monijs legis absoluta ea postea ser/
uirent in spiritu mandatis euangelij sem/
piternis. Et legislatio. Ad utrumque respon/
dit. Et noui et ueteris testamenti. Et cultus
id est uera religio et promissiones
ut quod repromissum est patribus
compleretur in filijs. Et quod omnibus
maius est ex quibus xpus de maria
generatus uirgine. Vt sciremus quis
iste sit xpus causas doloris sui uno
sermone comprehendit. Qui est super
omnia benedictus in secula Amen. Vt
iste tantus ac talis a be[?]is non reci/
peretur de quorum stirpe generatus est
Et nichil omnino laudat iudicij

b

c

veritatem: ne sententia dei in proximum quos
et fratres suos displicere videatur et
vel austera esse vel nimia. In quibus
ergo tanta fuerunt bona. dolet cur
tanta mixta mala sint. Questio decima

cclxix
a

Quid velit

intelligi: quod idem apostolus
scribit ad colosenses. Nemo
vos superet volens in
humilitate mentis et religione ange-
lorum. que non vidit ambulans frustra
inflatus sensu carnis sue / et non te-
nens caput ex quo totum corpus per
nexum et coniunctione subministratum
et coniunctum crescit in augmentum dei
et reliqua. Illud quod crebro diximus
et si imperitus sermone non tamen scientia
nequaquam paulum de humilitate sed de
conscientie veritate dixisse / etiam nunc
approbamus / profundos enim et recon-
ditos sensus lingua non explicat et
cum ipse senciat quid loquatur / in alie-
nas aures puro non potest transferre sermo-
ne. Quem cum in vernacula lin-
gua habebat disertissimum quippe
ut hebreus ex hebreis et eruditus
ad pedes gamalielis viri in lege doc-
tissimi seipsum interpretari cupiens in-
volvitur. Si autem in greca lingua
hoc ei accidit. quam nutritus in thar-
so cilicie a prima etate imbiberat / quid
de latinis dicendum est qui verbum de verbo
exprimere conantes obscuriores faciunt
eius sententias et veluti herbis crescenti-
bus frugum strangulant uberta-
tem. Conabimur itaque ΠΑΡΑΦ-
ΡΑCΤΙΚΟΣ sensus eius evolvere
et tristiciam simplicitate eloquii
suo ordine reddere: atque iuncture:
ut simplicia stamine verborum fila de-
currant. purpureoque subtemine apostoli
sermonis textura subcrescat. Nemo
vos superet. nemo adversum vos bra-
chium accipiat hoc enim grece dicitur
ΚΑΤΑΒΡΑΒΕΥΕΤΩ. cum quis in
certamine positus iniquitate ago-
nothete vel insidiis maiorum ΒΡΑ-
ΒΙΩΝ et palmam sibi debitam
perdit. Multaque sunt verba quibus iuxta
morem urbis et provincie sue fa-
miliaritates apostolus utitur / E qui-
bus exempli gratia pauca ponenda
sunt. Michi autem parum est iudi-
cari ab humana die. hoc est ΑΠΟΑ
ΗΡΟΠΙΗΗΣΜΕΡΑΣ et humanum
dico hoc est ΑΗΕΡΩΡΙΗΩΗΑ
ΕΤΟΥΕΘΩ ΚΑΤΕΗΡΚΗΣ
ΑΥΜΑΣ. hoc est non gravavi vos. Et
quod nunc dicitur ΑΛΗΔΕΙΣΥΜΑΣΚ
ΑΤΑΒΡΑΒΕΥΤΩ id est nullus

adversus vos bravium accipiat. Quibus
et aliis multis verbis hodie utuntur cili-
ces. Nec hoc miremur in apostolo si utatur
eius lingue consuetudine in qua na-
tus est et nutritus cum virgilius alter
homerus apud nos patrie sue sequens
consuetudinem sceleratum frigus
appellat. Nemo ergo vos superet atque
devincat volens in humilitate litte-
ram sequi et angelorum religionem atque
culturam / ut non sentiatis spiritali intelli-
gencie. sed exemplaribus futurorum que
nec ipse vidit qui vos superare desiderat
sive vidit utrumque enim habetur in
greco. Frustra cum tumens ambulat
et incedat inflatus mentisque superbiam
gestu corporis preferat hoc enim signi-
ficat ΕΜΒΑΘΕΥΩΝ frustra autem
inflatur et tumet sensu carnis sue
carnaliter cuncta intelligens et tradi-
cionum iudaicarum perquirens. et non te-
nens caput omnium scripturarum illum de quo
dictum est caput viri christus est. Ca-
put autem id est principium tocius corporis
corporumque qui credunt et omnis intelligencie
spiritalis. Ex quo capite corpus ecclesie
per suas compages atque iuncturas vitalem
doctrine celestis accipit succum. ut omnia
paulatim membra vegetentur et per
occultos venarum meatus fundatur defe-
catus sanguis ciborum et ministretur
atque subcrescat. Immo teneatur tem-
perancia corporis ut de fonte capitis
rigati / artus crescant in perfectionem
dei et impleatur salvatoris oratio
Pater volo ut sicut ego et tu unum su-
mus sic et isti in nobis unum sint ut
postquam christus nos tradiderit patri sit
deus omnia in omnibus. Tale quid et in
verbis et in sensibus et in genere locucionis
obscurissime scribit ad ephesios verita-
tem autem loquentes in caritate crescamus
in illo per omnia qui est caput christus. ex
quo totum corpus compactum et connex-
um per omnem iuncturam subministra-
cionis secundum operacionem in mensuram
uniuscuiusque membri. augmentum corporis
facit in edificacionem sui in caritate
Super quo in commentariis eiusdem epistole
plenius diximus loquitur autem universa
contra eos qui credentes ex iudeis
in dominum salvatorem iudaicas ceri-
monias observare cupiebant. Super qua
re et in actibus apostolorum non parva questio
concitata est unde et supra paulus
ait Nemo vos iudicet de hiis qui ma-
gistros legis esse se iactant in cibo et
potu quod alia munda sint / alia inmun-
da. Aut in parte diei festi ut alios dies
festos putant. Alios non festos. Nobis
enim qui christum cotidie resurgentem. iugis

et eterna festivitas est. Aut in parte neo-
menie hoc est kalendarum et mensis
novi qui decrescens luna finitur, et
noctis umbra tegitur. Christianorum enim
lumen eternum est. et semper solis iusticie
radiis illustratur. Aut in parte sabba-
torum ut non faciant servile corpus
et onera non portent quia nos Christi su-
mus libertate donati et onera pec-
catorum gestare desinimus. Hec inquit
omnia membra sunt futurorum et imagines
future felicitatis. ut in quibus iudei mix-
tam hesitant et tenent littera, nos
iuxta spiritum transeamus ad Christum. qui ad
distinctionem umbrarum nunc corpus
appellatur. Quomodo enim in corpore
veritas est et in corporis umbra mendaci-
um. nec in spirituali intelligentia mundus
omnis et cibus et potus et tota festivitas
et perpetue kalende et eterna requies ex-
pectanda est. Querimus quid dicere
voluerit in humilitate et religione an-
gelorum aut quem sensum habeat ex
quo dominus locutus est ad discipulos.
surgite eamus hinc et relinquitur
vobis domus vestra deserta et locus
in quo crucifixus est dominus, spiritualiter
egyptus vocatur et zodoma, omnis
iudaycarum observacionum cultura
destructa est et quascumque offerunt vic-
timas. non deo offerunt sed angelis re-
fugis et spiritibus immundis Nec mirum
si hoc post passionem domini faciant, cum
per amos quoque prophetam dicatur ad eos
Numquid hostias et victimas obtu-
listis michi xl. annis in deserto domus israel
Et ad sumpsisti tabnaculum moloth
et sidus dei refan figuras quas fe-
cistis ut adoraretis eas Quod plenius
in contencione iudaica stephanus
martir exponens et revolues histo-
riam veterem sic locutus est Et vi-
tulum fecerunt in diebus illis: et op-
tulerunt hostias ydolo et letabantur
in operibus manuum suarum Conversus
autem est deus et tradidit eos: ut
colerent miliciam celi Sicut scriptum
est in libro prophetarum Milicia autem ce-
li non tantum sol appellatur et luna et
astra rutilancia, sed omnis angeli-
ca multitudo. eorumque exercitus, qui he-
braice appellantur sabaoth: id est
virtutum sive exercituum. unde et in ewange-
lio iuxta lucam legimus Et subito
facta est cum angelo angelorum multi-
tudo milicie celestis. laudancium deum
et dicencium Gloria in altissimis deo et
in terra pax hominibus bone voluntatis
facit enim deus angelos suos spiritus
et ministros suos ignem urentem. Et

ut sciamus eos qui excoluerunt ydola
licet in tempore hostias videntur offer-
re non deo eas obtulisse sed angelis per E-
zechiel plenius dicimus dedi eis iusti-
ficationes et precepta non bona Non
enim sanguinem hircorum aut taurorum
querit deus sed sacrificium domini spiritus con-
tribulatus cor contritum et humiliatum
deus non despicit. Et propterea qui vi-
tulum fecerit in choreb et coluerint si-
dus remfa, de quo in propheta amos
plenius disseruimus. adoraverunt figuras
quas ipsi fecerunt Et tradidit eos ut
servirent milicie celi que nunc apostolo
dicitur religio angelorum pro humilitate
in greco ΤΑΠΕΥΝΟΦΡΟΣΥΝΗ
legitur Id est humilitas mentis sive
sensus, Vere enim humilis sensus et
veneranda suspicio: deum credere
hircorum atque taurorum sanguine de-
lectari. et nidore thimiamatis.
que sepe homines declinamus
Quod autem sequitur. si mortui estis
cum Christo ab elementis mundi quid
autem sequitur, adhuc tamquam
viventes in mundo decernitis. Ne teti-
geritis neque gustaveritis neque contrec-
taveritis que sunt omnia in interitu ipso
usu secundum precepta et doctrinas hominum
que sunt rationem quidem habencia
sapiencie usu secundum precepta et doctrinas
hominum. que sunt rationem quidem
habencia sapiencie in superstitione et humili-
tate et non ad parcendum corpori non in ho-
norem aliquem ad saturitatem car-
nis hunc nobis hec sensum videtur
Curramus per singula, et obscuritatem
sensuum atque verborum, Christo reserante
pandamus Si baptizati estis in Christo et
cum Christo in baptismate mortui: mor-
tui autem ab elementis mundi, pro eo
quod est elementis: nunc mecum non
dicitis Michi autem absit gloriari nisi
in cruce domini nostri ihesu Christi. per quem michi
mundus crucifixus est et ego mundo
Et mundus odit eos. quia non sunt de
mundo sicut et ego non sum de mundo
Nec audistis dominum dicentem ad patrem
de mundo non sunt. sicut ego non sum
de mundo: sed e contrario quasi viventes in
mundo decernitis Ne tetigeritis corpus
hominis mortui. nec vestimentum et sa-
bellum in quo sederit mulier menstru-
ata. Neque gustaveritis suilla carnem
et leporum et sepiarum et lolliginum mu-
rene et anguille et universorum piscium
qui squamas et pennulas non habent
que omnia in corruptione et interi-
tu sunt ipso usu. in stercore digeruntur
Esca enim ventri: et venter escis. Et

.CClxx.
a

ome quod intrat p os no coinquinat
hominem Sed ea que de nobis exeunt
Sedm pcepta inquit et doctrinas hom
sedm illud qd esaias loquitur / popls
hic labiis me honorat / cor vo eoz
longe est a me / frustra aut colut
me / docentes et doctrinas hom et
pcepta: vnde et dns phariseos cor/
ripit dicens. Irritum fecistis manda
tum di: ut tradiciones vras statueri/

[b] tis deus em dixit Honora prem tuu
et mrem et qui maledixit pri uel
mri morietur / vos aut dicitis qui/
cuqz dixerit pri et mri munus quod/
cumqz est ex me tibi proderit et no
honorificauit prem suu aut mrem
et reliqua quibus infert Et irritu
fecistis madatu dei pp traditionem
vram. Quante tradiciones phari/
seoz sint. quas hodie ΔΕΥΤΕΡΩ
ΣΕΙΣ vocant et qua animales fa/
bule reuolue nequeo Neqz em libri
pati magnitudo. et pleraqz tam tur/
pia sut et erubescam dice / dico aut
vnu in ignominiam gentis inimice
Prepositos habent syna synagoge
sapientissimos quosqz fedo operi de/
legatos. ut sanguinem vginis siue
menstruate. mudu uel imudu / si
oculis discernere no potuerit gustu
probent / preterea quibus iussu est
ut diebus sabbatoru sedeat vnusqsqz
in domo sua / et no egrediatur. nec
ambulet de loco in quo habitet / si
qn eos iuxta lram ceperimus artare
ut no ambulent / no iaceant. non
stent / sed tm sedeant si velint p/
cepta seruare solent respondere
et dicere barrachibas et symeon
et helles. magri nri tradiderut no/
bis ut duo milia pedes ambulemus
in sabbato. et cetera istiusmodi: doc/
trinas hom pferentes doctrine dei
Non quo dicamus sedendu esse sep
in sabbato et de loco in quo quis fuit

[c] occupatus penitus no recedendu
sed id quod impossibile legis est. i
quo infirmatur pcarnem spali ob/
seruatione conplendu sit Que seqr
Que sunt ronem qdem hnt ia sapie
hoc loco quidem coniunctio supflua
est qd inpleri scz locis pp imperitiam
artis gramatice: aplm fecisse cepimus
Neqz em seqr vel alia coniunctio q
solet ppositioni vbi quide positu fuit
respondere / videntur igr obserua/
tiones iudayce apud inpitos et vi
lem plebiculam. imaginem hab
rationis huane qz sapiencie. vnde

et doctores eorum ΣΟΦΩΙ hoc est
sapientes vocantur Et si qn certis
diebus tradiciones suas exponunt
discipulis suis. solent dicere ΟΙ ΣΟΦ
ΟΙ ΔΕΥΤΕΡΩΥΣΙΝ idest sapietes
docentes tradiciones. Pro substitu/
cione in greco ΕΘΕΛΟΘΡΗΣΚ
ΙΑ positum est hoc e falsa religio
Et pro humilitate ΤΑΠΕΙΝΟΦΡΟΣ
ΥΝΗ que magis virtutem solet so/
nare: quam viciu Sed hic ΤΑΠΕΙΝ
ΟΦΡΟΣΥΝΗ sit intelligenda. qd humilia
senciant atqz terrena ΑΦΕΙΔΙΑ aut
ΣΩΜΑΤΟΣ. cuius nome latinus ser/
mo no explicat. apud nos dicitur
ad no pcendu corpori. No parcunt
iudei corporibus suis: in adsumpcioe
ciboz: contepnentes in edum que
habent et querentes que no hnt
Ex qua inanitate debilitates in edum
et morbos contrahunt. Nec hone/
rant semetipos. cum omnia munda
sint mundis Nichil qz possit esse pol/
lutum quod cu grazz actione pcipr
et ideo adno sit creatum / ut satul/
tate et adimpletione carnis huma/
nos artus vegetet atqz sustentet

[d] Elementa aut mudi a quibus. immo
quibus mortui sumus. lex moisi. et
ome vetus instrm intelligendum
sit quibus quasi elementis et religi/
onis exordiis dm discimus quomo ele/
menta appellantur lre p quas silla/
bas ac vba coniugimus / et ad texen/
dam oronem longa meditatione
pcedimus. Ars quoqz musica hz ele/
menta sua Et geometria ab elementis
incipit linearz Et dialectica atqz
medicina hnt ΣΤΟΙΧΕΙΑ sua
Sic elementis veteris testamenti. ut ad
euangelicam plenitudinem veniat
sci viri eruditur infancia. vnde cx
viii psalmus. et omnes alii qui lris
pnotantur p ethicam. nos ducunt
ad theologicam / et ab elementis occi/
dentis lre que destruitur: transire
faciunt ad spm viuificantem Qui
ergo mudo et elementis eius mor/
tui sumus. no debemus ea obseruare
que mudi sut: quia in altero initiu
in altero pfectio est Questio XImma

Quid sit quod

idem aplus ad thessa/
lonicenses scribit. Nisi
discessio venit pmu
et reuelatus fuerit
homo peccati et reliq

CClxxi

a

In prima ad Tessalonicenses scripserat: De temporibus autem et momentis fratres non necesse habetis ut vobis scribam. Ipsi enim diligenter scitis quia dies domini sicut fur in nocte ita veniet. Cum enim dixerint pax et securitas tunc repentinus illis instabit interitus sicut dolor in utero habentis et non effugient. Sed enim ad eos scripserat: hoc vobis dicimus in verbo domini quia nos qui vivimus qui residui sumus in adventum domini non preveniemus eos qui dormierunt. Quoniam ipse dominus in iussu et in voce archangeli et in tuba dei descendet de celo et mortui qui in Christo sunt resurgent primi. Deinde nos qui vivimus qui residui sumus simul rapiemur cum illis in nubibus obviam domino in aera et sic semper cum domino erimus. Itaque consolamini invicem in verbis istis. Quod audientes Macedones non intellexerunt quos secum viventes apostolus vocet et qui dicantur residui qui cum illo rapiantur in nubibus obviam domino. Sed arbitrati sunt dum adhuc esset in corpore et antequam gustaret mortem Christum in sua maiestate venturum. Quod audiens apostolus rogat eos et adiurat per adventum domini nostri Ihesu Christi ut non cito moveantur neque per spiritum neque per sermonem neque per epistolam tamquam ab eo scriptam quasi instet dies domini. Duos autem esse adventus domini salvatoris et omnia docent volumina et ewangeliorum fides quod primum in humilitate venerit et postea sit venturus in gloria ipso domino protestante que ante consummationem mundi futura sint et quomodo venturus antichristus sit cum loquitur ad apostolos: Cum videritis abhominationem desolationis que dicta est a Daniele propheta stantem in loco sancto qui legit intelligat. Tunc qui in Iudea sunt fugiant ad montes et qui in tecto non descendant tollere aliquid de domo sua. Et iterum: Tunc si quis vobis dixerit ecce hic est Christus aut illic nolite credere. Surgent enim pseudo christi et pseudo prophete et dabunt signa magna et prodigia ita ut in errorem inducantur si fieri potest etiam electi. Ecce predixi vobis. Si ergo dixerint vobis ecce in deserto est nolite exire ecce in penetralibus nolite credere. Sicut enim fulgur exit ab oriente et paret usque in occidentem ita erit et adventus filii hominis. Et deinde: Tunc apparebit signum filii hominis in celo et videbunt filium hominis venientem in nubibus cum virtute multa et maiestate et mittet angelos suos cum tuba

de antichristo

b

et voce magna et congregabunt electos eius a quatuor ventis a summo celorum ad terminos eorum. Rursumque de antichristo loquitur ad Iudeos: Ego veni in nomine patris mei et non recepistis me; si alius venerit in nomine suo illum suscipietis. Ergo Tessalonicensium animos vel occasio non intellecte epistole vel ficta revelacio que per somnium deceperat dormientes vel aliquorum coniectura Esaie et Danielis ewangeliorumque verba de antichristo prenunciantium in illud tempus interpretantium moverat atque turbaverat ut in maiestate sua tunc Christum sperarent esse venturum. Cui errori medetur apostolus et exponit que ante adventum antichristi debeant prestolari ut cum illa fieri viderint tunc sciant antichristum id est hominem peccati et filium perditionis qui adversatur et extollitur supra omne quod dicitur deus aut quod colitur et qui in templo dei sedeat esse venturum. Nisi inquit venerit discessio primum quod greco dicitur ΑΠΟϹΤΑϹΙΑ ut omnes gentes que romano imperio subiacent recedant ab eis. Et revelatus fuit homo peccati id est ostensus quem omnium prophetarum verba prenunciant. Homo peccati in quo fons omnium peccatorum est et filius perditionis id est diaboli. Ipse est enim universorum perditio. Qui adversatur Christo et ideo vocatur antichristus. Et extollitur supra omne quod dicitur deus et cunctarum gentium deos sive quod omnem probatam et veram religionem suo calcet pede. Et in templo dei vel Ierosolimis ut quidam putant vel in ecclesia ut verius arbitramur sederit ostendens se esse tamquam ipse sit Christus et filius dei. Nisi inquit fuerit romanum autem imperium desolatum et antichristus precesserit Christus non veniet. Quod ideo ita venturum est ut antichristum destruat. Meministis ait quod hec ipsa que nunc scribo per epistolam cum apud vos non essem presenti sermone narrabam et dicebam vobis Christum non esse venturum nisi precessisset antichristus. Et nunc quid detineat scitis ut reveletur in suo tempore. Hoc est que causa sit ut antichristus in presentiarum non veniat optime nostis. Nec vult aperte dicere romanum imperium destruendum quod ipsi qui imperant eternum putant. Unde secundum Apocalipsim Iohannis in fronte purpurate meretricis scriptum est nomen blasphemie id est Rome eterne. Si enim aperte audacterque dixisset non veniet antichristus nisi prius deleatur

d romanum imperium iusta causa persecutionis morierte tunc adversus ecclesiam consurgere videbatur. Quod sequitur Iam enim misterium iniquitatis operatur: tantum ut qui tenet nunc teneat, donec de medio fiat. et tunc revelabitur ille iniquus. hunc habet sensum. Multis malis atque peccatis quibus nero impulsor suus cesarum mundum premit antixpi parturitur adventus. Et quod ille operatus est postea in isto ex parte conpletur. Tantum ut romanum imperium quod nunc universas gentes tenet recedat. et de medio fiat. Et tunc antixpus veniet fons iniquitatis. Quem dominus ihesus interficiet spiritu oris sui. divina videlicet potestate et sue maiestatis imperio. cuius iussisse fecisse est. Non in exercitus multitudine non in robore militum. non in angelorum auxilio. Sed statim ut ille advenerit interficietur antixpus. Et quomodo tenebre solis fugantur adventu sic inlustratione adventus sui eum dominus destruet atque delebit. Cuius opera sunt sathane. Et sicut in xpo plenitudo divinitatis fuit corporaliter ita in antixpo omnes erunt fortitudines et signa atque prodigia sed universa mendatia. Quomodo enim signis dei que operabatur per moysen magi suis resistere mendatiis. et virga moysi devoravit virgas eorum. ita mendacium antixpi xpi veritas devorabit. Seducuntur autem eius mendatio qui perditioni sunt preparati. Et quia tacita questio poterat commoveri. cur ei concessit deus omnem eum habere virtutem signa atque prodigia: per que seducantur si fieri potest etiam electi dei solutio prevenit questionem Et quod opponi poterat. Antequam opponatur absolvit. Faciet inquit omnia non sua virtute sed concessione dei propter iudeos. ut qui noluerunt caritatem recipere veritatis hoc est xpm quia caritas dei diffusa est in cordibus credentium et ipse dicit ego sum veritas de in psalmis scriptum est: veritas de terra orta est. Qui ergo caritatem et veritatem non receperunt ut salvatore suscepto salvi fierent. Mittit illis deus non operationem errorem sed ipsam operationem id est fontem erroris ut credant mendacio quia mendax est ipse et pater eius. Et siquidem antixpus de virgine natus esset et primus venisset in mundum poterant iudei hanc excusatione[m] et dicerent quod putaverunt veritatem id circo mendatium preri-

Spes

suscepimus. Nunc autem ideo iudicandi sunt immo procul dubio condempnandi. quia xpo veritate contempta: postea mendatium id est antixpm suscepturi sunt. Explicit epistola beati Jeronimi ad algasiam de xi questionibus etc.

Incipit epistola beati Jeronimi presbiteri Ad Marcellam de quinque questionibus novi testamenti et est prima questio talis etc.

91. Magnis nos provocas questionibus et torpens otio ingenium dum interrogas doces. Prima tua sciscitatio fuit. que sint illa que nec oculus vidit nec auris audivit nec in cor hominis ascenderunt. que preparavit deus his qui diligunt eum. Et quomodo rursum idem apostolus inferat. Nobis autem deus revelavit per spiritum sanctum suum. Et si revelatum est apostolo. intelligere debeamus quod et ille aliis revelavit. Ad que brevis b responsio est. Non debere nos querere quid sit illud quod nec oculus vidit nec auris audivit nec in cor hominis ascendit. Si enim ignoratur quomodo sciri potest Quod promittitur in futuro: non cernitur in presenti. Spes enim que videtur non est spes sed iam certa possessio. Quomodo si velit quispiam dicere: ostende mihi quod invisibile est, loquere quod audiri non potest expone quod cogitatio non conprehendit humana. Ergo hoc sensu apostolus dixisse credendus est quod carnalibus oculis et aure carnali et cogitatione mortali: non possint spiritualia conprehendi. Et si enim noveramus quondam ihesum secundum carnem, sed nunc iam non novimus eum. Et in iohannis epistola scribitur karissimi nunc filii dei sumus: et nunc dum manifestum est. quod futuri sumus. quoniam videbimus eum sicuti est. Quod revelatum sibi et sanctis per spiritum esse testatur. Non statim sequitur. ut ipse aliis revelaverit. Alioqui audivit in paradiso verba ineffabilia que aliis narrare non poterat Aut si narravit nequaquam ineffabilia sunt etc. Questio secunda ad mar-

Secunda questio fuit. in qua dicas legisse te per transitum in opusculis meis quod agni qui stant a dextris et hedi qui a sinistris xpiani sint atque gentiles et non potius boni et mali. Non me meminisse hoc alii dixisse. Et si dixissem non esse in errore pertinax. Quantum autem dictanti subito occurrit secundo volumine cont-

commmianu sup hoc caplo disputasse me novi: et non solum sup hoc, sed de eo quod in eadem questio tradit, ubi pisces mali a bonis piscibus separantur. Quod ergo ibi plene dictum est: nunc omittendum videtur. Tercia questio

Tercium in eo gravaris quod dicit apls in adventum dni salvatoris rapi quosdam viventes obviam in nubibus ita ut non preveniant ab hiis qui in xpo dormierunt usque nos se vtz qui sit occurrant in corporibus sint et non ante moriantur: cum et dns in mortuus sit. et enoch atque elias sedm Apocalipsim iohis morituri esse dicantur. Ne sciret nullus sit qui non gustavit mortem. hoc expiunis co(n)tinencia loci sciri potest. quod sancti qui adventu salvatoris in corpore fuerint depphensi in hisdem corporibus occurrant ei ista tamen ut in gloriam et corruptum et mortale: gloria et in corruptione et in mortalitate mutentur. Ut qualia corpora resurrectura sint: in talem substanciam etiam vivorum corpora transformentur. unde dicit in alio loco aplus. Propter quod nolumus expoliari sed supvestiri ut absorbeatur mortale hoc a vita. Ne scilicet corpus ab anima deseratur sed anima habitante in corpore fiat in vitium quod ante angelorum fuit. De enoch aut et helia quos venturos apocalipsis refert. et esse morituros non est istius temporis disputatio. Cum omnis ille liber aut spaliter intelligendus sit. ut nos estimamus. Aut si carnalem interpretacionem sequamur iudaicas fabulis adquiescendum sit ut rursum edificetur ierlm et hostie offerantur in templo. et spali cultu in minuto. carnales optineant cerimonie Questio Quarta ad marcellam

Quarta est quod quesisti: quomodo in Iohis ewanglio post resurrectionem dicatur ad mariam magdalene. Noli me tangere non dum enim ascendi ad patrem meum Et rursum in matheo scriptum sit ad ipsum tangere post resurrectionem pedes eius, et non tangere mariam magdalene. Ipsa est a qua septem demonia expulerat ut ubi habundaverat peccatum sup habundaret et gracia. Que quia dnm ortulanum putaverat et quasi cum homine loquebatur et querebat viventem cum mortuis: recte audivit noli me tangere Et est sensus. Non mereris here vestigiis. nec adorare quasi dnm deum nec eius tenere pedes quem non estimas surrexisse. Tibi enim. nec dum ascendi ad patrem meum. Cetere vero mulieres que pedes tangunt dnm confitentur et merentur eius herere vestigiis que ad patrem ascendisse confidunt. Quamquam etiam si eadem mulier in diversis ewangelys, et tenuisse pedes et non tenuisse referatur facilis solucio sit. cum potuit primum corrigi quasi incredula et postea non repelli, quasi ea que errorem confessione mutaverat quod de laconibus intelligi pot, cum alius ewglista utrumque blasphemasse alius narret alterum esse confessum

Questio Quinta ad marcellam

Extrema sceduIa continebat. utrum post resurrectionem quadraginta diebus cum discipulis dns conversatus sit, et nunquam alibi fuerit. An latenter ad celum ascenderit. atque descenderit et nichilominus aplis suam presenciam non negaverit. Si deum dei filium consideres de quo sermo est. et illum esse qui loquitur. Nonne celum et terram repleo dicit dns, et de quo alius ppha testatur celum michi thronus est, terra aute scabellum pedum meorum, et rursum alibi Qui tenet palmo celum et terram pugillo: de quo david canit, quo ibo a spu tuo et a facie tua quo fugiam Si ascendero in celum tu ibi es si descendero ad infernum ades et habitavero in postremo maris et enim ibi manus tua deducet me: et tenebit me dextera tua profecto non ambiges etiam ante resurrectionem, sic in domnico corpore habitasse deum vbum ut et in patre esset. et celi circulum clauderet atque in omnibus infusus esset et circumfusus id est ut cuncta penetraret interior et contineret exterior. Stultum est ergo illius potenciam unius corpusculi paruitate finiri: quem non capit celum ~~et~~

~~profecto non ambiges etiam ante resurrectionem: sic in dnico corpore habitasse deum vbum ut et in patre esset. et celi circulum clauderet atque in omnibus infusus esset et circumfusus id est ut cuncta penetraret interior et contineret exterior. Stultum est ergo illius potenciam unius corpusculi paruitate finiri. quem non capit celum ....~~

refer folium vacat

CClxxiii
a

tamen utrique erat. etiam

Et tamē qui vbiqz erat / etiā in filio
hominis totus erat / diuina quippe
natura. et deus sermo in partes sectū
nō pōt nec in locis diuidi. Sed cum vbi/
qz sit: totus vbiqz est Erat ergo vno
eodemqz tempore: Et cum aplis qua/
draginta diebus / et cum angelis et
in patre. et in nouissimis finib9 maris
erat / in omnibus locis versaba͞ Cum
thoma in india. cum petro rome. cū
paulo in hilirico cum tito in creta. cū
andrea in achaia Cum singulis aplis
et aplicis viris: in singulis cunctisqz
regionibus. Quod aūt dicitur deserē
quosdam / uel quosdam. uel nō deserē
nō nature illius firmus ponitur. Sed
eorum in quibus deseribitur: apud quos ēē
dignatur Explicat Epla beati Jeroni/
mi ad Marcellam de quibusdam q̄onibus
Noui testamēti. Incipit epla beati
Jeronimi de onaso ad eandem mar/
cellam Secunda

MEdici quos
vocant chyrurgicos: cru/
deles putantur et miseri
sunt An non est miseria
alienis nō dolere vulnibus Nec mor/
tuas carnes inclementi secare ferro
Non horrere curantem: quod horret
ipse qui patitur et inimicū putari
Ita se natura habet. ut amara sit
veritas blanda vicia existimentur.
Esaias in exemplum captiuitatis
future. nudus nō erubescit incedē
Jeremias de media ierlm ad eufra/
ten fluuiū mesopotamie mittitur
ut inter inimicas gentes. vbi est assy/
rius et castra sunt chaldeorum ponat
ΠΕΡΙΖΩΜΑ corrependum E/
zechiel stercore primū humano: de
in bubulo pane de omi semente consp/
sum edere iubetur et vxoris interi/
tum siccis oculis videt Amos de sa/
maria pellitur. Cur queso. Nempe ideo
pellitur qui chyrurgici spales. secantes
vicia: peccatores ad pniam cohortatur
Paulus aplus inimicus inquit vobis
factus sum verum dicens Et quia salua/
toris dura videbantur eloquia. plu/
rimi discipulorum retrorsum abierunt.
Vnde nō est mirum / si et nos ipi vicijs
detrahentes offendim9 plurimos. dis/
posui nasum secare fetentem. time/
at qui strumosus est. Volo cornicu/
le detrahere garrienti rancidula
se intelligit cornix. Numquid vn9
in vrbe romana est qui habeat trū/
cas in honesto vulnere nares. Nūquid
onasius segestanus caua verba. et
in modum vesicarum tumentia buccis
trutinatur inflatis. Dico quosdam
scelere periurio falsitate: ad dignita/
tem nescio quam peruenisse. Quid ad te
qui te intelligis innocentem: Rideo
aduocatum: qui patrono egeat qua/
drante dignam eloquentiam. nare sub/
sanno: quid ad te qui disertus es. Vo/
lo in nummarios inuehi sacerdotes. tu qui
diues es quid irasceris. Clausum cu/
pio suis ignib9 ardere vulcanum / nūquid
hospes eius aut vicinus es: quia delu/
bris ydoli niteris incendiū submouere
Placet mihi de larvis de noctua de bubi/
one: de nilicis ridere portentis. Quod
quid dixerim fuit / in te dictum putas. In
quodcūqz vitium. stili mei mucro contor/
quetur. te clamitas designari. Con/
serta manu in ius vocas et satyricū
scriptorem in prosa stulte arguis. An
ideo tibi bellus videris. quia fausto
vocaris nomine. Quasi nō et lucus
ideo dicatur quod minime luceat et
parce abeo quod nequaquam parcant. et
eumenides furie et vulgo ethiopes
vocantur argenti. Quod si in descriptione
fedorū semper irascaris iam tibi persi͡c
cantabo. formosum te. optent ge/
nere rex et regina puelle te rapi/
ant. quidquid calcaueris tu rosa fiat
Dabo tamen consiliū quibus abscō/
ditis possis pulchrior apparere. Nasus
nō videatur in facie. sermo nō sonet
ad loquendū atqz ita et formosus
et disertus videri poteris Epla beati
Jeronimi ad marcellam de hebraicis
nominibus et sibis

SUper cum pa/
riter essemus. nō per eplam
ut nō consueueras. sed
presens ipa quesisti quid ea
verba que ex hebreo in latinū nō ha/
bemus expressa apud suos sonarent
cum sine interpretacione sint posita. ut
est illud alleluia Amen. Marana/
tha. epod Et cetera. que in scripturis
respersa memorasti. ad quod nos quia
dictanti angustia coartamur breuiter
respondem9 Sunt lxx. interpretes siue
aplos id curasse. ut quoniam primū ecclia
ex iudeis fuerat congregata. nichil
ad credentium scandalum innouarent
Sed ita ut apud imbiberant trade/
rent. postea vero quam in vniuersas ter/
ras. uel gentes euuangelij dilatatus est
sermo. nō potuisse semel suscepta
mutari. Licet et illud in libris suis
quos ΓΝΗCΗΤΙΚΩC vocant. ori/
genes asserat propter proprietatem lingue

Invectiua contra onasium eo quod ipse detraxerat beato Jheronimo predicanti contra gulam et vicia

b

98

c

d

99

uiri. et ceterum quod idioma non posse ita apud
alios sonare. ut apud suos dicta sunt.
Et multo esse melius interpretata ponere
quam interpretatorum temerare. Igitur alle-
luia exprimitur laudate dominum. Ia quippe
apud hebreos unum de decem nominibus
est. Et in illo psalmo ubi legimus. lau-
date dominum quoniam bonus est psalmus. A-
pud hebreos legitur alla Ο Ι Κ Π Ο Β
Ε Ζ Α Ζ Δ Μ Ο Ι Ε Κ. Amen vero
Aquila ΠΕΠΙΣΤΩΜΕΝΩΣ exprimit
mit quod nos fideliter possumus dicere
ductum ad sibum ex nomine fidi ΑΜ
ΥΝΗΑ septuaginta ΓΕΝΟΙΤΟ
idest fiat. unde in fine librorum. ubi
in quinque siquidem volumina psalterium
apud hebreos divisum est. fiat fiat
transtulerunt / quod in hebreo legitur.
amen amen. Quo salicet ea verba
dicta que in transtulerunt / quod in hebreo
supra sunt confirmetur. Unde et
paulus adserit. non posse aliquem
respondere amen. idest confirmare
que predicta sunt. nisi intellexerit pre-
dicacionem. Maranatha magis
syrum est quam hebreum. Tam et si ex
confinio utriusque linguarum aliquid
et hebreum sonet. et interpretetur dominus
noster venit. ut sit sensus. Si quis non
amat dominum ihesum anathema sit. et
in illo completo deinceps inferatur
dominus noster venit. quasi superflue sit. ad
versum enim odiis pertinacibus velle
contendere que venisse iam constet.
Vellem tibi aliquid et de diapsalma
te scribere quod apud hebreos scri-
bitur. S Ε Λ Α. et de epod. et de eo quod
in quibusdam psalmi titulo habetur
pro meloth. non modum epistolici carac-
teris excederem et auditatem in-
gis dilatare deberent facere questiones.
Tritum quippe est proverbium ultroneas
putere merces. Unde et nos de indus-
tria dicendi reticemus ut audiamus ve-
lis audire que tacita sunt. Epistola sancti
Jeronimi ad marcellam de psalmo
nonagesimo aliter de decem nominibus
quibus hebraice deus nominatur.

Nonagesimum
psalmum legens in eo lo-
qui scribitur. Qui habi-
tat in adiutorio altissi-
mi in protectione dei ce-
li commorabitur / Dixeram apud he-
breos pro dei celi esse positum saddai quod
aquila interpretatur. Canon sive ΑΣ
ΑΝΟΝ quod nos robustum et suf-
ficientem ad omnia perpetranda acci-
pere possumus. unumque esse de decem
nominibus quibus apud hebreos deus vo-
catur. Illico studiosissime postulasti
ut tibi universa nomina cum sua interpreta-
cione dirigerem. faciam quod petisti.
Primum dei nomen est hel quod lxx. deum.
Aquila ΕΞΟΙ ΜΟΛΟΓΗΣΕΩΣ eius ety-
mologiam ΙΣΧΥΡΟΝ fortem interpretatur.
Deinde elohim et eloe quod et ipsum deus
dicitur. Quartum sabaoth quod lxx virtutum.
Aquila exercituum interpretatur. Quintum elion
quem nos excelsum dicimus. Sextum eserie
quod in exodo legitur. qui est misit
me. Septimus adonai quem nos dominum
generaliter appellamus. Octavum ia quod in
deo tantum ponitur. ut in alleluia extrema sillaba
sonat. Nonum tetragrammum quod ΑΝ
ΕΚΦΩΝΗΤΟΝ id est ineffabile
putaverunt. et hiis litteris scribitur iod. Evan.
Ε. quod quidam non intelligentes propter ele-
mentorum similitudinem cum grecis litteris
reppererent. ΠΙΠΙ legere consueverunt.
Decimum quod superius dictum est saddai. Et
in ezechiele interpretatum ponitur. Sciire
autem debemus. quod elohim communis numeri
sit. quod et unus deus sit vocetur. et
plures ad quam similitudinem celi quoque
appellantur et celum idem. Samaim
Unde et sepe interpretes variant. cuius
rei exemplum nos in lingua nostra habere
possumus. ΜΚΙΗ ΑCΚΕΒΑCΤΑ
ΑΟΗΑΓ. Epistola sancti Jeronimi Contra
Montanum ad Marcellam de fide
et dogmatibus et cetera et cetera.

Testimonia de
iohannis evangelio congre-
gata que tibi quidam
montani sectator ingres-
sit. in quibus salvator noster se ad patrem
iturum missurumque paraclitum pollicetur.
in quod promissa sint tempus et quo com-
pleta sint tempore apostolorum acta tes-
tantur / Decima die dixit post ascen-
sum domini hoc est quinquagesima post
resurrectionem spiritum sanctum descendisse lingu-
as credentium esse divisas ita ut
unusquisque scilicet omnium gentium sermone loque-
retur. cum quidam adhuc parum
credentium eos musto ebrios adsererent.
Et petrus stans in medio apostolorum
omnis que cunctus ait. viri iudei et
omnes qui habitatis in ierusalem hoc vo-
bis notum sit et auribus percipite verba me-
a. Non enim sicut vos estimatis hii
ebrii sunt. nam est hora diei tercia. sed
hoc est quod dictum est per iohel prophetam
In novissimis diebus dicit dominus effun-
dam de spiritu meo in omnem carnem
et prophetabunt filii et filie eorum
et iuvenes visiones videbunt et

quam linguam loquebantur apostolorum

seniores somnia somniabunt Et quidem
in seruos meos et ancillas effundam
de spiritu meo. Si igitur apostolus petrus
super quem dominus fundauit ecclesiam et pro-
pheciam et promissionem domini illo tem-
pore completam memorauit quo-
modo possumus nobis aliud tempus ven-
dicare Quod si uoluerint respondere
et philippi diaconi tempore quatuor filias
prophetasse / et prophetam agabum repperies
in diuisionibus spiritus inter apostolos et docto-
res prophetas quoque apostolo scribente for-
matos / ipsumque paulum multa de futuris
heresibus et de fine seculi prophetasse
Sciant ergo a nobis non tam prophetiam
repelli que domini signata est passione
quam eos non recipi qui cum scripture ve-
teris et noue auctoritate non congruant
Primum in fidei regula discrepamus
Nos et patrem et filium et spiritum sanctum in
sua unumquemque persona ponimus
licet substantia copulemus Illi sabellii
dogma sectantes trinitatem in unius
persone angustias cogunt Nos secundas
nuptias non tam appetimus quam con-
cedimus paulo iubente. ut vidue
adulescentule nubant Illi in tantum pu-
tant scelerata coniugia ut quicumque
hoc fecerit adulter habeatur Nos unam
quadragesimam secundum traditionem apo-
stolorum toto orbi congruam ieiunamus
illi tres in anno faciunt quadra-
gesimas quasi tres passi sint salua-
tores Non quo et per totum annum excep-
to pentecosten ieiunare non liceat
sed quod aliud sit necessitate aliud vo-
luntate munus offerri Apud nos aposto-
lorum locum episcopi tenent / apud eos episcopus
tercius est habent enim primos de pe-
pusa frigie patriarchas. Secundos quos
appellant cenonas Atque ita in ter-
tium id est pene ultimum locum episcopi de-
uoluuntur quasi exinde ambiciosior
religio fiat / si quod apud nos primum
est apud illos nouissimum sit Illi ad
omne pene delictum ecclesie obseruant
fores Nos cottidie legimus malo
penitenciam peccatoris quam mortem. Et
numquid qui cadit non resurget dicit
dominus Et conuertimini ad me filii conuer-
tentes et ego curabo contritiones vestras
Rigidi autem sunt non quo et ipsi peiora
non peccent. sed quod hoc inter nos et
illos quod illi erubescunt confiteri pec-
cata quasi iusti Nos dum penitentiam
agimus facilius veniam promeremur
Pretermitto scelerata misteria que dicun-
tur de lactante puero et de victuro martire
confarrata Malo inquam non credere
sit falsum omne quod de sanguine dicitur

CClxxv. a

Apta est eorum noua blasphemia
dicencium deum primum voluisse in veteri
testamento per moysen et prophetas saluare
mundum. quod quia non potuit explere
corpus sumpsisse de virgine Et in christo
sub specie filii predicantem mortem obisse
pro nobis. Et quia per duos gradus mun-
dum saluare nequierit / ad extremum per
spiritum sanctum in montanum priscam et max-
imillam insanas feminas descendis-
se. Et plenitudinem quam paulus non
habuerit dicens / ex parte cognoscimus
et ex parte prophetamus / et nunc videmus
per speculum in enigmate abscisum
semiuirum habuisse montanum / Hec est
que redargucione non indiget / Perfi-
diam eorum exposuisse superasse est
Nec est ut singula deliramenta
que proferunt breuior epistole sermo subuer-
tat. cum et tu ipsa scripturas ad summe
tenens non tam ad eorum mota sis
questiones quam que sentirem a me voluis
sciscitari etc. Incipit Epistola sancti Jero-
nimi ad marcellam de blasphemia
in spiritum sanctum que est talis

b

Breuis questi-
uncula quam misisti et
apta responsio est. Di-
citur enim de eo quod in euangelio
scribitur. quicumque dixerit verbum contra
filium hominis remittetur ei Qui autem
dixerit contra spiritum sanctum non remittetur
ei neque in hoc seculo neque in futuro. no-
uacianus affirmat non posse pec-
care in spiritum sanctum nisi enim qui christianus
sit et postea negauit. Manifestum
est iudeos qui eo tempore blasphe-
mant peccato blasphemie non teneri.
Quippe ut impii coloni interfectis
prophetis de nece domini cogitabant et tamen
erant perditi ut ad saluandos eos se di-
lius venisse respondeat vnde et
de toto scripture ipsius ordine conuincendi
sunt. Non his irremissibilem dicit
blasphemiam qui tormentis compulsi
et variis euiscerati cruciatibus dominum
denegassent. sed his qui cum vide-
ant in virtutibus opera dei calumpnientur
et clament demonis esse virtutem.
Et omnia signa que facta sunt non ad
diuinam magnificenciam sed ad dia-
bolum pertinere. vnde et saluator
toto responsionis sue hoc agit ar-
gumento. ut doceat non posse a satha-
na eici sathanan et regnum eius inter
se non esse diuisum. Cum enim diaboli
studium sit dei ledere creaturam quomodo ei-
dem esse poterit voluntatis sanare
languentes et seipsum de obsessis fugare

corpibus/probet itaq3 nouacianus aliquem de hijs qui sacrificare conpulsi sut ante tribunal iudicis respondisse omnia que in ewangelio scripta sunt no a filio dei. sed a behelzebub principe demoniorum esse pfecta et tunc poterit probare inremissibilem in spm scm esse blasphemiam/ vt an et certius aliquid interrogemus respondeat quid sit contra filium hominis dicere et in spm scm blasphemare. Ego quippe adsero iuxta sensum illius/ eos qui xpm in psecutione negauerint/ contra filium hominis dixisse. non in spm scm blasphemasse. Qui enim interrogatur an xanus sit: et xpianum se no esse responderit: vtiq3 negando xpm hoc est filium hominis/ spm sancto no fecit iniuriam. Si aut xpm negando negauit et spm edisserat hereticus quo no peccet in spiritu qui filium hominis denegauit. Aut si spm scm hoc in loco intelligendum patrem putat. prius nulla est a negatore mencio facta. Cum negaret petrus aplus eo tempore cum ancille interrogatione pteritus deum negauit. in filium hominis an in spm scm vide[r] commisisse peccatum: Si id quod ait nescio hominem: ridicule voluerit interpretari no xpm eum negasse/ sed hominem medacem fuiet. saluatorem qui se: hoc est filium dei negandum esse pdixerat. Si aut negauit filium dei vnde et amare fleuit et trinam negationem trina postea confessione deleuit: manifestum est peccatum in spm scm/ id no posse dimitti quod heat blasphemiam. Vt cum videas in virtutibus deum belzebub calupniaris in factis/ doceat ergo aliquem negatorem belzebub vocasse xpm et vltro referam gradum negatorem no posse veniam ?sequi: Aliud est tormentis cedere et se xpianum negare. Aliud xpm diabolum dicere sicut tibi ipa scriptura atq3 ?textus ad te eius lecta: poterit demonstrare/ fuerat quidem prolixius disserendum. sed quoniam et amicis qui ad meum hospitiolum conuenerunt pntiam meam negare no possumus et tibi no statim responderem. admodum visu est ad rogantis. latam disputationem breui sermone comphendimus ut no tam eplam quam commentariolum dictaremus

Epla Sancti Jeronimi ad marcellam de de tractoribus suis cetera

Post priorem

eplam in qua de hebreis verbis pauca pstrinxeram ad me repente platum est quosdam homunculos in studiose detrahere cur adusum auctoritatem veterum: et totius mundi opinionem aliqua michi euagelijs emedare temptauim. Quos ego cum possem meo iure contepnere. Asino quippe lira suplue canit/ tamen ne nos supbie ut facere solent arguant. ita responsum habeant. Nos no adeo hebetis fuisse cordis et tam crasse rusticitatis quam illi sola pro sanctitate habent. piscatorum se discipulos adserentes. quasi ideirco iusti sint nichil sacerint. Et aliquid de dominicis verbis aut corrigendum putauimus aut no diuinitus inspiratum. Sed latinorum codicum viciositatem que ex diuersitate librorum omnium ?pbatur ad grecam originem. vnde et ipi translata no denegant uoluisse reuocare. Quibus si displicet fontis vnda purissimi cenosos riuulos bibant et diligentiam qua auium saluias et conccarum gurgites norunt. in scripturis legendis abiciant. Sintq3 in hac tantum re simplices et xpi verba existiment rusticana. In quibus per tanta iam secula tantorum ingenia sudauerunt vt racionem verbi vniuscuiusq3 magis opinati sint quam expresserint. Et aplm arguant impitie qui ob multas litteras insanire dicatur. Scio te cum ista legeris rugare fronte. et libertate rursum seminarium timere iurgiorum. at meum si fieri pot os digito velle comprimere. ne audeam dicere que alij facere no erubescant. Rogo quid a nobis no libere dictum est. Nunquid in lancibus ydola celata descripsi. Nunquid inter epulas xanas virginalibus oculis baccharum satyrorumq3 complexus. Nunquam amarior sermo pulsauit. Nunquid ex mendicis diuites fieri doluimus. Nunquid repphendi hereditarias sepulturas. vnum miser locutus quod virgines sepius deberent cum mulieribus esse quam cum masculis. totius verbis offendi. Cunctorum digitis notor. Multiplicati sunt sup capillos capitis mei qui oderunt me gratis. et factus sum eis in parabolam. Et tu putas aliqua deinceps esse dicturum. vnum ne flaccus de nobis rideat: amphora cepit institui currente rota. cur vrceus exit: Reuertimur ad nostros bipedes asellos. et in eorum

cclxxvi
a

De scac[ri]. scripture subtilitate

ante rota cur vertens cepit. Resultimus
ad nostros bipedes asellos et in eorum
aurem bucina magis quam cythara
concrepamus. Illi legant spe gau-
dentes tempori servientes. Nos le-
gamus spe gaudentes domino servientes.
Illi adversus presbiterum accusationem omnino
non putent recipiendam. Nos legimus
adversus presbiterum accusationem ne re-
ceperis. nisi sub duobus aut tribus
testibus. Nos peccantes autem coram
omnibus argue. Illis placeat. humanus
sermo et omni acceptione dig-
nus. Nos cum grecis id est cum apostolo qui
grece locutus est. erremus. fidelis ser-
mo et omni acceptione dignus.
Ad extremum illi gaudeant gallicis can-
teriis. nos solutus vinculis et in sal-
vatoris mysterium preparatus Zacharie
asellus ille delectet. qui postquam domino
terga prebuit cepit esaie consonare
preconio. Beatus qui seminat secus
omnem aquam ubi bos et asinus cal-
cant. Jeronimus ad marcellam de
de significatione munerum etc.

Etabsentiam corporum spiritus confabu-
latione solemur. faciat
unusquisque quod prevalet.
Vos dona transmittitis nos epistolas re-
mittimus gratiarum. Ita tamen ut quia ve-
latarum virginum munus est. aliqua in
ipsis munusculis esse mistica demon-
stremus. Saccus orationis signum atque ieiu-
nii. Sella ut foras pedes virgo
non moveat. Cerei. ut accenso lu-
mine. sponsi expectetur adventus.
Calices mortificationem carnis osten-
dunt. et semper animum ad martirium pre-
paratum. Calix quippe domini inebrians
quam preclarus est. Quod autem solet et
matronis offerimus paria. parvis
animalibus ventilanda deberem. lux-
uriam cito restringere quia musce
moriture. oleum suavitatis exter-
minant. hic typus sit virginum. hec fi-
gura matronarum. In presentis non licet
munera nostra conveniant. Sedere
aptum est otiosis. in sacco iacere
penitentibus. Calices here potantibus
licet et propter nocturnas metus et
animos semper malum conscientie formidan-
tes. cereos quoque accendisse sit gratum.
Epistola sancti Jeronimi ad marcel-
lam de secedendo ab urbe etc.

Ambrosius quo carte sumptus no-
tariis ministrante

tam innumerabiles libros vir adamantius
et noster calcenterus explicavit in quadam
epistola. quam ad eundem de athenis scri-
pserat refert. nunquam se cibum origene presen-
te sine lectione sumpsisse. Nunquam ve-
nisse soporem nisi unus e fratribus sacris literis
personaret. Hoc diebus egisse vel noc-
tibus ut et lectio orationem susciperet et
oratio lectionem. Quid nos ventris ve-
tris animalia tale nunquam fecimus.
Quos si secunda hora legentes invenerit
oscitamus manu faciem defricantes
: continemus stomachum et quasi
post multum laborem mutilamus.
manu faciem defricantes: continemus
stomachum et quasi post multum la-
borem et rursum negotiis occupamur.
pretermitto prandia quibus mens one-
rata premitur. pudet dicere frequentiam
salutandi. qua aut ipsi cottidie ad
alios pergimus aut ad nos venientes
ceteros expectamus. deinceps itur
ad verba sermo teritur. lacerantur
absentes. vita aliena describitur. et mor-
dentes invicem consumimur ab in-
vicem. Talis nos cibus occupat et di-
mittit. Cum vero amici recesserint
ratiocinia supputamus. Nunc ira per-
sonam nobis leonis induit. nunc cu-
ra superflua. in annos plurimos du-
ratura precogitat. Nec recordamur
evangelii dicentis. Stulte hac noc-
te auferent animam tuam a te. que
autem parasti cuius erunt. vestes non ad
usum tantum sed ad delicias conquiruntur.
ubicumque compendium est. velocior pes
citus sermo. auris attentior. Si dampnum
ut sepe in re familiari accidere so-
let fuerit nunciatum: vultus merore
deprimitur. Letamur ad nummum obolo
contristamur. Vno enim in uno homine
animorum tam diversa sit facies: propheta
dominum deprecatur dicens. domine in civita-
te tua imaginem ipsorum dissipa. Cum
enim enim ad ymaginem et similitu-
dinem dei conditi simus: ex vitio nostro
personas nobis plurimas superinduimus.
Et quomodo in theatralibus scenis unus
atque idem istrio nunc herculem robustus
ostendit. nunc mollis in venerem fran-
gitur: nunc tremulus in cybele: ita
et nos qui si de mundo non essemus
odiremur a mundo. tot habemus peccatorum
similitudines quot peccata. Quapropter quia
multa iam vite spatia transivimus
fluctuando et navis nostra nunc pro-
cellarum concussa turbidine nunc
scopulorum inlisionibus perforata est: cum
primum licet quasi quedam portus se-
creta ruris intremus. Ibi cibarios

et holus nostris manibus irrigatum
lac delicie rusticane viles quidem
sed innocentes cibos prebent. Ita vi-
uentes non ab oratione sompnus nec
saturitas a lectione reuocabit. Si
estus est secretum arboris umbra
prebebit. Si autumnus ipsa est aeris
temperies et strata subter folia lo-
cum quietis ostendunt. Vere ager flo-
ribus depingitur et inter querulas
aues psalmi dulcius cantabuntur. Si
frigus fuerit et brumales niues, lig-
na non emam. Calidius vigilabo vel
dormiam certe quod sciam vilius non alge-
bo. Habeat sibi roma suos tumul-
tus harena seuiat circus insaniat
theatra luxurient. Et quia de nostris
dicendum est cottidie matronarum
visitetur senatus. Nobis adherere
domino bonum est ponere in deo spem
nostram ut cum paupertatem istam
celorum regna mutauerint erumpa-
mus in vocem. Quid mihi enim in celo est
et a te quid volui super terram. Quo sci-
licet cum tanta repperierimus in
celo parua et caduca quesisse nos
doleamus in terra. Vale. vm̄ ut ad vil-
lam et ad marie diuersorium veniam.
plus laudat unusquisque quod possidet.
Quo sermone qua voce speluncam
tibi saluatoris exponam. Et illud
presepe in quo infantulus vagiit sile-
tio magis quam infirmo sermone hono-
randum est. Vbi sunt late porticus
vbi aurata laquearia. vbi domus
miserorum penis et dampnatorum
labore vestite. vbi ad instar palacii
priuatorum extructe basilice ut vile
corpusculum hominis preciosius in-
ambulet et quasi in mundo quidquam
possit esse ornatius tecta sua magis
velit aspicere quam celum. Bethlehem
ecce in hoc paruo terre foramine celo-
rum conditor natus est. hic inuolu-
tus pannis. hic visus a pastoribus.
hic demonstratus ab stella hic adoratus
a magis. Et puto sanctior locus est
rupe tarpeia que de celo sepius ful-
minata ostenditur. Quid de eo dis-
plicere potest. Est siquidem sancta ibi
ecclesia. sunt trophea apostolorum et martyrum
est christi vera confessio et apostolo predica-
ta fides. et gentilitate calcata in su-
blime cotidie erigitur vocabulum christia-
num. Sed ambitio potentia magni-
tudo vrbis videri et videre salutari
et salutare laudare detrahere vel
audire vel loqui et tantam frequentiam
hominum saltem inuitum videre a proposito
monachorum et a quiete aliena sunt.

Aut enim videmus ad nos venientes et
silencium perdimus. aut si non videmus
superbie arguimur. Interdum ut visitan-
tibus reddamus vicem ad superbas
fores pergimus. Inter linguas rodentium
ministrorum postes ingredimur. De ciui-
tate. In christi vero villa ut supra diximus
tota rusticitas extra psalmos silentium est.
Quocumque te verteris arator stiuam tenens
alleluia decantat. Sudans messor psal-
mis se auocat et curua attondens
vitem falce vinitor aliquid dauiticum canit.
Hec sunt in hac prouincia carmina
hec ut vulgo dicitur amatorie cantio-
nes.

Incipit epistola beati Jeronimi presbiteri
ad marcellam ne contristetur super
egrotatione blesille. et est talis

Abraham temp-
tatur in filio. et fidelior
inuenitur. Joseph in egiptum
venditur ut pascat patrem
et fratres. Ezechias in tam vicina morte terre-
tur fusus in lacrimas. quindecim annorum
spacium protelatur ad vitam. petrus apostolus
domini passione concutitur ut amare flens
audiat pasce oues meas. Paulus
lupus rapax et beniamin adolescen-
tior in extasi cecatur et videat et repen-
tino tenebrarum horrore circumdatus
dominum vocat quem dudum ut hominem
persequebatur. Ita et nunc mi marcella
blesillam nostram vidimus ardore febrium
per xxx ferme dies iugiter estuare ut
sciret reiciendas delicias corporis quod
paulo post vermibus exarandum sit. Venit
ad hanc dominus tetigitque manum eius et
ecce surgens ministrat ei. Redolebat
aliquid negligentie et diuiciarum fas-
ciis colligata in seculi iacebat sepul-
chro. Sed infremuit ihesus et conturbatus
in spiritu clamauit dicens. Blesilla exi
foras. Que vocata surrexit et egressa
cum domino vescitur. Judei minentur et tumeant
querant occidere suscitatam. Soli
apostoli glorientur. Scit se vitam suam ei debe-
re cui reddidit. Scit se eius amplexari pe-
des cuius paulo ante iudicium pertimesce-
bat. Corpus pene iacebat exanime
et anhelos artus mors vicina quati-
ebat. Vbi tunc erant auxilia propinquorum
quorum vbi verba omni inaniora fumo.
Nichil tibi debet o ingrata cognatio
que mundo perijt et christo reuixit. Chri-
stianus est gaudeat. Qui irascitur
non se esse indicat christianum. Vidua que
soluta est vinculo maritali nichil
necesse habet nisi perseuerare. Scandali-
zat quempiam furuior. Scandalizet
iohannes quo inter natos mulierum maior

nullus fuit. Qui angelus dictus. ipsum quoque dominum baptizauit qui camelorum vestitur tegimine: zona pellicia cingebatur. Cibi displicent viliores. nichil vilius est locustis. Ille xpianos oculos scandalizent potius que purpurisso et quibusdam fucis ora. oculosque depingunt. quarum facies gipsee et nimio candore deformes ydola mentiuntur. Quibus si forte impudens lacrimarum stilla erupit sulco defluit. Quas nec numerus annorum potest docere quod vetule sunt. Que capillis alienis verticem struunt et preteritam iuventutem in rugis anilibus poliunt. Que denique ante nepotum gregem trementes virguncule componuntur. Erubescat mulier xpiana si naturam cogit decorem. si carnis curam facit in concupiscentia. In qua qui sunt secundum apostolum xpo placere non possunt. Vidua nostra antea monilibus ornabatur. et die tota quid sibi deesset querebat ad speculum. Nunc loquitur confidenter. Nos omnes reuelata facie gloriam domini speculantes in eandem imaginem transformamur a gloria in gloriam. quasi a domini spiritu. Tunc crines ancille disponebant. et mitellis crispantibus vertex arctabatur. Innoxius nunc neglectum caput scit sibi tantum sufficere quod velatur. Illo tempore plumarum quoque dura mollities videbatur. et in extructis thoris iacere vix poterat. nunc ad orationem festina consurgit et modulata voce ceteris alleluia preripiens. prior incipit laudare dominum suum. Flectuntur genua super nudam humum et crebris lacrimis facies psimmitio ante sordidata purgatur. post orationem psalmi concrepant et lassa ceruix. poplites vacillantes in sopnum vergentes oculi nimio vicetis ardore vix impetrant ut quiescant. Pulla est tunica minus cum humi iacuerit sordidatur. Soccus vilior auratorum pretium calceorum egentibus largietur. Cingulum non auro gemmisque distinctum est. sed laneum et tota simplicitate purissimum. et quod possit astringere magis vestimenta quam scindere. Si huic proposito inuideat scorpius et sermone blando de indebita rursum arbore comedere persuadet. inlidatur ei pro solea anathema et in suo morienti puluere dicatur. vade retro sathanas quod interpretatur aduersarie. Aduersarius quippe xpi est antixpus cui precepta displicent xpi. Oro te quid tale vnquam quale apostoli fecimus ut merito scandalizent. Patrem senem cum nauicula rethe dimittunt publicanus a teloneo surgit et sequitur saluatorem volens discipulos redire domum: et suis ante renunciare. magistri voce prohibetur. Sepultura non datur patri: et pietatis genus impium esse pro domino. Nos quia serica veste non vtimur monachi iudicamur. quia ebrii non sumus nec cachinno ora dissoluimus continentes vocamur et tristes. Si tunica non canduerit. statim illum de triuio inpostorem et grecum esse cauillatur. Vafriora licet et pingui aqualiculo farsos circumferant homines. blesilla nostra ridebit. nec dignabitur loquacium ranarum audire conuicia. cum dominus eius dictus sit belzebub.

Epistola Sancti Jeronimi presbiteri ad marcellam de nominibus libri Regum et Judicum etc. Alias de Ephod et terafim et est talis

Epistolare officium est de re familiari aut de cottidiana conuersatione aliquid scribere et quodammodo inter se absentes presentes fieri. Dum mutuo quod aut velint aut gestum sit indicant. Licet interdum confabulationis tue conuiuium. Doctrineque sale condiatur. verum tu tota in tractatibus occuparis et nichil michi scribis nisi quod me torqueat. et scripturas legere compellat. Denique heri famosissima questione proposita postulasti ut quid sentirem statim rescriberem. Quasi vero phariseorum teneam cathedram. ut quotiens de verbis hebraicis iurgium est ego arbiter et litis sequester exposcar. Non sunt suaues epistole que non et placeant et redoleant quas non condit apicius. In quibus nichil de magirorum huius temporis iure suffumat. Sed quia victor inimicus sermonis nostri redire festinat. Rem grandem celerius dicto quam debeo licet de scripturis sanctis disputanti non tam necessaria sint verba quam sensus. Quia si eloquentiam querimus demostenes legendus aut tullius est. Si sacramenta diuina. nostri codices qui de hebreo in latinum non bene resonant presidendi. In fronte epistole tue posueras quid sibi velit quod in regum libro scriptum est. Et samuhel seruiebat ante conspectum domini cinctus ephod bath et diploidem habebat pusillam quam fecerat ei mater sua et afferebat ei de diebus in dies cum ascenderet cum viro suo ad sacrificare sacrificium dierum. Itaque queris quid sit ephod bath quo futurus

q̄ vetule ... [illegible]

CClxxviij
a

b

prophetia pangitur vtrum ne zona an vt quidam putant turabulum vel genus aliquod vestimenti et si vestis quomodo ea accingitur. Et post ipsum ephod quare adiungitur ei bath. In sequentibus quoque legisse te scribis vbi uenit homo dei ad heli et dixit ei hec dicit dominus manifeste ostendi me ad domum patris tui ex omnibus tribubus israel cum essent in terra egipti seruientes in domo pharaonis. Et elegi domum patris tui ex omnibus tribubus israel mihi in sacerdotium ut ascenderent ad altare meum et incenderent incensum et portarent ephod. Totum libri ordinem persecutus etiam de illo loco exemplar sumpsisti in quo doech idumeus iussu regis interfecit sacerdotes. Et conuersus inquit secundum septuaginta doech syrus mortificauit ipse sacerdotes domini. Et occidit in illa die ccc·v· viros. Siue ut in hebreo legitur lxxxv. omnes qui portabant ephod. et non bath. ciuitatem sacerdotum occidit in ore gladii a viro usque ad mulierem ab infante usque ad nutrientem et vitulum et azinum. et ouem in ore gladii. Et saluatus est vnus filius abimelech filii achitob. Et nomen eius abiathar et fugit post dauid. Non me terreo quin problematis ordines responsione prosequar. vbi nunc legimus et omnes portantes ephod bath. hoc quare ita dixerim in sequentibus disces. Illud quoque quod sequitur addidisti. Et factum est cum fugeret abiathar filius abimelech ad dauid. et ipse cum dauid in siceleth descendit habens ephod in manu sua et renunciatum est saul: quia venit dauid in siceleth vbi cum regis aduentus et ciuitatis timetur obsidio. dixit dauid ad abiathar: defer ephod domini. Hec sunt que de regnorum libro excerpta proponens. volumen iudicum transcendisti in quo micha de monte effraim scribitur mille centum argenti siclos matri quos illa uouerat reddidisse: utique sculptile inde fecisse conflatile. Addidit hec postmodum ephod et tarafim. Cumque si zona sit. aut vestimenti genus. sculptile atque conflatile vestimenti esse genus non possit. Agnosco errorem pene omnium latinorum putancium ephod et terafim que postea nominantur de hoc argento quod micha matri dederat fuisse conflatum cum septuaginta sic referat. Et accepit mater eius. haud dubium quin fuit mater micha et domus eius dei et fecit ephod et terafim. Et impleuit manum vnius de filiis suis et factus est ei in sacerdotem. Si autem putas ea que superius appellata sunt sculptile atque conflatile: ephod et tarafim de interpretes nominari: disce esse non eadem. Siquidem post interpretes ydolum quod dicitur sculptile atque conflatile fecit micha ephod tarafim. sicut ex consequentibus approbatur. Et viderunt quoque viri qui abierant considerare terram et dixerunt ad fratres suos. Ecce nostis quidem in domibus istis ephod et tarafim et sculptile et conflatile. Et post multa que in medio pretermisisti et ascenderunt inquit quoque viri et irruerunt illuc et sumpserunt sculptile et conflatile. ephod et tarafim. Et sexcenti viri qui cincti erant vasis bellicis et ingressi sunt domum micha et sumpserunt sculptile et conflatile. ephod et tarafim. Coarguitur eorum opinio qui ut dissolubilem facerent questionem ephod argentum putauerunt. Illud breuiter attende. quod numquam nisi in sacerdocio nominetur. Nam et samuhel qui illo cinctus refertur leuites fuit. Et sacerdotes naboch hoc in dignitatis sue insigne portabant. Et quod in latinis codicibus non inuenitur quando dauid fugiens a saul venit ad abimelech et gladium postulauit dicens vide si est ad manum tuam lancea aut gladius qui gladium et vasa mea non sustuli in manu mea. Respondensque sacerdos dixit. Ecce gladius goliad alienigene quem percussisti in valle terebinti. et inuolutus est vestimento post ephod in sacrario. vbi ephod conditum seruabatur. hoc quoque quod nunc possumus. vbi nunc cum sculptile et conflatile legitur. licet ydolum sit tamen quia perrorem religio putabatur ad venerationem eius sicut ad dei ministerium. ephod et terafim in signo conficitur. Teraphim quid sit si spacium dictandi fuit prosequemur. Nunc interim ephod ut cepimus explicandum est. In exodo vbi moisi precipitur ut sacerdotalia iubeat fieri vestimenta. post cetera legitur. et hee stole quas facient pectorale superhumerale. et tunicas KOΓIH BωTAC. et cidarim et cinctorium vbi autem nos posuimus superhumerale: in greco CT TOM EΓIΔA et lxx interpretes sustulerunt quod scilicet super humeros istiusmodi veniat vestimentum. deinde iungitur. et hii accipiant aurum et iacinctum. et coccinum et purpuram et byssum et facient superhumerale de bysso. opus textile varium. Et quid plura: Totus exodi liber hac vestium plenus est specie. Nam et in fine

cclxxix
a

eiusdem voluminis scribitur. Et fecit omnis sa-
piens in operibus stolas sanctorum que
sunt aaron sacerdotis sicut precepit dominus
moisi. Et fecerunt superhumerale de auro
et iacincto et purpura et coccino et
bysso retorta. Sed quia in exodo hoc
genus vestimenti precipitur tantum ut fiat et
postea factum refertur: non tamen eo aaron
vestitur; in levitico quomodo sacerdota-
libus vestimentis indutus fuit explicatur.
Et applicavit moyses aaron et filios
eius et lavit eos aqua et vestivit
eum tunica et cinxit eum zona et ves-
(b) tivit eum ΧΙΤΩΝΑ ΠΟΔΗΡΗ quod
nos subtunicalem sive tunicam qua
subter vestitus est possumus interpretari.
Et imposuit ei inquit superhumerale
et cinxit eum secundum facturam superhume-
ralis et constrinxit eam in ipso. Vides
itaque hic superhumerale cingi quod
samuhel ephod bath illo nescio quo
cingebatur. Sed te ne longius traham
hanc habeo summam. Ubicumque lxx inter-
pretibus hoc est in codicibus nostris ΕΠΩ-
ΜΙΔΑ id est superhumerale legitur in
hebreo scriptum est ephod. Quod quare
alibi interpretari voluerint et alibi inter-
pretatum reliquerint; non est mei iu-
dicii. Cum hoc ipsum in pluribus fecerint
vetusque alii aliter atque aliter expresserint
novissime translationis veritate
lassati ipsa hebrea verba posuerunt. A-
quila autem id quod illi ΧΙΤΩΝΑ ΠΟΔΗΡΗ dix-
erunt ΕΝΔΥΜΑ ΕΠΕΝΔΥΜΑ id est
vestimentum supervestimentum quod scilicet tu-
nicam et quod hebreo sermone vocatur
mail superiorem tunicam. Namma vero
id est ΕΠΕΝΔΥΜΑ dicit quod ebraice dicatur
ephod. Cum superius pallium significet
quo tota sacerdotalis protegatur am-
bitio sit. Queras forsitan. Si ephod
sacerdotale sit pallium quare in quibus-
dam locis addatur bar. audiens bar.
risum tenere non possum. Nam cum apud
hebreos dicatur bath: ipsos quoque lxx
interpretes sic transtulisse manifestum sit
pro bath ut bar scribatur error ob-
tinuit. Bath autem lingua hebrea
linum dicitur. licet linum effecthim sig-
(c) nificantius exprimatur. Denique nos
ubi legimus et facies feminale lineum
ut operiantur carnis turpitudines a lum-
bis usque ad crura eorum: in hebreo pro
lineo bath ponitur. Quamobrem vir quoque
ille qui danihelo monstratur indutus
est. Et extuli oculos meos et vidi
et ecce vir unus vestitus est baddim
quod plurali numero vestes lineas nun-

cupantur. Propterea autem et samuhel
et lxxxv viri sacerdotes ephod lineum
portasse referuntur. Cum sacerdos mag-
nus solus habebat licentiam ephod
non lineo vestiendi. Verum ut scriptura com-
memorat auro iacincto purpura cocco
byssoque contexto. Ceteri habebant
ephod: non illa varietate distinctum
ex duodecim lapidibus ornatum qui
in humero utroque residebant sed lineum
et simplex et toto candore purissimum.
Verum quia superius promiserum me si spacium
dictandi fuisset de tarafim quoque
brevius disserturum nec quisquam interim
interpellator advenit. Dato tarafim
ab aquila marfomata interpretari. quas
nos figuras sive figurationes possumus
dicere. Nam in eo loco quando misit saul
nuntios ut accipiant david et respon-
derunt ei egrotare illum quiescit: et misit rur-
sum dicens. Adferte illum in lecto
ad me ut occidam illum. Et venerunt
nuntii et ecce cenotaphia in lecto. Pro
cenotaphia in hebreo tarafim id est
marfomata posita sunt et non de cor-
cario ut nostri codices habent. Sed
pulvillus de caprarum pelle consutus
qui intextis pilis caput involuti in lec-
tulo hominis mentiretur. Ut autem
verusque sermonis pariter explicem veri-
tatem: mosee comminatur deus se a
(d) populo fornicante omnem gratiam
oblaturum dicens. Quia diebus multis
sedebunt filii israhel sine rege et principe
sine sacrificio sine altari et sine sacer-
docio et manifestationibus; pro sacer-
docio et manifestationibus; in hebreo
est sine ephod. Iuxta lxx quoque quiescen-
sum magis quam ubivis interpretati sunt
sacerdotium interpretari tarafim. Tarafim
vero id est figurationibus vel figuris va-
ria opera que tarafim vocantur intelligi.
Nam et in exodo ceterisque locis ubi de-
scribuntur vestes plumaria arte contexte
opus cherubim id est varium atque depictum
fuit esse describitur. Ita tamen ut van-
litteram cherubim non habeat. Quia
ubicumque cum hac littera scribuntur animalia
magis quam opera significant. Iuxta hunc
sensum puto et micha cum veste sacer-
dotali: cetera quoque que ad sacerdotale
pertinent ornamentum, per tarafim fecisse
monstratur. Que vellem nunc tibi omnem
habitum sacerdotis exponere et per sin-
gulas vestium species divina ostendere
sacramenta. Verum quia in hoc ipso bre-
vitatem epistole excessimus et iosephus
ac filo viri doctissimi iudeorum multique
ex nostris. id latissime persecuti sunt
quorum ut arbitror voce audies me; que

que de ceteris uelis. prius pertontato. ut
si quod forte nescimus sine teste. sine
iudice. infida aure moriamur. Nos
ut scis hebreorum lectione detenti. in latina
lingua rubiginem obduximus. in tantum
ut loquentibus quoque nobis. stridor
quidam non latinus interstrepat. unde
ignosce ariditati et si imperitus sum
inquit sermone apostolus. sed non scientia.
Illi utrumque non decerat. et unum humiliter
tenuebat. Nobis utrumque deest quia
et quod pueri plausibile habueramus
amisimus. nec sciam quam volebamus
consecuti sumus. esopicam fabulam
dum magna sectamur. etiam minora
perdentes. Ieronimus ad Marcellam
de psalmo CXXVI° nisi dominus edifica
uerit et sequenti et cetera

Beatus Pam
philus martir cuius
vitam eusebius cesari
ensis episcopus tribus ferme
voluminibus explicauit. cum demetrium
falereum et pisistratum. in sacre bibli
othece studio vellet equare. ima
gines ingeniorum que vera sunt et eterna
monumenta toto orbe perquireret.
tunc uel maxime origenis libros in
pensius persecutus. cesariensi eccle
sie dedicauit quam ex parte corruptam
Acacius dehinc et euzonius eiusdem
ecclesie sacerdotes in membranis instaurare
conati sunt. hic cum multa repperiret
et inuentorum nobis iudicem derelin
queret. centesimi vicesimi septimi psal
mi commentarium et fecerit tractatum
ex eo quod non inscripsit confessus est
non scriptum. Non quo talis tantusque vir
adamancius dicimus aliquid preterie
rit. sed quo negligencia posteriorum
ad nostram usque memoriam non dura
ret. hoc ideo ut quia michi de eodem
psalmo proposuisti qui esset panis do
loris in eo quod dicitur in vanum vobis
est ante lucem surgere. surgite postquam
sederitis qui manducatis panem
doloris. ostenderem me de origenis
commentariis quid senserit non habere.
unde ad hebreum recurrens inueni
pro pane doloris scriptum esse lehem
asabim quod aquila interpretatus est. ΑΡΤ
ΟΝ ΤΩΝ ΔΙΑΠΟΝΗΜΑΤΩΝ idest panem
elaborationum. Symachus ΑΡΤΟ
Ν ΚΑΚΟΠΑΘΟΥΜΕΝΟΝ quod
exprimitur panem erumnosum. Quinta edi
tio et theodotion qui in ceteris cum lxx
translatoribus facit panem ydolorum.
Sexta ΠΛΑΝΗΣ idest erroris. Nec

mirandum de aquila si ΑΠΟΝΗΜΑ
ΤΑ pro ydolis ponat. cum opera ma
nuum hominis sint. et prophetice po
pulus arguatur. Ad templum diluculo
lo frustra consurgere et post quietem
ad sinarum festinare. cum ydola dei
honore venerentur. secundum quod et ezechi
el scripsit in ipso templo sacrificare ydo
lis sacerdotes. Ut autem plenius addu
caris pro dolore in hebreo ydola posita
hoc ipsum verbum hoc est asabim etiam
in centesimo tercio decimo psalmo
scriptum est lxx quoque ydola transtu
lerunt. Nam in eo loco ubi legimus
ydola gencium argentum et aurum opera
manuum hominum. In hebreo habetur
asabehem. quod aquila interpretatur
elaborationes eorum. unde cum ita
se veritas habeat. frustra quidam
doloris panem aut hereticorum intel
ligunt sacramenta. aut vite istius mi
serabilis et erumnose interpretantur laborem
apud quam in sudore faciei comedimus
panem nostrum. Inter que spinas et tribu
los breuis uite alimenta nascuntur.
Illud quoque de eodem psalmo interro
gare dignata es qui sint filii excus
sorum. Miror te in hylarii commentariis
non legisse excussorum filios credencium
populos interpretari. Quod videlicet apostolos
illo nomine putauit appellatos qui
bus in evangeliis preceptum sit. In
quamcumque ciuitatem introierint. et
non fuerint recepti excutere puluerem
pedum suorum in testimonium non cre
dencium. Licet tu argute precauens non
posse apostolos sub nomine excussorum
intelligi. cum aliud sit excucientium
aliud excussorum. quia excucientes sint
qui excuciant. excussi vero ab aliis
excuciantur. Et in congruum esse ex
cussos apostolos accipi qui magis excuci
entes debuerint appellari. Quid ergo
faciam. Tantum virum et suis temporibus
dissertissimum reprehendere non audeo
qui et confessionis sue merito et vite in
dustria et eloquencie claritate. ubicumque
romanum nomen porrigitur. predicatur. nisi quod non eius
culpe adscribendum est qui hebrei ser
monis ignorans fuit. Grecarum quoque
litterarum quandam auram ceperat. de elio
doro presbitero quo ille familiariter usus
ea que intelligere non poterat quo
modo origenes essent dicta querebat qui
quia in hoc psalmo origenis comme
tarium inuenire non potuit. opinionem
magis insinuare suam quam inscienciam
voluit confiteri. quam ipse sumptam
claro sermone disseruit. Et alienum
errorem disertius excusatus est. Restat

go ut rursum ad fontem sermonis re-
curramus hebrei et videamus quomodo scriptum
sit ubi nos habemus sicut filii excussorum
ibi legitur CENBNEANHAIIBIM
quod aquila interpretatus est sicut filii pu-
bertatum symmachus et theudocion sicut
filii iuventutis. Septuaginta EKOHHOCII
OI quod nos dicere possumus excussi sensus.
Ex quo manifestum adolescentie populos
intelligi quos secundum illud exemplum quod
deus sanctos suos in modum sagittarum dicatur
extendere ut in propheta zacharia quoniam ex-
tendi te iuda ut arcum. Et salvator
de semetipso. posuit me sicut sagittam
electam et in pharetra sua abscondit
me. demique insequuti usum exceptis lxx.
qualiter transtulerunt et in hebreo et in
cunctis editionibus ita repperi. Beatus
vir qui implevit pharetram suam ex
ipsis ut quia metaforam semel susceperat
rat ex sagittis et in pharetra quoque
translacio servaretur. Excussos autem
et consuetudo sermonis hucusque vegetos
et robustos et expeditos vocat et ipsi
lxx interpretes in esdre libro pro iuvenibus
transtulerunt in quo ita scribitur. Et factum est
ex illa die medii excussorum faciebant
opus et medii eorum habebant has-
tas et scuta et arcus et thoraces et prin-
cipes post omnem domum iuda edifican-
tium in muro. Ex quo animadvertimus et in
presenti loco pro adolescentibus atque puberi-
bus excussos positos. Non ut ille opina-
tus est pro aplis qui excussi a pedum excus-
sione dicantur. Legi et in quodam libro
et elegantem meo sensum repperi excus-
sos iudeos dici a templo et lege et
gratia domini: pro eo quod est repulsos eorum esse fi-
lios apostolos apostolos qui ex ipsorum semine
procreentur. et in similitudine sagittarum
manu domini contineantur. In sequenti
quoque psalmo heliodorus magis quam
hylarius iter erravit qui de eo loco in
quo scriptum est labores fructuum tuorum
manducabis. varia opinatus adse-
ruit magis secundum stacem sinam. Si scribatur
fructus laborum aliquem manducare. et
non laborem fructuum unde spiritualem
intelligentiam debere perquiri et ex
hac occasione egrediens disputacione
tanta opositate quod volebat intelligi
visus est persuadendi quanta semper falsi-
tas indiget ut vera videatur. Cum in hoc
loco non lxx interpretes sed latini de greco
verbo ambiguitate decepti KAPITO
YC fructus magis quam manus interpretati
sunt vel KAPITOY manus quoque di-
cantur: quod in hebreo ponitur CAH
AFFACH et symmachus quinta que editio
transtulerunt manuum tuarum. ut ambiguitate

sermonis fores effugerent. Cum hec
furtivi ut aiunt operis ad lucubratiunculam
iam velox notarii manus me dictante
signaret. et plura dicere cogitarem
iam ferme quarta noctis hora excesse-
rat. et repente stimulis quibusdam
dolentis stomachi suscitatur in dolorem
prorupi. ut saltim reliqua horarum spa-
cio subrepente sopno frustrer infir-
mitas. Epistola Sancti Jeronimi ad Mar-
cellam de excusatoria et est his —

Ut tam parvam
epistolam scriberem cause du-
plices fuit. quod et tabella-
rius festinabat et ego
alio opere detentus hoc quasi par er-
gio me occupare nolui. Queras quod
nam illud sit tam grande tam necessarium
quo epistolice confabulacionis munus
exclusum sit/ tam grande tam necessarium quo
epistolice confabulationis/ Jam pridem
cum voluminibus hebreorum editionem aquile
confero ne quid forsitan propter odium christi
sinagoga mutaverit et ut amice mee
fatear que ad nostram fidem pertineat
roborandam: plura repperio. Nunc
iam prophetis salomone psalterio reg-
norumque libris examussim recensitis
exodum teneo. quem illi elesmoth vocant.
Ad leviticum transitus/ vides ergo quod
nullum officium huic operi preponendum est.
Attamen ne currentius forte [illegible] frustra
cucurrerit. duas epistolas quas ad soro-
rem tuam paulam eiusque pignus
eustochium misceram huic serimunculo
adnexui ut dum illa legis et in hiis
aliquid doctrine palatum ac leporis in ve-
nis. putes tibi quoque scripta esse que
scripta sunt. Albinam communem matrem valere
cupio. de corpore loquor que in spiritu
valeat non ignorans/ eamque per te sa-
lutari obsecro et duplici pietatis officio
focilari quo in una atque eadem sancta
simul diligatur et mater. Jeronimus
ad paulam de interpretationibus hebrai-
corum nominum. Alias ad Ewan-
gelium de litteris hebraycis super psal-
mo Cxviiio. Beati inmaculati.

Nudius tercius
cum centesimum octa-
vum decimum psalmum ti-
bi insinuare conterer
et dicerem omnem moralem locum
in eo esse comprehensum: et quomodo philosophi
solent disputationes suas in phisi-
cam loycam que partiri ita et eloquia
divina aut de natura disputare ut in
genesi et ecclesiaste. Aut de moribus. ut in

puluis et in omnibus sparsim libris.
Aut deleta per quam in theologicam
sibi vendicant ut in cantico canticorum
vel in euangelijs. licet apostolus sepe probat
confirmet atque concludat que proprie
artis dialectice sunt studiosissime pro
quisisti quid sibi velint hebree littere
que psalmo quem legebamus videbantur
inserte. Respondi secundum ordinem litterarum
eum esse compositum. Quod videlicet et ex
prima littera que apud eos vocatur aleph
octo versus inciperent. Rursus ex se
quenti beth: totidem versus exordium
susciperent. At postea ex gimel. idem
numerus compleretur atque ita usque ad
Tau que apud eos extrema littera est
psalmum esse conscriptum et ex singulis
quibusque elementis secundum interpretationem
eorum debere intelligi que sequerentur
Identidem flagitasti ut interpretationes
litterarum singularum dicerem. dixi fa
tear verum quia propter barbariem lingue
memorie dabitur omne quod dixerimus
desideras commentariolum fieri. ut si
in aliquo forte titubaueris obliuione
lectio consolaretur. At prius quam de singulis
disseram. scire debes quatuor psalmos
secundum ordinem hebreorum inscripte elemen
torum: Tricesimum sextum centesimum de
cimum et centesimum vndecimum et hunc
de quo nunc scripsimus et centesimum qua
dragesimum quartum. verum debes scire in
prioribus psalmis singulis litteris. singu
los versiculos qui trimetro iambico prius
constant esse subnexos. Inferiores vero
tetrametro iambico constare scilicet
sicut deuteronomij canticum scriptum est. Inte
rea in centesimo octauo decimo psalmo. singulas
litteras octoni versus sequuntur. In centesimo
quadragesimo quarto singulis litteris sin
guli versus gemini deputantur. hoc
ordine in prope. Sed [illegible] opimo est
habes et in lamentationibus Ieremie
quatuor alphabeta. e quibus duo prima
quasi saffico metro scripta sunt. quia tres
versiculos qui sibi connexi sunt: et ab vna
tantum littera incipiunt heroicum coma conclu
dit: Tercium vero alphabetum trimetro
scriptum est et ternis litteris sed idem terni
versus incipiunt. Quartum alphabetum
simile est primo. et secundo proverbia quoque sa
lomonis extremum claudit alphabetum
quod tetrametro iambico supputatur
ab eo loco in quo ait Mulierem fortem
quis inueniet. Quomodo autem in his litteris
non potest quis ad legenda verba contexenda
que procedere nisi prius ab elementis ceperit
ita et in scripturis diuinis non valemus
ea que maiora sunt nosse: nisi ab ethi
ca ipsius habuerimus exordium secundum illud

quod propheta dicit. A mandatis tuis intellexi.
Quo videlicet post opera cepit hec sci
enciam secretorum. verum iam complendum
est. quod petisti ut sensum vniuscuiusque e
lementi interpretatio ad nos aperta significet
Aleph: doctrina interpretatur. Beth domus
Gimel plenitudo deleth tabularum
he ista vau et zai hec Eth vita. Teth
bonum. Ioth principium. Caph manus
lameth discipline siue cordis. Mem
ex ipsis Num sempiternum. Sameth ad
iutorium. Am fons siue oculus. Fe os
ab ore. non ab osse dentium intellige. ne
litterarum ambiguitate fallaris. Sade
iusticie. Cof vocatio. Res capitis. Sen
dencium. Thau signa. post interpretationem
elementorum intelligentie ordo dicendus
est. Aleph Beth Gimel deleth prima
connexio est. doctrina domus plenitudo
tabularum. A quo videlicet doctrina ec
clesie que domus dei est: in librorum re
periatur plenitudine diuinorum. Secunda
connexio est he vau zai eth. ista et
hec vita. Que enim alia potest esse vita
sine scientia scripturarum per quam etiam ipse christus
agnoscitur qui est vita credencium. Terci
a connexio habet teth. ioth bonum prin
cipium. quia quamuis nunc sciamus vniuersa que
scripta sunt: tamen ex parte cognoscimus
et ex parte prophetamus. Et nunc per speculum
videmus in enigmate: cum autem meruerimus
mus esse cum christo et similes angelis
fuerimus tunc librorum doctrina cessabit
Quarta connexio est caf lameth. ma
nus discipline siue cordis manus
intelligitur in opere. cor et disciplina
interpretantur in sensu. quia nichil fa
cere possumus nisi que prius facienda
sunt sciuerimus. Quinta connexio est mem
num. sameth. ex ipsis sempiternum adiu
torium. hoc explanatione non indiget
sed omni luce manifestius esse ex scripturis
eterna subsidia ministrari. Sexta connexio
habet ham: fe. sade. fons siue oculus
oris iusticie secundum illud quod in tercio nu
mero exposuimus. Septima connexio
est. que et extrema quo et in ipso quoque
septenario numero sit misticus intel
lectus. Cof res sen tau. vocatio
capitis dencium signa. Per dentes arti
culata vox promitur. et hijs signis
ad caput omnium qui est christus peruenitur
per quem peruenitur ad regnum sempiternum
Oro te quid hoc sacratius sacramento quod
ab hac sacramento voluptate iocundius
Qui vbique melle sunt dulciora quam
di scire prudenciam et in abdita eius
intrare et sensum creatoris inspicere
et sermones domini tui qui ab huius mundi
sapientibus deridentur plenos docere

CClxxxij
a

sapientia spirituali. habeant sibi ceteri suas opes gemma bibant. serico niteant plausu populi delectentur et per varias voluptates suas vincere nequeant. nostre divicie sint in lege domini meditari die ac nocte pulsare ianuam non patentem. panes trinitatis accipere et seculi fluctus domino precedente calcare. Saluta blesillam et eustochium tyrunculas nostras. Saluta felicianen vere carnis et spiritus virginitate felicem. Saluta reliquum castitatis chorum et domesticam tuam ecclesiam. cui omnia etiam que tua sunt. Timeo ne dormiente patrifamilias inimicus homo zizania superseminet. Quamvis enim dicere audeant. Ego civitas firmata civitas que non oppugnatur. Nullus hostili exitui obsidente securus est. Nemo ut beatus Cyprianus ait: satis tutus periculo proximus. Exemplar epistole si accipere volueris a nostra marcella percipito et memento mei obsecrans: ut dominus ihesus christus conterat satanan sub pedibus vestris velociter.

Epistola beati Ieronimi presbiteri ad marcellam de dyapsalmate et celis

Que acceperis reddenda tamen fenore sunt. fortis quippe dilatio prefuit de dyapsalmate in tuam summam flagitaras: epistole brevitatem causati sumus et rem libri non posse explicari litteris precexuimus. verum quid prodest. Adversus meum maior tibi cupiditas silencio concitata. Itaque ne te diucius traham habeto pauca pro pluribus. Quidam diapsalma commutacionem metri dixerunt esse. Alii pausationem spiritus sancti. Nonnulli altius sensus exordium. Sunt qui rithmi distinctionem. Et quia psalmi tunc temporis iuncta voce ad organum canebantur cuiusdam musice varietatis. Nobis nichil horum videtur. Cum Aquila, qui verborum hebreorum diligentissimus explicator est. Sela. hoc est diapsalma. quod ex Amelech. lamethech scribitur semper transtulerit. Et invenimus in psalmorum quoque fine diapsalma positum. ex amethincio dentes peccatorum contrivisti. domini est salus et super populum tuum benedictio tua Sela id est semper. Et in xxiiii. Quis est iste rex glorie. dominus virtutum ipse est rex glorie. Semper. Et contra in psalmis multorum versuum non inveniri. In xx. videlicet vi. et lxxvii. et centesimo xviii. Rursus nono psalmus distinguatur canticum diapsalmatis. Cum utique sint quibusdam videtur diapsalma iudicium silencii esse non possit. ex quo animadvertimus: hoc verbum superiora pariter et inferiora connectere. Aut certe docere sempiterna esse que dicta sunt ut est illud in tercio. Multi dicunt anime mee non est salus ei in deo suo et semper. Et rursum voce mea ad dominum clamavi et exaudivit me de monte sancto suo. semper. Et in iiii. ut quid diligitis vanitatem: et queritis mendacium semper et alibi. Que dicitis in cordibus vestris et in cubilibus vestris compungimini semper. Scire autem debes apud hebreos in fine librorum unum e tribus solere subnecti. ut aut amen scribant. aut sela aut salom quod exprimit pacem. unde et salomon pacificus dicitur. Igitur ut nos solemus completis opusculis. ad distinctione rei alterius subsequentis medium interponere. explicit aut feliciter aut aliquid istiusmodi. ita et hebrei ut que scripta sunt roborentur. ut dicant amen. aut in sempiternum. Et scribenda commemorant ut ponant sela. aut transacta feliciter protestantur. pacem in ultimo subnotantes. Hec nos de intimo hebreorum fonte libavimus. non opinionum rivulos persequentes neque errorum quibus totus mundus expletus est varietate perterriti sed cupientes et scire et docere que vera sunt. Quod si tibi non videtur. quid origenes de diapsalmate senserit verbum interpretabor ad verbum. ut quia novicia musta contempnis saltim veteris vini auctoritatis. Sepe perquirens causas cur in quibusdam psalmis interponatur diapsalma. observavi diligentissime in hebreo et cum greco contuli inveni quod. quia ibi lingua hebrea sela: in greco non habet semper. aut quid istiusmodi ibi lxx. et theodotion. et symmachus transtulerunt diapsalma. Neque vero nocet exemplis affirmare quod diximus. In lxxiiii. psalmo cuius principium est confitebimur tibi deus confitebimur et invocabimus nomen tuum. post illud ego confirmavi columnas eius apud lxx. et theodotion et symmachum. est dipsalma pro quo apud Aquilam posueram columpnas eius semper. In quinta autem edicione. ego sum qui paravi columnas eius semper. In sexta ego firmavi columpnas eius iugiter. porro

CCLxxxiii

a.

in hebreo habet post amminuda qd est co
lumpnas eius. Dela. Et rursum in lxxv^to
titulus principium est notus in iudea deus
invenimus aput lxx. et theodocionem
post scutum et frameam et bellum diapsal
ma. Aput symachum: post clipeum
et gladium et bellum semper. In vi vero
post scutum et gladium et bellum
in finem. Ceterum rursum in hebraico
o M a l a o j a qd est bellum selach
Et in eodem psalmo post illum locum.
ut saluos faceret mites terre: diapsalma
Aput symmachum similiter diapsalma
Et Aput Aquilam semper. Hec non et
apud quintam. In sexta vero in finem
Et in hebraico erat post A H A R E S.
qd est mites terre selach. Atque ita cum
talem variarum editionis opinionem
repperissemus / hec adnotauimus
vtrum autem cuiusdam musice cantilene
aut rithmi immutacionem. qui inter
pretati diapsalma senserint aliud.
uel intellexerint tuo iudicio derelin
quo. huiusque origenis. Cuius nos ma
lumus in hac disputacione dumtax
at periciam sequi. quam stultam sci
enciam nescientium. Jeronimus de
Epytaphio nepociani ad eliodorum
Ad eliodorum de decessu nepociani

G RANDES in parva
materias
ingenia pura non suffert
et in ipso conatu vltra
vires ausa succumbunt
Quantoque magis fuerit qd dicendum
est tanto magis obruitur qui mag
nitudinem rerum verbis non potest explicare
Nepocianus meus tuus. noster immo x
et quia xpi. ideirco plus noster: reliquit
senes / et desiderii sui iaculo vulne
ratos. et intollerabili dolore confe
cit. Quem heredem putauimus. funus
tenemus. Cui iam meum suadebit
ingenium. Cui litterale meum placere
gestiens. vbi est ille noster. et igneo ca
lore vox dulcior. Stupet animus ma
nus tremet. caligant oculi lingua
balbutit. Quicquid dixero quia ille non
audit. mutum videtur. Stilus ipse quasi
senciens. et cera subtristior. uel rubi
gine uel situ obducitur. Quotiescumque
nitor in verba prorumpere et super tumulum
eius epitaphii huius flores spargere
totiens implentur oculi et renouato
dolore totus in funere sum. Moris
quondam fuit ut super cadauera de
functorum in contione promiscuis
laudes liberi dicerent. Et instar lugu
brium carminum ad fletus et gemitum
audiencium pectora concitarent. Ei rep

b

in nobis ordo mutatus est. et in calami
tatem perdidit sua iura natura. Quod
exhibere senibus iuuenis debuit. hoc
iuueni exhibuimus senes. Quid ergo
faciam. Jungam tecum lacrimas. Sed
apostolus prohibet xpianorum mortuos
dormientes vocans. Et dominus in euangelio
non est mortua puella sed dormit.
Lazarus quoque quia dormierat susci
tatus est / Leter et gaudeam quia
raptus est / ne malicia mutaret me
tem eius quia placuerat deo anima
illius. Sed inuito et repugnanti per
genas lacrime fluunt et in recepta vir
tutum. resurrectionisque spe. credulam
mentem desiderii frangit affectus
O mors que fratres diuidis et amore so
ciatos crudelis ac dura dissocias. Ad
duxit vrentem ventum dominus de deserto
ascendentem qui siccauit venas tuas
et desolauit fontem tuum. deuorasti
quidem ionam sed et in vtero tuo viuus
fuit. portasti quasi mortuum ut tem
pestas mundi conquiesceret et nini
ue nostra illius preconio saluaretur. Ille
ille te vicit. Ille iugulauit fugitiuus
propheta: qui reliquit domum suam. dimi
sit hereditatem suam / dedit dilectam
animam suam in manibus querentium
eam. Qui per osee quondam tibi rigi
dus minabatur. ero mors tua o mors
ero morsus tuus inferne. Illius mor
te. tu mortua es. Illius morte nos vi
uimus. Deuorasti et deuorata es.
Dumque adsumpti corporis sollicitaris
in lecebra et auidis faucibus predam
putas. interiora tua ab vnco dente
confossa sunt. Gracias tibi xpe salua
tor de tua agimus creatura. qd tam
potentem aduersarium nostrum dum occidis
occidisti. Quis ante te miserior homine
qui eterno mortis terrore prostratus
vivendi sensum ad hoc tantum acceperat ut
periret / Regnauit enim mors ab adam
usque ad moysen. etiam in eos qui
non peccauerunt in similitudine preuarica
cionis ade. Si abraham et ysaac
et iacob in inferno. quis in celorum reg
no: Si amici tui sub pena offenden
tis adam et qui non peccauerunt alie
nis peccatis tenebantur obnoxii quid
de hiis credendum est qui dixerunt in
corde suo non est deus qui corrupti
et abhominabiles facti sunt qui
declinauerunt simul inutiles facti sunt
in voluptatibus suis non est qui faciat
bonum non est usque ad vnum. Quod si la
zarus videtur in sinu abraham lo
coque refrigerii quod simile inferni
et regna celorum: Ante xpm. abraham

De morte pulchra verba et de dolore eius mortis

c

ad inferos post Christum latro in paradyso. Et idcirco in resurrectione eius multa dormientium corpora surrexerunt et visa sunt in celesti iherusalem. Tuncque completum est illud eloquium: Surge qui dormis et elevare et illuminabit te Christus. Iohannes baptista in heremo personat: Penitenciam agite, appropinquabit enim regnum celorum. Vim passum est et violenti diripiunt illud. Flammea illa rophea custos paradisi et presidencia foribus cherubim ipsius Christi restricta et reserata sunt sanguine. Nec mirum hoc nobis in resurrectione promitti, cum omnes qui in carne non secundum carnem vivimus municipatum habeamus in celo, et hic adhuc positis dicatur in terra: Regnum dei intra vos est. Adde quod ante resurrectionem Christi notus tantum erat in iudea deus, in israel magnum nomen eius; et ipsi qui noverant eum tamen ad inferos trahebantur. Ubi tunc totius orbis homines ab india usque ad britanniam, a rigida septentrionis plaga usque ad fervores athlantici occeani, tam innumerabiles populi et tantarum gentium multitudines, quam varie linguis et habitu tam vestibus et armis? Piscium ritu et locustarum et velut musce et culices conterebantur. Absque notitia enim creatoris sui omnis homo pecus est. Nunc vero post passionem Christi et resurrectionem eius cunctarum gentium voces et littere Christum sonant. Taceo de hebreis, grecis et latinis, quas nationes fidei sue in crucis titulo dominus dedicavit. Inmortalem animam et post dissolutionem corporis subsistentem, quod pytagoras sompniavit, democritus non credidit, in consolatione dampnationis sue socrates disputavit in carcere, indus, persa, gothus, egyptius philozophantur. Bessorum feritas et pellitorum turba populorum, qui mortuorum quondam inferiis homines immolabant, stridorem suum in dulce crucis fregerunt melos, et totius mundi una vox Christus. Quid agimus, anima? Quo nos vertimus? Quid primum adsumimus? Quid tacemus? Exciderunt tibi precepta rethorum, et occupata luctu, oppressa lacrimis, prepedita singultibus, dicendi ordinem non tenes. Ubi illud ab infancia studium litterarum, et anaxagore et telamonis semper laudata sententia: Sciebam me genuisse mortalem? Legimus Catonem tuum volumen ad confovendum dolorem suum secutus est cicero, platonis, diogenis, clithomachi, carneadis, possidonii ad sedandos luctus opuscula percurrimus, qui diversis

etatibus diversorum lamenta vel libris vel epistolis minuere sunt conati, ut etiam si nostrum areret ingenium, de illorum possit fontibus irrigari. Proponunt innumerabiles viros et maxime periclen et xenofontem socraticum, quorum alter amissis duobus filiis in contione disseruit, alter cum sacrificans filium in bello audisset occisum, deposuisse coronam dicitur et eandem capiti reposuisse, postquam fortiter in acie dimicantem repperit concidisse. Quid memorem romanos duces, quorum virtutibus quasi quibusdam stellis latine micant historie? Pulvillus capitolium dedicans mortuum ut nunciabatur subito se filium se iussit absque sepeliri. Lucius paulus septem diebus inter duorum exequias filiorum triumphans urbem ingressus est. Pretermitto maximos, cathones, gallos, pisones, brutos, sceuolas, metellos, scauros, marios, crassos, marcellos atque aufidos, quorum non minor in luctu quam in bellis virtus fuit, et quorum orbitates in consolationis libro tullius explicavit, ne videar aliena potius quam nostra quesisse. Quamquam et hec in suggillationem nostri breviter dicta sint, si non prestet fides quod exhibuit infidelitas. Igitur ad nostra veniamus. Non plangam cum iacob et david filios in lege morientes, sed cum Christo in ewangelio suscipiamus resurgentes. Iudeorum luctus Christianorum gaudium est. Ad vesperum demorabitur fletus et ad matutinum leticia. Nox precessit, dies autem appropinquavit. Unde et moyses moriens plangitur, ihesus absque funere et lacrimis in monte sepelitur. Quicquid de scripturis super lamentatione dici potest, in eo libro quo paulam rome consolati sumus breviter explicavimus. Nunc nobis per aliam semitam ad eundem locum perveniendum est, ne videamur pristina et obsoleta quondam calcare vestigia. Scimus quidem nepotianum nostrum esse cum Christo et sanctorum mixtum choris, quod hic nobiscum eminus rimabatur in terris et estimatione querebat, ibi videntem comminus dicere: Sicut audivimus ita et vidimus in civitate domini virtutum, in civitate dei nostri. Sed desiderium absencie eius ferre non possumus, non illius sed nostram vicem dolentes. Quanto ille felicior, tanto amplius nos in dolore, quod tali caremus bono. Flebant et sorores lazarum quem resurrecturum noverant, et ut veros hominis exprimeret affectus, ipse salvator ploravit quem suscitaturus erat. Apostolus quoque ei

d. b. c.

Cclxxxiiii a.

qui deprecat cupio dissolui et esse cum xpo
et alibi michi viuere xpus est et mori
lucrum gratias agit quod epapharas de
mortis sibi vicinia redditus sit ne habeat
tristitiam non incredulitatis metu: sed
desiderio caritatis. Quanto magis tu et
auunculus et episcopus, hoc est et in carne
et in spiritu pater doles viscera tua
et quasi a te auunculus diuisa suspi//
ras Sed obsecro: ut modum adhibeas
in dolore / memor illius sine ne quid
nimis. Obligatoque parumper uulnere
audeas laudes eius cuius semper virtute
letatus es Nec doleas quod talem ami//
seris sed gaudeas quod talem habueris
Et sicut hij qui in breui tabella terra//
rum situs pingunt ita in paruo isto
volumine: cernas adumbrata. non ex
pressa signa virtutum. Suscipiasque a nobis
non vires sed voluntatem / Hec precepta
sunt rethorum. ut maiores eius qui lau//
dandus est et eorum altius gesta re//
petantur Sicque ad ipsum per gradus ser//
mo perueniat. Quo videlicet auitis
quem tartarus deuorabit, in cuius pena
eternus ignis estuat. Nos quorum ange-
lorum exitum turba comitatur, quibus ob-
uiam xpistus occurrit. grauemur magis
si diucius in tabernaculo isto mortis
habitemus. Quia quam diu hic mo-
ramur peregrinamur a domino. Illa illa
nos cupido teneat. heu michi quia
peregrinatio mea prolongata est a me,
habitaui cum habitantibus cedar. mul-
tum incola fuit anima mea. Si te-
dar tenebre sunt et mundus ipse sunt
tenebre. quia lux lucet in tenebris
et tenebre eam non comprehenderunt
faueamus blesille nostre. que de tenebris
migrauit ad lucem. Inter fidei incipien-
tis ardorem: consumati operis percepit
coronam. Reuera si seculare desiderium
et quod deus a suis auertat delicias vite
istius cogitantem mors in natura ra-
puisset: plangenda erat / et omni
lacrimarum fonte plangenda. Nunc vero
cum propitio xpisto ante quatuor ferme
menses, secundo quodammodo se proposito bap-
tismi lauit / et ita deinceps vixit. ut
conculcato mundo semper monasterium
cogitaret / non vereris. ne tibi salua-
tor dicat. Irasceris paula quia filia
tua mea facta est filia. Indignaris
de iudicio meo et rebellibus lacrimis
facis inuidiam possidenti. Scis enim
quid de te. quid de ceteris tuis cogitem.
Cibum tibi denegas non ieiuniorum
studio sed doloris. Non amo frugalitatem
istam. Ieiunia hec aduersarii mei sunt.
Nullam animam recipio. que me no-
lente separatur a corpore. Talis stulta
philozophia. habeant martires
habeant zenonem theomitro-
tum. uel catonem. Super nullum requi-
escit spiritus meus. nisi super humilem
et quietum et trementem verba mea
hoc est quod in monasterium promitte-
bas quod habitu amatronis ceteris
separato: tibi quasi religiosior vi-
debaris. Mens ista que plangit
vestium serica est. Interciperis et e-
moreris. et quasi non in meas ma-
nus ventura sis crudelem iudicem
fugis. Fugerat et quondam ionas a-
nimosus propheta sed in profundum
maris emersus fuit. Si viuentem
credens filiam non quod plangeres ad
meliora migrasse. hoc est quod per apostolum
meum iusseram non pro dormientibus
in similitudine gencium contristemini.
Erubesce ethnice comparacione su-
paris. Melior diaboli ancilla quam

mea est. Illa in fidelem maritum fictitia pie-
tate fingit in celum. tu mecum tuam filiam
commorantem aut non credis aut non vis.
Sed dicas. Quomodo lugere me prohibes cum
et iacob. ioseph in sacco fleuit congrega-
tis quoque ad se omnibus propinquis noluerit
consolari. dicens. descendam ad filium meum
lugens in infernum. Et dauid absolon
operto capite planxerit repetens
repetens. filius meus absolon / filius
meus absolon. quis dabit ut moriar
pro te absolon fili mi. Moysi quoque et aa-
ron ceterisque sanctorum sollempnis sit luctus
exhibitus. Prefacilis ad ista responsio.
Luxisse iacob filium. quem putabat occi-
sum que et ipse erat ad inferos des-
censurus dicens / descendam ad filium
meum lugens in infernum. Quia necdum
paradisi ianuam xpistus effregerat. Necdum
flammeam rumpheam et versati-
lem presidentium cherubin sanguis eius
extinxerat. vnde et Abraham licet
in loco refrigerii. tamen apud inferos
cum lazaro scribitur. Et dauid iuste
flevisse filium parricidam / qui alium paruu-
lum postquam ut vidit. quod impetrare
non potuit / quia sciebat non peccasse
non fleuit / de moise vero et aaron quod
eis ex vetere more sit planctus ex-
hibitus: non mirandum est / cum et in
actibus apostolorum iam euangelio co-
ruscante. stephano fratres ierosolime
planctum magnum et vtique planctum
magnum non plangerent. exanimatorem
ut tu estimas sed in pompa funeris
et exequiarum frequencia intelligendus
sit. denique de iacob scribitur. Et as-
cendit ioseph sepelire patrem suum. et
ascenderunt cum eo omnes pueri pha-
raonis et seniores domus eius et se-
niores omnes terre egipti / et omnis domus
ioseph et fratres eius. Et post paululum
Et ascenderunt cum eo quadrige et
equites et facta sunt castra grandia ni-
mis. Ac deinde. Et planxerunt eum
planctu magno et forti nimis.
planctus iste solempnis. non longas
egiptiis imperat lacrimas sed funeris
monstrat ornatum. Iuxta quem mo-
dum aaron quoque et moisen fletos
esse manifestum est. Nequeo satis scrip-
ture laudare misteria et diuinum sen-
sum in verbis licet simplicibus admi-
rari. Quid sibi velit quod moises plan-
gitur et ihesus naue vir sanctus sepultus
refertur / et tamen fletus esse non scribitur.
Neque illud quod in moise / id est in lege
veteri omnes sub peccato adam tenebantur
elogio et ad inferos descendentes

consequent' lacrime psequebant' scdm
aplm qui ait. Et regnauit mors ab//
adam usqz ad moysen etiā sup eos
qui nō peccauit. Jhesu vº idem in
ewangelio p quē padisus est aptus
morte gaudia psequutur / flentesqz
hodie iudei et nudatis pedibꝰ in ci//
nere volutatis / sacco incubant. At
ne quid desit supsticioni exritu va//
nissimo phariseorꝫ pmū cibū tene//
tes accipiunt videlicet ostendentes
quasi edulio pmogenita pdiderint.
Sed nimo: quia in resurrectiōe dm
nō credentes. antixpi parantur ad
uentui. Nos vero qui xpm induimꝰ
et facti sumꝰ iuxta aplm genus re//
giū. ł sacerdotale. nō debemus sr
mortuos contristari. Et dixit inquit
moyses ad aaron et eleazar et itha//
mar filios eius qui relicti erant.
Caput vrm nō denudabitis et ves//
timenta vrā nō scindetis ne moria//
mini et sup omnem synagogam ve//
niet ira. Nolite inquit scindē vesti//
menta. et luctum exhibere gentilē
ne moriamini. Mors nra pcīm est
et qd forsitan crudele alicui videat'
sed fidi necu est. In eodem leuitico
scribitur. quomō sacerdos magnus
ad prem mrem. fr̃emqz liberos mor//
tuos prohibeatur accedē. Hec vide//
licet anima di de sacrificijs vacans
et tota in illius ministerijs occupā
aliquo impediat' affcu. Nonne a//
lijs vbis idipm in ewangelio papit'
vt nō renunciet domui discipulus ut
mortuo patri nō exhibeat sepulturā.
Et de scis inquit nō exiet et nō con//
taminabit' sanctificatio dei eius
quia scm oleū vnctionis adō sup eū
est. Certe postq̄ credimꝰ in xpō. et oleo
vnctionis eius accepto illū portāꝰ
in nobis nō debemꝰ exire de templo
idē de pposito xpiano nō foras egredi
medulitati videlicet gentiliū con//
misceri sed esse semp intrisecus idē
voluntati dm ministrare. Hec ideo
ne ignorancia scripturaꝝ. auctem tibi
pberet in luctu et videreris robilit'
errare ł adhuc sic locutus sum. qi
vna de turbis conuenerim xpiana
Cū vō scia toto renunciasse te mūdo
et abiectis calcatisqz deliciis. oroni
ieiunijs lectioni vacari cottidie cū
ad exemplū abraham cupias exire
de t'ra tua et de cognatione tua ut et
chaldeis in mesopotamia delictis
terram repmissionis introeas. Cum

omnem substanciolam aut paupibꝰ
largita sis aut filie ante mortem
mūdo mortua dederis. Miror te
ea facere. que si fecerint cetere
rephensione digne viderentur.
Redit tibi in memoriam cōfabulaº
eius. blanditie. sermo. consortiū
. et cur hijs careas. pati nō potes.
Ignoscimus matris lacrimas sed mod'
querimus in dolore. Si parentem
cogito nō rephendo qd plangis.
Si xpianā et monacham: abistis no//
minibus mr excluditur. Recens uul//
nus est et tactus iste quo blandior
nō tam curat q̄ exasperat. Attamē
qd tempore mitigandū est cur rōe
nō vincitur: Nam ł noemi famē
fugiens in t'ram moab et maritū
pdit et filios. Et cū suorꝫ eet auxiº
destituta. ruth alienigena ab eius
latere nō recedit. vide quanti mulī
sit sit deserte pstitisse solatiū ex
eius semine xpus oritur. Respice
iob quāta sustinuit et videbis te ni//
miū delicatā in celū oculis in ruui//
nā domus penas vlceris innumeras
orbitates ł ad extremū vxoris insi//
dias in victa tenuisse paciencia. Scio
quid responsura sis. hoc illi quasi
iusto ad probationē venisse. Et tu
e duobus elige qd velis. Aut sca
esse probaris aut peccatrix. Et iuste
quereris minora sustinens q̄ mere//
ris. Quid vetera replicem: pñcia
exempla sectare. Scā melania
nri temporis int' xpianos vera no//
bilitas cū qua tibi dn̄s mihiqz co
cedat in die sua hīc ptem / que ca//
lente adhuc mariti corpusculo et
necdum humato. duos simul fili//
os pdidit. Rem sum dictūs incredibi//
lem sed xpō teste nō falsam. Quis
illam nō putaret more limphatico
sparsis crinibus veste conscissa. la//
cerū pectus inuadere. Lacrime gut//
ta nō fluxit inmobilis et ad pedes
xpi aduoluta quasi ipm teneret ad//
risit. Expeditiꝰ tibi seruitiū sū dn̄e
qz tanto me honere liberasti. Sed
forsitan supatur in ceteris. Quin immo
qua illos mente contempserit. in vnico
postea filio probat. cui omnia quā
habebat possione concessa. ingru//
ente iam hieme Jerosolimā naui//
gauit. Parce queso tibi. parce filie
iam cū xpō regnanti parce saltim
eustochie tue cuiꝰ pua adhuc etas
et rudis pene infancia te regnante
dirigetur. Seuit nunc diabolus et qz

nos tendo in planctu

Constancia melanie in obitu mariti et duorꝫ filiorꝫ

exercitum viri hostem triumphantem obrutum esse se condolens queritur in remanente victoriam quam in parte iam perdidit. Grandis in suos pietas impietas est apud deum. Abraham unicum filium letus interficit et tu unam de pluribus quereris coronatam. Non possum sine gemitu eloqui quod dicturus sum. Cum de media pompa funeris exanimem te referrent hoc inter se populus mussitabat: Nonne illud est quod sepius dicebamus? dolet filiam ieiuniis interfectam quod non vel de secundo eius matrimonio tenuerit nepos. Quousque genus detestabile monachorum non urbe pellitur? non precipitatur in fluctibus? Non lapidibus obruitur? Matronam miserabilem seduxerunt que quia monacha esse noluerit hinc probatur quod nulla gentilium ita suos unquam filios fleverit. Qualem putas ad istas voces Christum habere tristitiam? Quomodo exultasse sathanam? Qui nunc tuam animam eripere festinans et pias tibi proponens doloris illecebras dum ante oculos tuos filie semper ymago versatur cupit matrem simul necare victricis et solitudinem sororis invadere derelictam. Non ut terream loquor, sed ut mihi testis est dominus quasi ante tribunal eius assistens interim te verba convenio. Detestande sunt iste lacrime plene sacrilegio, incredulitate, que non habent modum, que usque ad vicina mortis accedunt. Ululas et exclamitas et quasi quibusdam facibus accensa quantum in te est tui semper homicida es. Sed ad talem clemens ingreditur Ihesus et dicit: Quid ploras? Non est mortua puella sed dormit. Irrideant circumstantes. Ista infelicitas Iudeorum est. Te quoque si ad sepulchrum volueris filie volutare angelus increpabit: Quid queris viventem cum mortuis? Quod quia Maria fecerat Magdalene, postquam vocem domini se clamantis agnovit ad eius provoluta pedes audivit: Ne tetigeris me, nec dum enim ascendi ad patrem meum, id est non mereris tangere resurgentem quem mortuum estimas in sepulchro. Quas nunc estimas Blesillam nostram pati cruces? Quoque ferre tormenta quod tibi Christum videat subiratum? Clamat nunc illa voce lugenti: Si unquam me amasti mater, si tua ubera suxi, si tuis instituta sum monitis, ne invideas glorie mee, ne hoc agas ut a nobis in perpetuum separemur. Putas esse me solam? Habeo pro te Mariam matrem domini. Multas hic video quas ante nesciebam. O quanto melior est iste comitatus. Habeo Annam quondam in evangelio prophetantem. Et quo magis gaudeas, tantorum annorum laborem ego in tribus mensibus consecuta sum. Unam palmam castitatis accepimus. Misereris mei quia mundum reliqui? At ego vestri sortem doleo quos adhuc seculi carcer includit, quos cotidie in acie preliantes nunc ira nunc avaritia, nunc libido nunc variorum incentiva viciorum pertrahunt ad ruinam. Si vis ut mater mea sis, cura placere Christo. Non vis, non agnosco matrem meo domino displicentem. Loquitur illa et alia multa que taceo, et pro te dominum rogat, michi quoque ut de eius mente securus sim veniam impetrat peccatorum, quod monui, quod hortatus sum, quod invidiam propinquorum ut salva esset excepi. Itaque dum spiritus hos artus regit, dum vite eius fruimur commeatu, spondeo, promitto, polliceor: illam mea lingua resonabit, illi mei dedicabuntur labores, illi sudabit ingenium. Nulla erit pagina que non Blesillam sonet. Quocumque sermonis nostri monimenta pervenerint, illa cum meis opusculis peregrinabitur. Hanc in mea mente defixam legent virgines, vidue, monachi, sacerdotes. Breve vite spatium eterna memoria compensabit. Que cum Christo vivit in celis, in hominum quoque ore victura est. Transiet et presens etas, sequentur secula postfutura que sine amore sine invidia iudicabunt. Inter Paule Eustochiique nomen media ponetur. Nunquam in meis moritura est libris. Audiet me semper loquentem cum sorore cum matre. Amen.

CCXXV

Epitaphium sancte Paule a sancto Ieronimo editum sancte Eustachie virgini transmissum.

Si cuncta mei corporis membra verterentur in linguas et omnes artus humana voce resonarent, nichil dignum sancte ac venerabilis Paule virtutibus dicerem. Nobilis namque genere sed multo nobilior sanctitate. Potens quondam divitiis sed nunc Christi paupertate insignior. Gracchorum stirps, soboles Scipionum, Pauli heres cuius vocabulum trahit, Mecie Papyrie matris Affricani vera et germana progenies, Rome pretulit Bethleem et auro tecta fulgentia informis luti vilitate mutavit. Non meremus

quod talem amisimus sed gratias agimus quod habuimus immo habemus. Deo enim vivunt omnia. Et quicquid revertitur ad dominum in familie numero computatur. (b) Quamquam amissio illius celestis domus habitatio sit. Que quamdiu in corpore fuit peregrinata est a domino et voce semper flebili querebatur dicens. Heu michi quia peregrinatio mea prolongata est habitavi cum habitantibus cedar multum peregrinata est anima mea. Nec mirum si planxerit se versari in tenebris (hoc enim cedar interpretatur) cum mundus in maligno positus sit et sicut tenebre illius ita et lumen eius. Luxque in tenebris luceat et tenebre eam non apprehenderunt. Unde et crebrius inferebat. Advena sum et peregrina sicut omnes patres mei. Et iterum Cupio dissolvi et esse cum Christo. Quotiens autem infirmitate corpusculi, quam incredibili abstinentia et duplicatis contraxerat ieiuniis vexabatur, hoc more volvebat. Subigo corpus meum et in servitutem redigo ne aliis predicans ipsa reproba inveniar. Et bonum est vinum non bibere et carnem non manducare. Et humiliavi in ieiunio animam meam. Et totum lectum meum versasti in infirmitate mea. Et versata sum in miseria dum michi configitur spina. Atque inter doloris aculeos, quos mira paciencia sustinebat, quasi apertos sibi celos aspiceret loquebatur. Quis dabit michi pennas sicut columbe et volabo et requiescam. Testor Ihesum et sanctos angelos eius ipsumque proprie angelum qui custos fuit et comes femine mirabilis. Nichil in gratiam, nichil more laudantium sed quod dicturus sum pro testimonio dicere, minus eius esse meritis quam (c) totus orbis canit. Sacerdotes mirantur, virginum chori desiderant, monachorum et pauperum turba deplangit. Vis lector breviter eius scire virtutes? Omnes suos pauperes pauperior ipsa dimisit. Nec mirum de proximis et familiola quam in utriusque sexus de servis et ancillis in fratres sororesque mutaverat ista proferre, cum Eustochium virginem et devotam Christo filiam, in cuius consolationem libellus hic cuditur, procul a nobili genere sola fide et gratia divitem dereliquerit. Carpamus ergo narrandi ordinem. Alii altius repetant et a incunabulis eius ipsisque ut ita dicam crepundiis matrem Blesillam et Rogatum proferant patrem, quorum altera Scipionum Gracchorumque progenies est, alter per omnes fere Grecias usque hodie et stemmatibus et divitiis ac nobilitate

Agamemnonis fertur sanguinem trahere qui decennali obsidione delevit. Nos nichil laudamus nisi quod proprium est et de purissimo sancte mentis fonte profertur. Quamquam dominus atque salvator in evangelio doceat apostolos sciscitantes quid sibi redditurus sit qui omnia sua pro nomine eius dimiserint centuplum in presentiarum recepturos et in futuro vitam eternam. Ex quo intelligimus non laudis esse possidere divitias sed pro Christo eas contempnere. Non tumere ad honores sed pro domini fide eos parvipendere. Vere quod pollicitus est et servis suis et ancillis salvator reddit in presenti. Namque unius urbis contempsit gloriam et totius orbis opinione celebratur. Quam Rome habitantem nullus extra Romam noverat, latentem in Bethleem et barbara et romana terra miratur. (d) Cuius enim gentis homines ad sancta loca non veniunt? Quis autem in sanctis locis preter Paulam quod plus inter homines miraretur invenitur? Et sicut inter multas gemmas preciosissima gemma micat et iubar solis parvos igniculos stellarum obruit et obscurat, ita cunctorum virtutes et potentiam sua humilitate superavit minimaque fuit inter omnes ut maior omnium esset. Et quanto plus se deiciebat tanto magis a Christo sublevabatur. Latebat et non latebat. Fugiendo gloriam gloriam merebatur, que virtutes quasi umbra sequitur, et appetitores sui deserens appetit contemptores. Sed quid ago narrandi ordinem pretermittens, dum in singulis teneor non servo precepta dicendi? Tali ergo stirpe generata iuncta est viro Toxotio qui Enee et Iuliorum altissimum sanguinem trahit. Unde etiam Christi virgo filia eius Eustochium Iulia nuncupatur. Et ipse Iulius a magno demissum nomen Iulo. Et hec dicimus non quo habentibus grandia sint sed quo contempnentibus mirabilia. Seculi homines suscipiunt eos qui hiis pollent privilegiis. Nos laudamus qui pro salvatore ista despexerint. Et mirum in modum quos habentes parvipendimus, si habere noluerint predicamus. Hiis inquam orta maioribus et fecunditate ac pudicitia probata primum viro, deinde propinquis et totius urbis testimonio, cum quinque liberos edidisset, Blesillam super cuius morte eam Rome consolatus sum, Paulinam que sanctum et admirabilem virum que et propositi et rerum suarum et Pammachium reliquit heredem, atque super obitum parvum libellum edidimus, Eustochium que

paula habuit v filios

a

Hic fuit filius sed gener ... vi° fo. cclxiiij in fine ... et fuit maritus paulule

mur in sanctis locis virginitatis et ecclesie
monile preciosum est. Rufinaque in
maturo funere pium matris animum conster-
navit. Et Toxotium, post quem parere de-
siit, ut intelligeres eam non diu ser-
vire voluisse officio coniugali, sed
mariti desiderio, qui mares optabat
liberos, edidisse. Postquam vir eius mor-
tuus est, ita eum planxit ut prope ipsa
moreretur. Ita se convertit ad domini ser-
vitutem: ut mortem eius videretur
optasse. Quid ergo referam ample
et nobilis domus et quondam opulen-
tissime omnes pene divitias in pau-
peres erogatas: Quid in cunctos cle-
mentissimum animum: et bonitatem: etiam
in eos quos numquam viderat evagan-
tem. Quis inopum moriens non eius
vestimentis obvolutus est. Quis cli-
nicorum non eius facultatibus sustenta-
tus est. Quos curiosissime tota urbe
perquirens, dampnum putabat si quis de-
bilis et esuriens cibo sustentaretur
alterius. Expoliabat filios, et inter ob-
iurgantes propinquos maiorem se eis
+ hereditatem Christi misericordiam dimittere
loquebatur. Nec diu potuit excelsi
apud seculum generis et nobilissime
familie feminarum visitationes et
frequentiam sustinere. Merebat
honore suo et ora laudantium decli-
nare ac fugere festinabat. Cumque
orientis et occidentis episcopos ob quas-
dam ecclesiarum dissensiones Romam
imperiales littere contraxissent, vidit
admirabiles viros Christique pontifices

b

Paulinum Anthiochenum episcopum et Epi-
phanium Salamine Cypri que nunc Con-
stancia dicitur. Quorum Epiphanium etiam
hospitem habuit, Paulinum in alia
manentem domo quasi proprium humani-
tate possedit. Quorum accensa virtutibus
per momenta patriam deserere cogita-
bat. Non domus, non liberorum, non
familie, non possessionum, non alicuius rei
que ad seculum pertinet memor, sola, si
dici potest, et incomitata ad here-
mum Antoniorum atque Paulorum pergere
gestiebat. Tandemque exacta hieme
aperto mari, redeuntibus ad ecclesias
suas episcopis, ipsa voto cum eis et desiderio
navigabat. Quid ultra differo.
Descendit ad portum, fratre, cognatis,
affinibus, et quod hiis maius est, libe-
ris prosequentibus, et clementissimam ma-
trem vincere pietate cupientibus. Iam
carbasa tendebantur et remorum
ductu iam navis in altum protrahe-
batur. Parvus Toxotius supplices
manus tendebat in littore. Rufina iam
nubilis ut suas expectaret nuptias
tacens fletibus obsecrabat. Et tamen
siccos tendebat ad celum oculos, pietatem
in filios pietatem in deum superans. Nes-
ciebat se matrem ut Christi probaret ancillam.
Torquebantur viscera, et quasi a suis
membris distraheretur cum dolore pug-
nabat. In eo cunctis admirabilior quod
magnam vinceret caritatem. Inter hostium manus
et captivitatis duram necessitatem nichil
crudelius est quam parentes a liberis
separari. Hoc contra iura nature plenam
fide patiebatur. Immo gaudens animus

c

appetebat. Et amorem filiorum maiore
in deum amore contempnens, in sola
Eustochio, que et propositi et navigationis
eius comes erat, quiescebat. Sulcabat
interim navis mare, et cunctis qui cum
ea vehebantur littora respicientibus
illa aversos tendebat oculos ne videret
quod sine tormento videre non poterat.
Fateor nulla sic amavit filios. Quibus
antequam proficisceretur cuncta largita est,
exheredans se in terra ut heredita-
tem inveniret in celo. Delata ad in-
sulas Pontias, quas clarissime quon-
dam feminarum sub Domiciano prin-
cipe pro confessione nominis christiani Fla-
vie Domitille nobilitavit exilium, vi-
dens cellulas in quibus illa longum
martirium duxerat, sumptis alis Ierosol-
limam et sancta loca videre cupiebat.
Tardi ei erant venti et omnis pigra
velocitas. Inter Scillam et Caribdim
Adriatico se credens pelago quasi
per stagnum venit Methonem. Ibique
refocillato paululum corpusculo et sa-
le tabentes artus in littore ponens,
per Maleas et Citharam, sparsasque per
equora Cycladas et crebris freta conci-
ta terris, post Rodum et Liciam tandem
vidit Cyprum. Ubi sancti et venerabilis
Epiphanii pedibus provoluta decem ab
eo diebus retenta est, non in refectionem
ut ille arbitrabatur, sed in opus dei ut
rebus probatum est. Nam omnia illius
regionis lustrans monasteria prout habere
poterat refrigeria sumptuum fratribus de-
liquit, quos amor sancti viri de toto illuc
orbe conduxerat. Inde brevi cursu

d

transfretavit Seleuciam, de qua ascendens
Antiochiam sancti confessoris Pau-
lini modicum caritate detenta, media
hieme calens ardore fidei femina
nobilis, que prius eunuchorum manibus
portabatur, asello sedens profecta
est. Omitto Syrie et Cele Syrie et Phe-
nicis iter. Neque enim odoeporicum eius

dispositi scribere. Ea tantum loca nominabo que sacris voluminibus continentur. Berito romana colonia et antiqua urbe Sydone derelicta in Sarepte litore Helie est ingressa turriculam in qua adorato domino salvatore per harenas Tyri in quibus Paulus genua fixerat pervenit ad Achon que nunc Ptolomais dicitur. Et per campos Mageddo Iosie necis conscios intravit terram Philistiim. Mirata ruinas Dor urbis quondam potentissime. Et versa vice Stratonis turrem ab Herode rege Iudee in honorem Cesaris Augusti Cesaream nuncupatam in qua Cornelii domum Christi vidit ecclesiam et Philippi ediculas et cubiculum quatuor virginum prophetarum. Deinde Antipatridam semirutum oppidulum quod ex patris nomine Herodes vocaverat et Lyddam versam in Diospolim Dorcadis atque Enee resurrectione ac sanitate inclitam. Haud procul ab ea Arimathiam viculum Ioseph qui dominum sepelivit. Et Nobem urbem quondam sacerdotum nunc tumulos occisorum. Ioppen fugientis portum Ione. Et ut aliquid perstringam de fabulis poetarum religate ad saxum Andromede spectatricem. Repetitoque itinere Nicopolim que prius Emmaus vocabatur apud quam in fractione panis

xxxiii a

cognitus dominus Cleophe domum in ecclesiam dedicavit. Atque inde proficiscens ascendit Bethoron inferiorem et superiorem urbes a Salomone conditas et varia postea bellorum tempestate deletas. Ad dexteram aspiciens Hailon et Gabaon ubi Ihesus filius Nave contra quinque reges dimicans soli imperavit et lune et Gabaonitas sub dolum et insidias federis impetrati in aquarios lignariosque dampnavit. In Gabaa urbe usque ad solum diruta paululum substitit recordata peccati eius et concubine in frusta divise et tribus Beniamin in sexcentos viros propter Paulum apostolum reservate. Quid diu moror. Ad levam mausoleo Helene derelicto que Adiabenorum regina in fame populum frumento iuverat. Ingressa est Ierosolimam urbem trinomiam Iebus Salem Ierusalem que ab Helio postea Adriano de ruinis et cineribus civitatis in Heliam suscitata est. Cumque proconsul Palestine qui familiam eius optime noverat premissis apparitoribus iussisset parari pretorium elegit humilem cellulam. Et cuncta loca tanto ardore ac studio circuivit ut nisi ad reliqua festinaret a primis non posset abduci. Prostrataque ante crucem

quasi pendentem dominum cerneret adorabat. Ingressa sepulcrum resurrectionis osculabatur lapidem quem ab hostio sepulcri amoverat angelus. Et ipsum corporis locum in quo dominus iacuerat quasi sitiens desideratas aquas fideli ore lambebat. Quid ibi lacrimarum quantum gemitum quid doloris effuderit testis est cuncta Ierosolima testis ipse dominus quem rogabat. Unde egrediens ascendit Syon que in arcem vel in speculam vertitur. Hanc urbem quondam expugnavit et edificavit David. Unde expugnata scribitur: Ve tibi civitas Ariel id est leo dei et quondam fortissima quam expugnavit David. De ea que edificata est: Fundamenta eius in montibus sanctis diligit dominus portas Syon super omnia tabernacula Iacob. Non eas portas quas hodie cernimus in favillam et cinerem dissolutas sed portas quibus infernus non prevalet et per quas credentium ad Christum intrat multitudo. Ostendebatur illi columna ecclesie porticum sustinens infecta cruore domini ad quam vinctus dicitur flagellatus. Monstrabatur locus ubi super centum viginti credentium animas spiritus sanctus descendisset ut Iohelis vaticinium compleretur. Deinde pro facultatula sua pauperibus atque conservis pecunia distributa perrexit Bethleem et in dextera parte itineris restitit ad sepulchrum Rachel in quo Beniamin non ut mater vocaverat moriens Benoni hoc est filius doloris mei sed ut pater prophetavit in spiritu filium dextere procreavit. Atque inde speluncam salvatoris introiens postquam vidit sacrum virginis diversorium et stabulum in quo agnovit bos possessorem suum et asinus presepe domini sui ut impleretur illud quod in eodem propheta est: Beatus qui seminat super aquas ubi bos et asinus calcant. Me audiente iurabat cernere se fidei oculis infantem pannis involutum vagientem in presepe dominum magos adorantes stellam fulgentem desuper matrem virginem nutricium sedulum pastores nocte venientes ut viderent verbum quod factum erat. Et iam tunc evangeliste Iohannis principium dedicaret: In principio erat verbum et verbum caro factum est. Parvulos interfectos Herodem sevientem Ioseph et Mariam fugientes in Egiptum. Mixtisque gaudio lacrimis loquebatur: Salve Bethleem domus panis in qua natus est ille panis qui de celo descendit. Salve Eufrata regio uberrima atque ΚΑΡΠΟΦΟΡΑ

aius fertilitas deus est. de te quonda
micheas vaticinatus est Et tu bethle//
em domus effrata nō minima es in
milibus iuda ex te michi egredietur qui
sit princeps in isrl. et egressus eius
ab inicio a diebus eternitatis. propterea
dabit eos usque ad tempus parient
pariet et reliquie fratrum eius conuer//
tentur ad filios isrl. In te enim natus
est princeps. qui ante luciferum
genitus est. Cuius de patre natiuitas
omnem excedit etatem. Et tam
diu in te dauitici generis origo permansit
donec virgo pareret et reliquie popu//
li credentis in xpm conuerterentur
ad filios isrl et libere predicaret vobis
oportebat primum loqui verbum dei / sed
quoniam repulistis illud / et indignos vos
iudicastis eterne vite. ecce conuerti//
mur ad gentes. dixerat enim dns Non
veni nisi ad oues perditas domus isrl
Et eo tempore Iacob super eos verba com//
pleta sunt Non deficiet princeps ex
iuda et dux de femoribus eius donec
veniat cui repositum est / et ipse erit
expectacio gencium. Bene dauid iu//
rabat. bene vota faciebat dicens
Si introiero in tabernaculum domus
mee. si ascendero in lectum strati mei
si dedero sompnum oculis meis et
palpebris meis dormitacionem
et requiem temporibus meis donec
inveniam locum dno. tabernaculum
deo iacob. Et statim quid deside ra//
ret exposuit. atque oculis propheta li//
bus que nos venisse iam credimus
illum venturum esse cernebat Ecce audi//
uimus illum in effrata inuenimus eum
in campis silue. Zop / quippe sermo
hebraicus est: in quinos ut te doce//
te didici nō mariam matrem dni hebree
Α Β Τ Ι Η. sed ipm: id est Α Β Τ Ο Ν sig//
nificat. vnde loquitur confidenter. Introi//
uimus in tabernaculum eius. Adora//
uimus in loco vbi steterunt pedes eius
Et ego misera atque peccatrix. dig//
na sum iudicata deosculari presepe
in quo dns paruulus vagijt. et orare
in spelunca in qua virgo puerpera deum
fudit infantem / Hec requies mea
quia dni mei patria est hic habi//
tabo quoniam saluator elegit eam. Pa//
raui lucernam xpo meo. Anima ma
illi viuet et semen meum seruiet ipsi
haud procul inde. descendit ad tur//
rem ader / id est gregis iuxta quam
iacob pauit greges suos. et pastores
nocte vigilantes audire meruerunt
Gloria in excelsis deo et pax super terram
hominibus bone voluntatis. dum que

seruant oues inuenerunt agnum dei. puro
et mundissimo vellere. quod in ariditate
tocius terre celesti rore conpluuium est
Et cuius sanguis tulit peccatum mundi. et

exterminatorem egipti litus fugauit
in postibus. Statimque concito gradu
cepit per viam veterem pergere que ducit
gazam. ad potenciam vel diuicias
dei Et tacita secum voluere quo eu//
nuchus ethiops ecclesiam gencium pre//
figurans. mutauit pellem suam
Et puctus instrumentum fonte repperit
euuangelium Atque inde ad dextram transita beth//
sir. venit esthol que in botrum vertitur
vnde in testimonium terre fertilissime
et in typum eius qui dicit torcular
calcaui solus / et de gentibus nō est
vir mecum: exploratores botrum mire
magnitudinis portauerunt. Nec post
longum spacium. intrauit sare tellu//
lam videns incunabula ysaac / et
vestigia querens abraham. sub quercu
vidit diem xpi et letatus est. Atque
inde consurgens Ascendit hebron
: hec est cariatarbe id est oppidum
virorum quatuor. Abraham ysaac et
iacob et adam magni quem ibi con//
ditum: iuxta librum iesu. hebrei autu//
mant. licet plerique caleph quartum
putant. Cuius ex latere memoria de
uiratur. Noluit autem pergere ad cariat
sepher id est viculum litterarum. quia con//
tempnens occidentem litteram. reppe//
rerat spiritum viuificantem. Magis que
mirabatur superiores et inferiores
aquas. quas gothoniel filius ie//
phone cenez. pro australi terra et ha//
rida possessionem susceperat et aque//
ductu sitos foris instar agros fa//
ciebat irriguos vt redempcionem
veterum peccatorum in aquis baptis//
mi repperiret. Altero die orto iam sole
stetit in supercilio capharbariche
id est vela benediccionis. quem ad locum
abraham dnm prosecutus est. vn//
de late despiciens solitudinem et terra
quondam zodome et gomorre adme
et seboim contemplata est balsami
vineas in engaddi et segor et vitu//
lam conternantem que prius bale
vocabatur et in zoaram. id est paruulam
syro sermone translata est Recorda//
batur spelunce loth. et versa in lacri//
mas virgines sorores socias admonebat
cauendum esse vinum in quo est luxuria
cuius opus moabite sunt et Ammoni//
te. diu ergo morata in meridie vbi
sponsa cubantem repperit sponsum
et Joseph inebriatus est cum fratribus

Recurrebat ad iherosolimam et pertransiens
atque amos rutilantem montis oliueti
lucem aspiciam de quo saluator as
cendit ad patrem. In quo per annos sin
gulos vacca rufa in holocaustum
domini cremabitur cuius cinis expiabat
populum israel. In quo iuxta ezechiel
cherubin de templo transmigrantes
ecclesiam domini fundauerunt. Ingressa
sepulchrum lazari marie et marthe
vidit hospitium et bethphage villa
sacerdotalium maxillarum et locum in quo
pullus lasciuientis gentium domini frena
suscepit apostolorumque stratus vestibus mol
lia praebuit ad sedendum. Rectoque i
tinere descendebat in iericho cogi
tans illum de euangelio vulneratum et sa
cerdotibus ac leuitis feritate praetereun
tibus clementiam samaritani id est cus
todis qui semiuiuum suo impositum
iumento ad stabulum ecclesie portauit
et locum adomim, quod interpretatur sanguinum
quia multus in eo sanguis crebris
latronum fundebatur incursibus. Et ar
borem sicomori zachei id est bona
penitencie opera. quibus cuncta dudum et nox
ia rapinis peccata calcabat. Excelsusque
domini de excelso virtutum intuebatur. Et
iuxta viam: cecorum loca qui receptis lu
minibus vtriusque populi credentis in
domini sacramenta praemiserat. Ingressa ie
richo vidit vrbem quam fundauit hi
ael in habiram primogenito suo et
cuius portas posuit in segub nouissimo
filiorum. Intuita est castra galgale et
aceruum praeputiorum et secunde circumcisionis
misterium. Et duodecim lapides qui
de iordanis illuc translati alueo xij
apostolorum fundamenta fundamenta firmaue
rant. Et fontem quondam legis ama
rissimum et sterilem quem verus helizeus
sua condiuit sapientia et in dulcorem
vbertatemque conuertit. vix nox transierat
et feruentissima venit ad iordanem
stetitque in ripa fluminis. Et orto sole
solis iusticie recordata est. quo in
medio iordanis alueo. sicca sacerdo
tes posuerunt vestigia. Et ad helie atque
helizei imperium. stantibus ex vtraque parte
aquis iter vnda praebuit. pollutasque
diluuio aquas et totius humani generis
interfectione maculatas suo dominus man
dauit baptismate. Longum est si ve
lim de valle achor dicere id est tumul
tus atque turbarum. in qua furtum et a
uaricia condempnata est. Et de bethel
domo dei. in qua super nudam humum
nudus et pauper dormiuit iacob. Et
posito subter caput lapide qui in
zacharia septem oculos habere

describitur et in esaia lapis dicitur angula
ris. vidit scalam ad celum vsque tende
tem: in qua dominus desuper innitebatur
ascendentibus porrigens manum et
negligentes de sublimi praecipitans.
Sepulchra quoque in monte effraym
iesu filij naue et eleazari filij aa
ron sacerdotis e regione venerata est.
Quorum alter conditus est in tamnat sare
a septentrionali parte montis gaas.
Alter in gaab filij sui finees. Satisque
mirata est. quod distributor possessionum
sibi montana et aspera delegisset.
Quid narrem sylo: in quo altare
dirutum hodieque monstratur et raptum
sabinarum a romulo tribus beniamin
tota praeoccupauerit. Transiuit sichem non
ut plerique errantes legant sichar.
que nunc neapolis appellatur. Et ex
latere montis garizim. extructam circum
puteum iacob intrauit ecclesiam super quem
dominus residens / sitiensque et esuriens
samaritane fide saciatus est. que
quinque mosaycorum voluminum viros
et sextum / viris / quem se habere iacta
bat. errore dosithei deceluto verum
messiam et verum reperit saluatorem
atque inde diuertens vidit duodecim
patriarcharum sepulchra. Et sebasten
id est samariam. que in honorem
augusti ab herode augusta est no
minata. Ibi siti sunt heliseus et ab
dias propheta. Et quo maior inter natos
mulierum non fuit iohannes baptista.
vbi multis intremuit mirabilibus.
Namque cernebat demones varijs
rugire cruciatibus et ante sepulchra
sancta vlulare homines more lu
porum vocibus latrare canum fremere
leonum sibilare serpentium mugire
taurorum. alios rotare caput et post
tergum terram vertice tangere suspen
sisque pede feminis vestes non deflu
ere in faciem miserabatur omnium
et pro singulis effusis lacrimis christi
clementiam deprecabatur. Et sicut erat
inualida. ascendit pedibus montem
in cuius duabus speluncis persecutionis
et famis tempore / abdias propheta
centum prophetas aluit pane et aqua
de cito itinere percucurrit: nazaram
nutriculam domini. Chana et chaphar
naum signorum eius familiares.
lacum tyberiadis nauigante domino
sanctificatum et solitudinem in qua multa
populorum milia paucis saciata sunt
panibus et de reliquijs vescentium re
pleti sunt cophini duodecim tribuum is
rahel. Ascendebat montem thabor
in quo transfiguratus est dominus. As

Sepulchrum b. Io. baptiste

CCxxix
a

spiciebat pauli montes hermon et hermo//
niim / et campos latissimos galilee
in quibus sisara et omnis eius exercitus
barach vincente prostratus est. Tor//
rens tyson qui mediam planiciem
diuidebat et oppidum iuxta naim
in quo vidue suscitatus est filius
monstrabatur. Dies me prius quam sermo
deficiet: si voluero cuncta percurrere que
paula venerabilis fide incredibili
peragrata est. Transibo ad egyptum et
in sothot. atque apud fontem sapso
quem de molari maxille dente produx//
it subsistam paulisper / et arentia ora
colluam ut refocillatus videam morasthin
sepulchrum quondam michee prophete
et nunc ecclesiam. Et ex latere derelin//
quam choreos et getheos maresa
idumea et lachis et pharenas mol//
lissimas pergencium vestigia subtrahe//
tes latasque heremi vastitates / veniam
ad egipti flumium sior. qui interpretatur
turbidus. Et quinque egipti transeam
ciuitates que loquuntur lingua cha//
nanitidi et terram gersen et campos
thaneos in quibus fecit deus mira//
bilia. Et vrbem noo que postea versa
est in alexandriam. Et oppidum domini
nitria. in quo purissima virtute mul{to}rum
sordes lauantur cottidie plurimorum.
Quod cum vidisset / occurrente sibi sancto
et venerabili episcopo ysidoro confessore
et turbis innumerabilibus monachorum
e quibus multos sacerdotalis et leuitici
sublimabat gradus / letabatur quidem
ad gloriam domini. sed se indignam tanto
honore fatebatur. Quid ego narrem
macharios. arsetes. serapionas
Et reliqua columpnarum christi nomina
Cuius non intrauit cellulam:
Quorum non pedibus aduoluta est
Et per singulos sanctos christum se videre cre//
debat. Et quidquid in illos contulerat
contulisse in dominum letabatur. Mirus
ardor et vix in femina credibilis for//
titudo oblita sexus et fragilitatis cor//
poris. inter tot milia monachorum
cum puellis suis habitare cupiebat
Et forsitan cunctis eam suscipientibus
impetrasset nisi maius sanctorum locorum
retraxisset desiderium. Atque propter feruen//
tissimos estus. de pelusio maiuman
nauigatione perueniens. tanta ve//
locitate reuersa est ut auem putares
Nec multo post in sancta bethlehem
mansura perpetuo: angusto per triennium
mansit hospicio donec extrueret
cellulas. ac monasteria. et diuersorum
peregrinorum iuxta viam conderet mansiones
in qua maria et ioseph hospitium

non inuenerat. Hucusque iter eius descriptum
sit. quod multis virginibus et filia co//
mite peregit. Nunc virtus latius
describatur. que ipsius propria est. In qua
exponenda / deo iudice ac teste pro//
fiteor me nichil in maius extollere
more laudancium sed ne rerum excedat
fidem. multa subtrahere. Et ne
apud detractores et gemino me semper
dente rodentes fingere putet cornicem
me esopi alienis coloribus adornare.
Que prima christianorum virtus est. tanta
se humilitate deiecit. vt qui eam vidisset
et pro celebritate nominis videre gestisset
ipsam esse non crederet. sed ancillarum
vltimam. Et cum frequentibus choris virginum
cingeretur. et veste et voce et habitu
et incessu minima omnium erat. Numquam
post viri mortem usque ad diem dormi//
tionis sue cum vllo comedit viro quamuis
eum sanctum et in pontificali sciret culmine
positum. Balneas nisi periclitans non adiit.
Mollia etiam in grauissima febri
lectuli strata non habuit. Sed super durissi//
mam humum. stratis ciliciolis quies//
cebat. Si tamen illa quiescere dicenda
est. que iugibus pene orationibus dies
noctesque iungebat. Illud implens de
psalterio. Lauabo per singulas noctes
lectum meum: in lacrimis stratum meum
rigabo. In qua fontes crederes la//
crimarum. Ita leuia peccata plangebat
ut illam grauissimorum criminum crederes
ream. Cumque a nobis crebrius mo//
neretur ut parceret oculis et eos ser//
uaret euangelice lectioni aiebat. Turpanda
est facies. quam contra dei preceptum.
purpurisso et cerussa et stibio sepe de//
pinxi. Affligendum est corpus quod
multis vacauit deliciis. Longus ri//
sus perpetuo compensandus est fletu. Mol//
lia linteamina et serica preciosissima
asperitate cilicii commutanda. Que
viro et seculo placui nunc christo placere
desidero. Si inter tales tantasque vir//
tutes castitatem illam voluero predi//
care superfluus videar. In qua etiam
cum secularis esset. omnium rome ma//
tronarum exemplum fuit. Que ita
se gessit. ut numquam de illa etiam
maledicorum quidquam auderet fama
confingere. Nichil animo eius
clemencius. nichil erga humiles blan//
dius fuit. Non adpetebat potentes
nec tamen superbos et gloriam querentes
fastigioso despiciebat. Si pauperem
videret: sustentabat. Si diuitem: ad
benefaciendum cohortabatur. Liberali//
tas sola excedebat modum et vsuras
tribuens eius suram quemque sepe faciebat

ut nulli stipem roganti denegaret. Fateor errorem meum cum in largiendo esset profusior arguebam. Illud proferens de apostolo non ut aliis refrigerium vobis autem tribulatio sed ex equalitate in hoc tempore ut vestra habundancia sit ad illorum inopiam et illorum inopia sit ad vestram habundanciam. Et hoc de evangelio salvatoris. Qui habet duas tunicas det non habenti. Et providendum esse ne quod libenter faceret non posset. Multaque huiusmodi. Que illa mira verecundia et sermone parcissimo dissolvebat testem invocans deum se pro illius nomine cuncta facere et hoc habere voti ut mendicans ipsa moreretur et unum nummum filie non dimitteret et in funere suo aliena sindone involveretur. Ad extremum inferebat. Ego si petiero multos inveniam qui michi tribuat. Mendicans si a me non acceperit quid ei possum etiam de alieno tribuere et si mortuus fuerit a quo eius anima requiretur. Ego caucior in re familiari esse cupiebam sed illa ardencior fide tota salvatori animo iungebat et pauperem dominum pauper spiritu sequebatur. Reddens ei quod acceperat propter ipsum pauper effecta. Denique consecuta est quod optabat et ingenti aere alieno filiam dereliquit. Quod adhuc usque debens non suis viribus sed Christi se fidit misericordia redditurum. Solet quoque plerosque matronarum buccinatoribus suis dona conferre et in paucos largitate profusa manum a ceteris retrahere. Quo illa omnino carebat vicio. Ita enim singulis sua pecunia dividebat ut singulis necessarium erat non ad luxuriam sed ad necessitatem. Nemo ab ea pauperum vacuus recessit est. Quod obtinebat non diviciarum magnitudine sed prudencia dispensandi illud semper replicans. Beati misericordes quoniam ipsi misericordiam consequentur. Et sicut aqua extinguit ignem ita et elemosina peccata. Et facite vobis amicos de iniquo mamona qui vos recipiant in eterna tabernacula. Et date elemosinam et ecce omnia munda sunt vobis. Et verba danielis regem nabuchodonosor premonentis ut elemosinis redimat peccata sua. Nolebat in his lapidibus pecuniam effundere qui cum terra et seculo transituri sunt sed in vivis lapidibus qui volvuntur super terram de quibus in apocalipsi iohannis civitas magni regis extruitur quos in saphirum et smaragdum et iaspidem

et ceteras gemmas convertendos scriptura commemorat. Verum hec sunt communia cum paucis et sciens diabolus non in summo virtutum culmine posita. Unde loquitur ad dominum post amissam iob substanciam post eversam domum post liberos interfectos. Corium pro corio et omnia que habuit homo dabit pro anima sua. Sed extende manum tuam et tange ossa et carnes eius si in faciem benedixerit tibi. Scimus plerosque dedisse helemosinam sed de proprio corpore nichil dedisse. porrexisse egentibus manum sed carnis voluptate superatos. dealbasse ea que foris erant et intus plenos fuisse ossibus mortuorum. At non paula talis que tante continencie fuit ut pene mensuram excederet et debilitatem corporis nimiis ieiuniis ac labore contraheret. Que exceptis diebus festis vix oleum in cibo acciperet ut ex hoc uno estimaretur. Quid de vino et liquamine et piscibus et lacte ac melle et ovis et reliquis que gustui suavia sunt iudicarit. In quibus sumendis quidam se abstinentissimos putant et si his ventrem ingurgitaverint totam pudicitiam suspicantur. Semper virtutes sequitur invidia feriuntque summos fulgura montes. Nec mirum si hoc de hominibus loquor cum etiam dominus noster phariseorum zelo sit crucifixus et omnes sancti emulos habuerint. In paradiso quoque serpens fuerit cuius invidia mors introivit in orbem terrarum. Suscitaverat ei dominus adath idumeum qui eam colafizaret ne se extolleret et quasi quodam stimulo carnis sepius admonebat ne magnitudine virtutum altius saperet et aliarum vitiis feminarum se in excelso crederet constitutam. Ego aiebam livori esse cedendum et dandum insanie locum quod fecisset iacob in fratre suo esau et david in pertinacissimo inimicorum saul. Quorum alter in mesopotamiam fugerit alter se allophilis tradiderit malens hostibus quam invidis subiacere. Illa iuste respondebat hoc dicerem si diabolus contra servos dei et ancillas non ubique pugnaret et ad omnia loca fugientes precederet. Si non locorum amore retinerer et bethlehem mea in altera parte possem reperire terrarum. Cur enim non paciencia livorem superem. Cur non humilitate frangam superbiam. Et percucienti maxillam alteram offeram dicente paulo vince in bono malum. Nonne apostoli gloriabantur

b

Quedam opera mulierum quod sit in corpore

Invidia semper sequitur virtutes

c

qui p dno sunt passi contumeliam Non
ne ipse saluator humiliauit se: form
serui accipiens. 7 factus est obediens
patri usque ad mortem: et mortem
crucis / ut nos sua passione saluaret
Iob nisi certasset et uicisset in plio: non
accepisset coronam iustitie nec au
disset a dno putas me aliter tibi locu
tum quam ut appareres iustus Beati di
cuntur in euuangelio qui psecutionem
patiuntur pp iustitiam Secura sit con
scientia qd non pp pctm patiamur / et
afflictio in sola materia pmior est
Si quando protacior fuisset in inimicus
et usque ad uerborum iurgia prosilisset
illud psalterii decantabat Cum con
sisteret aduersum me peccator obmutui
et silui a bonis Et rursus Ego autem
quasi surdus non audiebam et sicut
mutus non aperiens os suum Et factus
sum quasi homo non audiens nec ha
bens more suo increpationes In
temptationibus uerba deuteronomii uol
uebat. Temptat uos dns deus ur
ut sciat si diligatis eum de toto cor
de uro et de tota anima ura In tri
bulationibus et angustiis esaie re
plicabat eloquia qui ablactati estis
a lacte qui abstracti ab ubere. tribu
lationem super tribulationem expecta
te spem super spem Adhuc pusillum
pp malitiam labiorum pp linguam
maligna Et scripture testimonium con
solationem sua disserebat ablac
tatorum esse et eorum qui ad perfectam e
tatem peruenissent tribulationem
super tribulationem sustinere ut super spe
spem merorentur accipe Sciens
quoniam tribulatio patientiam operatur. patientia
probationem. probatio spem Spes autem
non confundit. Et qd si is qui foris
est nr homo corrumpitur ille qui intus
est innouetur. Et i presentiarum mome
taneum 7 leue tribulationis eterne
glorie pondus operatur in nobis / non
aspicientibus que uidentur sed que
non uidentur Que enim uidentur temporalia
sunt. que autem non uidentur eterna sunt
Nec longius fore tempus etiam si hu
mane impatientie / et arduum uideatur
qui dicit statim sequatur auxilium dicentis
Tempore oportuno exaudiui te. 7
in die salutis auxiliatus sum tui
Nec dolosa labia et linguas iniquas
esse metuendas: cum dno adiutore
letemur et ipsum audire debeamus
monentem / In patientia ura possi
debitis animas uras Et non sunt con
digne passiones huius temporis ad futuram
gloriam que reuelabitur in nobis

Et alibi ut patienter agamus in omnibus
que accidunt nobis / patiens enim uir
multus prudentia / qui autem pusillani
mus est uehementer insipiens In
languoribus et crebra infirmitate
dicebat. Cum infirma sum tunc fortis
sum Et habemus thesaurum istum in ua
sis fictilibus donec mortale hoc in
duat immortalitatem / et corruptibile
hoc uestiat incorruptionem Et iterum Si
cut super habundant passiones xpi
in nobis. ita et per xpm habundauit et
consolatio. Et deinde. ut socii passio
num estis. ita et consolationis eritis
In merore cantabat. Quare tristis es
anima mea: et quare conturbas
me: Spera in deo quoniam confitebor illi
salutare uultus mei et deus meus
In periculis loquebatur. Qui uult ue
nire post me. abneget semetipsum
et tollat crucem suam et sequatur me Et
iterum Qui uult animam saluam facere
perdet eam. Et qui perdiderit animam
suam pp me: saluam eam faciet. Contra
dispendium rei familiaris: et euersio
totius patrimonii inciabatur / aiebat
Quid enim prodest homini si totum mundum
lucrifaceret et anime sue dampnum
habuerit: Aut quam dabit homo commu
tacionem pro anima sua: Et nudus exi
ui de utero matris mee. Et sicut dno
placuit ita factum est sit nomen dni be
nedictum. Et illud Nolite diligere mun
dum neque ea que in mundo sunt. quoniam
omne qd in mundo est desiderium carnis
est et concupiscentia oculorum. 7 superbia uite
huius que non ex patre. sed de mundo est
Et concupiscentia eius Scio enim sep
tas infirmitates grauissimas liberorum
et maxime toxocii sui. quem diligebat
plurimum. Cumque illud uirtute complesset
turbata sum et non sum locuta in hec
uerba prorupit. Qui amat filium aut
filiam super me non est me dignus Et
orans ad dnm loquebatur. posside filios
mortificatorum qui propter te cottidie mor
tificant corpora sua. Noui susurro
nem quedam qd genus hominum uel
perniciosissimum est quasi beniuolum
inciasse quod pre nimio feruore uir
tutum. quibusdam uidetur in sana
Et cerebrum illius dicent confouendum
Cui illa respondit. Theatrum facti sumus
mundo et angelis et hominibus Nos
stulti pp xpm. sed stultum dei sapientius
est hominibus unde et saluator loquitur
ad patrem. Tu scis insipientiam meam
que in euuangelio et propinqui quasi
mentis impotem ligare cupiebant
et aduersarii sugillabant dicentes

demoniu habet et samaritanus est Et
in belzebub principe demoniorum eiciat
demonia Sed nos audiamus apostolum co-
hortantem. hec est gloria nostra testimo-
nium consciencie nostre. quod in simplicitate et since-
ritate et in gratia dei conversati sumus in mun-
do. Et dominum dicentem ad apostolos Ideo mun-
dus odit vos. quia non estis de mundo Si
enim essetis de mundo amaret utique mundus
quod suum erat. Et ad ipsum dominum verba ver-
tebat Tu nosti cordis abscondita. et
hec omnia venerunt super nos / et obliti non
sumus tui nec inique egimus in testa-
mento tuo / nec adversum est retrorsum cor
nostrum et propter te mortificati sumus tota die
reputati sumus ut oves occisionis Sed
dominus auxiliator meus / non timebo quid
faciat michi homo. Legi enim fili hono-
ra dominum et confortaberis Preter deum
nullum timueris hiis et talibus testimo-
niis quasi armatura dei adversus emu-
los et adversus omnia quidem vicia sed precipue
instruebat se contra invidiam
fervientem et patiendo iniurias furo-
rem gravidi pectoris mitigabat. de-
nique usque ad diem mortis et huius pa-
ciencia et aliorum zelus omnibus patuit
qui suum rodit auctorem et dum emulum
ledere nititur. in semetipsum proprio furore
bacchatur. dicam et de ordine mo-
nasterii quomodo sanctorum continentiam in suum
verterit lucrum Seminabat carnalia
ut meteret spiritualia. dabat terrena ut
celestia tolleret Brevia concedebat ut
procis eterna mutaret post virorum mo-
nasterium. quod viris tradiderat gubernan-
dum. plures virgines quas de diversis
provinciis congregaverat tam nobiles quam
medii et infimi generis / in tres turmas
monasteriaque divisit ita dumtaxat
ut in opere et in cibo separate / psalmis
et orationibus iungentur. post alleluia canta-
tum / quo signo vocabantur ad col-
lectam. nulli residere licitum erat Sed
prima vel inter primas veniens ceteras o-
periebatur pudore et exemplo ad laborem
eas provocans: non terrore. Mane
hora tercia sexta nona vespere noctis me-
dio per ordinem psalterium canebatur. Ora-
culum propheticum retinens aio septies in
die laudabo te domine / et media nocte
surgebam ad confitendum tibi Nec licebat
alicui sororum / ignorare psalmos nec
divinis de scripturis sanctis cotidie aliquid
discere / die tamen dominico ad ecclesiam proce-
debant: ex cuius habitabant latere
Et unumquodque agmen matrem propriam seque-
batur Atque inde pariter revertentes in-
stabant operi distributo et vel sibi vel

aliis indumenta faciebant Si qua erat
nobilis non permittebatur de domo sua
habere comitem ne veterum actuum memor
et lasciviencis infancie et errorem
refricaret antiquum: et crebra confa-
bulacione renovaret Unus omnium ha-
bitus. Linteamine ad tergendas so-
lum manus utebantur Aviris tanta
separacio ut ab spadonibus quoque eas
seiungeret ne ullam daret occasionem
lingue maledice que sanctos carpere
solita est in solacium delinquendi. Si
qua vel tardior veniebat ad psalmos
et in opere pigrior variis eam modis
adgrediebatur. Si erat iracunda. blan-
diciis. Si paciens / correptione Illud a-
postoli imitans. Quid vultis In virga
veniam ad vos an in spiritu lenitatis
et mansuetudinis Excepto victu atque
vestitu: nullam habere quid paciebatur
dicente paulo Habentes victum atque
vestitum hiis contenti simus / ne consuetu-
dine plus habendi preberet locum ava-
ricie. que nullis expletur opibus
et quanto amplius habuerit plus
requirit. et neque copia neque inopia
minuitur Iurgantes inter se sermone
lenissimo federabat lasciviencem
Adulescentularum. carnem crebris et
duplicatis frangebat ieiuniis malens
eas stomachum dolere quam mentem Si vi-
disset aliquam compciorem contractione
frontis et vultus tristicia Arguebat
errantem dicens mundiciam corporis
atque vestitus animi esse in mundiciam
et turpe verbum atque lascivum nunquam
decore virgineo proferendum. quibus sig-
nis libidinosus animus ostenditur.
et exterioris hominem interioris hominis
vicia demonstrantur. Quam linguosam et
garrulam atque procacem. rixisque pre-
sperexerat delectari Et sepius commoni-
tam nolle converti inter ultimas et extra
sororum conventum: ad fores refectorii ora-
re faciebat et separatim cibum capere ut
quam obiurgatio non corripebat. eme-
daret pudor / furtum quasi sacrilegium
detestabatur. Et quod inter seculi homines
vel leve putatur vel nichil. hoc in monaste-
riis gravissimum dicebat esse delictum
Quid memorem clemenciam: Et se-
dulitatem in egrotantes Quas miris
obsequiis et ministeriis confovebat
Cumque aliis languentibus large preberet
omnia. et esum quoque exhiberet car-
nium si quando ipsa egrotasset sibi non in-
dulgebat Et in eo inequalis videbatur
quod in aliis clemenciam in se duriciam
commutabat. Nulla iuvenum puellarum
sano et vegeto corpore tantum se dedat

d

cccy
a

continentie, quam ipsa fracto et senili debilitatoque corpusculo. Fateor in hac re pertinacior fuit, ut sibi non parceret et nulli cederet admonenti. Referam quod expertus sum. Mense iulio fervendissimis estibus incidit in ardorem febris. Et post desperationem cum dei misericordia respirasset et medici persuaderent ob refectionem corporis vino opus esse tenui et parvo, ne aquam bibens in ydropem verteretur, et ego clam beatum papam epiphanium rogarem ut eam moneret, immo compelleret vinum bibere, illa ut erat prudens et sollertis ingenii, statim sensit insidias et subridens meum esse quod ille diceret intimavit. Quid plura? Cum beatus pontifex post multa hortamenta exisset foras, querenti michi quid egisset, respondit: Tantum profeci, ut seni homini pene persuaserit ne vinum bibam. Hec refero non quod inconsiderata et ultra vires sumpta honera probem monente scriptura: Supra te honus ne levaveris; sed quod mentis ardorem eius et desiderium fidelis anime ex hoc quoque probare velim perseverantia dicentis: Sitivit in te anima mea, quam multipliciter tibi caro mea. Difficile est modum tenere in omnibus. Et vere iuxta philosophorum sententiam ΜΕ ΤΟΤΗΤΕ ΣΑΡΕΤΙΩ ΤΥΤΕΡΒ ΟΛΑΙΚΑΚΑΙ ΛΙΑ reputantur, quod nos una et brevissima sententia exprimere possumus: Ne quid nimis. Que in contemptu ciborum tantam habebat pertinaciam, ut nulli umquam putaret esse credendum, in luctu mitis erat et suorum mortibus frangebatur, maxime liberorum. Nam et in viri et filiarum dormitione semper periclitata est. Et cum os stomachumque signaret et matris dolorem crucis niteretur impressione lenire, superabatur affectu et credulam mentem parentis viscera consternabant. Animoque vincens fragilitate corporis vincebatur. Que semel languore arripiens longo tempore possidebat ut et nobis inquietudinem et sibi discrimina offerret. In quo illa letabatur per momenta commemorans: Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Dicat prudens lector pro laudibus me vituperationem scribere. Testor ihesum cui et illa servivit et ego servire cupio, me in utramque partem nichil fingere, sed quasi christianum de christiana que sunt vera proferre, id est historiam scribere non panegiricum, et illius vitia loqui

sensum animi mei et omnium sororum ac fratrum desiderium, qui illam diligimus et absentem querimus. Ceterum illa implevit cursum suum fidemque servavit et nunc fruitur corona iusticie, sequiturque agnum quocumque vadit. Saturatur quia esurivit et leta decantat: Sicut audivimus ita et vidimus in civitate domini virtutum, in civitate dei nostri. O beata rerum commutatio. Flevit ut semper rideret. Despexit lacus contritos ut fontem dominum repperiret. Vestita cilicio est ut nunc albis vestibus uteretur et diceret: Scidisti saccum meum et induisti me letitia. Cinerem sicut panem manducabat et potionem suam cum fletu miscebat dicens: Fuerunt michi lacrime mee panes die ac nocte, ut in eternum angelorum pane vesceretur et caneret: Gustate et videte quam suavis est dominus. Et eructavit cor meum verbum bonum; dico ego opera mea regi. Et Ysaie, immo domini per ysayam, in se cerneret verba compleri: Ecce qui serviunt michi manducabunt, vos autem esurietis. Ecce qui serviunt michi bibent, vos autem sitietis. Ecce qui serviunt michi letabuntur, vos autem confundemini. Ecce qui serviunt michi exultabunt in gaudio, vos autem clamabitis ob dolorem cordis et propter contricionem spiritus ululabitis. Dixeram lacus eam semper fugisse contritos ut fontem dominum repperiret, ut posset leta cantare: Sicut cervus desiderat ad fontes aquarum ita desiderat anima mea ad te deus. Sitivit anima mea ad deum fontem vivum; quando veniam et apparebo ante faciem dei? Tangam ergo breviter quomodo hereticorum cenosos devitaverit lacus et eos instar habuerit ethnicorum. Quidam veterator callidus atque ut sibi videbatur doctus ac sciolus me nesciente cepit ei proponere questiones et dicere: Quid peccavit infans ut a demone corripiatur? In qua etate resurrecturi sumus? Si in ipsa qua morimur, et nutricibus post resurrectionem opus erit; si in altera, nequaquam erit resurrectio mortuorum sed transformacio in alios. Diversitas quoque sexus maris ac femine an non erit? Si erit, sequentur et nuptie et concubitus et generatio; si non erit, sublata diversitate sexus eadem corpora non resurgent. Aggravat enim terrena habitatio sensum multa cogitantem. Sed tenuia et spiritualia, dicente apostolo: Seminatur corpus animale, resurget corpus spirituale. Ex quibus omnibus probare cupiebat

racionales cauas obquedam vitia et
antiqua pcta in corpore esse delapsas
et pro diuersitate ac meritis pctorum tali
uel tali condicione generari ut uel corporum
sanitate gaudeant et parentum diuitiis ac
nobilitate. uel in morbidas carnes et
domus inopum venientes penas pristi//
norum luerent delictorum. ut presenti seculo atque
corporibus quasi carcere clauderentur. Quod
cum audisset et ad me retulisset / in//
dicans hominem. michique incubuisset
necessitas nequissime vipere ac morti//
fere bestie resistendi: de quibus psal//
mista commemorat dicens ne tradas
bestiis animam confitentem tibi et in
crepa domine bestias calami. qui scribentes
iniquitatem. loquuntur contra deum men//
dacium et eleuant in excelsum os suum. con//
veni hominem: et racionibus eius quas
decipere nitebatur breui interrogacione
conclusi. utrum credet futuram resurrec//
cionem mortuorum an non. Qui cum se cre//
dere respondisset: intuli Eadem re//
surgent corpora. an altera. Cum dix//
isset eadem sciscitatus sum. In eodem
sexu: an in altero. Ad interrogata re//
ticenti. et instar colubri huc atque illuc
transferenti caput ne feriretur. quia tu
quia taces / ego michi pro te respon//
debo et consequencia inferam. Si non
resurget mulier ut mulier. neque mas//
culus ut masculus. non erit resurrectio
mortuorum. Quia sexus membra habet
membra totum corpus efficiunt. Si autem
membra et sexus non fuerit / ubi erit
resurrectio mortuorum. Que sine sexu
non constat et membris / porro si corporum
non fuerit resurrectio nequaquam erit
resurrectio mortuorum. Sed et illud quod
de impiis obicis si eadem membra
fuerunt. sequi nupcias / saluatore
dissoluitur. Erratis nescientes scripturas
neque virtutem dei. In resurrectione enim
mortuorum. neque nubent neque nubentur
sed erunt siles angelorum. ubi dicitur
non nubent neque nubentur. sexuum
diuersitas demonstratur. Nemo enim de lapi//
de et de ligno dicit non nubet neque
nubetur que naturam nubendi non habent
Sed de hiis qui possunt nubere et cristi gratia
ac virtute non nubunt. Quod si opposueris
quomodo ergo erimus similes angelorum.
cum inter angelos non sit masculus
et femina. Breuiter ausculta. Non substanciam
nobis angelorum. sed conuersacionem et beati//
tudinem repromitti. Quomodo et iohannes
baptista antequam decollaretur.
Angelus appellatus est. et omnes sancti
ac virgines dei eciam in isto seculo vitam
in se exprimunt angelorum. Quando enim dici//
eritis similes angelorum. similitudo
promittitur non natura mutatur. Simulque
responde. quomodo illud interpreteris
quod thomas domini resurgentis palpa//
uit manus et vederit latus lancea
vulneratum. Et petrus in littore stan//
tem conspexit dominum. et fauum mellis
ac partem assi piscis comedentem. Qui
stabat: profecto habebat pedes. Qui
monstrabat latus vulneratum: utique
et ventrem et pectus habuit sine
quibus non sunt latera ventri. et pec//
tori coherencia. Qui locutus est lingu//
a et palato / ac dentibus loque//
batur. Sicut enim plectrum cordis ita et
lingua illiditur dentibus et vocalem
reddit sonum. Cuius palpate sunt ma//
nus: consequenter et brachia ha//
buit. Cum ergo omnia membra habu//
isse dicatur necesse est ut totum corpus
habuerit quod constat ex membris. Non
utique femineum sed virile. id est eiusdem
sexus in quo mortuum est / Quod si op//
tenderis. ergo et nos post resurrec//
cionem comedemus / et quomodo dominus ipse
clausis ingressus est ianuis contra
naturam pinguium et solidorum corporum
Audi et noli propter cibum: resurrectionis
fidem in calumpniam trahere. Nam
et archi synagoge filie suscitate
iussit cibum dari. Et lazarus quatri//
duanus mortuus cum ipso scribitur
in isse conuiuium. ne resurrectio eorum
fantasma putarentur. Si autem clausis
ingressus est ianuis et idcirco spiritua//
le et aereum corpus niteris adpro//
bare: ergo et antequam pateretur quia
contra naturam grauiorum corporum super
mare ambulauit. spirituale corpus
habuit. Et apostolus petrus quia et ipse
super aquas pendulo incessit gradu
spirituale corpus habuisse credendus
est. Cum potencia magis et virtus
ostenditur dei: quando fit aliquid contra
naturam. Et ut scias in signorum magni//
tudine non nature mutacionem sed
dei omnipotentiam demonstrari
qui ambulabat fide / cepit in fi//
delitate mergi nisi cum manus domini
subleuasset dicentis. Quare du//
bitasti modice fidei. Miror autem
te obdurare frontem. loquente domino
Infer digitum tuum huc / et tange ma//
nus meas et porrige manum tuam
et mitte in latus meum et noli esse
incredulus sed fidelis. Et alibi vide//
te manus meas et pedes / quia e//
go ipse sum. palpate et videte quia

quia spiritus carnem et ossa non habet sicut
me videtis habere. Et cum hoc dixis-
set ostendit eis manus et pedes. Vi-
tam audis et carnes et pedes et ma-
nus et globos mihi stoicorum atque aeria
quedam deliramenta confingis. Por-
ro si queris cur infans a demone
corrigitur corripiatur. qui peccatum non habet
aut in qua etate resurrecturi sumus
cum diversitate moriamur. invitus sus-
cipies. Judicia dei abissus multa et
et o altitudo diviciarum sapientie et scientie
dei quam inscrutabilia sunt iudicia eius
et investigabiles vie eius. Quis enim
cognovit sensum domini. Aut quis con-
siliarius eius fuit. Etatum autem diversitas
non mutat corporum veritatem. Cum enim
corpora nostra cottidie fluant et aut
crescant decrescant. ergo tot erimus
homines quot cottidie commutamur.
Aut alius fui cum decem annorum es-
sem. alius cum xxx. Alius cum lx. Alius
cum iam toto cano capite sum. Igi-
tur iuxta ecclesiarum traditiones et
apostolum paulum. illud est respondendum
quod in virum perfectum et in mensuram etatis
plenitudinis christi resurrecturi sumus
in qua et adam conditum iudei autu-
mant. et dominum salvatorem legimus
surrexisse. Et multa alia que de u-
troque testamento in suffocationem here-
tici protuli. Ex quo die ita cepit ho-
minem detestari et omnes qui eius-
dem dogmatis erant ut eos voce
publica hostes domini proclamaret. Et hoc
dixi ut breviter heresim confutarem cui
multis voluminibus respondendum est
sed ut fidem tante femine ostende-
rem que maluit inimicitias hominum
subire perpetuas quam deum offensam a-
micitiis noxiis provocare. Dicam
ut cepam. nichil ingenio eius do-
cilius fuit. Tarda erat ad loquendum
et velox ad audiendum. Memor illius
precepti audi israel et tace. Scripturas
sanctas tenebat memoriter. Et cum a-
maret historiam et illud veritatis
diceret fundamentum magis sequebatur
intelligentiam spiritualem et hoc culmine
edificationem anime protegebat.
Denique compulit me. ut vetus et no-
vum testamentum cum filia eius me
disserente perlegeret. Quod pro verecundi-
am negans propter assiduitatem et
crebras postulationes eius. prestiti
ut docerem quod didiceram. non a me
metipso id est ab superbiis pessimo
preceptore. sed ab illustribus ecclesie vi-
ris. Et ubi hesitabam et nescire
me ingenue confitebar nequaquam

michi volebat adquiescere. Sed iugi
rogatione cogebat ut e multis va-
lidioribusque sententiis que michi videtur pro-
babilior indicarem. Loquar et aliud
quod forsitan emulis videatur incre-
dulum. Hebream linguam quam ego
ab adolescentia multo labore ac su-
dore ex parte didici et infatigabili me-
ditatione non desero ne ipse ab ea de-
serar. discere voluit. et consecuta est ita
ut psalmos hebraice caneret et
absque ulla latine lingue proprietate reso-
naret. Quod quidem usque hodie in sancta
filia eius eustochio cernimus que ita
semper adhesit matri et eius obedi-
vit imperiis ut nunquam absque ea cubaret
numquam procederet. nunquam sibi cibum ca-
peret. ne unum quidem nummum haberet pro-
priis sue. sed et paternam et maternam sub-
stanciolam. a matre distribui pauperibus
letaretur. et pietatem in parentem
hereditatem maximam et divitias
crederet. non debeo silentio preterire
quanto exultavit gaudio quod paulam
neptem suam alete et toxotio gemi-
tam immo voto et future virginitatis
repromissione conceptam audiret
in cunis et crepitaculis balbuciente
lingua alleluia cantare. Avieque et amite
nomina dimidiatis verbis frangere.
In hoc solo patrie desiderium habuit
ut neptem renunciasse urbe et christo
sentiret cognosceret. quod impetravit ex parte.
Nam neptis christi flameo conservatur.
Nurus eterne se tradens pudicicie
socrum opere fide et elemosinis sequitur.
et rome conatur exprimere quod ierosoli-
mis illa complevit. Quid agis anima.
Cur ad mortem eius venire formi-
das. Iam dudum prolixior liber cudi-
dum timetur. Ad ultima pervenire.
Quasi tacentibus nobis et in lau-
dibus illius occupatis differri possit
occubitus huiusque presentis naviga-
tionis ventis. et expansa maris e-
quora labens carina sulcavit.
Nunc scopulos incurrit oratio et tume-
tibus fluctuum motibus prius utriusque
monasterii intentatur naufragium
ita ut cogamur dicere. Preceptor salva
nos perimus. Et illud exurge ut quid
dormis domine. Quis enim possit siccis
oculis paulam narrare morientem.
Incidit et in gravissimam valitudinem
immo quod optabat invenit ut nos
desereret. et domino plenius iungeretur. In
quo languore eustochie filie pro-
bata semper in matre pietas et ma-
gis ab omnibus comprobata est. Ipsa

Margin notes: r — d — perfecte etatis et mensura re-surrecturi sumus — CCCiiij. a

ad sedem lectulo

sedere lectulo / flabellum tenere sustentare
caput pulvillum supponere fricare pedes
manibus stomachumque confovere.
mollia strata componere aquam calidam
temperare. mappulam apponere omnium
ancillarum prevenire officia et quidquid a-
lia fecisset de sua mercede putaret
abstractum. Quibus illa precibus lamen-
tis et gemitu inter iacentem matrem et
speluncam domini discurrit ne privaretur
tanto contubernio ne illa absque ea viveret
et eodem feretro portaretur. Sed o
mortalium fragilis et caduca natura.
Et nisi Christi fides nos extollat ad celum
et eternitas anime promittatur. cum bes-
tiis atque iumentis corporum una conditio
est. Idem eventus iusto et impio bo-
no et malo. mundo et immundo sacrificanti
et non sacrificanti. Sicut bonus ita et
peccator. Sic qui iurat. sic et is qui iu-
ramentum metuit. Similiter et homines
et iumenta in favilla et cinere dissol-
vuntur. Quid diu differo et dolorem me-
um in aliis immorando facio longiorem
Sentiebat prudentissima feminarum
adesse mortem et frigente alia parte
corporis atque membrorum. solum anime te-
porem in sancto et sacro pectore pal-
pitare et nichilominus quasi ad suos
pergeret alienosque desereret / illos versi-
culos susurrabat. Domine dilexi decorem
domus tue / et locum tabernaculi glorie tue
et quam dilecta tabernacula tua domine vir-
tutum concupivit et defecit anima
mea in atriis domini. Et elegi abiecta esse
in domo dei mei magis quam habitare
in tabernaculis peccatorum. Cumque a me
interrogaretur. cur taceret. cur nollet
respondere inclamanti. an doleret
aliquid. greco sermone respondit Nichil
se habere molestie sed omnia quieta. et
tranquilla respicere / post hec obmu-
tuit. et clausis oculis quasi iam hu-
mana despiceret usque ad expirationem
anime eosdem repetebat versiculos
vixque ut aurem apposita quod dicebat
exaudire possemus digitumque ad os
tenens crucis signum pingebat in labiis
Defecerat spiritus et anhelabat in mortem
Anima que erumpere gestiens ipsum stri-
dorem quo mortalium vita finitur. in
laudes domini convertebat. Aderat Ieroso-
limitarum et aliarum urbium episcopi et sacer-
dotes inferioris gradus ac levitarum
innumera multitudo. omne monasterium vir-
ginum et monachorum chori repleverant
Statimque ut audivit sponsum vocantem
surge veni proxima mea speciosa me-
a columba mea quia ecce hyemps

transiit. pluvia abiit sibi et recessit
flores visi sunt in terra tempus sectionis
advenit Et credo videre bona domini
in terra viventium. Exhinc non ululatus non
planctus ut inter seculi homines fieri solet
sed psalmorum linguis diversis examina
concrepabant. Translataque episcoporum ma-
nibus et cervicem feretro subicientibus
cum alii pontifices lampades cereos-
que preferrent. Alii choros psallentium
ducerent in media ecclesia spelunce sal-
vatoris est posita. Tota ad funus eius
palestinarum urbium turba convenit. Que
monachorum latentium in heremo cellula
sua tenuit. Quam virginum cubiculorum
secreta tenuerunt. Sacrilegium putabatur
qui non tali femine vel ultimum reddi-
disset officium. vidue et pauperes in ex-
emplum dorcadis vestes ab ea prebitas
ostendebant. Omnis inopum multi-
tudo matrem et nutricem se perdidisse
clamabant. Et quod mirum sit nichil
pallor mutaverat in facie. sed ita
dignitas quedam et gravitas ora con-
pleverat ut eam putares non mor-
tuam. sed dormientem. Greco latino
syroque sermone psalmi in ordine
personabant / non solum triduo donec
subter ecclesiam et iuxta specum domini
conderetur. sed per omnem ebdomadam
cunctis qui venerant. suum funus et
proprias credentibus lacrimas. venerabilis
virgo filia eius eustochium. quasi a-
blactata super matrem suam. abstrahi
a parente non poterat / deosculari oculos
herere vultui totum corpus amplexari
et se cum matre velle sepeliri. Testis est
ihesus ne unum quidem nummum ab ea
filia derelictum. Sed ut ante iam dixi re-
lictum magnum es alienum. Et quod hiis
difficilius est fratrum. et sororum immensam
multitudinem. quos et sustentare ar-
duum et abicere impium est. Quid hac
virtute mirabilius / feminam nobilis-
sime familie magnis quondam opibus
tanta fide omnia dilargitam / ut ad
egestatem pene ultimam perveniret
Iactant alii pecunias. et in corbanan
dei era congesta funalibusque aureis
dona pendencia. Nemo plus dedit
pauperibus. quam que sibi nichil reli-
quit. Nunc illa divitiis fruitur et
hiis bonis que nec oculus vidit nec
auris audivit nec in cor hominis ascen-
derunt. Nostram vicem dolemus. et invi-
dere potius glorie eius videbimur. si
voluerimus diutius flere regnantem.
Secura esto eustochium magna he-
reditate ditata es. pars tua dominus

et quo magis gaudeas martyrio coronata est. Non solum effusio sanguinis in confessione reputatur: sed devote quoque mentis servitus cottidianum martirium est. Illa corona de rosis et violis plectitur, ista de liliis. Unde et in cantico canticorum: Fratruelis meus candidus et rubicundus. Et in pace et in bello eadem premia vincentibus tribuens. Audivit cum Abraham: Exi de terra tua et de cognatione tua et veni in terram quam ostendam tibi. Et per Jeremiam dominum: Fugite de medio Babilonis et salvate animas vestras. Et usque ad diem mortis sue non est reversa in Chaldeam, nec ollas Egipti et virulentias carnium desideravit. Sed choris comitata virgineis, civis est salvatoris effecta. Et de parvula Bethlehem celestia regna conscendens dicit ad veram Noemi: Populus tuus populus meus et deus tuus deus meus. Hunc tibi librum addidi lucubratiunculas eodem quo tu sustines dolore dictavi. Nam quotienscumque stilum figere volui et opus exarare promissum, totiens obriguerunt digiti, cecidit manus, sensus elanguit. Unde et inculta oratio votum scribentis absque ulla elegantia et verborum lepore testatur. Vale Paula vale et cultoris tui ultimam senectutem orationibus iuva. Fides et opera tua Christo te sociant. Presens facilius quod postulas impetrabis. Exegi monumentum ere perennius quod nulla destruere possit vetustas. Incidi elogium sepulchro tuo quod huic volumini subdidi, ut quocumque noster sermo pervenerit te laudatam et in Bethlehem conditam lector agnoscat.

Titulus sepulchri

Scipio quos genuit Paule fudere parentes, Gracchorum soboles, Agamemnonis inclita proles, hoc iacet in tumulo. Paulam dixere priores. Eustochie genitrix, Romani prima senatus, pauperiem Christi et Bethlemitica rura secuta est.

In foribus spelunce

Respicis angustum precisa rupe sepulchrum? Hospitium Paule est celestia regna tenentis. Fratrem cognatos Romam patriamque relinquens, divitias sobolem Bethlemitico conditur antro. Hic tibi presepe Christe atque hic mistica magi munera portavit homini regique deoque. Vel: Hic presepe tuum Christe atque hic mistica magi munera portantes homini deoque dedere. Dormivit sancta et beata Paula vii kalendas februarii tertia sabbati post solis occubitum. Sepulta est v kalendarum earundem Honorio augusto vi et Aristhene consulibus. Vixit in sancto proposito Rome annis v, Bethlehem annis xx. Omne vite tempus implevit lvi mensibus viii diebus xxi.

Explicit epithafium sancte Paule.
Jeronimus ad Theodoram hispanam de morte Lucinii viri sui.

Lugubri nuntio consternatus super sancti et venerabilis michi dormitione Lucinii viri brevem epistolam dictare potui. Non quo eius vicem doleam quem scio ad meliora transisse dicentem: Transiens videbo visionem hanc magnam, sed quo torquear desiderio non meruisse me eius videre faciem quem in brevi tempore huc venturum esse credebam. Verum est illud super necessitatem mortis prophetare patiamur quod fratres dividat et carissima inter se nomina crudelis et dura dissociet. Sed habemus consolationem quia domini sermone iugulatur et dicitur ad eam: Ero mors tua o mors, ero morsus tuus inferne. Et in consequentibus: Adducet urentem ventum domini de deserto ascendentem qui siccabit omnes venas eius et desolabit fontem illius. Exivit enim virga de radice Jesse et flos frutice pullulat qui loquitur in cantico canticorum: Ego flos campi et lilium convallium. Flos noster mortis interitus, ideoque et mortuus est ut mors illius morte moreretur. Quod autem de deserto dicitur adducendum, virginalis uterus demonstratur qui absque coitu et semine viri deum nobis fudit infantem, qui calore spiritus sancti exsiccaret fontes libidinum et caneret in psalmo: In terra deserta et in via et sine aqua sic in sancto apparui tibi. Adversum mortis ergo duritiam et crudelissimam necessitatem hoc solatio erigimur quod in brevi visuri sumus eos quos dolemus absentes. Neque enim mors sed dormitio et somnus appellatur. Unde et beatus apostolus vetat de dormientibus contristari, ut quos dormire novimus suscitari posse credamus, et post digestum soporem vigilare cum sanctis et angelis

[Marginalia: "martirium non solum sanguinis effusio sed devota ..."; "CCCV a"; "b"; "c"; "Epithafium paule ... vide in epistola ... ad ... cxlviii ..."]

dicē Gloria in excelsis deo et in terra pax
hominibus bone voluntatis In celo vbi nō
est pugna gloria est · et perpetua laus · et in
defessa preconia · In terra aut̄ vbi sedicio
et bella atq̄ discordie · pax predicanda
est Et pax nō in omnibus sed in hijs q̄
bone sunt voluntatis · Et salutacione
audiunt aplicam Gracia vobis et pax a
deo patre et dnō nrō ihu xpo multiplicet
vt in pace sit locus eius et habitacio
illius in syon In speculo in sublimitate
dogmatum atq̄ virtutum · In aīa credent
cui cottidie angelus videt faciē dei
et reuelato vultu faciē dm̄ contemplat
vnde obsecro te qua decet ut aut
impello ut lucinium tuū desideres quidem
ut fratrem sed gaudeas regnare cum xpo
quia raptus est ne malicia mutaret
mentem eius / placita enim deo erat aīa
illius et in breui spacio tempora mul
ta compleuit Nos dolendi magis q̄
cottidie stamus in prelio peccatorū vicijs
sordidamur · accipimus vulnera Et de ocio
so verbo reddituri sumus racione · Jā
ille securus et victor · te aspicit de ex
celso · et fauet laboranti · iuxta se
locum preparat / eodem amore et eadē
caritate qua oblitus officij coniuga
lis In terra quoq̄ sororē te habere ce
perat immo fratrem · q̄ casta coniunctio
sexum nō habet nupcialē Et si ad
huc in carne positi et renati in xpo
nō sumus grecus et barbarus seruus
et liber masculus et femina sed omnes
in eo vnū sumus · quanto magis cum
corrupcium hoc induerit incorrupcōz
et mortale induerit īmortalitatē
nō nubent neq̄ nubentur sed erunt
sicut angeli in celis : nō natura et
substancia corporum tollitur · sed glorie mag
nitudo monstratur · Neq̄ enim scriptum ē
erunt angeli sed sicut angeli · vbi si
militudo promittitur · veritas nō de
negatur Erunt inquit sicut angeli
id est similes angelorum Ergo hoīes
esse nō desinunt · in xpi quidem ī an
gelico splendore decorati Sed tū
homines ut et aplus · aplus sit · et ma
ria maria · et confundantur hereses
que ideo incerta et magna promittunt
ut que certa ī moderata sunt auferant
Et quia hereseos semel fecimus men
cionem · qua lucinius nr̄ digne tube
eloquencia predicari potest qui spurcis
sima per ispanias basilidis heresi seui
ente ī instar pestis et morbi totas
intra pyrenū et occeanū vastante
prouincias fidei ecclesiastice tenuit purita
tem Nequaquam suscipiens arma-

zelbrabelon : abraxan balsamum et
ridiculum leuseboram Ceteraq̄ magis
portenta q̄ nomina que ad imperitorū
et mulierculaz animos concitandos
quasi de hebraicis fontibus hauriat
barbaro simplices quosq̄ terrentes
sono ut que nō intelligunt plus mirē
Refert hireneus vir aplicorum temporum
et papias auditores euglīste iohannis
discipuli Epūs q̄ ecclīe lugdunensis qd̄
marcus quidam de basilidis gnostici
stirpe descendens primū ad gallias
venerat et eas partes per quas rodanus
et garumna fluunt / sua doctrina macu
lauerat · maximeq̄ nobiles feminas
quedam in occulto misteria repro
mittens hoc errore seduxerit / ma
gicis artibus et secreta corporum vo
luptate in amorem sui concilians
inde pireneum transiens ispanias
occupasset / ī hoc studij habuerit
ut diuitum domus et in ipsis feminas
maxime sibi appeteret / que ducuntur
varijs desiderijs · semp discentes
et nunq̄ ad sciam veritatis peruenien
tes hoc ille scripsit ante annos cir
citer trecentos / ī scribit in his libris
quos ad uersus omnes hereses doctissīo
et eloquentissimo sermone conpo
suit · Ex quo perpendit prudencia tua
quia lucinius nr̄ laude sit dignus q̄
clausit aurem ne audiret iudicium
sanguinis et omnem substanciam suā disp
sit dedit pauperibus et iusticia eius
manet in eternū · Nec patrie sue lar
gitate contentus misit ierosolima
et alexandrie ecclīe tm̄ auri : quan
tum possit multorum inopie subuenire
Quicunq̄ multi mirentur et predicent
ego in illo magis laudabo feruorē
et studium scripturarum qd̄ ille desiderio
opuscula nr̄a flagitauit Et missis
sex notarijs quia in hac prouincia
latini sermonis · scriptorum q̄ penuria
est : describi fecit · quecunq̄ ab adulescē
cia prius usq̄ tempus dictauimus Nō
nos honorant qui paruuli et minimi
xpianorum nomini sumus et ob eo sciam
peccatorum : bethlemitici ruris saxam co
lumus · sed xpm qui honoratur in ser
uis suis et aplis repromittit dicēs
Qui uos recipit me recipit · et
qui me recipit · recipit eū qui
me misit Ita karissima filia / hanc eplaz
amoris mei · in illum hec co epitaphium
et quidq̄ posse sencies in opere
spiali audacius impera · ut sciant
secula post futura eum qui dicit in e
saia / posuit me ut sagittam electā

a

ccciii
a

in pharetra sua abscondit me. Duos viros tanti maris atque terrarum inter se spatiis separatos suo acumine vulnerasse, et tamen mutuo in carne se nesciant, amore spiritus copulentur. Subscriptio. Sanctam te corpore et spiritu servet ille Samaritanus, id est salvator et custos, de quo in psalmo scribitur: Non dormitabit neque dormiet qui custodit Israel, ut Israel qui interpretatur vigil, quod descendit ad Danihel, ad te quoque veniat, et possis dicere: Ego dormio et cor meum vigilat.

Epistola sancti Jeronimi ad Occeanum de morte Fabiole et cetera 27

PLURES ANNI sunt quod super dormitione Blesille Paulam venerabilem feminam recenti adhuc vulnere consolatus sum. Quarte estatis circulus volvitur ex quo ad Heliodorum episcopum Nepotiani scribens epitaphium quod quid habere virium potui in illo tunc dolore consumpsi. Unde hoc ferme biennium Pamachio meo pro subita peregrinatione Pauline brevem epistolam dedi. Erubescens ad disertissimum virum loqui plura et ei sua ingerere, ne non tam consolari amicum videretur quam stulta iactancia docere perfectum. Nunc michi fili Occeane volenti et ultro adpetenti debitum munus imponis, quod novitate virtutum veterem materiam novam faciat. In illis enim vel parentis affectus vel meror avunculi vel desiderium mariti temperandum fuit. Et pro diversitate personarum diversa de scripturis adhibenda medicamina. In presentiarum tradis michi Fabiolam, laudem christianorum, miraculum gentilium, luctum pauperum, solatium monachorum. Quicquid primum arripuero sequenti comparatione vilescit. Ieiunium predicem, sed prevalescunt elemosine. Humilitatem laudem, sed maior est ardor fidei. Dicam appetitas sordes et in condempnatione vestium sericarum plebeium cultum et servilia indumenta quesita. Plus est animum deposuisse quam cultum. Difficilius arrogantia quam auro caremus et gemmis. His enim abiectis interdum gloriosis tumemus sordibus et vendibilem paupertatem populari auri offerimus. Celata virtus et in conscientie soli secreto dominum

b

solum iudicem respicit. Unde michi est efferenda preconiis et ordine rethorum pretermisso de conversione ac penitencia incunabilis assumenda. Alius forsitan scole memor Quintum Maximum unus qui nobis cunctando restituit rem publicam et totam Fabiorum gentem proferret in medium, diceret pugnas, describeret prelia et per tante nobilitatis gradus Fabiolam venisse iactaret, ut quod in virga non poterat in radicibus demonstraret. Ego diversorii Bethlemitici et presepis domini amator, in quo virgo puerpera deum fudit infantem, ancillam Christi non de nobilitate veteris historie, sed de ecclesie humilitate producam. Et quia statim in principio quasi scopulus quidam et procella michi obtrectatorum eius opponitur, quod secundum non erat matrimonium priore relicto, non laudabo conversam nisi ream absolvero. Tanta prioris mariti vitia habuisse narratur ut nec scortorum quidem et vile mancipium ea sustinere posset. Que si voluero dicere, perdam virtutem femine que maluit culpam subire discidii quam quandam corporis sui infamare partem et eius maculas detegere. Hoc solum proferam quod verecunde matrone et Christiane satis est. Precepit dominus uxorem non debere dimitti excepta causa fornicationis, et si dimissa fuerit manere innuptam. Quicquid viris iubetur hoc consequenter redundat ad feminas. Neque enim adultera uxor dimittenda est et vir mechus tenendus. Si quis meretrici iungitur unum corpus facit. Ergo que scortatori impuroque sociatur unum cum eo corpus efficitur. Alie sunt leges cesarum, alie Ihesu Christi. Aliud Papinianus, aliud Paulus noster precipit. Apud illos in viris pudicitie frena laxantur et solo stupro atque adulterio condempnato passim per lupanaria et ancillulas libido permittitur, quasi culpam dignitas faciat non voluntas. Apud nos quod non licet feminis eque non licet viris, et eadem servitus pari condicione censetur. Dimisit ergo, ut aiunt, viciosum, dimisit illius et illius criminis noxium. Dimisit pene quod clamante vicinia uxor sola non prodidit. Sin autem arguitur quare repudiato marito non innupta permanserit, facile culpam fatebor, dum tamen referam necessitatem. Melius est, inquit apostolus, nubere quam uri. Adulescentula erat, viduitatem suam servare non poterat. Videbat

c

aliam legem in mēbris suis repugnātē
legi mētis sue. Atqʒ captiuā adcoytū
trahi. Melius arbitrata est apte cōfitā
in beatitate suā et vmbrā quādam
miserabilis subire cōiugij quā sub
gl'a vnivire opa exercere meretē. Idē
aplus vult viduas adulescentulas
nubere filios procreare nullā dare occa//
sioē maledicti grā et protinus cur hoc
uelit exponit. Jam enī quedā abierūt
retro post sathanan. Igitur et fabio//
la quia ea psuaserat sibi et putabat
uirū iure a se dimissū nec euangelij
vigorem nouerat in quo nubendi vni//
uersa causacio viuentibꝫ viris / feminis
amputatur. dū multa diaboli vitat
vulnera vnū incauta vulnus accepit
Sed quid ego in abolitis et antiquis
moror. querens excusare culpā cuiꝰ
penitenciam ipā ꝯfessa est. Quis hoc
credet ut post mortem secūdi viri in semet
reuersa. quo tempore solent vidue
negligentes. iugo seruitutis excusso
agere se liberius adhibere balneas
volitare p plateas vultus circūferre
meretricios saccū indueret errorem pu//
blice fateretur et tota vrbe spectante
romana an diem pasche in basili
ca quondam laterani qui cesariano
truncatus est gladio. staret in ordine
penitenciū epis et pbris et oī populo
cū lacrimantī sparso crine ora liuida
squalidas manus sordida colla sub//
mitteret. que peccata fletus iste nō pur//
get. Quas inveteratas maculas hec la//
menta nō abluat. petrus trina nega//
cione trina ꝯfessione deleuit. Aaron
sacrilegū. et conflato ex auro vituli ca//
pite fraterne correxere preces. dauid
sci et mansuetissimi viri. homicidiū
pariter et adulteriū vij dierū emēdauit
fames. iacebat in terra. volutabatur
in cinere. et oblitus regie ptatis lu//
men querebat in tenebris. Illucqʒ tm̄
respiciens quē offenderat lacrimabili
voce dicebat. Tibi soli peccaui et ma//
lum corā te feci. redde m̄ leticiā sa//
lutaris tui et spū principali confir//
ma me. Atqʒ ita factum est ut qui me
docuerat virtutibꝫ suis quō stans nō
caderem. doceret p penitenciam quō cadens
resurgerem. Quid tam impius legimus
inter reges. quā achab de quo scriptura
dicit. Nō fuit alius talis ut achab
qui venūdatus est: ut faceret malū
in conspectu dnī. hic cū pp sanguinem
naboth et correptus fuisset ab helia
et audisset ira dnī per pphetam occidisti
insup et possedisti et ecce ego inducā
sup te malū et demetā posteriora

tua. et relīq. Scidit vestimenta sua
et operuit cilicio carnem. Jeiunauitqʒ
in sacco: et ambulabat dimisso capi//
te. Tunc factus est sermo dnī ad heliā
thesbiten dicens. Nōne vidisti hu//
miliatū achab coram me. Quia igitur hu//
miliatus est timoris mei causa / nō inducā
malū in diebꝫ eius. O felix penitencia q̄
ad se dei traxit oculos que furentē
senciam dnī confesso errore mutauit
hoc idem et manasse in paralippome//
non. hys et niniue fecisse legimus
in ppheta. puplicanus quoqʒ in euāgelio
Ex quibꝫ primꝰ nō solū indulgenciam
sed regnū recipere meruit. Alius im//
pendentem dei fregit iram. Tertiꝰ
pectus verberans pugnis / oculos nō
leuabat ad celū. et multo iusti//
ficacior recessit. publicanus humili
confessione viciorū quā phariseus
superba iactatione virtutū. Non
est loci huiꝰ ut penitenciam condicionem et
quasi contra montanū nouatiumqʒ
scribens dicam. Illā hostiā dnō esse
placabilem. et sacrificiū deo. spm̄ co//
tribulatū. Et malo penitenciam peccatoris
quā mortem. Et exurge exurge ierlm
et multa alia que pphetarum clangunt
tube hoc vnū loquar. quod et legenti
bus vtile sit et penitenti conueniat
Nō sunt et decorem est confusa dum
in terris. ut ille eā nō confunderet in celo
Aperuit cunctis vulnꝰ suū et decorē
in corpore cicatricem. flens roma con//
spexit dissoluta habuit latera nu//
dum caput clausum os. Nō est ingressa
ecclia. sed extra castra cū maria
sorore moysi separata consedit ut
quā sacerdos eiecerat ille reuocaret
descendit de solio deliciarum suarum
accepit molā fecit farinā et dis//
calciatis pedibꝫ transiuit fluēta la//
crimarum. Sedit sup carbones ignis
hij ei fuere in adiutorium. facie
per quā secūdo viro placuerat verberabat
oderat gemmas. linteamina vide//
re nō poterat ornamenta fugiebat. sic
dolebat / quasi adulteriū commisisset
et multis impendijs medicaminū
vnū vulnus sanare cupiebat. diu
morati sumus in penitencia / in qua velut
in vadosis locis residemus / ut maior
nobis. et absqʒ vllo impedimento
se ad laudē eius campus aperiret. Re//
cepta sub oculis omnis ecclie commu//
nione quid fecit videlicet sequitur in die
bona malorum nō oblita est. Et post
naufragiū. rursū temptare voluit
periculum nauigandi. Quin potius decre
to sensū quē here poterat. erat

CCCvij
a
b
d

erat amplissimus et respondens generi suo dilapidavit atque vendidit et in pecuniam congregatum usibus pauperum preparavit. Et primo omnium Nycrokom (nosocomium) instituit in quo egrotantes colligeret de plateis et consumpta languoribus atque inedia miserorum membra foveret. Describam nunc diversas hominum calamitates: truncas nares, effossos oculos, semiustos pedes, lividas manus, tumentes alvos, exile femur, crura turgentia, et de exesis ac putridis carnibus vermiculos bullientes. Quotiens morbo regio et fetore confectos humeris suis ipsa portavit. Quotiens lavit purulentam vulnerum saniem, quam alius aspicere non audebat. Prebebat cibos propria manu et spirans cadaver sorbitiunculis irrigabat. Scio multos divites et religiosos ob stomachi angustiam exercere huiusmodi misericordiam per aliena ministeria, et clementes esse pecunia non manu. Quos quidem ego non reprobo et teneritudinem animi nequaquam interpretor infidelitatem. Sed sicut imbecillitati stomachi veniam tribuo, sic perfecte mentis ardorem in celum laudibus refero. Magna fides ista contempnit. Scit quod in lazaro dives purpuratus aliquando non fecerit, quasi superba mens retributione dampnata sit. Ille quem despicimus, quem videre non possumus, ad cuius intuitum nobis vomitus erumpit, nostri similis est, de eodem nobiscum formatus est luto, isdem compactus est elementis. Quicquid patitur et nos pati possumus. Vulnera eius existimemus propria, et omnis animi in alterum duritia clementi in semetipso cogitatione frangetur. Non michi si lingue centum sint oraque centum, ferrea vox, omnia morborum percurrere nomina possim, que fabiola in tanta miserorum refrigeria commutavit, ut multi pauperum sani languentibus inviderent. Quamquam illa similis liberalitate erga clericos et monachos atque virgines fuerit. Quod monasterium non illius opibus sustentatum est? Que nudum id paraclitum et clementum non fabiole vestimenta texerunt? In quo se indigentium non fudit preces et festina largitio? Angusta immo eius rome fuit. Peragrabat ergo insulas et totum etruscum mare volscorumque provinciam et reconditos curvorum littorum sinus in quibus monachorum consistunt chori, vel proprio corpore vel transmissa per fideles ac sanctos viros munificentia circuibat. Unde repente et contra

opinionem omnium ierosolimam navigavit, ubi multorum excepta concursu nostro parumper usa est hospitio. Cuius societatis recordans videor michi adhuc videre quam vidi. Ihesu bone, quo illa fervore, quo studio intenta erat divinis voluminibus, et veluti quandam famem satiare desiderans per prophetas, euangelia, psalmosque currebat, questiones proponens et solutas recondens in scrinio pectoris sui. Nec vero saciabatur audiendi cupiditate, sed addens scientiam addebat dolorem, et quasi oleum flamme adiceret, maioris ardoris fomenta capiebat. Quodam die cum in manibus moysi numeros teneremus et verecunde rogaret quid sibi vellet nominum tanta congeries, cur singule tribus in aliis locis varie ingererentur, quomodo balaham ariolus sic futura christi misteria prophetavit, ut nullus propemodum prophetarum tam de eo aperte vaticinatus sit, Respondi ut potui et visus sum interrogationi eius satisfacere. Revolvens ergo librum pervenit ad eum locum ubi cathalogus describitur omnium mansionum per quas de egipto egrediens populus pervenit usque ad fluenta iordanis. Cumque causas et rationes quereret singularum, in quibusdam hesitavi, in aliis inoffenso cucurri pede, in plerisque simpliciter ignorantiam confessus sum. Tunc vero magis cepit urgere et quasi non michi liceret nescire quod nescio expostulare, atque se indignam tantis misteriis dicere. Quid plura? Extorsit michi negandi verecundia ut proprium ei opus huiuscemodi disputatiuncule pollicerer, quod usque in presens tempus ut nunc intelligo domini voluntate dilatum redditur memorie illius, ut sacerdotalibus portata ad se voluminis induta vestibus per mundi huius solitudinem gaudeat se ad terram promissionis aliquando venisse. Verum quod cepimus prosequamur. Querentibus nobis tante femine habitaculum, cum ita solitudinem cuperet ut diversorio marie carere nollet, ecce subito discurrentibus nuntiis oriens totus intremuit ab ultima meotide inter glacialem tanaim et massagetarum immanes populos, ubi clausas rupibus feras gentes alexandri claustra cohibent, erupisse hunnorum examina, que pernicibus equis huc illucque volitancia cedis pariter ac terroris cuncta complerent. Aberat tunc romanus exercitus et bellis civilibus in italia tenebatur. Hanc gentem herodotus refert sub dario rege medorum xx annis orientem

CCCvij
a

tenuisse et abegiptijs atqȝ ethiopibus
animu͞ cpegisse vectigal / Auitatibȝ
ab orbe romano tales vltra bestias
inspati vbiqȝ aderant / et fama telei-
tate innitentes nō religiōi nō dig-
nitatibus nō etati nō vagienti mise-
rebantur infancie Cogeban̄ moi
qui dudū viue rapant Et nescientes
malū suū. int hostiū manꝰ ac tela
ridebant Consonus int̄ oīs rumor
petē eos ierosolimā et ob nimiam
auri cupiditatem. ad hanc vrbe cu͞rre
Et muri neglecti pacis iniurias sar-
ciebantur. Antiochia tyrus. uolens
afra abrumpe. insulam qrebat a͞n-
tiquā Tuc et nos conpulsi sumꝰ pa-
rare naues esse in littore aductim
hostiū ꝑtauere. ⁊ seuientibꝰ ventis
magis barbaros metuere q̄ naufr-
giū. Nō tam ꝓpe saluti q̄ v̄gini cas-
timonie prouidentes. Erat in illo
tempore quedam apud nos dissen-
sio et barbaroꝝ pugne domestica
bella supabat. Nos moriente teni-
erūt iam fixe sedes ⁊ inventariū
sctōꝝ locoꝝ desiderū illa que totā i
sarcinis erat / ⁊ in omī orbe pegna
reūsa ē ad patriam vt ibi paup viueret
vbi diues fuerat. Manens in alieo
que multos ꝑus hospites habuit Et
ne sermonem longius traham. in
conspectu romane vrbis paupibus e-
rogaret. quod illa teste vendiderat
Illos hoc tm̄ dolemꝰ qd̄ ꝑciosissimū
de sctīs locis monile ꝑdidimꝰ Recepit
roma qd̄ amiserat Et procax et ma-
ledica lingua lentiliū. oculoꝝ testimo-
niȷ confutata est. Laudent ceteri
in iam eius. humilitatem. fidem. ego
ardorem animi plus laudabo. Libꝝ
quo eliodoꝝ quondā iuuenem ad he-
remū quo hortatus sum. tenebat
memoriter et romana cernens me-
nia. inclusā se esse plangebat Obli-
ta sui sexus fragilitatis ⁊ memor
Et solitudinis tm̄ cupida. ibi erat
vbi aīo morabat Non poterat teneri
consilijs amicoꝝ. Ita ex vrbe quasi
de vinculis gestiebat erumpe. dispe-
sationem pecunie / et cautam distri-
butionem. genus infidelitatis vo-
cabat Nam alijs elemosinā tbue
et suis pit effusis. ipā pro xpō sti-
pes optabat. Sic festinabat atqȝ pe
Sic impatiens erat morare. ut illā
credes profecturā Itaqȝ dū semp pa-
ratur: mors eam nō inuenire po-
terat imparatā Int laudes feme
subito in pamachius meus exorit
paulina dormit: ut iste vigilet

ꝑcedit maritum. ut xpo famulū de-
liquat. Hic heres vxoris et heredi-
tatis alij possessores Certabant vir
et femina quis in portu abrahe
tabnaculum figeret Et erat int vtr-
qȝ contentio. quis humanitate supar-
vicit vtrqȝ Et vtrqȝ supatus est Am-
bo se victos et victores fatentur. dū
qd̄ alt cupiebat. vtrqȝ ꝑfecit. Iungūt
opes sociant voluntates et qd̄ emu-
latio dissipatura erat / concordia
ēscret. Nec dum dictū iam fem he-
imtur hospitiū et ad hospiciū tur-
ba concurrit Nō est labor in iacob
nec dolor in isrl' adducūt maria q̄s
in gremio suo fra suscipiat Mittit
roma ꝑpantes quos nauigatios
littus molle confoueat. Quod pu-
blius fecit in insula melata / ergo
vnū aplm̄. et ne condictioni locū
tribuam in vna naue / h isti et fre-
quent faciūt et in plures Nec h solū
inopum necitas sustentatur / sed
prona in oīs munificencia aliquid
de t hentibꝰ ꝑuidet xenodochium
in portu romano situ. totus pariter
mūdus audiuit Sub vna estate
didicit britania. quod egiptus et
parthus ignorant / vere qd̄ scptū
est ciencibꝰ dm̄ omnā cooperantur
in bonū: in obitu tāte fēie vidimꝰ
conpbatum / quod ꝑsagio futuroꝝ
Ad multos sctōs scripserat monachos. vt
venirent et ꝑui onere laborate
absoluent. faceretqȝ sibi de in iquo
mamona amicos qui eam recipet
in etna tabnacula / venere amici
facti st. dormiuit illa qd̄ voluit et
deposita tandem sarcina. lenior
volauit ad celū. Quātū hret puie-
tis fabiole roma miraculū: in mor-
tua demonstrauit. Nec dum spm̄ exa-
lauerat. nec dum debitam xpō reddi-
derat animam et iam fama vo-
lans tanti ꝑnuncia luctus totius
vrbis populos ad exequias congrega-
bat Sonabant psalmi et aurata
tecta psalmoꝝ temploꝝ resonans
in sublime quatiebat hic iuuenū
chorus. ille senū / qui cum carmine
laudes feminecas et facta fetēat
Non sic furius nō papyrius de sā-
nitibꝰ. nō sapio de numancia / nō
pompeius de ponti gentibus tri-
phauit Illi corpora vicerant hec
spūales nequicias subiugauit.
Audio ꝑcedencium turbas et cat-
uatim in exequijs eius multitu-
dine fluctuantem. Nō platee nō
porticus nō imminencia desup tecta

capere poterant pspectantes. Tunc su
os in vnu populos roma conspexit
fauebant sibi homines in glia pei
tentis. Nec mir si de eius salute
homies exultarent de cui9 conuersi
one angeli letaban. in celo / hoc
tibi fabiola ingenii mei. senile mu
nus has officior m ferias dedi. Lau
dauim9 sepe vgines viduas ac
maritatas quar semp fuere candi
da vestimenta. que sequunt agnu q°
cumq ierit vl vadit felix pconiu qd
nulla tocius vite sorde maculatur. p
clinior fatessat in vidia. Si pr famili
sias bonus e. quare oculus nr ma
lus est. Que inciderat in latrones
xpi humeris reportata est. Multe ma
siones sut apud prem vbi habunda
uit pctm sup habudauit gra. Cui plus
dimittit. plus amat. Jeronimus
ad marcellam de exitu lee cetra

Cum hora

ferme tercia hodi
erne diei septuage
simu psalmu scdm
idem teij libri prin
cipiu lege cepissem9 et docere co
gerem. tituli ipius ptem ad finem
scdi libri. ptem ad principiu teij libri
ptinere. qd scilicet defecerut hym
ni david filii iesse finis esset prioris
psalmus vo asaph principiu sequent
et usq ad eu loci puenissem9 / quo
iustus loquit. si dicebam narrauo sic
ecce gnacioz filioz tuoz puaricatus
sum qd in latinis codicibus no ita
habem9 expssum. repente nob
nuntiatu est scissimam lea exisse de
corpore. ibiq itate palluisse con
spexi ut vere / aut pauca. aut nlla
sit anima. que fracto vase testaceo
no tris erupat. Et tu quidem no
qd futuri incerta omis dolebas sed
quo tre funeri obsequiu no dedis
ses. demiq in medijs fauillis ru
sum didicim9 reliquias eius iam
hostias fuisse delatas. Queras q°
ptineat ista replicatio. Responde
bo tibi vbis apli. multu pomem
modu. pmu qd vniusor gaudijs
psequenda sit. que calcato diablo
coronam iam securitatis accepit. Scdo
ut eius vita breuit explicetur. Tercio
ut designatu consulem de suis se
culis detrahetes esse doceamus i
tartaro. Equidem conuersationem
lee nre quis possit digno eleuare
pconio. Ita eam totam ad dnm fu
isse conuersam. ut monaster princeps

mr vginu fieret. post mollitiem
vestiu. sacco mebra triuisse / orationib9
duxisse noctes. et comites suas plus
exemplo docuisse / qz vbis humili
atis tante tanq subiecte. ut quondam
dna plimor. ancilla hominis pu
taretur. Nisi qd eo ipo xpi magis
esset ancilla / du dna homi no putat
Inculta vestis uilis cibus neglectum
caput / statu. ut cu omnia faceret
ostentatoz fugeret singuloz. nere
ciperet in psenti sclo mercedem sua. Nu
ergo pro breui labore etna beatitu
dine fruit. Excipit angeloz choris
abrahe sinib9 confouetur. Et cu pau
pe quondam lazaro. diuite purpu
ratum et no palmatu consulem
sed cetatu stilla digiti minoris
emit inquire. O rez quata mutacio
ille que ante paucos dies. digni
tatum omn culmina pcedut / qui qsi
de subiectis hostib9 triupharet ca
pitulinas ascendit arces / que plau
su quodam et tripudio pplus romus ex
cepit. ad cuius interitum vrbs vniu
sa commota est. nunc desolatus et nu
dus no in latteo celi palatio vt vxor
mentitur infelix. sed in sordentib9
tenebris continetur. Hec vero qe
inmius cubiculi secreta vallabant
que paup videbatur et tenuis. cui9
vita putabatur amencia. xpm sequit
et dicit. Quecuq audiuim9 et vi
dim9 in ciuitate di mi 7 relio
Quapp moneo et flens gemens
qz contestor. ut dum huius mdi via
currim9. no duab9 tunicis id du
vestiamur fide / no calciametoru
pellib9. mortuis videlicet opibus
pgrauemur. no diuiciaz nos opera ad
terram pmant. no vgre / idest potentie
secularis queramur auxiliu. Non pariter
et xpm here velim9 et sclm. sed pro
breuibus et caducas etna succedat
Et cum cottidie scdm corpus loqm
pmoriamur mentis. no nos ppetuos
estimemus ut possim9 ee ppetui
Jeronimus ad marcellam de vita
et obitu Aselle 7 est talis

Nemo reprehendat

qd in epistolis aliquos aut
laudam9 aut carpim9
Cum et in arguendis ma
lis sit correptio ceteroz. et in optis
pdicandis bonoz ad virtute studia
incitentur. Nudius tercius de beate
memorie lee aliqua dixeramus
ilico pupugit animu mi ut michi ve
nit in mentem. no debere nos tace

de virgine qui de secundo ordine castitatis locum sumus. Igitur Asselle nostre vita breviter explicanda est. Cui quaeso ne hanc epistolam legas. Gravatur quippe laudibus suis. Sed his potius que adolescentule sunt lege dignare ut ad exemplum eius se instituentes conversationem illius perfecte vite normam arbitrentur. Pretermitto quod in matris utero benedicitur ei antequam nascatur. Quod in fiala nitentis vitri et omni speculo purior patri virgo traditur per quiete adhuc infancie involuta pannis. et vix annum decimum etatis excedens honore future beatitudinis consecratur. Sit gratie omne quod ante laborem fuit. Licet deus prescius futurorum et Jeremiam sanctificet in utero et Johannem in alvo matris faciat exultare et Paulum ante constitucionem mundi separet in evangelium filii sui. Ad ea venio que post duodecimum annum sudore proprio elegit arripuit tenuit cepit implevit. Unius cellule clausa angustiis latitudine paradisi fruebatur. Iam terre solum et orationis locus extitit et quietis. Ieiunium pro ludo habuit inediam refectionem. Et cum eam non vescendi desiderium sed humana confectio ad cibum traheret pane et sale et aqua frigida concitabat magis esuriem quam restringebat. Et quia pene oblitus sum quod in principio debui cum primum hoc proposito arripuit aurum colli sui quam morenulam vulgus vocat quod scilicet metallo in virgulas lentescente quedam ordinis flexuosi catena contexitur absque parentibus vendidit et tunicam fusciorem quam a matre impetrare non poterat pio induta negociationis auspicio se repente domino consecravit ut intelligeret universa cognatio non posse ei aliud extorqueri que iam seculum dampnasset in vestibus. Sed ut dicere ceperamus ita se semper moderate habuit et intra cubiculi sui secreta custodivit ut numquam pedem proferret in publicum nunquam viri nosset alloquium. Et quod magis sit admirandum sororem virginem amaret potius quam videret. Operabatur manibus suis sciens scriptum esse qui non operatur non manducet. Sponso aut orans loquebatur aut psallens. Ad martyrum limina pene invisa preparabat et cum gauderet proposito suo in eo vehementius exultabat quod se nullus cognosceret. Cumque per omnem anni circulum ieiunio pasceretur biduo triduoque sic permanens tunc vero in quadragesima navigii sui vela tendebat. omnes pene ebdomadas vultu letante coniungens. Et quod impossibile forsitan est hominibus ad credendum sed deo prestante possibile est ita ad quinquagenariam pervenit etatem ut non doleret stomachum non viscerum cruciaretur incendia non sicca humus iacencia membra confringeret non sacco asperata cutis fetorem aliquem situmque contraheret sed sano corpore animo sanior solitudinem putaret esse delicias et in urbe turbida inveniret heremum monachorum. Et hec quidem tu melius nosti a qua pauca didicimus et cuius oculis cernis diuties de genibus camelorum in illo sancto corpusculo per orandi frequentiam obcalluisse respecta est. Nos quod scire possimus explicamus. Nichil illius severitate iocundius nichil iocunditate severius nichil risu tristius nichil tristicia suavius. Ita pallor in facie est ut continentiam indicet non redoleat ostentationem. Sermo silens et silentium loquens. Nec citus nec tardus incessus. idem semper habitus neglecta munditie et inculta veste cultus ipse sine cultu. Sola vite sue qualitate promeruit ut in urbe pompe lascivie deliciarum in qua humilem esse miseria est ut et boni eam predicent et mali detrahere non audeant. Vidue eam imitentur et virgines. marite colant noxie timeant suscipiant sacerdotes.

CCCX
a

Epistola sancti Jeronimi de miraculo septies percusse et est

Sepe a me innocenti pope karissime postulasti ut de eius rei miraculo que in nostra etate acciderat notarem. Cumque ego id verecundie et vere ut nunc experior negarem meque assequi posse differem sive quia omnis humanus sermo inferior est laude celesti sive quod ocium quasi quedam ingenii rubigo parvulam licet facultatem pristini siccasset eloquii. Tu e contrario asserebas in divinis rebus impossibilitatem non inspici debere sed animum. Neque posse eum verbo deficere qui credidisset in verbum. Quid faciam igitur quod implere non possum negare non audeo. Super honerariam navem rudis vector imponor et homo qui nec dum scalmum in lacu rexi euxini maris credor fragoribus. Nunc michi evanescentibus terris

undique et undique pontus nunc unda
tenebris inorrescens et ceca nocte
nimborum spumei fluctus canescunt
hortaris ut tumida malo vela sus-
pendam rudentes explicem clavum
regam. pareo iam iubenti. Et quia
caritas omnia potest: sed spiritu cursum
prosequente confidam habiturum in utraque
parte solatium. Si me optati portus
estus impulerit gubernator. Si inter mor-
si inter asperos orationis anfractus in-
politus sermo substiterit. Faculta-
tem forsitan queras. voluntatem
certe flagitare non poteris. Igitur
Vercellensium civitas. haud procul a
radicibus alpium sita olim potens
nunc raro habitatore semiruta.
Hanc cum ex more consularis
inviseret. oblatam sibi quandam
mulierculam una cum adultero.
nam id crimen maritus impegerat
penali carceris orrore circumdedit.
Neque multo post cum lividas carnes
ungula cruenta pulsaret. et sulca-
tis lateribus dolor quereret veritatem
infelicissimus iuvenis volens com-
pendio mortis longos vitare crucia-
tus dum in suum mentitur sanguinem
accusavit alienum solusque omnium mi-
ser merito visus est percuti quia non
reliquit innoxie unde posset ne-
gare. At vero mulier sexu infirmior
virtute fortior cum eculeus corpus
eius extenderet / et sordidas fetore
carceris manus post tergum vin-
cla cohiberent oculis quos tantum tor-
tor alligare non poterat. suspexit
ad celum. Et evolutis per ora lacrimis
tu inquit testis es domine Ihesu cui occul-
tum nichil est qui es scrutator re-
num et cordis non ideo me negare
velle ne peream / sed ideo mentiri
nolle ne peccem. At tu miserrime
homo si interire festinas. cur duos
interimis innocentes. Equidem et
ipsa cupio mori in firmum hoc corpus
exuere: sed non quasi adultera presto
iugulum / micantem intrepida exci-
pio mucronem. innocentiam
tantum mecum feram. Non moritur. quis-
quis victurus occiditur. Igitur con-
sularis pastis luminibus cruore
ut fera que gustatum semel san-
guinem semper sitit / duplicari torme-
nta iubet et sevis dentibus fren-
dens. similem carnifici minatus
est penam nisi confitetur sexus infirmior
quod non potuerat robur virile reticere.
Succurre domine Ihesu. ad unum hominem
tuum. quam plura sunt inventa suppli-

peius est confiteri
quam cruciari in tor-
mentis

cia. Crines ligantur ad stipitem: et
toto corpore ad eculeum fortius alliga-
to vicinus pedibus ignis apponitur.
utrumque latus carnifex fodit. Nec
papillis dantur inducie. Immota
mulier manet. et a dolore corporis
spiritu seperato / dum conscientie bono frui-
tur vetuit circa se sevire tormenta. Iu-
dex crudelis: quasi superatus attollitur
illa dominum deprecatur. Solvuntur membra
compagibus. illa oculos ad celum
tendit. Quasi de communi scelere alius
confitetur: illa pro confitente negat
et periclitans ipsa alium vindicat peri-
clitantem. una interim vox. cedite
latera non feci. Si dictis tollitur fi-
des: veniet dies: que hoc crimen
diligenter discutiat. Habeo iudicem
meum. Iam lassus tortor suspirabat
in gemitum. Nec erat novo vulneri
locus. Iam victa sevitia. corpus quod
laniarat horrebat. Extemplo ira
excitus consularis. Quid miramini
inquit circumstantes. si torqueri ma-
luit mulier quam perire. Adulterium certe
sine duobus committi non potest. Et ecce
crudelius reor / noxiam ream ne-
gare de scelere quam innocentem iuve-
nem confiteri. Pari igitur prolata in
utrumque sententia dampnatos carnifex trahit.
Totus ad spectaculum populus effunditur.
ut prorsus quasi migrare civitas
putaretur stipatis proruens portis tur-
ba densatur. Equidem miserrimi
iuvenis ad primum statim ictum amputa-
vit gladius caput / truncumque in suo
sanguine volutatur cadaver. postquam
vero ad feminam ventum est et flexis
in terram poplitibus. super trementem
cervicem micans elevatus est gladius
et exertam carnifex dextram totis viribus
concitavit / ad primum corporis tactum
stetit mucro letalis et leviter perstringens
cutem rasure modice sanguinem as-
persit. Sine bello imbellem manum per-
cussor expavit et victam dexteram
gladio marcescente miratus in secun-
dos impetus torquet. Languidus
rursum in feminam mucro delabitur
et quasi feminam ferrum reum timeret
attingere. circa cervicem torpet in-
noxius. Itaque furens et anhelus lic-
tor. paludamento in cervicem retorto
dum totas expedit vires fibulam
que clamidis mordebat ora in hu-
mum excussit ignarus. Ignarusque rei
ensem vibrabat in vulnus. Et en
tibi ait mulier ex humero aureum
ruit collige multo quesitum labore

ne pereat. Rogo que est ista securi-
tas. Impendentem non timet mor-
tem. letatur percussa carnifex pallet
oculi gladium non videntes tantum fibulam
vident. Et ne parum esset quod non formi-
dabat interitum prestabat beneficium seve-
ri. Iam ergo et tercium ictum sacramentum
frustrauerat trinitatis iam speculator
exterritus et non credens ferro mucro-
nem aptabat in iugulum ut qui se-
care non poterat saltim premente manu
corpori conderetur. Omnibus inaudi-
ta res seculis ad capulum gladius re-
flectitur et velut dominum suum victus aspici-
ens confessus est se ferire non posse
huc huc imitemur exempla puerorum qui
inter frigidus flammarum globos hymnos
edidere profletibus. Circa quorum sara-
bara sanctamque tesariem innoxium lusit
incendium. Huc beati danielis reuo-
cetur historia iuxta quam adulantibus
caudis predam suam leonum ora timuerunt
Nunc susanna nobis fide nectens omnium
subeat que iniquo dampnata iu-
dicio sancto spiritu puerum replente servata
est. Ecce non dispar in utraque misericordia domini
illa liberata per iudicem ne iret ad gladium
hec audite dampnata absoluta per
gladium est. Tandem ergo ad feminam
viri ditanda populus armatur omnis etas
omnis sexus carnificem fugat et cetu
in circulum coeuntem Non credit breviter
penitus unusquisque quod vidit. Turbatur
tali nuncio urbs propinqua et tota littorum
cum caterva glomeratur. E quibus medius
ad quem dampnatorum cura pertinebat e-
rumpens et canicie in nudam perfuso
pulvere turpans. meum inquit o cives
petistis caput. me illi vicarium datis
Si misericordes si clementes essetis
si vultis servare dampnatum innocens
certe perire non debeo. Quo fletu vulgi
concussus est cunctis mestus quasi se per os
torpor insinuat. Et miro in modum volun-
tate mutata. cum pietatis fuisset
quod ante defendat pietatis visum est
genus ut pateretur occidi. Novus ergo
ensis novus percussor apponitur. Stat
victima christo tantum fauente munita. se-
mel percussa concutitur. Iterum repercussa
quassatur. Tercio vulnerata prosternitur
O divine potencie sublimanda ma-
iestas que prius fuerat quarto percussa
nec lesa ideo paululum visa est mori
ne pro ea periret innoxius. Clerici quibus
id officij erat cruentum linteo cada-
ver obvoluunt et fossam humum la-
pidibus construentes ex more tumu-
lum parant festinato sol cursu occa-
sum petit et misericordia domini celerior natiua

nox advenit. Subito femine palpitat
pectus et oculis querentibus lucem
corpus animatur ad vitam Iam spi-
rat iam videt iam sublevatur et lo-
quitur iam nulla potest vocem e-
rumpere. Dominus deus auxiliator meus
non timebo quid faciat michi homo. Anus
interim quedam que ecclesie susten-
tabatur opibus debitum celo spiritum
reddidit et quasi de industria ordine
currente rerum vicarium tumulo cor-
pus operitur dubia adhuc luce in lit-
tore diabolus occurrit. Querit ca-
daver occise sepulchrum sibi monstrare
petit vivere putat quam mori mira-
tur. Recensa clericis cespes ostenditur et
dudum superiecta humus cum hiis vocibus
ingeritur flagitanti. Ecce saliter
ossa iam condita. Infer novum sepulcro
dei bellum. Et si hoc parum est avibus
ferisque lamanda membra discerpe
Septies percussa debet aliquid post
plus morte perpeti. Tali ergo invidia car-
nifice confuso clam domi mulier
refocillatur. Et ne forte creber ad
ecclesiam medici commeatus suspicionis
panderet viam cum quibusdam
virginibus ad secretiorem villulam
secto crine transmittitur. Ibi paulatim
viri habitu veste mutata in cicatrice
vulneris obducitur. Et o vere ius sum-
mum et summa leticia post tanta mira-
cula adhuc seviunt leges. En quo me
gestorum ordo protraxit Iam enim ad
evagrij nostri nomen advenimus. Cuius ergo
pro christo laborem si arbitrarer a me dici
non sapiam. Si penitus tacere velim
voce in gaudio erumpente non possim.
Quis enim digno valeat canere preconio
auxencium mediolani incubantem
huius excubijs sepultum pene ante-
quam mortuum Romanum episcopum iam
pene factionis laqueis irretitum
et vicisse adversarios et non nocuisse
superatis. Verum hoc ipse equidem spacijs
exclusus iniquis pretereo. Atque alijs
post me moranda relinquo. quo presen-
tis rei fine contentus sum. Imperatorem
industria adijt precibus promptus fla-
gitat. merito lenit sollicitudine pro-
meretur. ut reddita vite redderet
libertati. Ieronimus ad principiam
virginem de vita et obitu sancte
Marcelle et est talis etc.

Sepe et multum
flagitas o virgo christi prin-
cipia ut memoriam
sancte femine marcelle
litteris recolam et

bonum quod diu fruiti sumus etiam ceteris
nosscendum imitandumque describam. Sa-
tisque doleo quod hortaris sponte curren-
tem et me arbitraris indigere precibus
qui ne tibi quidem in eius dilectione
concedam multoque plus accipiam quam
tribuam beneficii tantarum recordatione
virtutum. Nam ut huc usque reticerem et bi-
ennium preterirem silencio non fuit dissi-
mulationis ut male estimas sed
tristicie incredibilis. Que ita meum
oppressit animum ut melius iudicarem ta-
cere impresenciarum quam nichil dignum illius
laudibus dicere. Neque vero Marcellam
tuam immo meam et ut verius lo-
quar nostram omniumque sanctorum et proprie romane
urbis inclitum decus institutis rethorum
predicabo ut exponam inlustrem fa-
miliam alti sanguinis decus et ste-
mata per consules et prefectos pretorio
decurrencia. Nichil in illa laudabo
nisi quod proprium est. Et in eo nobilius quod
opibus et nobilitate contempta facta
est paupertate et humilitate nobilior.
Orbata patris morte viro quoque post
nuptias septimo mense privata est.
Cumque eam Cerealis cuius clarum inter
consules nomen est propter etatem et anti-
quitatem familie et insigne quod
maxime viris placere consuevit de-
corem corporis ac morum temperan-
ciam ambiciosius peteret suasque lon-
gevus polliceretur divicias et non
quasi in uxorem sed quasi in filiam
vellet donacionem transfundere.
Albinaque mater tam clarum presidium vi-
duitate domus ultro appeteret illa
respondit. Si vellem nubere et non
me cuperem pudicitie dedicare
utique maritum quererem non hereditatem.
Illoque mandante posse et senes
diu vivere et iuvenes cito mori. Ele-
ganter lusit iuvenis quidem potest cito
mori sed senex diu vivere non potest.
Qua sentencia repudiatus exemplo
ceteris fuit ut eius nuptias despe-
rent. Legimus in evangelio secundum Lucam
et erat Anna prophetissa filia Phanu-
el de tribu Aser. Et hec processerat etatis
in diebus plurimis. Vixeratque cum
viro suo annis septem a virginitate
sua et erat vidua annis lxxxiiij.
Nec mirum si videre meruit salvatorem
quem tanto labore querebat. Confe-
ramus vii annos vii mensibus. Sperare
Christum et tenere natum confiteri
et in crucifixum credere parvulum
non negare et virum gaudere regnan-
tem. Non facio inter sanctas feminas
differenciam quod nonnulle inter sanctos viros

et ecclesiarum principes stulte facere con-
sueverunt. Sed illo tendit adsercio ut quarum
unus est labor unum et premium sit. Diffi-
cile est in maledica civitate et in urbe
in qua orbis quondam populus fuit
palmaque viciorum si honestis detraherent
et pura ac munda macularent non ali-
qua sinistri rumoris fabulam trahere.
Unde quasi rem difficillimam ac pene
impossibilem optat propheta pocius quam
presumit dicens: Beati immaculati in
via qui ambulant in lege domini. Inma-
culatos in via huius appellans seculi quos
nulla obsceni rumoris aura macula-
verit. Qui obprobrium non acceperint adversus
proximos suos de quibus salvator in evangelio:
Esto inquit benivolus sive bene senci-
ens de adversario tuo dum es cum illo in
via. Quis unquam de hac muliere quod
displiceret audivit ut crederet. Quis
credidit aut non magis se ipsum mali-
gnitatis et infamie condempnaret. Ab
hac primum confusa gentilitas est dum
omnibus patuit que esset viduitas christia-
na quam et consciencia et habitu promittebat.
Ille enim solent purpurisso et cerussa
ora depingere sericis nitere vestibus
splendere gemmis. Aurum portare cer-
vicibus et auribus perforatis rubri ma-
ris preciosissima grana suspendere
flagrare miro ut tandem dominatu coniu-
gum caruisse letentur. Querantque alios
non quibus iuxta dei sentenciam serviant sed qui-
bus imperent. Unde et pauperes eligunt
ut nomen tantum virorum habere videantur
qui paciencius rivales sustineant illico
proiciendi. Nostra vidua talibus usa est
vestibus quibus obstaret frigus non
membra nudaret aurum usque ad anuli
signaculum repudians et magis in ven-
tribus egenorum quam in marsupiis recon-
dens. Nusquam sine matre nullum clericorum
et monachorum quod amplae domus inter-
dum exigebat necessitas vidit absque
arbitris. Semper in comitatu suo vir-
gines ac viduas et ipsas graves femi-
nas habuit. Sciens ex lasciva pu-
ellarum sepe de dominarum moribus iudicari
et qualis quisque sit talium consorcio de-
lectari. Divinarum quoque scripturarum ar-
dor incredibilis. Semperque cantabat
in corde meo abscondi eloquia tua
ut non peccem tibi. Et illud de perfecto
viro et in lege domini voluntas eius et
in lege eius meditabitur die ac nocte.
Meditacionem legis non replicando
que scripta sunt ut iudeorum estimant
pharizei sed in opere intelligens iuxta
illud apostolicum sive comeditis sive bibe-
tis sive quid agitis omnia in gloriam

dominum facientes et prophete verba dicentis A mandatis tuis intellexi. vt postquam mandata complesset tunc se sciret mereri intelligenciam scripturarum. Quod et alibi legimus. quia cepit ihesus facere et docere. Erubescat enim quamuis preclara doctrina quam propria reprehendit consciencia. frustraque lingua predicat paupertatem / et docet elemosinas qui croesi diuiciis tumet. vilique opertus pallio pugnat contra tineas vestium sericarum. Moderata ieiunia. carnium abstinencia. vini odor magis quam gustus. propter stomachum et frequentes infirmitates. Raro procedebat ad publicum et maxime nobilium matronarum vitabat domos. ne videretur cogere vide quod contempserat. Apostolorum et martirum basilicas secretis celebrans oracionibus et que propter populorum frequenciam declinarent. Matri in tantum obediens ut interdum faceret quod nolebat. Nam cum illa suum diligeret sanguinem: et absque filiis ac nepotibus. vellet in fratris liberos vniuersa conferre. ista pauperes eligebat. et tamen matri contraire non poterat. Monilia et quodquid supellectilis fuit. diuitibus peritura concedens. magisque volens pecuniam perdere: quam parentis animum contristare: nulla eo tempore nobilium feminarum nouerat rome propositum monachorum. Nec audebat propter rei nouitatem ignominiosum ut tunc putabatur. et vile in populis nomen adsumere. Hec alexandrinis sacerdotibus papaque athanasio et postea petro qui persecutionem arriane heresis declinantes quasi adtutissimum communionis sue portum romam confugerant. vitam beati anthonii adhuc tunc viuentis. monasteria que in thebaide pachomii et virginum ac viduarum didicit disciplinam. Nec erubuit profiteri quod christo placere cognouerat. hanc multos post annos imitata est sophronia et alie quibus rectissime illud henneum aptari potest / vtinam ne in nemore pelio huius amiciciis fruita est. paula venerabilis. In huius cubiculo eustochium virginitatis decus nutrita est. vt facilis estimacio sit / qualis magistra vbi tales discipline. Rideat forsitan infidelis lector me in muliercularum laudibus immorari. Qui si recordetur sanctas feminas comites domini saluatoris que ministrabant ei de sua substancia et tres marias stantes ante crucem mariamque proprie magdalenam que ob sedulitatem et ardorem fidei turrite nomen accepit. Et prima ante apostolos christum videre meruit resurgentem

nota quod maria magdalena prima vidit dominum et vide beati de virginitate marie folio primo et vide verba nota beati in epistola ad hedibiam quere v

se potius superbie quam nos condempnabit ineptiarum qui virtutes non sexu sed animo iudicamus. vnde ihesus iohannem ewangelistam amabat plurimum. qui propter generis nobilitatem erat notus pontifici et iudeorum insidias non timebat intantum ut petrum introduceret in atrium et staret solus apostolorum ante crucem matremque saluatoris in sua reciperet ut hereditatem virginis domini virginem matrem. filius susciperet. Annis ergo plurimis sic suam transegit etatem ut ante se vetulam cerneret quam adulescentulam fuisse meminisset. Laudans illud platonicum qui philosophiam meditacionem mortis esse dixisset. vnde et noster apostolus cottidie morior per vestram salutem et dominus iuxta antiqua exemplaria nisi quis tulerit crucem suam cottidie et secutus fuerit me non potest meus esse discipulus. Multo quam ante per prophetam spiritus sanctus loquitur. propter te mortificamur / tota die estimati sumus ut oues occisionis. Et post multas etates illa sententia. memento semper diem mortis et numquam peccabis disertissimique preceptum satyrici est. viue memor leti. fugit hora hoc quod loquor inde est. Sic ergo ut dicere cepamus: etatem duxit et vixit: ut semper se crederet esse morituram. Sic induta vestibus ut meminisset sepulcri deferens hostiam racionabilem viuam placentem deo / denique cum et me romam cum sanctis pontificibus paulino et epiphanio ecclesiastica traxisset necessitas / quorum alter anthiochenam syrie / alter salaminam cypri rexit ecclesiam et verecunde nobilium feminarum oculos declinarem ita egit secundum apostolum importune inportune ut pudorem meum sua superaret industria et quia alicuius tunc nominis estimabar super studio scripturarum. numquam conuenit quin de scripturis aliquid interrogaret. nec statim adquiesceret sed moueret econtrario questiones. Non ut contenderet. sed ut querendo disceret earum soluciones quas opponi posse intelligebat. Quid illa virtutum Quid ingenii. Quid sanctitatis Quid puritatis inuenerim. vereor dicere ne fidem credulitatis excedam. et tibi maiorem dolorem incuciam recordanti / quanto bono carueris hoc solum dicam quod quidquid in nobis longo fuit studio congregatum et meditacione diuturna quasi in naturam versum hoc illa libauit hoc didicit atque possedit. Ita ut post

d

de io. ewangelista

CCCxiii
a

Que mulieres non debent predicare

profectionem nostram si aliquo testimonio
scripturarum esset aborta contencio ad
illam iudicem pergeretur. Et quia valde
prudens erat et noverat illud quod ap-
pellant philosophi to prepon id
est decere quod facias sic interrogata re-
spondebat ut etiam sua non sua diceret
sed vel mea vel cuiuslibet alterius ut
et in ipso quod docebat se discipula fa-
teretur. Sciebat enim dictum ab apostolo. Docere
autem mulieri non permitto. Ne virili sexui
et interdum sacerdotibus de obscuris
et ambiguis sciscitantibus facere vi-
deretur iniuriam. In nostrum locum statim
audivimus te illius adhesisse consor-
cio et numquam ab illa ne transverso quidem
ungue ut dicitur recessisse. Eadem
domo eodem cubiculo uno usam cu-
biculi ut omnibus in urbe clarissima no-
tum fieret et te matrem et illam filiam
repperisse. Suburbanus ager vobis
pro monasterio fuit et rus electum pro
solitudine. Multoque ita vixistis tem-
pore ut imitacione vestri et conversacione
multarum gauderemus Romam factam Iero-
solimam. Crebra virginum monasteria
monachorum innumerabilis multi-
tudo ut pro frequencia servientium deo
quod prius ignominie fuerat esset postea
glorie. Interim absenciam nostram mutuis
solabamur alloquiis. Et quod carne
non poteramus spiritu reddebamus. Semper
se obviare epistole superare officiis salu-
tacionibus prevenire. Non multum per-
debat que iugibus sibi litteris iungebatur.
In hac tranquillitate et dei servi-
tute heretica in hiis provinciis ex-
orta tempestas cuncta turbavit et
in tantam rabiem concitata est ut
nec sibi nec ulli bonorum parceret. Et quasi
parum esset hic universa movisse na-
vem plenam blasphemiarum romano
intulit portui. Invenitque protinus
patella operculum et romane fidei pu-
rissimum fontem lutoso ceno permis-
cuere vestigia. Nec mirum si in plateis
et in foro rerum venalium fictus ario-
lus stultorum verberet natos et ob-
torto fuste dentes mordencium qua-
ciat. Cum venenata spurcaque doctrina
Rome invenit quos induceret. Tunc
librorum peri archon infamis inter-
pretacio. Tunc discipulus olbios
vere nominis sui si in talem magistrum non
impegisset. Tunc nostrorum diapyros
contradictio et phariseorum turbata scola.
Tunc sancta Marcella que diu cohibue-
rat ne per emulacionem quippiam facere
crederetur postquam sensit fidem apostolico
ore laudatam in plerisque violari ita
ut sacerdotes quoque et nonnullos mo-

b

nachorum maximeque seculi homines in
assensum subtraheret ac simplicitati
illuderet episcopo qui de suo ingenio ceteros
estimabat publice restitit. malens
deo placere quam hominibus. Laudat salva-
tor in euangelio villicum iniquitatis qui
contra dominum quidem attamen pro se prudenter fe-
cerit. Cernens hereticos de parva scintilla
maxima incendia concitari et suppositam
dudum flammam iam ad culmina perveni-
re nec posse latere quod multos dece-
perat petiit et impetrant ecclesiasticas
epistolas ut communicantes ecclesie discedere
viderentur. Non multum temporis in medio suc-
cedit. In pontificatum vir insignis
Anastasius. quem diu Roma habere non
meruit ne orbis caput sub tali episcopo
truncaretur. Immo idcirco raptus et
translatus est ne semel latam sentenciam
precibus suis flectere conaretur dicente
domino ad Ieremiam. Ne oraveris pro populo
isto neque deprecaris in bonum. Quia si
ieiunaverint non exaudiam preces eorum.
Et si obtulerint holocausta et victimas
non suscipiam eas. In gladio enim fame
et pestilencia ego consumam eos. Di-
cas quo hec ad laudem Marcelle.
Dampnacionis hereticorum hec fuit
principium. Dum adducit testes qui prius
ab eis eruditi et postea ab heretico
fuerant errore correcti. Dum ostendit
multitudinem deceptorum. Dum impia
peri archon ingerit volumina
que emendata manu scorpii monstra-
bantur. Dum acciti frequentibus litteris he-
retici ut se defenderent venire non ausi
sunt. Tantaque vis conscientie fuit ut ma-
gis absentes dampnari quam presentes coar-
gui maluerint. Huius tam gloriose victo-
rie origo Marcella fuit. Tuque caput
horum et causa bonorum que scis me vera nar-
rare que nosti vix de multis pauca
dicere ne legenti fastidium faciat o-
diosa replicacio et videar apud mali-
volos sub occasione laudis alterius sto-
machum meum digerere. Pergam ad reli-
qua. De occidentis partibus ad orientem
turbo transgressus inminebat plurimis mag-
na naufragia. Tunc impletum est. Pu-
tas veniens filius hominis inveniet
fidem super terram. Refrigerata ca-
ritate multorum pauci qui amabant
fidei veritatem nostro lateri iungebantur
quorum publice petebatur caput. Contra
quos omnes opes parabantur ita ut Bar-
rabas quoque abduceretur in illa simula-
cione immo aperte parricidium quod non viribus
sed voluntate commisit. Et ecce universa
tempestas domino flante deleta est. Ex-
pletumque vaticinium prophetale. Auferens

c

d

spm eorum et deficient et impulicez
sui resistentur In illa die peribunt omnes
cogitationes eorum. Et illud evangelii
cum stulte hac nocte auferetur a te
anima tua, que autem parasti cuius erunt
dum hec aguntur in rebus. terribilis de
occidente rumor affertur obsideri romam
et auro salutem civium redimi spoliatos
que rursum circumdari ut post substantiam
vitam quoque amitterent. herebat vox
et singultus intercipiunt verba dictantis
Capitur urbs que totum cepit orbem immo
fame perit antequam gladio Et vix
pauci qui caperentur inventi sunt. Ad nefandos
cibos erupit esurientium rabies
et sua invicem membra laniarunt
dum mater non parcit lactanti infancie
et recipit utero quem paulo ante effuderat.
Nocte moab capta est, nocte cecidit
murus eius. deus venerunt gentes
in hereditatem tuam polluerunt templum
sanctum tuum posuerunt ierusalem ut pomorum
custodiam, posuerunt cadavera sanctorum
tuorum escas volatilibus celi carnes
sanctorum bestiis terre. Effuderunt sanguinem
eorum sicut aquam in circuitu ierusalem et
non erat qui sepeliret. Quis cladem
illius noctis quis funera fando explicet
aut possit lacrimis equare dolorem
urbs antiqua ruit multos dominata per
annos plurima perque vias sparguntur
inertia passim corpora perque domos et
plurima mortis ymago. Cum interim
ut in tanta confusione rerum marcelle
quoque domum cruentus victor ingreditur
sit mihi fas audita loqui immo
a sanctis viris visa narrare. qui interfuere
presentes qui te dicunt in periculo quoque
ei fuisse sociatam intrepido vultu excepisse
dicitur introgressos. Cumque
posceretur aurum et defossas opes vili
excusaret tunica non tamen fecit fidem
voluntarie paupertatis, cesa fustibus
flagellisque aiunt non sensisse tormenta
sed hoc lacrimis hoc pedibus eorum
egisse prostratam. ne te a suo consorcio
separarent ne sustineret adulescentia quod
senilis etas timere non poterat. xps
dura corda mollivit et inter cruentos
gladios invenit locum pietas. Cumque
et illam et te ad beati pauli apostoli basilicam
barbari deduxissent, ut vel
salutem nobis ostenderent, vel sepulchrum
in tantam leticiam dicitur erupisse
ut gratias ageret deo quod te sibi integram
reservasset. quod pauperem illam non fecisset
captivitas sed invenisset quod egeret
cotidiano cibo. quod saciata xpo non sentiret
esuriem. Quod et voce et opere loqueretur.
Nuda exivi de ventre matris

mee. Nuda et redeam Sicut domino
visum est ita et factum est sit nomen
domini benedictum. post aliquot menses
sana integra vegetoque corpusculo
dormivit in domino et te paupertatis le
sue immo per te pauperes reliquit heredes
Claudens oculos in manibus
tuis reddens spiritum in tuis osculis. dum
inter lacrimas tuas illa ridet, consciencia
vite bone et premii futurorum, hec tibi
marcella venerabilis et hec tibi principia
filia una et brevi lucubratione
dictavi, non eloquii venustate sed
voluntate hi nos animi gratissimi
et deo legentibus placere desideras

Epistola sancti Jeronimi ad pamachium
de dormicione vel morte pauline

Sanato vulnere
et in cicatrice superducte
cutis si medicina colorem
reddere voluerat, dum
pulchritudinem corporis querit. plagam
doloris instaurat Ita et ego
serus consolator. qui in portune per
biennium tacui vereor nunc ne importunius
loquar, et adtrectans vulnus
pectoris tui quod tempore et ratione
curatum est commemoratione exulcerem
Que enim aures tam dure quam de silice
excisa precordia. et hircanarum tygrium
lacte nutrita possint sine lacrimis
pauline tue audire nomen. Quis
parturiente rosam ut pupillatum
corimbum angustias in calathum funditur
orbis. et tota rubeat filiorum purpura
ambitio et matrina. demissioribus
oculis marcescere videat. Fractum
est preciosissimum margaritum virens
smaragdi gemma concussa est. Quid
boni habeat sanitas. languor ostendit
plus sensimus quia habuimus. post
quam habere desinimus In agro terre
bone tres fructus legimus. Centesimum
sexagesimum et tricesimum In tribus
mulieribus et sanguine et virtute coniunctis
xpi premia recognosco Eustochium
virginitatis flores metit, paula
laboriosa viduitatis aream terit.
paulina in thoro in maritorum castum cubile conservat
Tali filiarum mater fulta comitatu
totum sibi in terris vendicat quod
xpus promisit in celo Et ut quadrigam
domus una emittet sanctitatis
et feminarum virtutibus respondent viri
Additur comes pamachius viri ezechielis
cherubin cognatus gener maritus
immo frater amantissimus
quia sancta consortia spiritus, vocabula

Sup fo. cxxxviij incipit. paule vocat paulinam sunt ibi paulina post inde libros paule

no tenet imperiaz huic quadrige ihs
presidet. de hijs equis et abacuk canit
ascendens. super equos tuos et equitatio
tua salus In pari curru / pari ani//
mo ad palmam tendit. discolores equi
sed voluntate concordes. vnum iuge
iugum trahunt / non expectantes flagel//
li verbera sed adiuctis hortamenta
frementes. dicamus aliquid et de philo//
sophis. Quatuor virtutes describunt
stoici: ita sibi inuicem nexas et mu//
tuo coherentes: ut qui vnam non habu//
erit: omnibus careat. prudenciam iusti//
ciam fortitudinem temperanciam. has
omnes sic habentis singuli ut non mi//
nuat in singulis. prudentia inte
in mite iusticia. in virgine fortitudo
in nupta temperancia considerantur. Quid
autem eo sapiencius / qui contempta mun//
di stulticia. christum secutus est dei virtu//
tem et dei sapienciam. Quid mire
iustius / que iam liberos opibus distribu//
tis virginali proposito fregerit. et in vrbe
prima primum genus subiugauit pudi//
cicie. Quid pauline temperancius.
Que legens illud apostoli. honorabiles
nupcie et cubile inmaculatum. nec
sororis felicitatem nec matris conti//
nenciam in se appetere. Maluit in hu//
milioribus tuta pergere. quam pendulo
gradu in sublimibus fluctuari. Quam//
quam illa inito semel matrimonio.
nichil aliud diebus / ac noctibus co//
gitauit: nisi ut reddito fructu nup//
ciarum secundum castimonie gradum arri//
peret et tanti dux femina facti vi//
rum proposito suo iungeret / non relinquens
salutis comitem. sed expectans dum
que crebris abortiuis et experta fecundi//
tate concepta non desperat liberos
et socrus auiditatem maritique tristi//
ciam proponit inbecillitati sue: passa
est aliquid de rachelis exemplo et
pro filio doloris ac dextere: virum desi//
derij sui peperit heredem. Certis que
auctoribus didici illam non primo sine
dei crescite et multiplicamini et reple//
te terram nec officio coniugali seruire
voluisse. sed ad hoc optasse filios ut
christo virgines pareret. Legimus et
vxorem sacerdotis finees audita cap//
tiuitate arche domini subito vteri dolo//
re correptam edidisse filium ichaboth
et inter manus et officia feminarum
animam emisisse / cum prole de prima
beniamin. hoc est filius virtutis aut
dextere / de secunda inclitus sacerdos dei
ex arche cognomine nascitur. Nobis
post dormitionem sopnumque pauline
pamachium monachum genuit

CCCXV

a

postumum et patris et coniugis nobilitate
patricium. elemosinis diuitem. Apostolus
scribit ad chorinthios videte fratres vo//
cationem vestram / quia non multi sapi//
entes non multi nobiles hoc nascen//
tis ecclesie rudimenta poscebant / vt
granum sinapis paulatim in arborem
cresceret. ut sensim euangelij fermentum
totam ecclesie massam altius eleuaret.
Nostris temporibus roma possidet quod mundus
ante nesciuit. Tunc rari sapientes no//
biles potentes christiani nunc sapientes po//
tentes nobiles. Quibus cunctis pama//
chius meus sapiencior nobilior mag//
nus in magnis. primus in primis ἀρχι
στρατηγος monachorum. Tales
paulina morte sua nobis liberos edi//
dit quos uiuens cupierat possidere.
Letare sterilis que non paris: erumpe
et clama que non parturis. Quam quot
rome pauperes sunt tot filios repente
genuisti. Ardentes gemme / quibus ante
collum et facies ornabatur / egenorum
ventres saturant vestes serice et
aurum in fila lentiscens: in molle lana//
rum vestimentum mutate sunt / quibus
repellatur frigus non quibus inde//
ambicio deliciarum quasdam suppellec//
tile virtutis insinuat. Ille cecus exten//
dens manus. et sepe vbi nemo est
clamitans / heres pauline coheres
pamachij est. Illum truncum pedibus
et toto corpore se trahentem tenera
puella sustentat. manus fores que
prius salutantum turbas mouebant nunc
miseris obsidentur. Alius tumencia
quam gula morte parturit alius elin//
guis et mutus. et ne id quidem habens
vnde roget / magis orat quia rogare
non potest. hic debilitatus a paruo: non
sibi mendicat stipem. Ille putrefactus

b

morbo regio supervivit cadauer suo.
Non michi si lingue centum sint oraque
centum. omnia penarum percurrere nomina
possim. hoc comitatu comitatus incedit
in hijs christum confouet horum de sor//
dibus dealbatur. Munerarius pauperum
et egenorum candidatus sic festinat
ad celum. Ceteri mariti super tumulos coniu//
gum spargunt violas. rosas lilias.
floresque purpureos. et dolorem pectoris
hijs officijs consolantur pamachius
noster sanctam fauillam. ossaque veneranda
elemosine balsamis rigat. his pig//
mentis atque odoribus fouet cineres qui//
escentes. sciens scriptum. sicut aqua extin//
guit ignem sic elemosina peccatum. Quantas
virtutes habeat misericordia. et quibus donanda
sit premijs beatus ciprianus grandi vo//
lumine prosequitur et danielis consilium

probat qui regem in p bustinum. qui si
audire voluisset scit paupm sustenta
cione saluandum. Gaudet hui9 te modi
filia. et mat herede. Non dolet o//
pes ad alium puenisse. quas cernit his//
dem quibus ipa voluerit erogari. Cum
potius gratulatur / absque labore suo
sua vota compleri. Non enim substancie di//
minucio sed opacionis commutacio est.
Quis hoc credet ut consulum prone//
pos. et furiani generis decus inter
purpuras senatorum fusca tunica pul//
latus incedet: et non erubescit oculos
sodalium deridentes se ipe deridet. et
est confusio que ducit ad mortem: et
est confusio que ducit ad vitam. Prima
vitus est monachi / contempnere homini//
dicia. et semper apli recordari dicentis
si adhuc hominibus placere vellem
xpi servus non essem. Tale quid et de9
loquitur ad pphas. Quod posuerit facie
eorum quasi urbem eneam / et lapide
adamantinum et columna ferream.
Ne paveant ad iniurias populi / sed i
pudenciam subsanancium frontis rigo//
re contererent. Ingenua liberaliter
edocta: facilius verecundia quam metus
superat. Et quos tormenta non vincunt
interdum vincit pudor. Non est parum
virum nobilem. virum disertum virumque
locupletem / potencium in plateis vi//
tare comitatum. miscere se turbis ad
herere pauperibus: rusticis copulari de
principe vulgus fieri. Sed quanto
humilior tanto sublimior erit. Lucet
margaritum in sordibus / et fulgor
gemme purissime / eciam in luto radi//
at. hoc est quod dns repromisit. glori//
ficantes me glorificabo. Alij hoc in
telligant de futuro quando merore vertitur
in gaudium: et transeunte mundo / seorum co//
rona non transit. ego et in presenciarum video
promissa compleri. Ante quam xpo totam//
te seruiret. notus erat in senatu.
Sed et multi alij habebant infulas
proconsulares. Totus orbis huiusce//
modi honoribus plenus est. primus erat
inter primos. precedebat alius digni//
tate sed alius sequebatur. Quamvis
clarus honor / vilescit in turba. et a//
pud bonos viros indigna ipa sit dig//
nitas. quam multi indigni possident.
unde egregie detestare tullius eum quos//
dam ait ornare voluit: non illos ho//
nestavit: sed ornamenta ipa turbavit.
At nunc omnis xpi ecclie pamachium lo//
quitur. miratur orbis pauperem: quem
huiusque divitem nesciebat. Quid9
consulatu illustrius. annu9 honor est.
Et p9 quam alius successerit pos desinet

latent in multitudine laurea. et triu//
phi interdum triumphatum sordibus pol//
luuntur. quod ante primarijs patricias ce//
debatur et sola nobilitas possidebat.
Consolatu marius victor in numidie
et tentonum atque cimbrorum. obigno//
bilitatem familie putabatur indig//
nus. Quod scipio ultra annos virtute
meruit: nunc sola milicia possidet
Et agrestia dudum corpora. fulgens
palma circumdat. plus ergo accepim9
quam dederimus parua dimisim9 et
grandia possidem9. Centuplicato
feruore xpi promissa redduntur. In
talis agro: et ysaac quondam seme//
rat qui paratus ad mortem. an ewan//
gelicum ewangelium portavit crucem.
Si vis perfectus perfectus esse et creli. Q//
Semper grandia inaudiecium ponim//
arbitrio. Et ideo virginitate aplus
non imperat quia dns disputans de
eunuchis qui se castrassent propter reg//
num celorum. ad extremum intulit qui pot
capere capiat. Non est enim currentis
neque volentis. sed miserentis est dei.
Si vis perfectus esse. non imponitur tibi
necessitas / ut voluntas premium consequatur.
Si ergo vis perfectus esse et desideras
esse quod ppheta / esse quod apli est. quod
xpus est. vende non partem substancie
ne timor penurie infidelitatis occa//
sio sit: et cum anania et safira
pereas sed universa que possides
Cumque vendideris da pauperibus.
non locupletibus / non superbis. de quo neces//
sitas sustentetur non quo augeantur
opes. Cumque legeris illud apostoli
bovi trituranti os non obturabis
et dignus est operarius mercede sua
et qui altario ministrent de altario
participentur / memento quoque hoc
sine habentes victum atque vestitum
his contenti simus. Ubi videris fu//
mare patinas et fasides aues len//
tis vaporibus distoqui: argenti
pondere ferventes manus. Coma//
tulos pueros et pueros lentis vaporibus eos
preciosas vestes. puta tapecia. ubi
dicior est largitore cui largiendum
est par sacrilegio est rem pauperum dare
non pauperibus. Et tu non est satis perfecto
et consumato viro opes contempnere
pecuniam dissipare et proicere quod
in momento et perdi et inveniri pot.
fecit hoc crates thebanus. fecit an//
tistenes fecerunt plurimi quos vicio//
sissimos legim9 plus debet xpi dis//
cipulus prestare. quam mundi philozoph9
gloria aure popularis atque vilissimorum
opum venale mancipium. Tibi non

de theutonibus
d

de elemosina cum dicitur d
usque ad finem

CCCXVI
a

suffitiat opes contempnere / nisi xpm
sequaris. xpm autem sequitur qui
peccata dimittit et virtutum comes
est. xpm scimus sapienciam hic
thezaurus in agro scripturarum nascitur
hec gemma multis emitur marga
ritis. Si aut adamaueris captiuam mu
lierem idest sapientiam secularem. et eius
pulchritudine captus fueris decal
uatam et lecebras crinium atque orna
menta verborum / cum remotis vnguibus
vnguibus seca / laua eam ysopo phali
nitro. et tunc requiescens cum illa
dicito Sinistra eius sub capite meo
et dextera illius amplexabitur me
Et multos tibi fetus captiua dabit
ac de moabitide efficietur israhelitis
xpus sanctificacio est sine quo nemo vi
debit faciem dei xpus sanctificatio est et deprecacio
est idest redemptor et precium. xpus
omnia. ut qui omnia propter xpm dimise
rit vnum inueniat pro omnibus et
qui possit libere proclamare. pars
mea dominus. Sencio te diuinis arde
doctrinis. nec temeritate quorundam
docere quod nescias sed ante disce
re quod docturus sis Simplices epistole
tue. olent prophetas. apostolos sapiunt Non
concinnatam affectas eloquenciam
nec more puerorum argutas senten
tiolas in clausulis instruis Cito tur
gens spuma delabatur. Et quamuis grandis
dis tumor: contrarius sanitati est Scitum
est illud quoque cathonis. Sat cito si sit +
ad bene. Quod nos quondam adules
centuli cum a perfectore oratore in pre
fatiuncula diceretur risimus / Meminisse
te puto terroris mutui quando os
sat in euum scolasticorum vocibus
consonabat Sat cito sis ad bene
. Felices essent inquit fabius artes
si de illis soli artifices iudicarent
Poetam non potest nosse nisi qui ver
sum nouit construere / philozophos
non intelliget nisi qui nouerit dog
matum veritates Manufacta et
oculis patencia magis probant arti
fices Nostra quam dura sit necessitas. hinc
potes animaduertere quod vulgi tantum est
in iudicio Et ille in turma metuendus
quem consulem videre despicias
hec preteriens tetigi ut eruditis conte
ntus auribus. non magnopere cures quod
imperitorum de ingenio tuo rumusculi
iactitent. Sed prophetarum cottidie me
dullas bibas. xpi patriarcharum. sine
legas siue scribas. siue vigilabis siue
dormies amorem tibi semper buccina
na in auribus songet hic lituus exci
tet. animam tuam in hoc amore sauci

non iudicat quis de arte
nisi artifex illius artis

bundus querere in lectulo quem deside
rat anima tua et loquere confidenter
Ego dormio et cor meum vigilat Cu
que inueneris eum et tenueris ne di
mittas Et si pusillum dormitati elap
sus fuit e manibus noli protenus
desperare Egrede ad plateas adiura
filias ierusalem repperies eum cuban
tem in meridie. lassum ebrium noct
rore madescentem inter greges sodalium
matronarum varietatibus inter poma
paradisi Ibi da ei mamillas tuas
sugat de erudito pectore tuo. Et re
quiescat inter medios cleros penne de
argentate columbe et interiora eius
in fulgore auri paruulus iste et puer
qui butiro et melle saginatur qui inter
cascatos nutritus est montes cito consenescit
in iuuenem / velociter inter hostes spo
liat manice predatur damascum et re
gem vincit aduersarium assyrium. Audio
+ xenodochium fecisse in portu romano
et virgam de arbore abraham in au
sonio plantasse littore Quasi ene
as noua castrametaris et super vnda
tiberis vbi ille cogente quondam fame
mensis fatalibus et quadres patulis
non pepercit hi vitulum nostrum. idest domum
panis edificas et diuturnam famem
repentina saturitate compensas. Su
ge nostra Inicia transgrederis statum summum
tenes de radice puerus ad cacumen
primus inter monachos in prima vrbe primum
sequeris patriarcham loth qui inter preciosa
declinas capestria eligat et iuxta
pictagore literam. facilia magis et si
nistra ac pictura sectetur Tu in ar
duis et saxosis cum sara tibi mo
numentum para ut iuxta sit ciuitas lit
terarum deletibusque gigantibus filiis e
nach hereditatem tuam gaudium
et risus excipiat diues erat abra
ham auro argento pecore possessi
one. vestibus. tantamque habebat fami
liam. ut ad subitum nuncium: iuuenibus
bus electis. armare posset exercitum
et quatuor reges quos quinque reges
fugerunt in dan consecutus occideret
Et tamen postquam crebro hospitalitatis
officio dum homines non recusat sus
cipere meruit deum Non seruis et ancil
lulis Imperauit ut hospitibus ministra
rent nec bonum quod exercebat per alios
minuit. sed quasi repta preda cum sara
sua humanitati solus incubuit Ipse
pedes lauit Ipse pinguem vitulum por
tauit humeris de armento. Stetit
ut seruus peregrinis prandentibus et
sacre manibus coctos cibos ieiunans

apposuit h moneo fr karime pietate q
te diligo ut no solu pecunia sed teipm
xpo offeras hostiam viua placentem
do racionabile obsequiu tuu Et imi
teris filiu hominis qui no venit ministra
ri et ministrare Et qd patriarcha alieis
hoc ille suis discipulis et seruus mgr
exhibuit et dns totu precio et omia
que possidet dare pot ho pro anima
sua Sed tange inquit zabulus carnes
eius ni in faciem bndixerit tibi · Scit
hostis antiquus magis continencie q
minorum esse certamen · Facile abicit
qd heret exuiseeris Intestinu bellu pi
culosius est · Cuncta disglutiamus
vincta discetamus · Zacheus diuese
rat apli paupes reddidit ille quadru
plum qd rapuerat diuisitq paupi
bus medietate sube que remaserat
Suscepit xpm hospitem salus est facta
domui eius Et tu quia pusillus erat
et aplice perfectioni se no poterat coex
tendere · no fuit in duodecim aplorum
numero Aplici aut quatu addimitias
nichil · quatu ad voluntatem totu mdu
pariter reliquerunt Si offeramus xpo
opes tu anima nra libent suscipiet
Si aut que foris sut deo que intus
zabulo demus · no est equa particio · et
dicit nobis None si recte offeras et no
recte diuidas peccasti · Cd patrici
genus pnup inter primos monachos esse
cepisti · no tibi sit tumoris sed humili
tatis occasio · scienti tibi filiu dei fuisse
filiu hominis · Quanticuq te deieceris
humilior xpo no eris · Esto incedas pe
dibus · fusca tunica vestiaris equeris
pauperibus · inopu cellulas dignanter
introeas cecorum oculus sis / manus
debiliu pes claudorum / ipse aqua por
tes ligna concidas focu extruas ubi
vincula · ubi alape · ubi sputa · ubi
flagella ubi patibulu · ubi mors · Et
cum omia que dixi feceris : abeustochi
o tua paula q vinceris Si no opere
at certe sexu · Ego quidem rome no
eram Et tuc me tenebat heremus
atq utina pcinuisset qu socero tuo
vincete torrocio sclo seruiebant Sed tu
audio que i mundicias platearum ferre
no poterant que cum tichorum manibus
portabantur / et inequale solu moles
tius tusendebant : quibus serici vestis
honeri erat et solis calor incendiu ·
nut sordidate i lugubres et sui com
Antiqua sententia est. que metuit quis odisse cupit. unde et in nostris litteris cum initia puerorum in timore consistat perfecta di // lectio foris mittit timorem. Nō quis ti // bi monachos esse subiectos et ideo ma // gis subiectos habes. Tu offers osculum illi colla submittunt. Exhibes militem et ducem imperas. Quasi unus in pluri // bus es. ut sis unus ex pluribus. Cito in // dignatur libertas si vi opprimitur. Neo plus imperat libero si qui servire nō cogit. Novimus canones ecclesiasticos nō ignoramus ordines singulorum et lectione et cottidianis exemplis us // que ad hanc etatem multa didicimus multa experimur. Qui in scorpioni // bus cedit et lumbis patris habere se putat digitos grossiores cito regnum mansueti david dissipat. Certe ro // mani populus ne in regem quidem superbi // am tulit. Dux ille israelitici exercitus qui decem plagis afflixerat egiptum et ad cuius imperium celum terra maria ser // viebant inter cunctas homines quos tunc terra genuerat mansuetissimus predi // catur. Et ideo per quadraginta annos obtinuit principatum quia ptatis su // perbiam lenitate et mansuetudine temperabat. Lapidatur a populo et pro lapi // dantibus orat. quin potius deleri se voluit de libro dei. ne commissus sibi grex pereat. Cupiebat enim illum imitari pastorem quem sciebat etiam erro // neas oves suis humeris portaturum. Pastor inquit bonus animam suam ponit pro ovibus suis. Bonique pastoris discipulus optat anathema esse pro fratri // bus suis atque cognatis secundum carnem qui sunt israelite. Et si ille cupit perire ne perditi pereant quanto magis bonis parenti // bus providendum est. ne ad iracundi // am provocet filios suos et nimie // tate duritie etiam lenissimos duros esse compellit. Epistola cogit me bre // vius loqui dolor longius. Scripsit in su // is illis ut ipse vult pacificas. ut ego sentio mordacissimis litteris quod nunquam tamen lesus sit. nec dictus hereticus et quomodo ipse ledit. egrotantem morbo pessimo et rebellem eccle // sie ventilans ab aliis lacessitus accu // sat alium. et prudentissimo consilio tacentem cogit loqui ostendens se adversariis parere ledere nō ledere. Antequam ordinaretur frater meus nulla dicit fuisse inter se et sanctum presbiterum papa epiphanium de dogmatibus questionem et eam ratio compellebat. Sicut ipse tamen scripsit inde in populis dis // putare unde nemo querebat. Scit

de pace vera et ficta

CCCXXV a

d

luporum segregatis paucis omnibus reliquum gregem deseruit. Bonus quidem ipse pastor sed multum predam bestiis relinquens. Preterea illam que quidam ex maledicis quasi satis firma defendunt. hoc illum amore ecclesie et nominis in posteros transmissione fecisse. Nec non et similia multa te quoniam ad illius eusebii per antiochenam dissensionem sustepat michi istorum de tali viro et domini quod etiam in primi constat eloquii verbis eum a nobis desentire non verbis. Sed quidem eos recipiat qui ab arrianis baptisma consecuti sunt. Luciferianus dixit. Quam longe alia et ut nunc intelligo errori magis quam spei proficiencia in ante asserebantur. Sed gratias christo deo qui in pectus meum veritatis lumen infundit ne adhuc ore sacrilego sagmine eius scorta diaboli clamarem. Restat unum quod queso te ut disseras. Quod ad illum hylarium dicendum sit qui nec baptizatos quidem recipiat ab arrianis. Orthodoxus dixit. Hylarius cum diaconus de ecclesia recessisset solusque ut puta turba sit mundi neque eucaristiam conficere potest episcopos et presbiteros nec habens neque baptisma sine eucaristia trahens. Et cum iam homo mortuus sit cum homine pariter interiit et secta quia nullum post se clericum diaconus potuit ordinare. ecclesia autem non est que non habet sacerdotes. Sed omissis paucis hominibus qui ipsi sibi et laici sunt et episcopi. Ausculta quid de omni ecclesia sentiendum sit. Luciferianus dixit. Tribus ut aiunt verbis istam grandem questionem dissolvisti. et quidam dum loqueris videor michi totum facere. Si non obtigueris nescio quid rursum scrupuli nascitur quare ab hereticis baptizati suscipiantur. Orthodoxus dixit. Hoc est quod et ego dixi. Ausculta quid de omni ecclesia sentiendum sit. Iste enim ut ais scrupulus multos titillat et longus fortasse ero enarrando. Sed tanti est lux veritatis. Archa noe ecclesie typus fuit dicente apostolo petro. In archa noe pauci id est octo anime salve facte sunt per aquam quod et vos nunc similiter baptisma salvos faciet. Ut illa omnium animalium genera ita in hac universarum et gentium et morum homines sunt. Ut ibi pardus et hedi lupus et agni ita et hic iusti et peccatores id est vasa aurea et argentea cum ligneis et fictilibus morantur. Habuit archa nidos suos. habet ecclesia plurimas mansiones. Octo anime hominum in archa servate sunt. et nobis ecclesiastes iubet dare partem septem dare

partem octo id est credere utrique testamento. Ideo et quidam psalmi pro octava scribuntur et per octonos versus qui singulis litteris subiecti sunt. In centesimo octodecimo psalmo iustus eruditur. Beatitudines quoque quas dominus discipulis in monte pronuncians ecclesie declamavit octo sunt. Et ezechiel in edificatione templi octonarium numerum assumit. Aliter quoque in hunc modum perspicias significata reperies. Et mittitur itaque de archa corvus. et non redit et postea pacem terre columba nunciat. Ita et in baptismate ecclesie teterrimo alite expulso id est diabolo pacem terre nostre columba spiritus sancti nunciat. A triginta cubitis incipiens et usque ad unum cubitum paulatim decrescens archa construitur. Sic et ecclesia multis gradibus consistens ad extremum diaconis presbiteris episcopisque finitur. Periclitata est archa in diluvio. periclitatur ecclesia in mundo. Egressus noe vineam plantavit et bibens de ea inebriatus est. Natus quoque in carne christus ecclesiam plantavit. et passus est. Nudatum patrem minor filius irrisit maior et minor texit et deum crucifixum illuserunt iudei et honoraverunt gentiles. Dies me deficiet si omnia arche sacramenta cum ecclesia componens edisseram. Qui sunt in ea nos aquile qui columbe qui leones qui cervi qui vermiculi qui serpentes quod ad propositum negocium pertinet breviter expediam. Non solum in ecclesia morantur oves nec munde tantum aves volitant sed frumentum in agro seritur et inter nitencia culta lappeque tribulique et steriles dominantur avene. Quis faciat agricola evellat lolium sed tota pariter messis evertitur. Cotidie industria rusticana aves sonitu abigit. imaginibus exterrit. hinc flagello crepitat. hinc formidines tendit. At tamen aut veloces capree aut lascivus onager irruerit. hinc in effossa horrea mures frumenta comportant. hinc fervente agmine segetem formica populatur. Ita se habet res. Nemo securus agrum possidet. Dormiente patrefamilias inimicus homo zizaniam superseminabit ad quam eradicandam cum discipuli se proponent dominus inhibuit sibi servans palearum et frumenti discretionem. Hec sunt vasa ire. et vasa misericordie que in domo dei ab apostolo predicantur. Veniet ergo dies quando thesaurum ecclesie aperto proferet dominus vasa ire sue quibus exeuntibus sancti dicent. Ex nobis exierunt sed non fuerunt ex nobis. Si enim fuissent ex nobis permansissent utique nobiscum. Nemo potest sibi christi palmam sibi assuere

nemo ante iudicii diem de hominibus
iudicare Si iam mundata est ecclesia quid
CCCXXVI domino reseruamus Est via que videtur a
a pud homines recta · nouissima autem
eius veniunt in profundum inferni · In
hoc errore iudicii que pot etiam esse sinia
conatus est et beatus ciprianus conciços
lacos fugeret nec bibere de aqua ali
ena · Videtur hereticorum baptisma repro
bans ad stephanum romane vrbis episcopum
qui a petro vicesimus septimus fuit super
hac re affricanam sinodum indixit ·
sed conatus eius frustra fuit Denique
ipsi illi episcopi qui baptizando hereticos · cum
eo statuerant ad antiquam consue
tudinem reuoluti · nouum emisere de
cretum · Quid faciamus ita et nobis
maiores nostri et illis sui tradidere ma
iores · Adhuc apostolis in seculo superstitibus
adhuc sanguinem christi apud iudeam
calentem phantasma dominici corporis
asserebantur Galatas ab obserua
tione legis traductos · apostolus iterum pro
turit · Corinthios resurrectionem
carnis non credentes pluribus argumen
tis ad verum iter retrahere conatur
Tunc symon magus et meander disci
pulus eius dei se asserere virtutes
Tunc basilides summum deum abraxas cum
trecentis sexaginta quinque sedicionibus
commentatus est Tunc nicolaus qui de
septem diaconibus fuit diei noctisque
nuptias faciens obscenos et mau
ditu quoque erubescendos coitus so
miauit · Taceo de iudaismis hereti
cis qui ante aduentum christi legem tradi
tam dissipauerunt · Quod dositheus
samaritanorum princeps prophetas repudi
auit quod saduchei ex illius radice
nascentes etiam resurrectionem carnis
negauerunt · Quod pharizei a iudeis
diuisi propter quasdam superfluas obserua
tiones nomen quoque ab scidio susce
perunt Quod herodiani herodem regem
b susceperunt pro christo · Ad eos venio hereticos
qui euangelia lacerauerunt Saturni
num quendam et orfitus et caldeos et
theoitus et carpogratem et cherin
tum et huius successorem ebionem
et ceteras pestes quorum plurimi adhuc
viuente iohanne apostolo erupunt et ta
men nullum eorum legimus rebaptizatum
Quin aut talis vi fecimus mencionem
de apocalipsi quoque eius approbemus
hereticos sine baptismate primaz
debere concedi · Angelo ephesi de
serta caritas imputatur In angelo
pergami ecclesie ydolotitum esus et nico
laitarum doctrina reprobatur respondi
Item apud angelum thiathirinorum
zezabel prophetissa et simulachrorum esse in
cipant et tamen hos omnes ad penitenciam
dominus hortatur sub comminacione quoque future
pene nisi conuertantur Non aut cogeret pe
nitere si non esset penitentibus veniam con
cessurus · Nunquid dixit rebaptizentur
in colaitarum fidem baptizati uel impona
eis manus qui eo tempore apud pergamos e
diderunt · quod disciplinam tenebant ba
laam · Quin pocius age inquit peni
tentiam · Si aut veniam tibi cito et pug
nabo tecum in romphea oris mei · Verum si
volo erunt hii qui ab hylario instituti qui
oues sine pastore esse cepunt ea de scrip
turis proferre que beatus Cyprianus ob he
reticos baptizandos in epistolis suis reli
quit sciant illum nec non eorum qui sequi no
luerunt edidisse · Siquidem in canone eorum
permansit qui sine sue conciterat · sed ca
torem pocius fuisse propter nouatam et
multas tunc alias hereses nascentes
ne quisquam ab eo sine dampno erroris
sui reciperetur Denique sermonem suum quem
super hac re ad stephanum romanum episcopum ha
buit tali fine compleuit · hec ad conscientiam
tuam frater karissime et pro honore communi et
pro simplici dilectione pertulimus Crede
c tes eciam tibi pro religionis tue et fidei
veritate placere que et religiosa pariter
et vera sunt · Ceterum scimus quosdam quod
semel inbiberunt nolle deponere nec pro
positum suum facile mutare Sed saluo inter
collegas pacis et concordie vinculo que
dam propria que apud se semel sint vsur
pata retinere · Qua in re non vim cuique
facimus aut legem damus quam habeat in
ecclesia administracionem voluntatis sue ar
bitrium suum liberum et vnusquisque sit pro
positis rationem actus sui domino redditurus
Adiouinianum quoque de hereticis rebap
tizandis scribens in finem libelli sic lo
cutus est hec tibi breuiter pro nostra me
diocritate rescripsimus frater karissime neminem
prescribentes aut preiudicantes quominus
vnusquisque episcoporum quod putat faciat habens
arbitrii sui liberam potestatem Nos quan
tum in nobis est propter hereticos cum collegis
et episcopis nostris contendimus · cum quibus di
uinam concordiam et dominicam pacem tene
mus maxime cum apostolus dicat Si quis
aut putauit contenciosus esse · nos
talem consuetudinem non habemus · ne ec
clesia dei scindatur a nobis · patient et le
uitas animi collegii honor vinculum fidei
concordia sacerdocii Est preterea aliud quod
inferimus ad usum quod ne mutire quidem
audeat hylarius deucalim vrbis Si enim
heretici baptisma non habent et ideo
baptizandi sunt ab ecclesia quia in ecclesia
non fuerunt ipse quoque hylarius non e

nō ē xpianus. In ea quippe ecclia bap/
tizatus est. qui semp ab hereticis bapti/
zatos recepit antequā ariminensis
sinodus fieret. Antequā lucifer exulta/
ret. hylarius romane ecclie diaconus
hereticis venientibꝰ in eo qd̄ prius ac/
cepat baptisma suscipiebat nisi forte
tm̄ arriani heretici sūt. et ab hijs aliū
baptizatū recipe nō licet ab alijs licet
Dyaconus eras o hylare et manicheos
baptizatos recipiebas. dyaconus eras
et ebionis baptisma comprobabas. Re/
pente postq̄ exortus est arrius totus tibi
displicere cepisti. Segregas te cū tuis cor/
uulis et nouū balneū aperis. Si te ange/
lus aliquis aut aplus rebaptizabit nō re/
fringo qd̄ sequeris. Si vero in sinu meo
natus si uberibꝰ meoꝝ lacte nutritus ad
uersum me gladiū leuas redde quod
dedi et esto si potes alit xpianus. Me/
retrix sum sed tamē tua mr̄ sum. nō
seruo vnius thori castitatem. Talis
eram qn̄ conceptus es cū arrio adulteriū
committo. feci et antea cū paterna cū ebioe
cū fotino hos amplexaris hos in meis
tue domū. iam adultos recipis. Nescio
quid te vnus adulter offendit. Qd̄ si ne/
gandū quispiā putabit hereticos a
maioribus nris semp fuisse susceptos
Legat bti cypriani eplas. in quibꝰ ste/
phanū romane vrbis epm̄ in vetitate co/
suetudinis lacerat errorem. Legat et
ipius hylarii libellos quos aduersum
nos de hereticis baptizandis edidit et
ibi reppiet ipm̄ hylariū confiteri iuli/
o marco siluestro et ceteris veteribus
epis similit in pniam oms hereticos
susceptos. nec tamē sibi et veritati con/
suetudinem preiudicare debere. Syno/
dus quoqꝫ niceana cui ipe paulo ante
retulimus in ectionem oms hereticos sus/
cepit exceptis paulianistis. anc hem
discipulis. et qd̄ his maius est epi no/
uacianorum si conuersi fuint pbiterij
gradū seruant. Que sinā et luciferū
impugnat et hylariū diu idem et
clericus est et baptizatus. Poteram die
in huiusmodi eloquio ducere et oms ppo/
sitionū riuulos vno ecclie sole siccare
Vnū quia iā multū sermocinati sumus
et prolixitas concertationis auditū stu/
dia lassabit breuē tibi aptam animi mei
sniam proferam. In illa esse ecclia p/
manendū que ab aplis fundata vsqꝫ ad
diem hanc durat. Si ubi audieris eos
qui dicūt xpiani nō a dn̄o ihu xpo. sed
a quoqꝫ alio nuncupari vt puta marcio/
nitas valentinianos montenses sive
campitas/ scito ibi nō ecclīam xpi sed anti
xpi esse synagogam. Ex hoc em̄ ipso
qd̄ postea instituti sūt eos ee indicāt
quos futuros aplus pronunciauit. Ne
et sibi blandiant'. si uel scripturarum
capitulis videnē sibi affirmare qd̄ di/
cunt cū et diabolus de scripturis aliqua
sit loquutus et scripture nō in legendo
consistūt sed intelligendo. Alioquin
si literam sequi nīr possumus et nos
quoqꝫ nouū nobis dogma compone/
re ut asseramus in ecclīam nō recipie/
dos qui calciati sint et duas tunicas
habeant. Luciferianus dixit. Nō
solum existimes te vicisse. viciuius vtiꝫ
nrm̄ palmas referat tu mei et ego
ouozis victoriaqꝫ michi sit semp dis/
putare contingat ut ad meliora
pficiens deseram quid male tene/
bam. vnū autem tibi confiteor quia
mores meoꝝ ad pme noui facilius
eos vinci posse qm̄ psuaderi.

Epla sancti Jeronimi pbri ad Teophilū Alexandrinū Episcopum prima

Beatissimo pa/
pape theophilo Jeroni/
mus. Meminit beati/
tudo tua qd̄ eo tempore
quo tacebas nūquā ab officiis meus
sermo cessauit. nec consideraui quid
tu pro dispensatione tua faceres
sed quid me facere conueniret et
nūc sumptis tue dignacionis eplis
firmū aliquē cepisse me video ewā/
gelice lectionis. Si enī duri iudicis
sniam crebra mulieris flexit petiō
quāto magis patna viscera interpel/
latione sedula mollitur. Quod
de canonicis ecclīasticis mones
grās agimus. Que enī diligit dn̄s
corripit. et castigat omem filiū qm̄
recipit. Sed tamen scito nobis nichil
esse antiquius. qm̄ xpi iura seruare
nec patrū transferre terminos. Semp
qꝫ meminisse romanā fidem apli/
co ore laudatam cuius se esse pticipe
alexandrina ecclia gloriatur. Sup
nephaaria heresi quid multū paciaris
geris et putas ecclesie in sinibus mai/
bantes tua posse corrigi lenitate
multis sanctis displicet. Ne dū pau/
coꝝ pniam pstolaris nutrias audaci/
am pditorū. et factio robustior
fiat.

Eiusdem ad eundem Secunda

Nuper tue
beatitudinis scripta pre/
pi emendancia vetus
silenciū: et me ad so/
litū officiū puocancia
vnde licet p sanctos

d

CCCXXVI a

[illegible]

[illegible] b

[illegible]

fr̃s p̄sum et eatholum tuos ad nos
sermo cessauit. tamen quid audiuimus
illos zelo fidi concitatos raptim pa-
lestine lustrasse regiones et dispsos
regulos usque ad suas latebras con-
secutos. Breuiter scribimus qd totus or-
bis exultet et in tuis victoriis glo-
rietur. inque alexandrie vexillum et
aduersus heresim trophea surgentia
gaudens ppl'orum turba prospectet.
Macte virtute hac te zelo fidi osten-
disti qd hucusque tacitur nitatis
dispensatio fuit consensus. Libere
enim reuerencie tue loquar. dolebamus
te nimium esse pacientem et ignoramus
te magistri gubernatula gesciebamus
in interitum perditurum. Sed ideo tu exal-
tasti manum et suspendisti plagam
ut feles fortius. Sup susceptione
cuiusdam no debes contra hominis vrbis
dolere pontificem. quia nichil tuis
litteris precepisti. et temerarium fuit
de eo qd nesciebat ferre sentenciam ta-
men reor illum nec audere nec velle
te in aliquo ledere. Eiusdem sancti
Jeronimi ad eundem et cetera

B

EATISSIMO PA-
pe theophilo Jeroni-
mus duplicem michi
graciam tue beatitudinis
littere prestiterunt quos sanctos et vene-
rabiles Agathonem episcopum et diaco-
num athanasium habuerunt portito-
res et aduersos sceleratissimam here-
sim zelum fidi demirari. Vox bea-
titudinis tue in toto orbe personuit
et in cunctis xpi ecclesiis latentis di-
aboli venena siluerunt. Nequaquam
antiquus serpens sibulat. sed con-
tortus et eruisceratus in caui narum te-
nebris delitescens solem clarum fer-
re no sustinet. Equidem sup hac
re et antequam scriberem ad occidente
epl'as miseram. et parte heretico-
rum strophas mee lingue hominibus in-
dicans et dispensatione dei factum pu-
to. ut eo in tempore tu quoque ad pa-
pam athanasium scribes et nostram
dum ignoras sentenciam roborasse. Vnde
mitte ate commoniti magis studium
accommodabimus. ut et hic procul
simplices ab errore reuocemus.
Nec timemus odia subire quorun-
dam. No enim debemus hominibus
placere sed deo. Quamquam ardencius
ab illis defendatur heresis quam
a nobis oppugnetur. Simul quoque ob-
secro ut si qua sinodica habes
ad me dirigas. quo possim tanti
pontificis auctoritate firmatus libe-
rius et confidencius pro xpo ora resera-
re. Vincencius presbiter ante biduum quam
hanc epl'am darem de vrbe venit et
suppliciter te salutat. Crebroque sermone
concelebrat. roma et pene totam yta-
liam tuis post xpm epistolis liberatam. Anni-
tere erga papa beatissime et ponem oc-
casionem ad occidentales presbiteros scribe
ut mala gramina acuta ut ipse significas
succidere falce no cesses. Eiusdem
Epl'a ad eundem Theophilum quarta

B

EATISSIMO PAPE
theophilo episcopo Jeronimus
Ex eo tempore quo beati-
tudinis tue accepi epl'as
iuncta paschali libro vsque in presentem diem
et ita et merore luctus et sollicitudine
ac diuersis sup ecclesie statu hinc inde ru-
moribus exagitatus sum: ut vix volumen
tuum potuerim in latinum sermonem ver-
tere. optime enim nosti iuxta veterem
sentenciam no esse crastinam eloquenciam mentis
nisi si ad egritudinem animi accedat cor-
poris egritudo. Et hanc ipsam epl'am
febri estuans et quintum iam diem de-
cumbens lectulo nimia festinacione
dictaui et breuiter indicans beatitu-
dini tue magnum me laborem susti-
nuisse in translacione eius ut omnes
sentencias pari vetustate transferre: et gre-
ce eloquencie latinum aliqua ex parte re-
sponderet eloquium. In principiis philo-
zopharis et generaliter agens dum omnes
erudis unum in gulas et in reliquis au-
quod uel est difficilimum est rethorice
eloquencie iungis philozophos. et de-
mostenem atque platonem nobis co-
socias. O quanta dicitur in luxuriam quanta
promissis extollitur continencia. et deminu-
nus sapiencie disciplinis diei et noctis
lune cursus ac solis radio et mundi
istius naturam describeris. et hanc ipsam
disputacionem ad scripturarum referes
auctoritatem ne in paschali libro
videaris de secularibus qd pia fonti-
bus mutuatus. Quid plura. In hiis
laudare te vereor ne absentandi
crimen incurram. Optimus liber est et
in philozophis et agens susceptam causam
absque inuidia personarum. vnde obsecro
te ut ignoscas tarditati mee. Ita enim
sancte et venerabilis paule dormicione
confectus sum: ut absque translacione
huius libri vsque in presenciarum nichil aliud
diuini opis scripserim. perdidimus
enim ut ipse nosti repente solacium: qd
ut consciencie mee testis est dominus dixi no
ut propas deciamus utilitates sed ut stor-

cclxxviii
a

refrigeria quibus illa sollicite serviebat. Sed venerabilis filia tua eustochium que nullam pro omnibus absencia recepit consolacionem et vniuersa fraternitas te suppliciter salutat. Libros quos dudum scripsisse te nunciasti vel legendos nobis vel vertendos transmitte.

Theophilus episcopus ad sanctum Jeronimum presbiterum

Dilectissimo et amantissimo fratri Jeronimo presbitero Theophilus episcopus. Didici quod et sanctitas tua novit Theodorum monachum cuiusque studium comprobavi qui cum a nobis romam navigaturus exiret noluit ante proficisci nisi te et sanctos fratres qui tecum sunt in monasterio quasi sua viscera amplexaretur et inviseret quibus cum suscepit pro ecclesie tranquillitate letare. Videt enim cuncta nitrie monasteria et referre potest continenciam et mansuetudinem monachorum. Quomodo extinctis et fugatis origenis sectatoribus pax ecclesie reddita sit et disciplina domini consequetur. Atque utinam aput vos quoque deponerent ypocresim qui occulte dicuntur subruere veritatem de quibus non bene senciences in hiis regionibus fratres me scribere provocarunt quamobrem caveto et effugite huiusmodi homines iuxta quod scriptum est. Siquis non affert ad vos ecclesiasticam fidem hunc nec ave dixeritis. Quamquam ex superfluo faciam hoc tibi scribere qui potes etiam alios ab errore revocare tamen nichil nocet etiam prudentes et eruditos viros prosollicitudine fidei commonere. Omnes fratres qui tecum sunt meo nomine salutari volo.

Epistola Theophili episcopi ad sanctum Jeronimum

Dilectissimo et amantissimo fratri Jeronimo Theophilus episcopus. Dominus episcopus agathos cum dilectissimo dyacono athanasio in ecclesiastica directus est causa quam cum didiceris non ambigo quin nostrum studium probes: et in ecclesie victoriis gloriaris. Nam origenis heresim in monasteriis nitrie quidam nequam et furiosi homines serere et fundare cupientes prophetali falce succisi sunt. Quia recordati sumus apostoli commonentis. Argue eos severe ergo et tu partem huius prophecionis recepturus deceptos quoque emendate sermonibus optamus quod si fieri potest in diebus nostris catholicam fidem et ecclesie secula cum subiectis nostris populis custodire et omnes novas sopire doctrinas etc.

Epistola Sancti Jeronimi presbiteri ad thesifontem vrbicum que sibi vitanda et de libero arbitrio

Non audacter ut falso putas. Sed amanter studioseque fecisti ut nova michi ex veteri mitteres questionem que ante litteras tuas plerosque movente decepit ut simulatam humilitatem superbia discerent et dicerent cum diabolo. In celum ascendam: super sydera celi ponam thronum meum: eroque similis altissimo. Que enim potest admissa maior esse temeritas quam deo sibi: non dicam similitudinem sed equalitatem vendicare et brevi summa omnium hereticorum venena complecti que de philosophorum et maxime pytagore et zenonis stoycorum fonte manarunt. Ille enim que grece appellantur [illegible] quas nos perturbationes possimus dicere egritudinem videlicet et gaudium spem et metum quorum duo presentes et duo futura sunt asserunt estimari ex mente posse elemenciam. Et nullam belial radicem quiuisse in homine omnino reside meditacione et assidua excitacione virtutum. Adversum quos et peripatetici et qui ab aristotilis fonte descendunt fortissime disputant: et achademici novi quos tullius sequitur sed umbras et nomina sub iciunt. Hoc est enim hominem tollere et in corpore constitutum esse sine corpore mortis huius. Et quia epistolaris brevitas non potest omnia comprehendere statim tibi vitanda describam. Unde et illud virgilianum est. Hinc metuunt cupiunt gaudent que dolentque. Neque auras despiciunt clausi tenebris et carcere ceco. Quis enim potest non gestire gaudio aut merore contrahi aut spe extolli aut timore terreri: Quamobrem et gravissimus poeta flaccus scribit in satyra. Nam vitiis sine nemo nascitur optimus ille qui minimis vrgetur. Pulchre quidam maiorum ait philozophi patriarche hereticorum ecclesie puritatem perversa maculavere doctrina: ut nesciant illud dictum de humana fragilitate quid gloriatur terra et cinis: et presertim cum idem apostolus dicat video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis mee et ducentem me in captivitatem et statim. Non enim quod volo hoc ago sed quod nolo illud operor. Si quod non vult

operatur. Quo stare potest hoc quod dicitur posse hominem esse sine peccato si velit? Quare enim potest quod velit, cum apostolus asserat se quod cupiat implere non posse? Cumque ab eis queramus qui sint illi quos absque peccato putent, nova stropha eludere cupiunt veritatem. Sed non puto, dicunt enim se non eos dicere qui sint vel fuerint, sed qui esse possint. Egregii doctores dicunt esse quod numquam fuisse demonstrant, dicente scriptura: Omne quod futurum est iam factum est in priori tempore. Neque nunc mihi necesse est ire per singulos sanctorum, et quasi in corpore pulcherrimo nevos quosdam et maculas demonstrare. Quod plerique virorum simpliciter faciunt, cum paucis sententiolis scripturarum possint hereticorum et per eos philosophorum argumenta convincere. Quid enim dicit vas electionis? Conclusit deus omnia sub peccato ut omnium misereatur. Et in alio loco: Omnes enim peccaverunt et indigent gloria dei. Ecclesiastes quoque per quem se cecinit ipsa sapientia libere protestatur et dicit: Non est homo iustus super terram qui faciat bonum et non peccet. Et iterum: Si peccaverit populus, non est enim homo qui non peccet. Et: Quis gloriabitur se castum habere cor? Et: Non est mundus a sorde, nec si unius diei fuerit vita eius. Unde et David: Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum et in delictis peperit me mater mea. Et in alio psalmo: Non iustificabitur in conspectu tuo omnis vivens. Quod testimonium sub nomine pietatis nova argumentatione deludunt. Aiunt: Ad comparationem dei nullus esse perfectus potest. Quasi scriptura hoc dixerit. Neque enim ait: Non iustificabitur ad comparationem tui omnis vivens. Quando enim dicit in conspectu tuo, hoc intelligi vult quod etiam qui hominibus sancti videntur dei scientie atque notitie nequaquam sancti sint. Homo enim videt in facie, deus in corde. Si autem inspiciente deo et omnia contemplante, quem cordis archana non fallunt, nullus est iustus, perspicue ostenditur hereticos non hominem in excelsa sustollere sed dei potentie derogare. Multaque alia que si de scripturis sanctis voluero congregare non dicam epistole sed voluminis quoque excedam modum. Nichil novum asserunt qui in huiuscemodi sibi perfidia applaudentes simplices quidem indoctosque decipiunt, sed ecclesiasticos viros qui in lege dei die ac nocte meditantur decipere non valent. Pudeat eos principum et sociorum eius suorum qui aiunt

CCCxxix
a

posse hominem sine peccato esse si velit, quod Greci dicunt AH A X A P Y E H Y O W H. Et quia hoc ecclesiarum per orientem aures ferre non possunt, simulant se sine peccato quidem dicere, sed anamariteton dicere non audere. Quasi aliud sit absque peccato et aliud anamartheton, et non grecum sermonem qui apud illos compositus est duobus verbis sermo latinus expresserit. Si absque peccato dicis et anamartheton te dicere diffiditis, dampna ergo eos qui anamartheton predicant. Sed non facis. Nosti enim quid intrinsecus discipulos tuos doceas, aliud ore commemorans, aliud celans conscientia. Nobis quasi alienis et indoctis loqueris per parabolas, tuis autem misteria confiteris. Et hoc iuxta scripturam te facere iactitas, quia dominus est turbis in parabolis loquebatur, discipulis autem. Et ad discipulos dominus dicit: Vobis datum est scire misteria regni celorum, illis autem non est datum. Sed ut dicere ceperam exponam breviter principum et sociorum tuorum nomina, ut animadvertas qualium consortium gloriaris. Manicheus electos suos quos inter amitas Platonis in celestibus locat, dicit omni carere peccato nec si velint peccare posse. Ad tanta enim eos virtutum culmina transcendisse, ut carnis operibus illudant. Priscillianus in Hispania pars Manichei, de cuius turpitudine cuius te discipuli diligunt plurimum, verbum perfectionis et scientie sibi temere vindicantes, soli cum solis clauduntur mulierculis, et illud eis inter coitum amplexusque decantant: Tum pater omnipotens fecundis imbribus ether coniugis in gremium lete descendit, et omnes magnus alit magno commixtus corpore fetus. Qui quidem et partem habent gnostice hereseos de vallis impietate venientem. Unde et vos asseritis eos qui absque legis scientia sint peccata vitare non posse. Quid loquar de Priscilliano, qui et seculi gladio et totius orbis auctoritate dampnatus est? Evagrius Ponticus hyborita, qui scribit ad virgines, scribit ad monachos, scribit ad eam cuius nomen nigredinis testatur perfidie et tenebras, edidit librum et sententias A H P Y A H A Y A C, quam nos impassibilitatem vel imperturbationem possumus dicere, quando numquam animus ulla cogitatione et vitio commovetur, et ut simpliciter dicam, vel saxum vel deus est. Huius libros per orientem grecos et interpretante discipulo eius Rufino latinos plerique in occidente lectitant. Qui librum quoque scripsit quasi de monachis multosque in eo enumerat qui numquam fuerant et quos fuisse describit origenistas

b

c

et ab episcopis dampnatos esse. non dubium est Ammonium videlicet et eusebium et euthimium et ipsum euagrium. or quoque et ysidorum et multos alios quos enumerare tedium est. Et iuxta illud lucretii Ac veluti pueris absinthia tetra medentes cum dannus prius ora circulinimus dulci mellis flauique liquore. Ita ille unum Johannem in ipsius libri posuit principio quem et catholicum et sanctum fuisse non dubium est ut per illius occasionem ceteros quos posuerat hereticos ecclesie introduceret. Istam autem temeritatem immo insaniam eius quis digne possit explicare sermone. quod librum Sixti pitagorici hominis absque christo atque ethnici immutato nomine Sixti martiris et rome ecclesie episcopi prenotauit. in quo iuxta dogma pitagoricorum hominem adequat deo et de eius dicit esse substancia. multa de perfectione dicuntur ut qui volumen philozophi nesciunt sub martiris nomine bibant de aureo calice babilonis. Denique in ipso volumine nulla prophetarum nulla patriarcharum. nulla apostolorum nulla christi fit mencio. ut episcopum et martirem sine christi fide fuisse contendat. unde et vos plurima contra ecclesiam usurpatis testimonia. fecerat hoc et sancti pamphili martiris nomine ut librum primum ex voluminibus librorum defensionis origenis eusebii cesariensis quem fuisse arrianum nemo quis nesciat unum nomine pamphili martiris prenotaret. quo scilicet grecia illa quatuor origenis periarchon volumina latinis infunderet auribus. vis adhuc et alium nosse erroris tui principem. doctrina tua origenis ramusculus est. In eo enim psalmo ubi scriptum est ut de ceteris taceam insuper et usque ad noctem erudiunt me renes mei. Asserit virum sanctum de quorum videlicet et tu numero es. cum ad virtutum venerit summitatem ne in nocte quidem ea pati que hominum sunt. nec cogitatione vitiorum aliqua titillari. Nec erubescitis de societate talium. rennies eorum nomina quorum blasphemiis iungeris. Jouinianum secunda quod tui ingenii disciplina est. Quod quid illi rursum est tibi rursum creditur nec fieri potest ut diversus sit eorum exitus quorum est una sententia. Cum hec se ita habeant quid volunt misere mulieracule honerate peccatis que circumferuntur omni vento doctrine semper discentes et numquam ad scienciam veritatis pervenientes et ceteri mulieracularum socii prurientes auribus et ignorantes quid audiant quid loquantur. Qui vetustissimam cenum quasi novam susceperunt temperaturam que in deum est qui iuxta ezechiel linunt parietem absque temperamento. qui superveniente veritatis pluvia dissipatur. Symon magus heresim condidit helene meretricis adiutus auxilio. Nicolaus anthiochenus omnium immundiciarum repertor choros duxit femineos. Marcion romam premisit mulierem que deceptorum sibi animos prepararet. Appelles philomenem suarum comitem habuit doctrinarum. Montanus immundi spiritus predicator multas ecclesias per priscam et maximillam nobiles et opulentas feminas primum auro corrupit. deinde heresi polluit. Dimittam vetera ad viciniora transcendam. Arrius ut orbem terrarum caperet sororem principis ante decepit. Donatus per affricam ut infelices quosque fetentibus pollueret aquis lucille opibus adiutus est. In hispania Agape elpidium mulier virum cecum ceca duxit in foveam successoremque sui priscillianum habuit zoroastris magum studiosissimum et ex mago episcopum. cui iuncta est gallia sed nomine germana huic illucque currentem altius et vicine hereseos reliquit heredem. Nunc quoque misterium iniquitatis operatur duplex sexus utrumque supplantat ut illud propheticum cogamur assumere. Clamauit perdix. congregauit que non peperit faciens divicias suas non cum iudicio In dimidio dierum derelinquet eum et in novissimo suo erit insipiens. Illud vero quod ad decipiendos quosque postea huic sine coaptarunt non absque dei gracia cum prima legentes fronte decipiat introspectum et diligentissime ventilatum decipere non potest. Ita enim dei graciam ponunt ut non per singula opera eius nitamur et regamur auxilio sed ad liberum referatur arbitrium et ad precepta legis. ponentes illud ysaie. legem enim in adiutorium dedit deus ut in eadem referente sint gratie quod tales nos condiderit qui nostro arbitrio possimus et eligere bona et vitare mala. et non intelligunt ista dicentes quod per eorum os eorum intollerabilem diabolus sibilet blasphemiam. Si enim in eo tantum dei gratia est quod proprie nos condidit voluntatis et libero arbitrio contenti sumus. nec ultra eius indigemus auxilio ne si indiguerimus liberum frangatur arbitrium ergo nequaquam ultra orare debemus nec illius clementiam precibus flectere. ut accipiamus cotidie quod semel acceptum in nostra est potestate. Huiusmodi homines tollunt orationem et per liberum arbitrium non homines proprie voluntatis sed dei potentie factos esse iactant qui nullius ope indiget. Tollantur et ieiunia omnisque continencia. Quid enim michi necesse est laborare ut accipiam per industriam quod semel meo factum est potestatis. hoc quod dico non est meum argumentum. unius discipulorum

CCCXXX a

b

cuius immo iam magister et totius doctor scientie. et contra apostolum vas perditionis per plenissimum et non sui iactant silogismorum spineta decurrens. sic philosophatur et disputat Si nichil ago absque dei auxilio et per singula opera eius est omne quod gessero ergo non ego qui laboro. sed dei in me auxilium coronabitur frustra ergo dedit arbitrii potestatem quam implere non possum nisi ipse me semper adiuverit. destruitur enim voluntas que alterius ope indiget. Sed liberum dedit arbitrium deus quod aliter liberum non erit nisi fecero quod voluero Ac per hoc aut utor semel potestate que michi data est ut liberum servetur arbitrium. aut si alterius ope indigeo libertas in me arbitrii destruitur. qui hec dicit

c quam non excedit blasphemiam que hereticorum venena non superat. Asserunt se per libertatem arbitrii nequaquam ultra indigere deo. et ignorant scriptum quid habes quod non accepisti Si autem accepisti quid gloriaris quasi non acceperis Magnas agit deo gratias qui per arbitrii libertatem rebellis in deum est. quam nos libenter amplectimur ita dumtaxat ut agamus semper gratias largitori Sciamusque nos nichil esse nisi quod donavit in nobis ipse conservaverit dicente apostolo. Non est volentis neque currentis sed miserentis dei velle et currere meum est. sed ipsum meum sine dei semper auxilio non erit meum Dicit enim idem apostolus deus est qui operatur in vobis et velle et perficere. Et salvator in euangelio. pater meus usque modo operatur et ego operor Semper largitur semper donat. Non michi sufficit quod semel dedit nisi semper dederit peto ut accipiam. et cum accipio rursum peto alia ad accipiam beneficia dei Nec ille deficit in dando nec ego satior in accipiendo. Quanto plus bibo

CCCxxx a

tanto plus sitio Legi enim psalmiste vocem. gustate et videte quoniam suavis est dominus omne quod habemus bonum gustus est domini et cum me putavero ad calcem venisse virtutum tunc habeo principium. principium enim sapientie timor domini qui expellitur atque destruitur caritate hec in omnibus sola perfectio si imperfectos esse se noverint Et vos inquit cum omnia feceritis dicite servi inutiles sumus quod debuimus facere fecimus. Si inutilis est qui perfecit omnia quid de illo dicendum est qui explicare non potuit. Unde et apostolus ex parte accepisse et ex parte comprehendisse se dicit et nec dum esse perfectum. et nec dum esse perfectum preteritorum oblivisci. et in futurum se extendere. Qui semper preteritorum

obliviscitur. et futura desiderat ostendit

d se presentibus non esse contentum. Quod autem sursum deorsum iactitant liberum a nobis arbitrium destrui Audiant e contrario eos arbitrii destruere libertatem qui male eo abutuntur adversum beneficium largitoris. quis destruit liberum arbitrium. Ille qui semper agit deo gratias. et quodcumque in suo fluit rivulo. ad fontem refert. An qui dicit recede a me. quia mundus sum non habeo te necessarium. dedisti michi semel arbitrii libertatem ut faciam quod voluero Quid rursum te ingeris ut nil possim facere nisi tu in me tua dona compleveris. fraudulenter pretendis gratiam dei ut ad conditionem hominis refe

b ras et non in singulis opibus auxilium dei requiras. ne scilicet liberum arbitrium videaris amittere et cum dei contemptor sis adminiculum hominis queras auxilia Audite queso. Audite sacrilegum. Si inquit voluero curvare digitum movere manum. sedere. stare. ambulare. discurrere sputa iacere. duobus digitulis narium purgamenta decutere. relevare alvum urinam digerere: semper michi auxilium dei erit necessarium: Audi ingrate immo sacrilege: apostolum predicantem Sive manducatis sive bibitis sive aliquid agitis omnia in nomine domini facite Et illud Iacobi Ecce nunc qui dicitis hodie aut cras proficiscemur in illam civitatem et faciemus illic annum unum et negociabimur quia nescitis de crastino. Que est enim vita vestra: Aura est sive vapor paululum apparens deinde dissipatur pro eo quod debeatis dicere. si dominus voluerit et vixerimus faciemus hoc aut illud. nunc autem exultatis in superbiis vestris omnis huiusmodi gloriatio pessima est Iniuriam tibi putas. et destrui arbitrii libertatem. si ad deum semper auctorem curras. si ex illius pendeas voluntate et dicas. oculi mei semper ad dominum. quoniam ipse evellet de laqueo pedes meos unde et audes lingua proferre temeraria. unumquemque suo arbitrio regi. Si suo arbitrio regitur ubi est auxilium dei: Si Christo rectore non indiget quomodo scribit Ieremias. non est in homine via eius et a domino gressus hominis dirigitur Facilia dicis esse dei mandata. et tamen nullum proferre potes qui universa compleverit. Responde michi. facilia sunt an difficilia. Si facilia profer quis ea impleverit Et cur David in psalmo canat. qui fingis laborem in precepto Et iterum. propter verba labiorum tuorum. ego custodivi vias duras Et dominus in euangelio. Intrate per angustam

peccatum et diligite inimicos vestros et orate pro hiis qui persequuntur vos. Si autem difficilia arbitraris ausus es dicere facilia dei esse mandata que nullus impleuit non intelligis tuas inter se pugnare sentencias. Aut enim facilia sunt et infinita est hominum multitudo que ea impleuerit. Aut difficilia et temere dixisti facile quod difficile est. Soletis et hoc dicere aut possibilia esse mandata et recte a deo data aut impossibilia: et non hiis esse culpam qui acceperunt mandata sed deo qui dedit impossibilia. Numquid precepit michi deus quod essem quod deus est ut nichil inter me esset et deum creatorem. ut maior essem angelorum fastigio. ut haberem quod angeli non habent. De illo scriptum est quasi proprium qui peccatum non fecit nec inuentus est dolus in ore eius. Si hoc et michi commune est cum christo. quid ille habebit proprium. Alioquin ipse sua tua sententia destruitur. Asseris posse hominem sine peccato esse si velit et post grauissimum soporem ad decipiendas animas rudes frustra conaris adiungere non absque dei gratia. Si enim semel homo per se potest esse sine peccato quid necessaria est gratia dei. Si autem sine illius gratia nichil potest facere. quid necesse fuit dicere posse quod non potest. potest inquis esse sine peccato potest esse perfectus si voluerit. Quis enim christianorum non uult esse sine peccato aut quis perfectionem recusat si sufficiat ei velle et statim sequitur posse. Si velle precesserit: nullus ex christianorum est qui nolit esse sine peccato ergo omnes sine peccato erunt quia omnes cupiunt esse sine peccato. Et in hoc ingratus teneberis: ut quia aut nullum aut rarum quemque sine peccato proferre potes. omnes absque peccato esse fatearis. possibilia inquit mandata dedit deus. Et quis hoc negat. Sed quomodo hec intelligenda sint vas electionis apertissime doceat. Ait enim quod erat impossibile legis in quo infirmabantur per carnem. deus filium suum mittens in similitudine carnis peccati de peccato condempnauit peccatum in carne. Et iterum. Ex operibus legis non iustificabitur omnis caro. Quod ne de lege moysi dictum putes. et non de omnibus mandatis que uno legis nomine continentur. idem apostolus scribit dicens. Consentio enim legi dei secundum interiorem hominem. Video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis mee Et captiuantem me in lege peccati que est in membris meis. Miser ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius: Gratia dei per ihesum christum dominum nostrum. Cum hoc dixerit

alio sermone declarat. Scimus enim quia lex spiritualis est: ego autem carnalis sum venundatus sub peccato. Quod enim operor non cognosco. Non enim quod volo hoc facio. consentio legi quoniam bona est. Nunc autem nequaquam ego operor illud. sed quod in me habitat peccatum. Scio enim quoniam non habitat hoc est in carne mea bonum. velle enim adiacet michi. perficere autem bonum non inuenio. Non enim quod volo bonum hoc facio. nequaquam ego operor illud sed quod habitat in me peccatum. Reclamabis et dices manicheorum dogmate: eorum qui diuersis naturis ecclesie bella concitant. asserentium malam esse naturam que immutari nullo modo possit. Et hoc non michi sed apostolo imputa qui nouit aliud esse deum aliud hominem aliam carnis fragilitatem. aliam spiritus fortitudinem. Caro autem desiderat aduersus spiritum spiritus autem aduersus carnem: et hec inuicem sibi aduersantur ut non que volumus illa faciamus. A me nunquam audies malam esse naturam: sed quomodo sit carnis fragilitas disserenda ipso qui scripsit docente dicamus. Interroga eum quare dixerit non enim quod volo hoc operor. sed quod odi malum illud facio. Que necessitas illius impediet voluntatem: que tanta vis odio digna imperet facere. ut non quod vult sed quod odit. et non vult facere compellatur. Respondebit tibi o homo tu quis es qui respondeas deo Numquid dicit tibi figmentum figulo quare me fecisti sic. An non habet potestatem figulus luti de eadem massa aliud quidem vas facere in honorem. aliud in contumeliam. Obice deo fortiorem calumpniam. Quare cum adhuc non essent esau et iacob dixerit iacob dilexi. esau autem odio habui. Accusa eum iniquitatis cur achar filius charmi de iericontina preda. aliqua furatus sit et tanta milia hominum illius vicio trucidata sint: quamobrem filii hely peccauerint et omnis pene populus captiuitus archaque sit capta: dauidque peccauit ut numeraret populum. et cur in toto israel tanta hominum cesa sint milia et ad extremum quod solet nobis obicere contubernalis vester porphirius. Qua racione clemens et misericors deus ab adam usque ad moisen et a moise usque ad aduentum christi passus sit uniuersas gentes perire ignorancia legis et mandatorum dei. Neque enim britania fertilis prouincia tyrannorum

Al' scribens prudentissime vetulat ignorans hec et dei concedes sue digne et in ista nescire que queris concede potentie sue nequaquam te indiget defensore ego miserabilis qui tuas opperio contumelias

et scithice gentes omnesque usque ad oceanum per circuitum barbare nationes moysen prophetas que cognouerunt. Quid necesse fuit eum in ultimo venire tempore et non prius quam innumerabilis periret hominum multitudo. Cuius questionem beatus apostolus ad romanos scribens prudentissime venit ignorans: hec dei concedit scientie. Dignare et ista nescire que queris concede deo potentia sui nequaquam te indiget defensore. Ego miserabilis qui tuas expecto contumelias qui illud semper lego. gratia salui facti estis et beati quorum remisse sunt iniquitates et quorum tecta sunt peccata: ut de mea fragilitate loquar. Noui me multa velle que sancta sunt et tamen implere non posse. Spiritus enim fortitudo ducit ad vitam sed carnis fragilitas reducit ad mortem. Et audio dominum commonentem. vigilate et orate ne intretis in temptationem. Spiritus quidem promptus. caro autem infirma. Frustra blasphemias. et ignorantium auribus ingeris nos liberum arbitrium condempnare. dampnetur ille qui dampnat. Ceterum nos in eo differimus a brutis animalibus quod liberi arbitrii conditi sumus sed ipsum liberum ut diximus arbitrium dei nititur auxilio illiusque per singula ope indiget: quod uos non uultis ut qui semel liberum habet arbitrium deo adiutore egeat. liberum arbitrium dat liberam voluntatem: et non statim ex libero arbitrio facit deum. qui nullius ope indiget. Tu ipse qui perfectam et deo equalem in hominibus iusticiam iactitas et peccatorem te esse confiteris: responde michi velis an nolis carere peccato. Si vis quare iuxta sententiam tuam non imples quod desideras. Si autem non vis contemptorem te preceptorum dei esse demonstras. Si contemptor es utique et peccator. Si peccator audi tibi scripturam loquentem. Peccatori dixit deus. quare tu enarras iusticias meas et assumis testamentum meum per os tuum. Tu autem odisti disciplinam et proiecisti verba mea retrorsum. verba dei dum non vis facere post tergum tuum proicis. et nouus apostolus arbitrorum facienda et non facienda decernis. Sed non est ita ut loqueris aliud in tua mente versatur. Quando enim te dicis peccatorem. et posse hominem sine peccato esse si velit: illud vis intelligi. te quidem sanctum esse et omni carere peccato sed per humilitatem peccatoris nomen assumere. ut alios potius laudes et tibi detrahas. Illud quoque argumentum ferre quis possit. dicens hys verbis aliud est esse posse. Esse non est in nostra positum potestate. esse autem posse generaliter dici quod licet alius non fuit tamen possit esse qui esse voluit. Rogo que est ista argumentatio posse esse quod non fuit posse fieri quod nulla fecisse testeris id cuilibet tribuere quem an futurus sit ignores et dare nescio cui quod in patriarchis prophetis. et apostolis fuisse approbare. Audi ecclesiasticam simplicitatem siue rusticitatem aut imperitiam ut vobis videtur. loquere quod credis. publice predica quod secrete discipulis loqueris. Qui dicis te habere arbitrii libertatem. Quare non libere quod sentis loqueris. Aliud audiunt cubiculorum tuorum secreta aliud introrum populi. Et enim vulgus indoctum non potest archanorum tuorum onera sustentare. nec capere solidum cibum quod infancie lacte contentum est. Nondum scripsi et comminaris michi rescriptorum tuorum fulmina ut saltem hoc timore perterritus non audeam ora reserare et non animaduertis id circo nos scribere ut uos respondere cogamini et aperte aliquando dicere quod pro tempore personis et locis uel loquimini uel tacetis. Nolo vobis quod liberum esse negare: quod semel scripseritis ecclesie victoria est. uos aperte dicere quod sentitis. Aut enim eadem responsuri estis: quod nos loquimur et nequaquam eritis aduersarii sed amici. Aut si contraria nostro dogmati dixeritis in eo vincemus quod omnes cognoscent ecclesie quid sentiatis. Sentencias uestras prodidisse superasse est. patet prima fronte blasphemia. Non necesse habet conuinci quod sua statim professione blasphemium est. Comminamini nobis responsionem quam vitare nullus potest nisi qui omnino non scribit. Unde nosceris quod dicturi sumus. ut responsionem pareris. Forsitan vestram dicemus. et frustra ingenii vestri acuetis stilum. Eunomiam arrianam macedoniam nominibus separati impietate concordes nullum nobis laborem faciunt. loquuntur enim quod sentiunt. Sola hec heresis est que publice erubescit loqui quod secreto docere non metuit. Magistrorum silencia profert rabies discipulorum. Quod audierunt in cubiculis predicant in tectis ut si placuerit auditoribus quod dixerint. referatur ad gloriam magistrorum si displicuit culpa sit discipuli non magistri. Ideo crevit vestra heresis. et decepistis plurimos. maxime que eos qui adherent mulieribus et

CCLXXXII
a

b

sciunt se peccare nõ posse. quia semp docentis semp negantis et audie mere- mini illud ppheticum. gloria illis in partubus et parturitionibus. da illis domine. Quid dabis illis vulvam sterilem et vbera arencia. Fervet animus. non possum verba cohibere. Epistolaris an- gustia nõ patitur longi operis magni- tudinem. singulis in hoc opusculo nomine pre tangitur. adversum magistrum pueorum dogmatis locutus sum. qui si iratus fuit atque rescripserit suo quasi mus prodetur indicio. Ampliora in vero certamine vulnera acceptus cum multi anni sint quod ab adolescentia usque adhuc etatem diversa scripsi opus- cula. semperque habui studium audienti- bus loqui quod publice in ecclesia di- diceram nec philosophorum argumenta sectari sed apostolorum simplicitati acquiescere sci- ens illud scriptum perdam sapientiam sa- pientum et prudentiam prudentum reproba- bo et fatuum dei sapientius est hominibus. Cum hec ita se habeant. provoco adversarios ut omnes retro cartulas ex integro discuciant. et si quid in ge- niolo vitii reperierint proferant in medium. Aut enim bona erunt. et contra dicam eorum calumpnie. aut reprehen- sibilia et confitebor errorem. ma- lens emendare quam perseverare in pra- vitate sine. Et tu ergo doctor egregie aut defende quod locutus es et sententiarum tuarum acumina astrue eloquio subsequenti nequando tibi placuit ne- ges quod locutus es. aut si erte er- rasti quasi homo libere confitere et discordancium inter se redde concor- diam. In mentem tibi veniat tunica salvatoris nec a militibus fuisse conscissam. fratrum inter se cernis iur- gia et rides atque letaris. quod alii tuo nomine. alii xpi appellentur. Imitare ionam et dicito si propter me ista tempestas. tollite et mittite me in mare. Ille humilitate proiectus est in profundum. ut in typum domini gloriosius resurgeret. tu superbia ad astra sustolleris ut de te loquatur ihesus videbam sathanan quasi ful- gur de celo cadentem. Quod autem in scripturis sanctis iusti appellantur ut zacharias et elizabeth iob io- saphat et Josias. et multi quorum nominibus sacra scriptura contexta est quamquam in promisso opere plenius si dominus graciam dederit dicturus sum tamen in presenti epistola hoc breviter extruxisse sufficiat quod iusti appel- lentur nõ quo omni vicio careant sed ex maiori parte virtutum. Denique et zacharias silencio condempnatur et iob suo sermone reprehenditur et iosaphat. et iosias qui iusti absque dubio scripti sunt fecisse narrantur que domino displicent. quorum alter impio auxilium tulit et correptus est a propheta. alter contra preceptum domini ex ore Jeremie occurrit nechao regi egipti et interfectus est. et tamen uterque iustus appellatur. De ceteris non est huius temporis scribere. neque enim a me librum sed epistolam flagi- tasti qui dictandus ex otio est. et ob oppositiones eorum xpi auxilio destru- ende quod nobis sanctarum scripturarum testimoniis assendum est in quibus cotidie credentibus loquitur deus. Illud prete scite atque illustris domus cori- liabulum precor atque commoneo ne per unum aut ut multum tres homunciu- los suscipiant tantarum feces here- seon aut ut parum dicam infamia ut ubi primum virtus et sanctitas lauda- batur. Ibi presumptionis diabolice et sor- didissime. societatis turpitudo ver- setur sciantque qui huiuscemodi ho- minibus opus suggerit hereticorum multitudinem congregare et xpi ho- stes facere et nutrire adversarios eius frustraque aliud lingua pretendere cum manu sentire aliud comprobent.

CCCxxxiii
a

Epistola Sancti Jeronimi ad ctesiphontem in qua ad interrogata re- spondet et est talis

Non est Jeronimi anno et salvo sit per Sepi

In hac epistola dicit Jeronimus quod contra hereticos scribere non sit in vidia et sic solu- cione tollit duos errores primum quod homo possit fieri impeccabilis et per consequens hat vera alium deliberato arbitrio

Crebra fratrum expostulacio fuit cur promissum eius ultra differrem in quo pollicitus sum me adversus eorum qui apostoiaton predicant questiunculas responsurum. Nulli enim dubium quin stoycorum et peripateticorum hoc est veteris achademie ista contemptio sit quod alii eorum asserant perpeeas quas nos perturbaciones possumus dicere egri- tudinem. gaudium. spem timorem era- dicari. et extirpari posse de mentibus hominum. Alii frangi atque moderari et quasi in frenos equos quibusdam plumbatis coerceri. quorum sententias et tullius in tusculanis disputacionibus explicat et origenes ecclesiastice veritati in stromatibus suis miscere conatur. Ut preteream manicheum priscillianum et euagrium yborritanum Jovinianum. et tocius pene syrie he- reticos quos sermone gentili messilia

nos grece ceticas vocat quod omi ista
sint e posse ad pfectionem et no dicat
ad similitudinem sed equalitatem dei huma
nam virtute et etiam puenire Stat illi se
asserant ne in cogitatione quidem et igno
rantia cum ad summationis culmine asce
derint posse peccare et tu supior epla
contra errores eorum pro angustia tem
poris pauca pstrinxerit hic lib quem
nunc tradere intimi scrutatorum consue
tudinem conservabit ut ex utraque pte
quid dici possit exponat et magis p
spicua videtur ei posuit unusquisque
qd senserit. Illud aut ei omis xpianum
est et impossibile ee humanam a pri
cipio usque ad mortem no peccare nam
b et rursum possibile cum se aliquis con
strixerit ad tantam fortitudinem puenire
ut ultra no peccent. Adversum eos aute
qui me dicunt hoc opus in flammatum
inyidie facibus scribere breviter respon
debo. Nunquam me hereticis pepcisse
et omni egisse studio ut hostes eccle
mei essent hostes fierent. Helvidius scripsit
contra sce marie virginitate ppetuam
nunquid ut ei responderem ductus in
vidia sum que omnino in carne non
vidi. Jovinianus cuius nunc heresis
suscitatur romanam fidem me pnte
turbabit tamen linguis et sic sermo
nis putridi ut magis misa dignus sit
quam invidia. Illi quoque respondi. ut
potui. Rufinus no unius urbis sed orbis
blasphemias origenis in p[?] auctoritate li
bus quantum in se fuit intulit ita ut
eusebii quoque primum librum defensionis
origenis sub noie pamphili martiris
ederet et quasi ille dixisset novum pro
eo volumen evomeret. Num invide
mus et quia respondimus. et tanta i
illo eloquentie fuere flumina ut me
ab scribendi atque dictandi studio deter
reret. palladius servilis nequitie ea
dem heresim instaurare conatus e
et nove translationis hebraice in michi
calumpniam instruere. Num et illius
ingenio nobilitatique invidemus.
Nunc quoque misterium iniquitatis opatur
et garrit unusquisque qd sentit. Ego
solus sum qui cunctorum gloriam morde
o et tamen miser in his quoque in
videam qui no mentitur. unde ut
omnibus approbarem me no odisse
hominis nec aliquorum infamiam
querere magis quam dolere vite eorum qui
falsi nominis scientia supplantati atte
nuati et tecto noli nomina posui per quos
et mea pars adversariorum quid sentire
exprimerem. Qui potius omnis qui ca
tholicam sectam fidem optamus

c et turpius dampnare hereses homines
emendari. Aut si etiam in errore volue
rint pmanere non meam culpam
ee qui scripserimus sed eorum qui menda
cium ptulerint veritati. Breviterque ca
lumpniatoribus respondemus qui
qui sua in nos contulerint manicheorum
ee sine hominum dampnare naturam
et liberum auferre arbitrium. et ad
iutorium dei tollere rursum quam apertis
sime insania hoc hominem dicere
ee qd deus est. et sic ingrediendum
via regia ut nec ad sinistram nec
ad dexteram declinemus. appetitum
ppe voluntatis dei semper a damus aux
ilio gubernari. Si quis aute falso se
infamari clamitat et gloriatur in ma
sententia tunc vere fidei probabit assen
sum cum aperte et absque dolo adversa
dampnauerit. no audiat illud pphe
tam et in omnibus his no est conversa
ad me prevaricatrix soror eius iuda
ex toto corde suo sed in mendacio.
Minus quippe peccati est sequi malum
quod bonum putaveris quam no defen
dere qd bonum procto noveris. Qui
minas et iniurias paupertatem ferre
no possimus. quomodo flammas babi
lonis vincemus. Que bella servaver
runt. pax ficta no auferat. No lo
timore pfidiam discere quam verum
fidem mee xpus reliquerit vobis.

Jeronimus ad Severum

Cum in urbe
lege actiori tempore
conversarem minime fui
constatus qd te totum
ibidem minime potui
reppire. Inveni enim te medium ut et
ita dicam ptem anime tue severe
carissime de quo ex parte gavisus
sum. Perfecte enim gauderem si te to
tum invenirem. Unde ex pte qua te
repereram gratulabar. et ptem tua
quam nequaquam tenebam omis mo
dus contristabar. pro m de dixi am
me mee quare tristis es et quare
d conturbas me Spera in do et faciet
pnte anime mee amicum que dili
gas. unde confido in dno et spero
quid me faciet de tua visione ex
gratulare. O si oculis enim dilectio
posset videres quanta erga te mea
esset dilectio. Aut te qui sperans
dilectioni tue magnum tibi afferret
gaudium. aut si maior esset magnum
tibi afferret imitationis studium. Er
go quam in dno te diligo. dilige diligentem

hic error et finis huius eple habet ey ay vij folia in tria columna

nichil ob glorie cupiditatem nichilominus
ramusculos faciant. Neque enim statim
que ieiunat deo ieiunat. aut extendit
pauperi manum christo fuerat. Vicina sunt
vicia virtutibus difficile est deo tantum iudi-
ce esse contentum. Luciferianus dixit
preuenisti interrogationem meam. Hanc
enim scripturam michi in ultimo reserua-
bam. Et fere omnes nostri in molam non mi-
hoc quasi ariete in disceptationibus
utitur. que confractum et comminutum ve-
hementer gaudeo. Sed queso te. ut mi-
hi omnem causam quare ab arrianis veni-
entes ecclesia recipiat non quasi adver-
sario sed quasi discipulo explices. Nam
tamen tibi verbo respondere non possim animo
tamen necdum assentior. Orthodoxus
dixit Sub rege constancio eufrasio et
eusebio cognomine unitatis et fidei
infidelitatis non agnoscebat. Nam
illo in tempore nichil tam pium nichil
tam conveniens servo dei videbatur quam
unitatem sequi et totius mundi communionem
non scindi. presertim cum superficies exposi-
tionis nichil sacrilegum preferret. Credimus
aiebant in unum solum verum deum patrem omni-
potentem. Hoc etiam nos confitemur.
Credimus in unigenitum filium dei qui ante
omnia secula et ante omne principium natus

CXXXIIII a

est ex deo. Natum autem unigenitum solum ex
solo patre deum ex deo similem genitori suo
patri secundum scripturas. cuius nativitatem
nemo novit nisi solus qui genuit eum
pater. Numquid hic insertum est. erat tempus
quando non erat vel de nullis extantibus creatura
est filius dei. perfecta fides est deum de deo
credere et natum aiebant unigenitum solum
ex solo patre. Quid est natum eterno factum
nativitas suspitionem auferebat creature.
Agebat preterea qui de celo descendit Con-
ceptus est de spiritu sancto natus ex maria vir-
gine crucifixus a poncio pilato tercia
die resurrexit sed et ad dexteram patris
venturus iudicare vivos ac mortuos.
Sonabant verba pietatis et inter tanta
mella preconii nemo venenum insertum
putabat. De usie vero nomine abiciendo
veri similis ratio prebebatur. quia in scripturis
aiebant non invenitur. et multos sim-
pliciores novitate sua scandalizabat
placuit auferri. non erat cure episcopis de vo-
cabulo cum sensus esset in tuto. denique ipso
in tempore cum fraudem fuisse in exposi-
tione rumor populi nunciaret valens mur-
sensis episcopus. qui eam conscripserat presente
tauro pretorii prefecto qui ex iussu regis
synodo aderat professus est se arrianum
non esse et penitus ab eorum blasphemiis
abhorrere. Secrete geste opinionem vul-
gi non extinxerat. Itaque alia die in ecclesia

que est apud ariminum et episcoporum simul
et laycorum turbis concurrentibus Mu-
zonius episcopus provincie bizatine. cui propter etatem
ab omnibus deferebatur ita loquutus
est. Ea que sibi iactata per publicum et ad nos
usque prolata aliquem a nobis sanctitatis viro
legere precepimus ut que sibi mala et
ab auribus et a corde vestro abhorrere
debent una omnium voce dampnentur. Re-

b

sponsum est ab universis episcopis placet. Ita
que cum claudius episcopus provincie picene
ex precepto omnium blasphemias ferebantur
legere cepisset valens suas esse
negans exclamavit et dixit Siquis ne-
gat christum deum dei filium ante secula ex
patre genitum anathema sit. Siquis ne-
gat similem patri secundum scripturas ana-
thema sit ab universis consonatum est
anathema sit. Siquis filium dei non dix-
erit eternum cum patre anathema sit. Ab uni-
versis acclamatum sit. Ab universis accla-
matum est anathema sit. Siquis dixerit
creaturam filium dei ut sunt cetere creature ana-
thema sit. Similiter dictum est anathema
sit. Siquis dicit de nullis extantibus
filium non de deo patre anathema sit. Omnes
clamaverunt anathema sit. Siquis dixerit
erat tempus quando filius non erat anathema
sit. In hoc vero cuncti episcopi et tota simul
ecclesia et plausu quodam et tripudio va-
lentis vocem susceperunt. Quod siquis a
nobis fictum putat scrinia publica
scrutetur plene sunt ecclesie et ecclesiarum
acte recens adhuc rei memoria est
Supersunt homines qui illi sinodo inter-
fuerunt. e quo veritatem firmet. Ipsi
arriani hec ita ut diximus gesta non dene-
gant. Cum ergo cuncti valentem ad
celum manibus tollerent. et suam in eum
suspitionem cum penitencia dampnarent. Idem
claudius qui superlegere ceperat ait. Ad-
huc sunt aliqua que subterfugerunt dominum
et fratrem meum valentem. Que si vobis
videtur ne quis scrupulus remaneat
in commune dampnemus. Siquis dixerit fi-
lium dei esse siquidem ante omnia secula
sed non ante omne omnino tempus ut
ei aliquid auferat anathema sit. dix-

c

erunt cuncti anathema sit. Multaque a-
lia que suspiciosa videbantur pronun-
ciationem claudii valens condempna-
bit. Que siquis plenius discere cupit in
ariminensi synodi actis reperiet unde
et nos ita libavimus. His itaque gestis
concilium solvitur. Leti omnes ad provin-
cias revertuntur. Idem regi et bonis
omnibus cure fuerat ut oriens atque occi-
dens communionis sibi vinculo necterentur.
Sed diu scelera non latent. et cicatrix
male obducta in corpore dirumpitur.

Cepimus postea Valens et Ursacius ceterique nequicie eorum socii egregii videlicet Christi sacerdotes palmas suas iactitare dicentes se non catholicam negasse fidem, sed similem ecclesiis catholicis. Tunc usie nomine abolito tunc Nicene fidei dampnatio conclamata est. Ingemuit totus orbis et arrianum se esse miratus est. Igitur alius intra suam communionem permanere, alius ad eos confessores qui sub nomine Athanasii exulabant ceperunt litteras mittere. Nonnulli in istam societatem meliorem desperacione plauserunt. Pauci vero ut se natura hominum habet errorem pro consilio defensare pertinaciter laborabant. Navicula apostolorum urguebant venti fluctibus. Latera tundebantur. Iam nichil superat spei. Dominus excitatur, imperat tempestatem, bestia moritur, tranquillitas redit. Et ut manifestius dicam omnes episcopi qui de propriis sedibus fuerant exterminati per indulgenciam novi principis ad ecclesias redeunt. Tunc triumphatorem suum Athanasium Egiptus excepit. Tunc Hilarium de prelio revertentem Galliarum ecclesia complexata est. Tunc ad reditum Eusebii lugubres vestes Italia mutavit. Concurrebant episcopi qui Ariminensibus dolis irretiti sine consciencia heretici ferebantur, contestantes corpus Domini et quicquid in ecclesia sanctum est nichil mali in sua fide suspicatos. Putavimus aiebant sensum congruere cum verbis, nec in ecclesia Dei ubi simplicitas ubi pura confessio aliud in corde clausum aliud in labiis proferri timuimus. Decepit nos bona de malis existimatio. Non sumus arbitrati sacerdotes Christi adversus Christum pugnare. Multaque alia que brevitatis studio pretereo flentes asserebant, parati et subscriptionem pristinam et omnes arrianorum blasphemias condempnare. Hoc loco interroga istos nimium religiosos quid confessoribus agendum putaverint. Depositis in quinque veteribus episcopis novos ordinasse temptatum est. Sed quotus quisque bene sibi conscius patitur se deponi, presertim cum omnes populi sacerdotes suos diligentes pene ad lapides et ad interempcionem deponentium eos convolavit. Mansissent autem intra suam communionem, hoc est dicere, inrationabili crudelitate orbem totum diabolo condonassent. Cur dampnarent eos qui arriani non erant? Cur ecclesiam scinderent in concordia fidei? Cur denique bene credentes obstinacione sua facerent arrianos? Nam cum sinodus in Nicena que propter arrianam perfidiam

congregata est octo episcopos arrianos susceptos sciamus. Et episcopus in mundo iam nullus sit nisi quos illa synodus ordinavit, quomodo potuerunt adversum eum facere propter quem exilium sustinuerunt. Luciferianus dixit: Adhuc tandem ut tunc recepti sint arriani, qui nam queso? Orthodoxus dixit: Eusebius episcopus Nichomediensis, Teognius episcopus Nicenus, Saras tunc presbiter Libie, Eusebius episcopus Cesaree Phalestine, et reliqui quos enumerare longum est. Ipse quoque caput horum et causa malorum Arrius presbiter, et Euzoius diaconus qui postea sub Theodosio Anthiochenus episcopus fuit, et Achelas lector. Hii quippe tres Alexandrie ecclesie clerici auctores huius heresis extiterunt. Luciferianus dixit: Quispiam eos fuisse susceptos quomodo convincetur? Orthodoxus dixit: Supersunt adhuc homines qui illi synodo interfuerunt. Et si hoc parum est, quia propter temporum antiquitatem rari admodum sunt et in omni loco testes adesse non possunt, legamus acta et nomina episcoporum synodi Nicene et hos quos supra diximus fuisse susceptos scripsisse homousion inter ceteros reperiamus. Luciferianus dixit: Si potes responde eos post synodum Nicenam illos in perfidiam declinasse. Orthodoxus dixit: Rem proposuisti. Solent enim clausis oculis denegare qui credunt factum esse quod nolunt. Sed quo postea declinarunt propter quod synodus congregata est et quorum epistole et libri impietatis ante synodum editi usque in presentem diem durant. Igitur cum illo tempore ccc^ti et eo amplius episcopi paucos homines quos sine dampno ecclesie abicere poterant susceperunt, miror quosdam et eos Nicene fidei sectatores tanta duricia existere ut tres confessores de exilio redeuntes non putet id ob totius orbis salutem imitare facere debuisse quod tot et tales viri voluntate fecerunt. Sed ut dicere ceperamus post reditum confessorum in Alexandrina postea synodo constitutum est ut exceptis sociarentur. Non quod episcopi possent esse qui heretici fuerant, sed quod constaret eos qui reciperentur hereticos non fuisse. Assensus est huic sentencie occidens et per tam necessarium consilium est Sathane faucibus mundus exceptus est. Ventum est ad asperrimum locum in quo adversum voluntatem et propositum meum quo corde beato Lucifero secus quam eius meritum et mea humilitas possit existimari. Sed quid faciam? Veritas os reserat et invitam linguam ad loquendum pectus impellit. Inruit articulo ecclesie in tantam rabiem

em prudencia tua periculosas esse istius//
modi questiones et nichil esse tucius nisi
forte tutum est tacere de grandibus Certe
qd illud tm ingeniu flumenque eloquencie
fuit ut in uno eodem statu cuncta comprehen//
disse se dicat de quibus singulis nouit//
mus eruditissimos viros infinita versuum mi//
lia conscripsisse Sed hoc quid ad me. no//
mit ille qui audiuit sicut ille qui scripsit
ab accusatione sui et ipse liberat. ego
nec mit fui nec vidi vnius exposicionem sim//
simmo ne vnius quidem. quia multis
clamantibus tacui. Confideamus ar//
guentis accusatique personas et cuius uel
meritum uel vita uel doctrina precesserit. illi
magis accomodemus fidem. vides ne
qd clausis ut dicitur oculis summa queque per//
stringam non tam eloquens qd mente
concepi quam indicans qd taceam. In//
tellexi et probaui disputacionem tuam
qd ecclesiastice paci consulens quasi syre//
neos tantus obturata aure pertransis
aliquem quia prima etate satis litteris
eruditus nosti quo sensu vnumquodque
dicatur quomodo in ambiguas sentencias
sermo liberatus et aliena non damp//
nat et nostra non deneget. Sed fides pura
et apta confessio non quirit strophas et
argumenta verborum. Quod simpliciter
credidit simpliciter confitendum est. poteram
quidem libere proclamare et inter gla//
dios quoque ignes quoque babilonis dicere. cur
aliud queritur. aliud respondetur. Cur
non simplex et apta confessio. Totum
timet totum temptat totum relinquit am//
biguum et quasi super aristas graditur.
vero tu expectatione patris fermenti
stomacho verba non quomodo querantur
alii libere quos ledere lesus ipse non
audet. Ego interim mut silebo et dispen//
sacione uel impericia simulabo uel metu
Quid enim michi accusanti futurus est.
qui ut ipse testatus laudanti detrahit
Tota eius epistola non tam exposicione fidei
quam amaris plena est contumeliis Nomen
meum absque illis officiis quibus nos in//
vicem palpare solemus homines fre//
quenter assumunt. Carpitur ventila//
quasi de libro viuencium deletus sum si
illius me littere sigillarint aut mi//
cuiusmodi nugas umquam quesierim quem
ab adolescencia monasterii clausus
cellula magis esse aliquid volum quam
videri. Quosdam e nobis sit cum ho//
nore appellat ut placet. quasi et nos
non possumus ea dicere que nemo tacet
Et e seruo clericum criminatur tu et ipse
nonnullos eiusdem condicionis clericos
habeat et onesimum legerit inter pauli re//
natum vincula diaconum cepisse esse

de seruo. Sicofantum iactitat et ne
probare cogatur audisse se dicit.
O si et michi libet dicere quod multi
clamitant et aliorum maledictis ac//
quiescere. iam intelleget nos scire
que omnes sciunt et me audire que
nullus ignorat. dicit enim nobis per//
nicia peculiaria restituta. Quis tam
argutum et callens non perhorrescat
ingenium. Quis tanto possit eloquencie
flumini respondere. Quid est peius
sustinere calumpniam an facere
accusare quem postea diligas an pec//
canti veniam tribuere. Quid in//
imus ferendum de Sycophanta edicere
fieri. an consulem Scit et ipse quid
taceam. quid loquar quid et ego
audierim. quid propter christi metum fortasse
non credam. Origenem me arguit ver//
tisse in latinum. hoc non solus ego sed
et confessor fecit hylarius et tamen
vterque nostrum noxia queque detruncans
vtilia transtulit. legat ipse si nouit
arbitror enim cum assidua confabula//
tione et quotidiano latinorum consor//
cio romanum non ignorare sermonem
Aut si certe non penitus inbibit inter//
petetur ei qui solent et tunc sciet me et
hoc ipsum laudandum esse qd detrahit
Si enim interpretacionem ΕΥΡ Β Μ Ε
Ν Ε Α Υ Δ scriptura origenem semper at//
probuit ita dogmatum constantissime
attuli veritatem. Numquid ego in
turba mitto origenem Numquid ce//
teris tractatoribus socio. et dico me
alios hereticos apostolos alios reliquos tracto//
res. Illos semper vana dicere istos in
quibusdam ut homines oberrare
nouum defensionis genus Sic origenis
nis vitia non negare ut cum illo ceteros
criminaris videlicet ut quem apte de//
fendere non audeas. multorum simili
errore tuearis. Sex milia ante ori//
genis thomos non potuit quisquam le//
gere quos ille non scripsit. facilius quoque eundem
testem huius sermonis quam auctorem
esse mentitum fratrem meum causam dicat
esse discordie hominem qui quiescit
in monasterii cellula et clericatum
non honorem interpretatur senodus.
Cumque nos usque ad presentem diem ficte
pacis ostensione iactauit occiden//
talium sacerdotum commonit aures dicens
eum adolescentulum pene puerum
in prochia sua bethlehem presbiterum con//
stitutum. Si hoc verum est cuncti pa//
lesthine episcopi non ignorant. Monas//
terium sancti pape epiphanii nomine beatos
adicam in quo frater meus ordinatus est
presbiter eulotio politano territorio et

CCCxxxvi
a

et non in eligendi situm est. Porro etas eius et beatitudini tue nota est et cum ad triginta annorum spatia pervenerit puto eam in hoc esse reprehendendam que iuxta misterium assumptionis hominis in Christo perfecta est. Recordetur legis antique et post viginti et quinque annos de levitica tribu eligi in sacerdotium perspiciet. Aut si in hoc solo testimonio hebraicam sequitur veritatem noverit XXXta annorum fieri sacerdotes. Et ne forsitan dicat: Vetera transierunt, ecce facta sunt omnia nova, audiat cum Thymotheo: Nemo adolescentiam tuam contempnat. Certe ipse qui ipse episcopus ordinatus est non multum ab ea in qua nunc frater meus est distabat etate. Vel si hoc episcopis licet eos pontificatum a suo nomine discrepare non videtur. Cur ipse aut eiusdem aut minoris etatis et quod his amplius est inferioris [illegible] ecclesie ordinavit presbiterum? Quod si non potest pacem habere cum fratre nisi cum subdito et ordinationis sue episcopum requirentem, ostendit se non tam pacem cupere quam sub pacis occasione vindictam. Nec alius quiete et otiose contemptum divinum integrum habeat quod minatur etiam si ipse non ordinasset, et hic secreti amorem vellet querere; nec quidquam excelsius quo ecclesia scinderet. Nichil eligere debet honore cunctis sacerdotibus debitum. Hucusque [illegible]. Acerba et lacrimosus contra nos sermo protractus est, cui ego in epistola breviter strictimque respondi, ut ex hiis que dixi intelligat quid tacuerim, et noverit nos homines esse rationale animal et prudentiam suam posse intelligere, nec ita obtusi cordis ut instar brutorum animalium verborum tantum sonum et non sententias audiamus. Nunc autem queso te ut veniam tribuas dolori meo. Et si superbum est respondisse, multo sit superbius accusare. Quamquam ita responderim ut silentium potius meum indicaverim quam sermonem. Quod pacem procul querant et volunt ea nobis aliis imperare, sint pacifici et illico pax sequitur. Cur nomine sanctitudinis tue contra nos protervore abutuntur et cum epistola tua pacem et mansuetudinem sonet, illorum verba dulcia comminantur? Denique quam pacificus et ad concordiam pertinens presidiorum ut presbiterum ut teras nobis miscens improbamus quid illas qui pacem velle se iactent reddere noluerint. Eligant itaque quod volunt aut boni sumus aut mali. Si boni dimittat querere; si mali quid malorum expetunt societatem? Quantum valeat humilitas exemplo didicit qui nunc insimulat qui suo consilio olim devincto sociabit, probabit se ad altius voluntatem nunc copula discipere. Nuper nunc postulabit et impetrabit epulum atque utinam implere potuisset, ut sicut illi imputatur voluntas proo[?]pere ita et nos non solum voluntate sed effectu coronam haberemus. Episcopi fundendo magis sanguinem et patiendo quam faciendo contumelias Christi fundata est ecclesia, persecutionibus crevit, martiriis coronata est. Aut si isti soli nupta quod legimus amant rigorem et non noverint persecutiones sustinere sed facere, sunt et hic iudei, sunt variorum dogmatum heretici et maxime impurissimi manichei. Cur eorum nec verbo quidem quempiam auderent ledere, nos solos expellere cupiunt? Nos soli qui ecclesie communicamus ecclesiam scindere dicimur. Oro te nonne equa est postulatio ut aut illos nobiscum expellant aut nos ad illis teneant, nisi quod in eo magis honorant quod statim exilio ab hereticis separant. Monachus proh dolor monachis et minitatur et impetrat exilium; et hoc monachus et post apostolicam cathedram tenere se iactans. Non novit fortior natio ista succumbere et impendenti gladio magis cervices quam manus subicit. Quis enim monachorum exul patrie non exul mundi? Quid opus nunc est auctoritate publica et rescripti impendiis et tot orbe discursibus? Tangat salti digitulo et ultro exhibimus. Domini est terra et plenitudo eius. Christus loco non tenetur inclusus. Propter ea quod scripsit nos per te et romane ecclesie communicare et quod videmur communis separari non parte est nec tam longe. Et hic in Palestina eodem modo ei iungimur et ne hoc quoque procul sit, in viculo Bethlehem presbiteris eius quantum in nobis est communione sociamur. Ex quo perspicuum est dolorem [illegible] tam ecclesie non putandum nec stomachum unius hominis in nomine pallium aliorum generalia ecclesie vocabulo nuncupandum. Quapropter quod in principio epistole dixi etiam nunc repeto: nos velle Christi pacem veram obtinere concordiam et te rogare ut illum moneas pacem non extorquere sed velle; sit preterito iniuriarum [?] totum meliorum dolore contentus; vetera vel necat saltem nova obliteret caritate. Sit talis qualis ante fuit qui nos suo arbitrio diligebat. Verba eius

de alieno stomacho non fluat faciat quod
uult et non quod uelle compellitur aut qua
si pontifex citius equaliter imperet aut si
imitator apostoli omnium saluti equo ser
uiat. si talem se prebuerit ultro prebemus
manus extendimus brachia amicos et pa
rentes habeat et sentiat in christo sicut omnibus
sanctis ita et sibi esse subiectos. Caritas
patiens est caritas benigna est. Caritas non
emulatur non inflatur. omnia sustinet omnia
credit. uictrix omnium uirtutum mater est Caritas et
est spartum triplex apostolica sententia roboratur di
centis fides spes caritas tria hec maius et spa
ciatur ita per fidem et spem dilectionis uincu
lo copulamur. Ideo enim et nos patriam nostram
dimisimus ut quiete et absque ullis simul
tatibus magis et solitudine uiuemus.
ut pontifices christi qui tamen ecclesiam fide
predicant non dominorum metu sed patrum honore
ueneremur. ut deferamus episcopis quasi episcopis et non
sub nomine alterius aliis quibus nolumus
seruire cogamur. Non sumus tam inflati
cordis ut ignoremus quid debeatur sacerdo
tibus christi. Qui enim eos recipit non tam
illos recipit quam eius cuius episcopi sunt. Sed
contenti sint honore suo et patres se sciant
esse non dominos maxime apud eos qui
spretis ambitionibus seculi nichil quieti et
et ocio preferunt. Tribuat autem orationibus
tuis christus deus omnipotens ut pacem non
ficto nomine sed uero et fideli societate
ne mordentes inuicem consumamur ab
inuicem finit

CCXXXVI

A

Ieronimus de quadraginta duabus mansionibus filiorum israhel

In septuage
simo septimo psalmo qui
iuxta euangelistam ma
theum ex persona domini dicitur
decem plagarum in egipto
et egressionis israel in solitu
dinem narratur historia
Cumque nulli dubium sit ita ea
que scripta sunt quasi aliud
littera sonet aliud spiritus clausum teneat ape
riam inquit in parabola os meum loquar
propositiones ab initio quanta audiuimus
et uidimus et patres nostri narrauerunt nobis
Unde et apostolus hisdem uerbis quia eodem
et spiritu. hec autem omnia ait in figura conti
gebant illis: scripta sunt autem ad correptio
nem nostram. in quos fines seculorum de
uenerunt. Et nolo uos ignorare fratres quod
patres nostri omnes sub nube fuerunt et omnes
mare transierunt. et omnes in moyse bap
tizati sunt in nube et in mari et omnes ea
dem escam spiritualem manducauerunt
et omnes eundem potum spiritualem bibebant
autem de spirituali consequente eos petra

petra autem erat christus. Si ergo patrum his
torie itineris ex egipto figuram habet et atri
butum. et cetera que ab apostolo pro angus
tia temporis pretermissa sunt eiusdem
intelligentie conueniunt. Nam et de
propheta qui in alio loco desperat. habita
ui cum habitantibus cedar multum in
cola fuit anima mea. abundantiam feste
sie ferre non sustinens. laudabiliter
ingemiscit et dicit. hec recordatus
sum et effudi in me animam meam
donec perueniam in locum tabernaculi a
mirabilis usque ad domum dei in uoce
exultationis et confessionis sonus
epulantis. Et in alio psalmo reuela
oculos meos et considerabo mirabi
lia de lege tua. paulus quoque lex
spiritualis est et ipse dominus. Si crederetis
moysi et michi crederetis. de me enim
ille scripsit. Et euangelium secundum lucam
Cui incipiens a moyse et omnibus
prophetis: interpretabatur illis in cunctis scrip
turis que de ipso dicta erant. Igitur
iudei paruuli et qui solidum cibum glutire
non queunt. sed adhuc lacte nutriuntur
infantie legant pharaonem car
neum et mare rubrum per quod ad indiam
nauigatur et manna coriandro simile
et omnia que scripta sunt audiant
corporaliter. lepram domorum et lepram
pellis et staminis. tauri homicida
et iumentum adulterium: et hebrei
per uxorem ac liberos seruire incipi
entes. aurem subula perforatam.
Nos autem delinquentes capharnaum
agrum quondam pulcherrimum et cu
ius egredientes in desertum pastim
panibus eius simplicitate sumus
et iumentorum similes ordeaceis si
rationale animal triticeis et ex
grano frumenti comolitis. quod
in terram cadens et mortuum multos
fructus attulit. Nouem plagis percussa
est egiptus. Fractus pharao ut di
mitteret populum dei: ad extremum primo
genita perdit. ut primogenitis israelis
domus sacrentur. Qui prius tene
re cupiebat instans expellit. Exter
minator transit: et etiam Gessen pas
toralem et pluuiis irrigatam non
audet attingere. Erant autem postes
eorum agni cruore signati. et ore lo
quebantur. Signatum est super nos lumen
uultus tui domine. Unde et appellatur
ipsa solempnitas pasche quam nos
transitum possumus appellare eo quod
de peioribus ad meliora pergentes
mansionum israel ordinem persequamur.
Septimum et multa pro uoluminis
numero: quod apud hebreos

b

c

appellatur kacedab. hec sunt castra filiorum israel qui egressi sunt de terra egipti per turmas suas in manu moisi et aaron quas greci ... vocant nos pro lingue proprietatem significantius mansiones. sive quia de certo dictur castra transtulimus. Est autem cathalogus mansionum a prima usque ad ultimam et numerantur simul quadraginta due de quibus matheus loquitur ab abraham usque ad david generationes quatuordecim et a david usque ad transmigrationem babilonis generationes quatuordecim et a transmigratione babilonis usque ad christum generationes xiiii. Et ideo generationes simul quadraginta due per has currit verus hebreus qui de terra transire festinat ad celum et egipto seculi derelicta terram repromissionis ingreditur. Nec mirum si in illo numero sacramento pervenimus ad regna celorum sub quo dominus atque salvator a primo patriarcha pervenit ad virginem quasi ad iordanem qui pleno gurgite fluens spiritus sancti gratia redundabat. Quod autem in manu moisi et aaron egressus scribitur intellige legem et sacerdotium. opera et cultum dei quorum alterum alterius indiget. Nichil enim prodest cognoscere virtutes: nisi noverit creatorem nec dei veneratio prosit ad salutem, nisi precepta conditoris impleverit. hiis duabus manibus quasi duobus seraphin in confessione sancte trinitatis erumpimus dicentes. Sanctus. Sanctus. Sanctus. dominus deus sabaoth. Moverunt autem castra de ramesse mense primo quintadecima die mensis primi altera die post pascha egressi sunt filii israel in manu excelsa. in conspectu omnium egiptiorum et egiptii sepeliebant quos percusserat dominus. omne primogenitum in terra egipti et in diis eorum fecit dominus iudicia. Ramesse a quibusdam interpretatur commotio tinee. Nos autem verius estimamus commotionem tonitrui gaudii. ab hac urbe que in extremis egipti finibus erat populus congregatus est qui in desertum exire cupiebat: eo quod tumultus seculi derelinquam movebatur a viciis pristinis: et ab excomedente se quasi tinea peccatorum et omnem amaritudinem vertens in dulcedinem. Ut dei vocem in syna monte desuper tonantis audiret. Quod autem verba divina et eloquia scripturarum mistius seculi et mundi rota tonitruum appellantur. psalmista declarat dicens. vox tonitrui tui in rota. Et dei patris vocem in baptismo salvatoris audientes. tonitruum putaverunt. Cumque commoti fuerimus ad euvangelicam tubam et excitati tonitruo gaudii exeamus in mense primo quando hyemps preterit et abit sibi quando veris exordium est. quando creaturis cuncta renovantur. Et exeamus quintadecima die mensis primi in crastinum pasche pleno mensis lumine post esum agni inmaculati. et calciatos pedes de apostolo et accinctos pudicitia lumbos et baculos in manibus preparatos. Quamvis enim in egipto quartadecima die mensis pascha facientes comedimus agnum tamen tunc nobis lux plena completur qui in manu excelsa ramessen dimittimus que excelsa dicitur: vel quod egiptum percusserit vel quod perduxerit israel videntibus egiptiis qui admirantur nos exire de seculo et torqueri di in vidia et postea tenere cupientes in persecutionibus suffocantur quando et egiptii sepeliunt primogenitos suos et priores mortui terrenis opibus opprimunt sive chilthi vident egiptiorum primogenita dogmata et philosophorum quibus decep tos homines atque irretitos tenebant que cum israel vivus effugerit circumdat mortuis suis ne exemplum imitentur. exemplum porro quod sequitur in diis eorum fecit iudicia sive ut septuaginta transtulerunt ultiones: illud hebrei autumant quod nocte qua egressus populus est omnia in egipto destructa sunt templa sive motu terre sive tactu fulminum. Spiritualiter autem dicimus quod egredientibus nobis ex egipto errorum ydola corruant. et omnis perversarum doctrinarum cultura quatiatur.

Secunda Mansio

Et profiscentes filii israel de ramasse castrametati sunt in socoth. Secunda mansio in hac coxerunt panes azimos. et primum tenderunt tabernacula unde et ille locus nomen accepit. Sochoth quippe interpretatur in lingua nostra tabernacula sive tentoria. Et ob hoc septimo mense quintadecima die mensis solemnitas tabernaculorum est. Cum exierimus ex egipto primum tabernacula figimus: scientes nobis ad ulteriora pergendum. Tunc non comedimus de fermento egipti de fermento malicie et nequicie sed vescimur azimis sinceritatis et veritatis dominum precepta opere consumantes cavete a fermento phariseorum. In hac nobis precipitur mansione ut semper egressionis ex egipto memores simus ut celebremus phase id est pascha domini. ut primogenita nostri veteris hominis cicatrix que statim pro

prima mansio

CCCxxxviii. a

primogenitis egipti que percussa sunt in
etham que est in extremitate domino consecremus
Et profecti de socoth castrame
tati sunt in etham que est in extremo
solitudinis Tercia Mansio · iij ·

Tercia mansio

offertur post tabernacula
in qua primum videtur dominus
nocte in columpna ignis et
per diem in columpna nubis: ut precedat
populum et dux itineris fiat Etham nobis
consonat fortitudo atque perfectio: de
qua et dauid canit · Tu disrupisti flu
uios etham id est fortes Grandis est
fortitudo egiptum dimittere in extre
ma solitudine commorari Ex quo in
telligimus locum socoth adhuc iuxta
egipti fuisse regiones In eo enim quod
dicitur que est in extremis finibus so
litudinis ostenditur mitti confinia ere
herem et egipti preparemus nobis
fortitudinem assumamus perfectum ro
bur ut inter errorum tenebras et confu
sionem noctis sacra Christi lumine aperiat
dies quoque nubem habeat prote
gentem ut hiis ducibus iam ad
sanctam terram peruenire valeamus pro
fectique de etham reuersi sunt ad
phiayroth quod est contra behelsepho
et castrametati sunt e regione mag
dal Quarta Mansio et certa

Quarta mansio

est phiayroth que interpretatur
os nobilium scribitur quoque phiam
beth Quidam malechyroth
villas putant errorque est manifestus
quod pro supradicto elemento aym heram
legant · Behelsephon in linguam
nostram vertitur dominus aquilonis · aut
ascensus specule aut habens fortunam
porro magdal magnitudo uel turris
assumpta ergo fortitudine nobilitatem
in domino et behelsephon ydoli archana
contempnimus Illiusque magnificen
cia turritam superbiam declinamus
Non enim est ab austro vnde dominus venit
et a meridie in qua sponsus recubat
in floribus sed possessor aquilonis ve
ti frigidissimi a quo exardescunt ma
la super terram qui cum sit frigidissimus
et nomine dextere vocatur falsum si
bi assumens vocabulum virtutis at
dextre cum totus sit in sinistra Et pro
fecti de phiayroth transierunt per medium
mare in desertum et ambulauerunt viam
trium dierum in solitudinem etham · et
castrametati sunt in mara ·
Quinta Mansio

Quinta mansio

mara que interpretatur a
maritudo Non poterant
ad rubri maris gurgites
peruenire et pharaonem cum suo exercitu vi
dere pereuntem nisi postquam habuerunt
more nobilitates idem in domino confes
sione virtutes · quando crediderunt
deo et moysi famulo eius et audierunt
ab eo dominus pugnabit pro vobis
et vos tacebitis et victricis marie pre
cinentis in tympano corporum resonarent
carmina triumphancium Cantemus
domino gloriose enim honorificatus est
equum et ascensorem proiecit in mare
post predicationem evangelii · post
tabernacula transmigrancium post assump
tam fortitudinem post confessionis
nobilitatem pericula rursus occurrunt
vnde et discimus cauendas semper in
sidias et inuocandam manum dei pha
raonem possumus effugere · et nobis
spirituali baptismo suffocetur Egressis
de mari rubro occurrit heremus sur
que et solitudo etham dicitur · in qua
tribus diebus ingredientes non habuerunt
aquam et peruenerant ad maram que
ex amaritudine nomen accepit et ha
bebat fons aquam et dulcedinem
non habebat murmurat populus vi
dens aquas: et portare non sustinens
Intellige maram occidentis littere
insinuatur confessio crucis et passio
nis dominice sacra iungantur omne quod
impotabile et triste videbatur ac rigi
dum vertetur in dulcedinem vnde et
scriptum est Constituit deus populo legem
et iudicia et temptauit eos vbi enim mag
nitudo gratie ibi magnitudo discrimi
nis Nec terrearis si post victoriam ve
nias ad amaritudinem quia vnum pas
cha facientes azima cum amaritudi
nibus comedunt et temptacio probacionem
probatio spem spes parit salutem.
Apud medicos quoque quedam antido
ta noxia temperans ex amaritudine
nominatur que dulcis ostenditur
restituens sanitatem sicut econtrario
voluptas atque luxuria amaritudine
terminatur dicente scriptura que ad
tempus pingues facit fauces nouissi
me vero amarius felle inuenies
Et profecti de mara venerunt in elym
vbi erant duodecim fontes aquarum
et septuaginta palme ibique castrame
tati sunt etc. Sexta mansio etc.

Sexta mansio

in arietes fortes quoque vertitur

CCCxxxv

a

Qua pulcher ordo structurum post victoriam et temptacionem refectio de amaritudine venimus ad arietes et robustas principes gregis. quos apud ezechiel dominus iudicaturum esse se dicit quod alii eorum conculcaverunt aquas et conpresserunt oves. alii leves et placabiles fuerint. de hiis et vicesimus octavus psalmus loquitur. Afferte domino filii dei afferte domino filios arietum. Sexte mansionis tenemus hospicium. Nunquam plus occurrerunt fontes purissimi nisi ubi magistrorum doctrina prorupit. hic de duodecim apostolis sermo fit de quorum fontibus derivate aque totius mundi siccitatem rigant. Iuxta hos septuaginta tenuere palmam quos et ipsos secundi ordinis intelligimus preceptores. Luca ewangelista testante duodecim fuisse apostolos et septuaginta discipulos minores gradus quos et binos ante se dominus premittebat. de quibus et paulus refert quod apparuerit dominus primum duodecim deinde apostolis omnibus. alios volens intelligi primos et alios secundos christi discipulos. Bibamus de huiusmodi fontibus et dulces fructus victorie devorantes. ad mansiones reliquas preparemur. profectique de helym castrametati sunt ad mare rubrum: quod ebraice dicitur iam suph ut

Septima mansio

Septima mansio

Septima mansio est et queritur quomodo super transitum maris rubri et fontis marath et helym rursum ad mare rubrum venerunt. nisi forte in itinere per gentibus sinus quidam maris occurrit iuxta quem castrametati sunt. Aliud est enim transire per mare aliud in proximo figere tabernacula. Ex quibus novimus etiam post ewangelicam disciplinam et in cibos dulcissimos fructuum apparere nobis mare et preterita discrimina ponere ante oculos quamquam multe differencie sit transire mare et mare procul aspicere. Rubrum iam suph apud hebreos pro mari et rubro compositum est. Suph autem et rubrum et scirpus vocatur. unde possumus suspicari quod venerunt ad paludem quandam et lacum qui carecto et iuncis plenus fuerit eo quod omnis congregacio aquarum scriptura sancta mare vocet. hec mansio in hebreo non habetur sed scriptum est pro ea quod de mari rubro venerunt ad desertum syn que est inter elym et synay. quintadecima die mensis secundi egressionis eorum ex egipto id est tri-

b

cesima prima postquam egressi sunt de ramesse. Et profecti de mari rubro castrametati sunt in solitudine syn

Octava

Octava mansio

Octava mansio licet iuxta ordinem exodi septima sit. Sed sciendum quod omnis usque ad montem synay heremus syn vocetur. et ex tota provincia eciam locus unus mansionis nomen accepit sicut et moabita urbs provincie cuius nomen est. In hac solitudine quinque mansiones sunt iam superius. de qua supradiximus et heremus syn et dephca et helus et raphidim de quibus loquemur in consequentibus. Syn autem interpretatur rubus vel odium quorum utrumque facit mysticos intellectus: quia postquam venerimus ad eum locum de quo nobis sit dominus locuturus grande odium mereamur inimici. Tunc videbimus ardere rubum et non comburi. Rubus ecclesia. flamma persecuciones sunt unde datur intelligi inflammari ecclesiam persecucionibus et ea loquente in illa dominum non perire. Et nota quod in octava mansione in qua torcularia nostra sunt unde et octavus psalmus hoc titulo prenotatur de sextum capimus rubi: quia plures filii deserte magis quam eius que habet virum et profecti de deserto syn: castrametati sunt in dephca

Nona mansio

Nona mansio

Nona mansio hoc nomen apud hebreos crusma id est pulsacio dicitur iuxta quod dominus ait pulsate et aperietur vobis. In libro autem hebraicorum nominum adhesionem que transtulimus. quod lectorem turbare non debet. nec putet nos dissonancia scribere. Ibi enim nostrum id quod vulgo habetur edidimus. scilicet medium verbum scribatur per beth litteram. hic autem in hebraico volumine scriptum repperi per phe. quod elementum magis pulsacionem quam glutinum sonat. Sensusque manifestus. post responsa domini post octavum numerum resurrectionis christi. incipimus sacramenta pulsare. prudentem studiosumque lectorem rogatum velim ut sciat me scribere nomina iuxta hebraicam veritatem. Alioquin in grecis et latinis codicibus preter pauca omnia corrupta repperimus. Et miror quosdam eruditos et ecclesiasticos viros ea voluisse transferre que in hebraico non habentur. et de male interpretatis fictas explanaciones querere: ut in primis dephca

c

legant pro raphara lamponentes pro
lra eo quod res et deleph paruo apice
distinguatur. et interpretatur curationis
atque opinde tropologiam similem
prosequitur. profecti de depheta castra-
metati sunt in halus Decima

Decima mansio

in exodo non habetur. Sed
dicitur quia in syn heremo
continetur eodem narrante libro. pro-
fecta est omnis multitudo filiorum israel
de heremo syn per mansiones suas iuxta
os domini: et venerunt raphidim Ex quo
perspicuum est plures mansiones unius
regionis vocabulo demirari. Interpretatur
autem halus fermentum: quod tollens to-
misit in farine satis tribus: donec
fermentaretur totum. In hac solitudine
murmurat populus propter famem: et
eo versus respicit pani in nube gloriam
dei manna Et nota in decima man-
sione fermentum poni et post esum car-
nium manna tribui Impleturque scriptura
panem angelorum manducauit homo
profecti de halus castrametati sunt in
raphidim. et non erat ibi aqua populo

Undecima

Undecima mansio
est quam violenter interpretata
in libro hebreorum nominum rep-
perimus vidit os sufficiens eis aut certe
visio oris fortium meliusque transfertur
dissolutio fortium vel sanitas fortium.
siue iuxta proprietatem lingue syre
remissio manuum. hec et in exodo le-
gitur. post profectionem de heremo
syn. Cumque sitiret in ea populus ob ardorem
sitis. fons de petra horeb prorupit
et profluit Et quia temptauerunt deum
locus raphadim temptationis quoque
id est messe sortitus est. nomen.
Moyses ascendit in montem Jhesus
contra amalech militat ad crucis
lignum superatur inimicus. remis-
sis orantis manibus hostis victor
insequitur. Sed et moyses super lapi-
dem de zacharia qui septem habebat o-
culos et in samuhelis volumine ap-
pellatur abenezer. id est lapis et
adiutor et adiutor et utraque eius
manum aaron et hur. id est monta-
nus lucidusque sustentant deuicto
aduersario superuenit ietro adducit
sephoram et utrosque filios dat consilium
septuaginta senioribus Et in typum
ecclesie degentibus congregate legis
imminutio euangelio surgentis populorum
pulchre aut dissolutio ac sanitas
fortium raphadim dicitur. vel propter

dissipatum amalech vel propter sanatum israel
signum aut remissionem manuum iuxta
syros raphadim sonat. diximus propter of-
fensam populi quia contra dominum murmu-
rauit istud loco nomen impositum hec
tangimus potius quam exponimus. breuiter
indicasse contenti. quod post fermen-
tum halus et messam ecclesie. soleant
multiplicia demonum aduersum nos temp-
tamenta consurgere Et profecti de ra-
phadim castrametati sunt in solitudine
synay Duodecima mansio

Duodecima.

mansio statim tibi veniat
in mentem apostolorum minus
una de pluribus sed maior
ab omnibus Non separata in ordine. sed per-
cellit in numero Ad hunc locum quadrage-
sima septima die peruenit dicente
scriptura. Mense tercio egressionis filiorum
israel de egipto. in diem hanc venerunt
in solitudinem synai. profecti de raphadim
venerunt in desertum synai et castrame-
tati sunt in heremo Seditque ibi israel e
regione montis. Moyses ascendit
ad dominum vocauitque eum dominus de monte
dicens et reliqua Et rursum. vade
inquit ad populum et sanctifica eos hodie
et cras et lauent vestimenta sua sint-
que parati in diem tercium. Quarta
die descendit dominus vidente vniuerso po-
pulo super montem synai. Quod factum
est lauerunt que vestimenta sua et ab uxo-
rum coitu separati die tercio descendit
dominus de monte. Quo fumante et fulgo-
re et tonitru et caligine voce tube
mortalium corda trementibus. moyses lo-
quebatur et dominus respondebat ei
Supputemus numerum et inueniemus
quinquagesimo die egressionis israel ex
egipto: in vertice montis synai legem
datam vnde et penthecostes cele-
bratur solempnitas et postea euan-
gelii sacramentum in spiritus sancti descensi-
one completur et sumit populo populo
quinquagesima die vero iubileo anno
remissionis et veris quinquaginta
et quingentis denariis qui debitoribus
dimittuntur lex data est. ad apostolos quoque
et qui cum eis erant in centesimo vi-
cesimo moysayce etatis numero con-
stitutis descenderit spiritus sanctus et
diuisis linguis credentium: totus euan-
gelice predicationis mundus compleretur
sit longum est si replicare velim quid
in lege preceptum sit. quomodo fabricatum
tabernaculum. que varietas ostiorum
que vasorum diuersitas: que indumen-
ta pontificis. que sacerdotium ac

leuitarū cerimonie quid egerint quo modo populus numeratus sit hoc tm̄ dicam quod media pars exodi et totus leuiticus lib' et innūerā precepta nō modica et p singulas t'bus populi distributio et oblationes principum in hac mansione descripte sunt multorumque voluminum disputatio huic loco suffi cere vix possit Juxta scripturā aut synai rubus nō vnus ut sup' in solitudine syn sed plures erat ut si ibi principiū sit hic profectio. ibi solitarius numerus hic multiplex. Aliud est enim vna. et aliud est oms gratias possidere Et profecti de solitudine synai castrametati sunt in sepulchris concupiscentie Tredecima

Tredecima

mansio cuius nomē cum in translatione editum est. apud hebreos appellatur cabaroth attaua Est autē sensus ille de ewangelio quod ihūs baptizatus statim a spū ductus est in desertum et temptatus est a diabolo. Itaque isrl' post familiarem cum deo sermonem. postquam iuxta montem synai commoratus est anno vno et diebus quatuor. iuxta dispositionē castrorum egressus est in solitudinem pharan que interpretatur onager aut feritas ibique succubuit molestie fastidiens celestem panē egiptiorum carnes desidans quādo multos subito vorauit incendium et intercedente moyse fumū vorax flāma consumpsit Tunc acceperunt coturnices et usque ad nausiam et vomitū deuorant. Eligūtur septuaginta p'bri. vadunt ad ostium tabernaculi: duo remanēt eldath et madath nō imperiis negligentes sed humilitate submissi dū se honore arbitrant' indignos. vnde et absentes prophant saturatoque populo cū adhuc esce essent in ore ipsorum ira dei ascendit sup' eos et occidit pingues eorum et electos isrl' prepediuit ne ad malū velocit' currerent. vnde et appellatus est locus sepulchra concupiscentie sue ut in septuaginta legimus memorie desiderii Ex quibus omnibus nos docemur qui sapiam dimisimus secularem et egiptias ollas contempsimus nō debere murmurare contra celestem scripturarum panem nec hic pirulencias egiptiorum qui sunt magnarum carnium. sed simplicē manē cibū querere. Aliogn̄ si rursus eas voluerimus appetere vorabimur usque ad nausiam et statim diuino igne torquebimur desideriumque nrm̄ vertetur in tumulos ut simus sepulchra dealbata que foris parent hominibus speciosa intus autē plena sunt ossibus mortuorum et omni spurtitia Et profecti de sepulchris concupiscentie castrametati sunt in aseroth Decimaquarta

Quartadecima

mansio est in solitudine pharan que in atria vertitur Jn hac aaron et maria pp' ethiopissam contra moisen murmurant et in typum zeli aduersus ecclesiam de gentibus congregatam populus iudeorum lepre sorde perfunditur: nec redit ad tabernaculū et p' septimanā recipit sanitatem. donec statutū plenitudinis gentiū tempus impleatur. Et hoc prudens lector attende. quod post consumatam in duodecimo numero virtutem. quia superbit isrl' et in sepulchris concupiscentie carnes egiptias desiderat. rursum iacet aliud fundamentum et atria idest vestibula virtutis ingredi ostendens et eos qui stant posse cadere et qui ceciderint resurgere. positus enim ē ihūs in ruinam. et resurrectionē multorum Et ipse loquitur p' prophetam Num qui cadet nō resurget: Et profecti de aseroth castrametati sunt in rethma. pro quo sup' in hoc eodē loco legimus. postquam profectus est populus de aseroth. castrametati sunt in solitudine pharan Decimaquinta

Hec autem est

quintadecima mansio. Et notandū quod relique mansiones decem et octo quarum nunc breuiter cathalogus describitur a rethma usque ad asyon gaber. idē usque ad tricesimam secūdam mansionem sub pharan solitudinis nomine contineantur: in quibus premissa que scripta sunt diuersis temporibus gesta sentimus. Que quia nō sunt per mansiones singulas distributa. a nobis quoque in tomo dicentur ut postea veniamus ad reliqua. Rethma transfertur sonitus aut iuniperus que quamquam plerique arthenton apud grecos aliud genus arboris significare contendant Juniperorum autem et primus gradum psalmus iuxta veritatem hebraicam sonat: vbi scriptum est Quid detur tibi aut quid apponatur tibi ad linguā dolosam Et propheta respondit Sagitte potētis

cccxli. a

acute cum carbonibus iuniperorum. pro
quo apud nos legitur desolatoriis
fecerunt lignum hoc ignem multo tem-
pore conservare ita ut si prune operi-
untur fuerint optime usque ad annum per-
maneant. Ex quo discimus post sepulcra
concupiscentie et vestibula. transire nos
ad lignum quod multo tempore calo-
rem tenet et simus fervientes spiritu et
claro sonitu atque in altum exaltata vo-
ce evangelium domini predicemus. Ab hac
itaque mansione usque ad tricesimam
secundam huiusmodi continentur historie
duodecim exploratores mittuntur ad
terram sanctam. botrus refertur in lig-
no. et christi breviter passio demonstratur.
Murmurat populus in deorum gygantum
impetum formidans. pugnat contra
amalech et chananeum nolente
deo: et victus intelligit que debeat
intra sancta offerre sacrificia. Datham
et abyron et filii chore consurgunt
contra moysen et aaron et terre
voragine glutiuntur. Inter mortuos et
viventes pontifex medius thuribulo
armatus ingreditur. et currens ira
dei sacerdotis voce prohibetur. Virga aaron
et florem profert et folia. et in eterna
memoria virens sacerdotii consecratur.
Nec dum templum etiam edificatur. Nec
sacerdotes et levite optulere sacrificia
et partis eorum misticus sermo describitur
vitula rufa in holocausto crematur
et cinis eius piacularis aspersio est.
Quorum omnium figure proprios libros flagi-
tant. et melius reor tacere quam pauca
dicere. Et profecti de rethma castra-
metati sunt in rethmon fares decima vi

Sextadecima

mansio que interpretatur greco
sermone ρωα γαλα κ-
ωρυη latine mali punici divisio. quod
alii malum granatum dicunt. Cuius arbo-
ris fructus in scriptura dupliciter accipitur
aut in ecclesie gremio que omnem tur-
bam credencium suo cortice tegit. aut
in varietate consonantiaque virtutum iuxta
illud quod scriptum est multitudinis
autem credencium erat cor et anima una
sicque divisi sunt singuli gradus. ut
omnes eadem compage teneantur.
Et profecti de rethmon fares castra-
metati sunt in lebna decima septima

Septimadecima

mansio quam in latere possumus vertere. Licet qui-
dam in lebona thus ferentes
tes male candorem interpretati sunt

sunt. Legimus egiptios lateres in exo-
do quos populus faciens ingemuit
in malachia. pro quibus ydumea de-
structa pollitos lapides reponere
nititur. et laterem in ezechiel in quo
obsesse iherusalem pictura describitur. Ex
quibus discimus in itinere istius vite
et de alio in aliud. nunc nos esse re-
nunc decrescere. et post ordinem ecclesiasticum
sepe ad laterum opera transmigrare. Et
profecti de lebna. castrametati
sunt in ressa etc. decima octava

Octavadecima

mansio: in frenos vertitur.
Si enim post profectum
rursus adulti opera docendi sumus
et rursus vagi atque precipites scripturarum
retinaculis sunt dirigendi hoc verbum
quantum memoria suggerit nusquam ali-
bi in scripturis sanctis apud hebreos inve-
nisse me novi: absque libro apocripho
qui grece lepthe idest parva genesis
appellatur. Ibi in edificatione turris pro
stadio ponitur. in quo exercentur pugiles
et athlete. et cursorum velocitas com-
probatur. Dicit et psalmista In chamo
et freno maxillas eorum constringe
qui non approximant ad te. Et apostolus ne-
scitis quoniam qui in stadio currunt omnes
quidem currunt sed unus accipit bravium
sive palmam. Sic currite ut comprehen-
datis. Et profecti de ressa. castrame-
tati sunt in caaltha decima nona

Nonadecima

mansio interpretatur ecclesia
vel vagi currentium gressus
fremens ad ecclesiam trahuntur et foras
quas ante reliquerat rursus intrare
festinant et profecti de caaltha cas-
trametati sunt in monte sapher vicesima

Vicesima man-

sio interpretatur pulchritu-
do et in monte decorus est
constituta de qua et quartidecimi
psalmi principium sonat. Domine quis
habitat in tabernaculo tuo. aut quis
requiescet in monte sancto tuo. Vide quid
prosint frena a viciis nos retrahunt
introducunt ad virtutum choros. et
in christi monte pulcherrime habitare
faciunt. Iste iuxta daniel lapis exci-
sus de monte sine manibus crevit in
montem magnum: et implevit omnem
terram. Iste iuxta ezechiel vulnera-
vit principem tyri. Ad istum in ysa-
ia et michea populi confluunt di-
centes venite ascendamus ad

b

dominum et ad domum dei iacob et docebit vos vias suas et ambulabimus in semitis eius. Et profecti de monte sapher castrametati sunt in arada.

Vicesima prima Mansio et est

Vicesima prima

mansio vertitur in miraculum. Quam pulcher ordo profectuum, quam egregia structura. Precedentium post opus lateris in frenamur, post frenos in ecclesiam introducimur, post habitationem ecclesie ad christi montem ascendimus, in quo positi stupemus atque miramur, ut in laudibus eius sermo superetur invenientis in eo que nec oculus vidit nec auris audivit nec in cor hominis ascenderunt. Et profecti de areda castrametati sunt in macheloth

ccc xlii a.

Vicesima secunda mansio etc.

Vicesima secunda

mansio in cetus vertitur. In hac enim consistit multitudo credencium ecclesie primitivorum, concentum omnium consonancia. Tunc vere possumus dicere: Ecce quam bonum et quam iocundum habitare fratres in unum, et dominus habitare facit unius moris in domo. Et profecti de macheloth castrametati sunt in thaath. Vicesima tercia etc.

d

Vicesima tercia

mansio protestetur super intelligi, sed melius pavor interpretabitur. Venisti ad ecclesiam, ascendisti montem pulcherrimum, stupore et miraculo christi magnitudinem confiteris, vides ibi multos virtutis tue socios. Noli altum sapere sed time. Deus enim superbis resistit, humilibus autem dat graciam, et qui se exaltat videat ne cadat. Potentes potenter tormenta pacientur. Timor virtutum custos est, securitas ad lapsum facilis. Unde et in quodam psalmo postquam propheta dixerat: Dominus regit me et nichil michi deerit, in loco pascue ubi me collocavit, intulit timorem qui custos est beatitudinis, et infert: Virga tua et baculus tuus ipsa me consolata sunt. Et est sensus: dum tormenta formido, servavi graciam quam acceperam. Et profecti de thaath castrametati sunt in thare. xxiiii ta

d[e] humilitate

Vicesima quarta

mansio quam nonnulli vertunt in maliciam vel pasturam, non errarent si per aim litteram scriberetur. Nunc vero cum aspiracio duplex in extrema sit sillaba, erroris causa manifesta est. Hoc eodem vocabulo et isdem litteris scriptum invenio patrem abrahe, qui in supradicto apocrifo geneseos volumine abactis corvis qui hominum frumenta vastabant, abactoris vel depulsoris sortitus est nomen. Itaque et nos mutemur thare, et volucres celi qui iuxta viam saltem triticum devorare festinant sollicita prohibeamus. Nam et abraham patriarcha sui in typo israel et hostia divisa membra sacrificii a volucribus non sunt devorata, et eo tempore oculum effodiunt corvi de convallibus. Verumque moyses et helyas ducat ethiopissam et corvus pascat. Si habueris pavorem, sollicitus eris; si sollicitus fueris, leo in caulas ovium tuarum introire non poterit, quod vel ad prepositos ecclesiarum vel ad custodiam certe anime tue, ad quam leo dyabolus per diversa viciorum foramina ingredi nititur. Et profecti de thare castrametati sunt in metha. Vicesima Quinta

Vicesima quinta

mansio vertitur in dulcedinem. Ascendisti in excelsum, admiratus es virtutum choros, timuisti ruinam, abegisti insidiatores; dulcis te primus fructus laboris insequitur, et in morem lignorum radicum amaritudinem pomorum suavitas compensabit. Et dices: Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo. Sponsumque tibi audies concinentem: Mel distillabant labia tua, soror mea sponsa. Quid enim suavius disciplina, quid erudicione melius? Quid dulcius domino? Gustate et videte quoniam suavis est dominus. Unde et sampson qui abegerat a frugibus suis aves et vulpes que exterminant vineas colligaverat, leonemque interfecerat rugientem, favum invenit in ore mortui. Et profecti de metha castrametati sunt in asmona. Vicesima sexta etc.

Vicesima sexta

mansio in lingua nostra festinacionem sonat, iuxta illud quod in psalmo scriptum est: Venient legati ex egipto, pro legatis in hebreo festinantes legimus, ut postquam dulcedinem fructus messuerimus, quiete contenti et ocio et rursum ad ulteriora properantes obliviscamur preteritorum et in futura nos extendamus. Et profecti de asmona castrametati

sunt in museroth Vicesima septima

Vicesima septima

mansio vincula siue disci-
plinas sonat. ut festino
gradu pergamus ad magistros et eorum
teramus limina. et precepta statutu
ac mistica scripturarum vincula putemus
eterna iuxta illud quod ysaia dicit
Et sabaym viri sublimes ad te transibunt
et tui erunt. post te ambulabunt
vincti manicis. Et paulus vinctus ihesu
christi duplicia sunt in scripturis vincula
que quasi diu rupta sampson vincit. vi-
cit inimicos intellecta sacre et de misterio
legimus vincula in manibus eius
et persona domini dicentis dirumpamus
vincula eorum et proiciamus a nobis
iugum ipsorum Et alibi laqueus contritus
est et nos liberati sumus christi autem
vincula voluntaria sunt et vertuntur in am-
plexus quicumque hiis fuerit colligatus
dicet Sinistra eius sub capite meo
et dextera eius amplexabitur me. Et
profecti de miseroth castrametati
sunt in banaychan Vicesima octava

Vicesima octava

mansio transfertur in fi-
lios necessitatis seu stridoris
Si ab vno incipias numero et pau-
latim addens ad septimum usque per-
uenias. vicesimus octauus numerus
efficitur Qui sunt isti filii necessitatis
psalmus ipse nos doceat. afferte
domino filii dei afferte domino filios arietum
Que est tanta necessitas que no-
lentibus imponitur Cum diuinis scrip-
turis fueris eruditus et leges earum
ac testimonia vincula fueris ve-
ritatis contendis cum aduersariis liga-
bis eos et vinctos duces in captiui-
tatem et de hostibus quondam atque
captiuis liberos dei facies ut repete
ditas cum syon Ego sterilis et non pa-
riens transmigrata et captiua et istos
quis enutriuit Ego destituta et so-
la. et isti vbi erant Omnis psalam
eiusdem psalmi sacramenta cognosce
vox domini in virtute vox domini in magni-
ficentia vox domini confringentis cedros
ut postquam aduersarios fregerit et conqua-
serit desertos prius gentium populos
et preparent cum in montibus et sit
dilectus sicut filius vnicornium in te-
ploque eius omnis dicent gloriam porro
quod vertimus filios stridoris ad illum sen-
sum refertur quod timore suppliciis
et eius loci vbi est fletus et stridor
dentium descendentes diaboli vincula
christo domino et dextrum turbas summittat
Et profecti de banaiachan castra-
metati sunt in monte gadgod XXIX na

Vicesima nona

mansio interpretatur incaus siue
expeditio et accinctio uel
certe quod nos verius arbitramur k d o d
k w y h id est conclusio haud aliter possu-
mus magistrum discipulorum atque exercitum eos fa-
cere filios necessitatis nisi preceptores eorum
inter fecerimus crudelissimos in occisione
eorum non parcat manus mea armum aut
extremum auriculae de ore leonis extrahere
Maledictus qui facit opus domini negli-
genter et hii qui prohibet gladium suum
a sangne vnde et dauid in matutino inter-
ficiebam omnes peccatores terre deum-
cio aut et accinctione hoc possumus ver-
bum dicere quod filii necessitatis gran-
des ad virtutes stimulos suggeramus
cum eis initiauerimus prima futurorum
et accinctos iure bella docuerimus
horum finem quidquid magister fecerit in mon-
tem consistit Et profecti de monte god
god castrametati sunt in iethabatha
Tricesima mansio XXX

Tricesima man-

sio bonitas interpretatur ut cum
peruenerimus ad perfectum virum
in sacerdotalem gradum et in etatem
plenitudinis christi in qua et ezechiel
erat iuxta fluuium chobar possimus
cum dauid in tricesimo psalmo canere
in te domine speraui non confundar in eternum
pastor enim bonus ponit animam suam
pro ouibus suis. Et profecti de iethaba-
tha castrametati sunt in ebrona XXXI

Tricesima prima

mansio interpretatur pariliens id
id est transitus siue transicio
Ad hanc venit verus hebreus id est
neratis atque transitor qui dicere potest
transiens videbo visionem hanc magnam
Ex quo canit psalmista canit Et non
dixerunt qui preteribant benedictio domini
super nos preterit enim figura huius mun-
di et propterea semper cupimus ad meliora tran-
sire Non presenti statu contenti ingemis-
cunt cottidie hec recordatus sum et
effudi in me animam meam quoniam in-
grediar in locum tabernaculi admirabilis
usque ad domum dei Multum est si de omnibus
scripturis super verbo transitionis velim exem-
pla congerere Et profecti de ebrona
castrametati sunt in asion
Tricesima secunda mansio XXXII

Tricesima secunda

mansio transfertur in lingu-
am nostram sive dedolationis
hominis quod significantius
grece dicitur y a w k y w s H w y a th
w p w s. Scribiturque per ham litteram
non ut greci et latini errant per gimel
unde in solitudine multitudo ligno-
rum nisi quod seduli et diligentis magistri
disciplina imitatur cedentis ligna
et dolantis vasaque facientis diversa que
in domo magna necessaria sunt. possunt
ligna dedolationis nostri saltuum
et omnium arborum genera ad peccatorum accendentium
multitudinem figurare dicente da-
vid invenimus eum in campis sil-
ve huiusque solitudo pharan decem
et octo mansiones que descripte in
cathalago in superiori itinere non ponuntur
et profecti de asyon gaber castra-
metati sunt in deserto syn hoc est ca-
des que dicitur sanctum. Tricesima tercia

Cur octava

mansio inter tricesima tercia
esse dicatur. Sed sciendum
quod post lamech litteram scribitur. in-
terpretatur rubus sive odium. hec autem pri-
de scribitur et ultimi in mandatum
illudque quod ingreditur cades non ut plerique
estimant sancta dicitur sed mutata
sive translata loquimur in genesi iuxta
hebraicam veritatem ubi iudas
meretricem putans thamar dona trans-
mittens et sequester munerum interro-
gabat ubi est cades hoc est scortum: cuius
habitus atque scortis feminis inmutatus est.
In multis quoque locis hoc idem rep-
perimus. Syn autem sancta interpretatur k a
d a th e y ph p a c y n intelligen-
dum quoniam parte dicitur abeo quod
minime pariunt. et bellum quod ne-
quaquam bellum sit et lucas quod mi-
nime luceat. In hac mansione moritur
maria et sepelitur et propter aquas con-
dictionis moyses et aaron offendunt
dominum et prohibentur transire iordanem
missisque ad edom transitus petitur
nec impetratur. Quis timet post tan-
tos profectus murmur populi ex offen-
sa negotiorum vie transitus denegatur
videtur michi in maria prophetia mortu-
a in moise et aaron legi et sacerdotio
iudeorum finis impositus quod nec
ipsi ad terram repromissionis transcende-
valeant nec credentem populum ad eso-
lacione huius mundi educere. Et nota
quod post mortem prophetie et aquas
contradictionis ydumeam carnem

atque terrenam transire non possunt et cum mul-
tis precibus et conatu viam non impetrat
sed egreditur eodem conatu adversus eos
in populo multo et in manu forti. Inter-
pretatio quoque nominis morti offense
et negato transitu convenit. ubi enim
mandatum ibi peccatum. ubi peccatum ibi offen-
sa. ubi offensa ibi mors. hec est man-
sio de qua psalmista canit commove-
bit dominus desertum cades profecti
que de cades castrametati sunt in monte
hor in extremo terre edom ascendit que
sacerdos aaron in montem hor iuxta
preceptum domini et mortuus est ibi anno
quadragesimo egressionis filiorum
israel de terra egipti mense quinto prima
die mensis eratque aaron centum vigin-
ti trium annorum quando mortuus est
in monte hor. Et audivit rex cana-
neus rex arad qui habitabat in
austro in terra chanaan quod venis-
sent filii israel. Tricesima quarta

Tricesima quarta

mansio quam plerique in-
terpretantur lumen. nec er-
rant si pal eth literam scriberetur.
Alii pellem. et ipsi vim dicerent si
essent an positum. Nonnulli fora-
men. quod posset accipi si beth haberet
elementum. Enim autem legitur pherim ma-
gis mons intelligitur et legi potest ascen-
dit aaron sacerdos in montis monte
id est in verticem eius. Ex quo animad-
vertimus non in monte simpliciter sed
in monte montis pontificem mor-
tuum ut dignus locus meritis illius
monstraretur. Moritur autem eo anno
quo novus populus repromissionis
terram intraturus erat in extremis fini-
bus terre ydumeorum. Et ex qua in mon-
te sacerdotium eleazaro filio dereliquer-
it lex que eos qui eam impleverint
perducat ad summum tamen ipsa sublimi-
tas non est trans fluenta iordanis sed
in extremis terrenorum operum finibus. Et
plangit eum populus triginta diebus.
Aaron plangitur ihesus non plangitur.
In lege descensus ad inferos in ewangelio
ad paradisum transmigratio. Audivit que
cananeus quod venisset israel et in loco
exploratorum ubi quondam offendisset
populum noverunt meruit bellum et
captivum ducit israel. Rursumque in
eodem loco pugnatur ex toto victor
vincitur. victi superant appellatumque no-
men loci orma id est anathema. Ea-
dem dicere in non debet esse pigrum
legentibus nec tedium. quod semper humanis

status in huius seculi via fluctuet et aliud in valle. alius in campis. alius morit[ur] monte nec in monte simpliciter. sed in montis monte idest in excelso virtute Cumque nos dei auxilio destitutos hostis invaserit. duxeritque captivos: non desperemus salutem sed iterum armemur ad prelium. potest fieri ut vincamus ubi victi sumus et in eodem loco triumphemus ubi fuimus ante captivi

Tricesima Quinta mansio

ET profecti de monte hor: castrametati sunt in selmona Tricesima sexta

PRofectique de selmona venerunt in fynon hee due mansiones tricesima sexta septima in ordine historie non inveniuntur sed scriptum est pro eis Egressi sunt de monte hor per viam maris rubri ut circuirent terram edom. Ex quo ostenditur in in finibus atque circuitu terre edom positus Hor secundum morem legitur profecti de monte hor castrametati in selmon sive in fynon. sed post ambitum terre ydumeorum venit ad gremium et ait profecti sunt filii israel castrametati sunt in oboth Nec dixit profecti sunt de illo et illo loco quia duas mansiones silencio pretermiserat: quas cum in supputatione tacuerit reddit in summa. prima mansio selmona interpretatur imaguncula: secunda phynon demimutione oris ore non abesse intelligi. In hiis aaron mortuo murmurant contra dominum et moisen manna fastidiunt a serpentibus vulnerantur: et in typum salvatoris qui venenum antiquique serpentem in patibulo triumphavit diaboli venena superantur. unde et imaguncula vere expressaque imaginis filii dei: passionem eius intuentis conservat et quod corde credit ore pronunciat. legens illud apostoli Corde creditur ad iusticiam ore autem confessio fit ad salutem Similiterque nota quod utraque mansio y t] w y K w p y ǂ c e y K w c appellatur quia ex parte videmus et ex parte prophetamus. et nunc per speculum videamus in enigmate Et profecti de phynon castrametati sunt in oboth xxxvii a

TRicesima septi[ma] mansio vertitur in magos sive phytones: vel secundum verba helyn lagenas grandes que cum muste plene fuerint absque spiramine illico disrumpuntur. pugnaverunt magi contra moisen et aaron. et mulierem que erat in endor et habebat iuxta septuaginta interpretes secundum phytonem. iuxta hebreos magus regis israel recluditur. quolibet prestigie sunt et innumerabiles laquei quibus anime capiuntur humane. Sed nos dicamus confidentes laqueus contritus est et nos liberati sumus: et si ambulavero in medio umbre mortis non timebo mala quoniam tu mecum es Cadent a latere tuo mille et decem milia a dextris tuis: non timebimus ab incursu et demonio meridiano sed obturabimus aures nostras ne audiamus vocem incantancium. et syrenarum carmina negligamus post imaginem dei que in cordis statione monstratur et confessione fidei que ore profertur Consurgunt serpentes. et artes malefice ad bella nos provocant Sed nos qui habemus preciosissimum thezaurum in vasis fictilibus que frangi possunt. et ita ut de quadam vix testa remanserit in qua hauriri possit aque pusillum. omni custodia custodiemus cor nostrum Et profecti de oboth castrametati sunt in iebarim in finibus moab Tricesima viii a

TRicesima octa[va] mansio ad acervos lapidum transeuncium sonat Sunt sancti lapides qui volvuntur super terram leves politi et rotunditate sua rotarum cursibus similes sunt et alii quos propheta iubet tolli de via ne ambulancium in eos offendant pedes Qui sunt isti ambulantes utique viatores et pretereuntes qui pristinum sedem ad alias mansiones transire festinant. Quod autem dicitur in finibus moab et superscriptum est in solitudine que respicit moab contra solis ortum ostendit iuxta literam quod hucusque in finibus terre ydumeorum fuerint et nunc veniant ad terminos moab de alia provincia ad aliam transeuntes Non enim semper uni virtuti danda est opera. sed de sicut scriptum est ibunt de virtute in virtutem de alia transcendum est ad aliam que herent sibi et ita inter se nexe sunt ut qui una caruerit omnibus careat Et tamen transire de alia ad aliam corporis est proprie qui solis iusticie ortum desiderant Et profecti de iebarim. sive ut in secundo loco apud hebreos vertitur hahym castrametati sunt in dibongath Tricesima nona

TRicesima nona mansio interpretatur fortitur

intellecta temptatio. probat in ordine
historie aliud spatium repperi. postquam
enim castrametati sunt in ieabarim in
finibus moab contra ortum solis
legitur inde profecti sunt. et venerunt
ad torrentem zared. Et de hoc loco
profecti. castrametati sunt trans arnon
que est in solitudine finium amorrei
eo quod arnon in terminis sit moa-
bitarum et amorreorum. Et post hec
venerunt ad puteum ubi cecinit israel
carmen hoc ascende putee quem
foderunt principes et apparuerunt
duces populorum in datore legis et
in baculo eius et de solitudine in
mathanan et de mathana ad torren-
tem dei et de torrente dei ad excelsa
et de excelsis in vallem que est in re-
gione moab in vertice phasga: que
prospicit contra desertum. hec loca in
finibus amorreorum quidam interpretantes
putant non mansiones esse sed transitus
nec premeditare debere cathalogo
mansionum ex ordinariam expositorem.
Alii autem spiritualibus spiritualia compa-
rantes. noluerunt regiones significare
sed per locorum nomina virtutum profectus esse
quod post magos et congregationem
lapidum frequenter veniamus ad torren-
tem zared. quod interpretatur aliena
ascensio. et in descensione positi in-
seamus ad arnon. quod maledictionem
sonat. que est posita in finibus a-
morreorum. qui vel amari hostes sunt
vel multa loquentes inflati. Si autem
transierimus terminos moab qui de in-
cestu generatus est et recessit a vero
patre statim nobis occurrit pute-
us que nemo de plebe fodit. nullus
ignobilis sed duces et principes qui
imperabant populis: et canentes car-
men in aquis putei et in dei muneri-
bus gratulantes properant quo trans-
situm sunt et ad que pervenerunt loca quod
scilicet de deserto veniant in mathana
na quod interpretatur donum et de mathana
na ad nahaliel quod dicitur ad
torrentes dei et de nahaliel ad
bamoth que interpretatur excelsa sive ad
veniens mors quando conformes effi-
ciamur mortis christi et de bamoth occurr-
it nobis vallis humilitatis. que ta-
men in vertice posita est montis phas-
ga qui interpretatur dolatus quod non
habeat deformia et rudis et artificis
sit politus manu. Qui mons respicit
solitudinem in. que hebraice dicitur
ysmon. Quando enim fuerimus in virtu-
tum culmine constituti tunc totius

mundi ruinas et omnium peccatorum respicimus
vastitate pene obliti sumus turrote
oratione dictare. quare dibongad inter-
pretatur fortitur intellecta temptatio
post dibongad geritur bellum contra
seon regem amorreorum et og rege
basan et dicimus quod cum venerga-
rimus ad summum et de fonte principium
regnumque bibemus ascendentes ad
montem phasga non debeamus nos
elevare in superbiam propositam nobis
sed contrariam solitudinem noverimus
ante confessionem enim elevatur cor viri
et ante gloriam humiliabitur. Et profecti
de dibongad castrametati in almon
deblatim

Quadragesima mansio

Quadragesima

mansio vertitur in contemptum
palatarum sive obprobrium
et properant dicimus omnia dulcia et
ille crebras voluptatum in seculo con-
temnendas nec in ebal nos debe-
re in mundi in quo est luxuria. Mel
non offertur in sacrificiis dei et cetera
que dulcia continent non lucent in
tabernaculo. sed oleum purissimum quod
de oliva profertur amaritudine.
Mel enim distillat labiis mulieris me-
retricis. de quo puto iuxta misticos
intellectus gustasse ionathan et sor-
te deprehensum vix populi precibus
liberatum. Quod autem obprobria contem-
nenda sint et si falso obiciatur
beatitudinem pariant. salvator ple-
nissime docet et profecti de almon
deblathim castrametati sunt in mon-
tibus abarim contra faciem nabo

Quadragesima prima mansio

Quadragesima

prima mansio vertitur in
montes transeuntium et est
transeuntium et est contra faciem montis
nabo: ubi moritur et sepelitur moi-
ses terra repromissionis ante conspecta
Nabo interpretatur conclusio. in qua finitur
lex et non invenitur eius memoria
porro gratia evangelii. absque ullo fine
tenditur. In omnem terram exivit
sonus eorum. et in fines orbis terre verba
eorum. Simulque considera quod habitatio
transeuntium in montibus sita sit et ad
hunc profectum indigeat. post mon-
tes enim plurimos ad campestria moab
et ad iordanis fluenta descendamus
qui interpretatur descensio. Nichil enim
ut crebro diximus tam periculosum est
quam glorie cupiditas et iactantia
et animus conscientia virtutum tumens

Et profecti de montibus sabarim castra
metati sunt in campestribus moab sup
iordanem iuxta iericho ibique fixerunt
tentoria Quadragesima prima rest za

cccxlv a

Ad domo solitu
dinis usque ad abelsathim
in planicie moab in quadra
gesima secunda que et extrema mansio est
cursim que gesta narremus Resides
in ea populus adiuino balaam que
mercede conduxerat balach filius se
phor dei iussione benedicitur et ma
ledictionem mutauit in laudes Audit
voces dni ex vano ore sonantes O
rietur stella ex iacob et consurget
homo de isrl et percuciet principes mo
ab et vastabit cunctos filios seth et
erit edom hereditas eius fornicatur
cum filiabus madian et finees fili
us eleazari sacerdotis zelatus zelum
dni zambri et scortum madianiti
dem pugione transfigit vnde et acce
pit primum methia memoriam alumni
victime Numeratur rursum popu
lus numerantur et leuite ut mr fer
tis pessimus nouus dei populus cen
seatur Interpellant quoque filie sal
phaad et iudicio dni hereditatem
accipiunt ut inter fratres suos non femi
neus a possessione dni sexus excludatur
datur Ihs moisi in monte succedit
et discit a lege que spualiter offerre
debeat in ecclia primum quid per singu
los dies deinde quid sabbato quid in
penthecosten quid in neomenia
mensis primi quid in ieiunio eiusdem
mensis die decimo quid in scenophe
gia qn figunt tabernacula quinde
cim dies supradicti mensis vxorum
et filiarum vota absque auctoritate
patrum et virorum cassa memorantur et
bella contra madianitas et mors
diuini balaam et prede diuisio et o
blacio ex ea in tabernaculo dei primus
ruben et gad et dimidia tribus ma
nasse citra iordanem in heremo
possessionem accipiunt/plurima enim ha
bebant iumenta et non dum ad id ve
nerant ut possent habitare cum
templo Docetur populus ut intra
sancta idola destruat et nullus de
priori habitatore seruetur describitur
olim cupita prouincia et duarum semis
tribuum hereditas separatur Numerantur
tribuum principes qui terram sanctam de
beant introire Quadraginta du
as vrbes cum suburbanis suis usque ad
mille passus per circuitum leuite accipiunt

b

tot numero quot et iste sunt mansiones
et adducitur fugitiuorum suscipi aut in
fici debeant usque ad mortem ponti
ficis maximi reseruari Succedit deu
teronomium secunda lex mediatorum euan
gelii Ibique breuiter distinimus que in
pharan et tobel et laban et ase
roth et loca aurea abiecto inda in
fidelissimo vndecim dierum viam de
horeb per viam montis syon usque ca
des barne moyses populo sit locutus
et extremum cantat canticum in quo ap
tissime synagoga prouocatur et ecclia
dno copulatur Inpinguatus est et in
crassatus ac dilatatus et recalcitra
uit dilectus et oblitus est dei salua
toris sui Et iterum generacio pessima fi
lii mordaces ipi ad emulacionem me
prouocauerunt in eo qui non erat deus
irritauerunt me in sculptilibus suis
Et ego zelare eos faciam nationes
contra gentem stultam irritabo eos
Benedicuntur filii isrl Et rursum in syme
one iudas miserandus excluditur
Ascendit moyses ad montem nabo
in vertice phalga qui est contra ieri
co et ondit ei dns omnem terram gala
ad usque addan et neptalim et effra
ym et manassen et vniuersam terram
iude usque ad mare magnum contra
austrum et regionem campestrem
ieri contine ciuitatis palmarum
usque secor Quis post tanta nosse
misteria Quis in extremis legis et huius
vite finibus constitutus intelligit
sibi semper esse pugnandum Et tunc ple
nam victoriam dari si fuerit in ca
pestribus si manabelistam quod in
pretatur luctus spinarum fleuerit anti
qua peccata et spinas que suffocauerunt
sementem id est verbum dei Et quibus
propheta dicit versatus sum in miseria
dum michi configitur spina Et tunc
paratus deficiente manna subducente ihu
iordanem transeat et circumcisus cultro
euangelii primum comedat de celesti
pane et occurrat ei princeps exercitum
dei ut verum pascha nequaquam in egipto
sed in finibus terre sancte comedat O
profundum diuinarum sapientie et scientie
dei quam inscrutabilia sunt iudicia eius
et inuestigabiles vie illius Quis
sapiens et intelligit hec intelliges
et cognoscet ea Quia recte vie dni
et iusti ambulant in eis preuaricato
res autem corruent in illis Contra
Rufinum pbrm aquilegie Epla sci
Jeronimi Et ad letum secundum
aliquos et est talis

Invectiua contra rufinum detractorem suum et [illegible] pro [illegible] quod asseruit [illegible] hereticam approbasse [illegible] cedulas [illegible] datas sibi [illegible] quod minatus fuit [illegible] nisi silet et [illegible] rufinum errasse

Lectis litteris prudencie tue quibus in me invehoris et laudatum quondam tuum quem unum collegam loquebaris et fratrem in crimilibus ad respondendum provocas tres criminibus intellexi illud salomonis in te esse completum In ore stulti baculus contumelie et non recipit fatuus verba prudencie nisi ea dixeris que versantur in corde eius. Et ysaias fatuus inquit fatua loquetur et cor eius vana intelliget ut compleat iniquitates et loquatur contra dominum mendacium. Quid enim necesse fuit accusationis volumina mittere et maledicta proferre in medium si tu in ultima parte epistole denunciata me morte deterres ne audeam respondere criminibus immo laudibus tuis. Eadem quippe et predicas et accusas et de uno fonte dulce amarumque procedit. Unde obsecro te ut verecundiam et pudorem quem a me exigis prior exhibeas et qui me dari alterum criminaris desinas ipse mentiri. Ego nulli scandalum facio nec accusator interim tui sum. Non enim considero quid tu merearis sed quid me deceat et salvatoris eloquium pertimesco dicentis Qui scandalizaverit unum de pusillis istis qui in me credunt expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collo eius et demergatur in profundum maris et ve mundo ab scandalis necesse est ut veniant scandalia et ve homini per quem scandalum venit. Poteram et ego in te saltim falsa congerere et dicere me uel audisse uel vidisse que nullus ignorat ut apud ignorantes imprudencia veritas et furor constancia putaretur. Sed absit ut imitator tui sim et quod in te reprehendo ipse faciam. Ille loquatur spurcitias qui potest spurcitia committere. Malus homo de malo cordis thezauro profert ea que mala sunt. Ex habundancia cordis os loquitur. Habeto interim lucrum quod amicus quondam tuus nunc accusatus turpia tibi nequit obicere. Et hoc dico non quo accusationis tue gladios pertimescam sed quo magis accusari velim quam accusare et pati iniuriam quam facere sciens preceptum ab apostolo Non vos metipsos ulciscentes carissimi sed date locum ire. Scriptum est enim michi vindictam et ego retribuam

cccxlvi

a

d

dicit dominus. Sed si esurierit inimicus tuus ciba illum si sicierit da illi potum hoc enim faciens carbones ignis congregabis super caput eius. Qui enim se vindicat ultione non domini non meretur. Et tamen antequam respondeam epistule tue expostulare tecum libet vetustissime monachorum bone presbiter imitator Christi fratrem tuum potes occidere quem si tantum oderis homicida es. Hoc a salvatore didicisti ut verberanti maxillam prebeas et alteram. Sic ipse respondit percussori suo Si male locutus sum testimonium perhibe de malo si autem bene quid me cedis. Mortem minaris quam et serpentes inferre possunt. Mors autem omnium est homicidium pessimorum. Quid enim nisi tu me occideris ego immortalis ero. Quin potius habebo graciam quod fatis necessitate virtutem. Nonne et apostoli salvis inter se amiciciis dissenserunt tunc paulus et barnabas propter iohannem cognomento marcum stomachati sunt et separavit eos navigatio quos Christi evangelium copulabat. Non idem paulus in facie petro restitit quod recto pede incedet in evangelio. Et tamen precessorem suum et columpnam ecclesie vocat et exponit predicationem ne in vacuum curreret aut cucurrissem. Nonne in religione etiam liberi a parentibus et coniuges a maritis salva pietate dissentiunt. Vos si ita habetis ut habeo cur nos odistis. Si aliter creditis quid vultis occidere. An qui a vobis dissenserit occidendus est. Me ad commonitionem sancti pape Chromatii voluisse reticere et finem facere simultatum et vincere in bono malum. Sed quia minaris interitum nisi tacuero respondere compellor ne videar tacendo crimen agnoscere et lenitatem meam male conscientie signum interpreteris. Hoc est unum declinatum tuum non ex dialectica arte quam nescis sed ex carnificum officina et meditatione probatum. Si tacuero criminosus ero. Si respondero maledicus. Tu me ergo et prohibes et cogis ad respondendum. In quo utrumque moderabor ut et obiecta diluam et ab iniuria tempore. Quis enim eum non timeat qui est paratus occidere. Sequarque vestigia compositionis tue servans certa illis eruditissimis libris quos antequam legerem confutavi. Dicis te accusationem meam ad eos transmisisse qui meis verbis lesi fuerant et non ad plures quia non ad ostensionem sed ad edificationem christianis loquendum est. Et unde oro te librorum tuorum ad me fama pervenit. Quis eos rome quis in italia quis in dalmatie insulas

b

dissemi navit. Si in scriniis tuis et ami-
corum tuorum latebant, ad me quomodo ea cri-
mina pervenerunt? Et audes dicere te
non ad ostensionem sed ad edificationem
quasi christianum loqui, qui de sene senex scur-
ra de mimo qui parturis michi tanta
confingis quanta non diceret de latrone
homicida, de scorto meretrix, scurra de
mimo, qui parturis michi montes crimi-
num et gladios quos de sicis in iugulum
meum tanto ante tempore exacuis.
Ideo nec versales et anabasii tui per diver-
sas provincias cucurrerunt ut laudes
meas legerent, ut panegyricum tuum per an-
gulos et plateas ac muliercularum tex-
trinas recitarent. Hec est illa tua sancta
verecundia, edificatio christiana. Sic modes-
tus es, sic pudens, ut calvatum de acci-
dente venientes michi tua maledicta
narraverint ita memoriter et consentiente,
ut ego cogerer non scriptis tuis que nec
dum legeram, sed scriptorum opinionibus
respondere et volantia toto orbe iacu-
la falsitatis clipeo veritatis excipere.
Sequitur in epistola tua: Noli multo auro
redimere notarium meum, sicut amici tui
de meis peiarcon scedulis falsare posset,
quod aut nullus haberet aut admodum
pauci. Gratis a me missum suscipe co-
dicem quem censu magno cuperes com-
parati. Non te pudet promissi? Ego auro
redimere notarium tuum? Et quis tantus
et talis ut audeat cum creso et dario
pugnare divitiis, ut subitum demara-
tum et crassum non pertimescat? Usque adeo
non obdurasti frontem, ut mendacium po-
nas spem tuam et estimes te protegi pos-
se mendacio, et quicquid finxeris tibi cre-
dendum putes. Quis Bethlehem de cubi-
culo fratris Eusebii furatus est epistolam lau-
dantem tuam? Cuius artificio et cuius mi-
nistris in se Fabiole hospitio et viri
christiani et prudentis Occeani inventus
est codex, quem illi nunquam viderant? An
ideo te estimas innocentem, si quicquid tuum
est in alios conferas? Quicumque te offen-
derit, quamvis simplex quamvis innoxius
sit, illico criminosus fiet. Habes enim pretium
quod Diane est victa pudicitia, quod
Giezi magistri pertulit sanctitatem, propter quod
Iudas tradidit dominum suum. Videamus
tamen quid meus notarius de scedulis
suis nondum emendatis, nondum ad purum
digestis falsaverit, et ob id facilius ei fal-
sitas fuerit, quod aut nullus eas haberet
aut admodum pauci. Et ante scripsi et nunc
eadem deo mediante protestor me
non probasse accusationem eius nec
cuiusque christiani in christianum. Quid enim
necesse est in multorum scandala ruinasque
proferre que secreto aut corripere
valeas aut emendare. Sed quia unus-
quisque vivit stomacho suo, et amicus
non statim dicendus est alterius voluntatis, si-
cut accusationem etiam veram impro-
bo, sic falsitatem scedularum in sancto viro
non suscipio. Quid enim homo latinus
de interpretatione greca potuit immutare,
aut quid subtraheret in libris peri
archon, ubi sic contexta sunt omnia, et
alterum pendet ex altero, ut quicquid tollere
volueris aut addere, quasi pannus in vesti-
mento statim appareat? Quod ergo
me mones, ipse facito: paululum sal-
tem humanum si non christianum pudoris assu-
me, nec despecta et calcata consci-
entia tua verbis te purgandum putes
qui operibus urgeris. Si Eusebius a notario
redemit inemendatas scedulas quibus
falsaret, tu profer tuas que falsate
non sunt. Et si probaveris nichil mutasse
hereticum, tunc ille tenebitur crimine falsitatis.
Quamvis mutes, quamvis corrigas, ca-
tholica non probabis. Si enim error esset
in verbis aut in paucis sensibus, possent
detrimentum mala et bona plurimis
reponi. Ubi autem tota disputatio
equalis est et universe rationabiles
creature que propria voluntate corruerant
in unum postea revertentur, statim
ut rursum ex alio principio altera sit
ruine, quid habes emendare nisi cunc-
ta mutaveris? Quod facere volueris,
iam non libros alienos interpretaberis,
sed condes tuos. Hoc autem cuiusmodi
argumentum sit non intelligo. Quia,
inquit, inemendate et nondum ad purum
digeste erant scedule, ideo facilius
ab Eusebio falsate sunt. Aut ego tar-
dior sum, aut michi satis fatuum et
obtusum videtur. Si nec dum emen-
date nec ad purum digeste erant sce-
dule, error earum non Eusebio imputa-
bitur sed more et tarditati tue, qui
emendare cessasti, et in eo solo erit
ille culpabilis, quia scripta tua cito disse-
minavit in vulgus que tu paulatim e-
mendare decreveras. Sin autem ut tu
vis eas falsavit Eusebius, quid causa-
ris atque contendis inemendatas et nec
dum ad purum digestas in publicum
prorupisse? Et emendate et non emen-
date similem recipiunt falsitatem.
Nullus inquis eos habebit libros
aut admodum pauci. In uno sermone
quanta diversitas! Si nullus eos ha-
bebat, quomodo apud paucos erat?
Si pauci habebant, cur nullum habuisse
mentiris? Cum autem dicas apud
paucos fuisse et te ipso confitente

cccxlviii
a

subuersum sit quod nullus habuerit
vbi est illud quod quereris auro redep
tum notarium tuum dicit nomine notarii
quantum auri datum sit vbi pro quem
et cui datum. vtique proditorem tuum ab
iecisti a te. et tanti facinoris reum
a tuo consorcio separasti. vide ne
magis illud verum sit a paucis illis a
micis tuis. et eusebio et ceteris data
exemplaria. que ita inter se congruunt
atque consenciunt: ut ne quidem punc
to ab altero differant. deinde tuus pro
uidencie est dare alys exemplar
quod nondum emendaueris. Scripte ad
purum non erant sedule: et emenda
dos errores tuos iam alii possidebant
sentis ne non herere inter se mendacium
et quod tibi in articulo temporis pro
fuit. ut episcoporum sinodas subterfugeres. pa
tere discussum. et tuis te verbis redar
gui. Ex quo apparet inepta mihi ora
tores eloquium te voluntatem habere
menciendi artem fingendi non habere

b Sequar ordinem epistole. et ipsa ut locu
tus es verba subnectam Eloquenciam
ut dicis tuam. et in prefacione mea
laudasse me fateor et etiam nunc lau
darem. nisi tu eam contra tullii tui
sentenciam. multa iactancia faceres
odiosam. vbi iactaui eloquenciam
meam. qui etiam ante laudatam
non libenter accepi An hoc dicis quod
non vis subdola predicatione palpari
Aperte accusaberis: ut qui laudantem
respueris. sencias criminantem. Impi
ciam autem tuam non tam stultus eram
ut reprehenderem: quam nemo potest
forcius accusare. nisi tu ipse dum
scribis Sed volui ostendere condisci
pulis qui tecum litteras non didice
runt. quid per triginta annos profece
ris qui CYFFA ΦWYCA ΓAPK
ΗΑWWC pro caritatem desertitudi
nem et maledicere omnibus. bone con
sciencie signum arbitraris. Nec tibi
ut dicis ferulas adhibeo neque athe
nogerontam meum eustultam et
plagas litteras docere contendo. Sed
quia fulmen eloquencie tue atque
doctrine. omnis tractatores ferre non
possumus et ingenii acumine pre
stringas oculos nostros interim ut omnes
tuos inuidos putes certatim opprime
te cupimus. nisi semel inscribendo ob
tinueris principatum et in arte elo
quencie steteris: ut cuncti nobis qui
aliquid scire volumus inuitire non liceat
at Ego philozophus rethor gram
maticus dialeticus. hebreus grecus
latinus. trilinguus hoc modo et tu

bilinguus eris qui a tanta habes greci
latinique sermonis scienciam. ut et greci
te latinum et latini grecum putent et
epiphanius ΠΗΤΑ ΔΕΚΑ ΔWCTWC quam
quinque linguis contra te et amasium
tuum loquitur. Simul que adulator quare te
meritate contra tantarum artium virum
audeas dicere. Tu qui tot discipli

c narum oculis vigilas. quomodo venia
donandus es si erraueris et non perpetuo
pudoris silencio contegendus. Quod
cum legissem. et me putarem alicu
bi in sermone lapsum. qui enim in
verbo non peccat iste perfectus est. et sus
picarer eum aliquid meorum plati(n)orum
esse viciorum. subito intulit. Ante bi
duum quam proficisceretur harum baiulus
in manus michi venerunt que in me
declinasti. vbi est ergo quod minaris
et dicis quomodo venia donandus es
si erraueris. et non perpetuo pudoris si
lencio contegendus. Nisi forte pro
angustia temporis non potuisti eam in
ordine digerere aut aliquem de eruditis
conduxeras qui in opusculis meis
gemmarum eloquencie tue ornamenta
perquireres. Superscripsisti gratis a me mis
sum suscipe coditem que tensu mag
no emperes comparatum et munc hu
militatis prodigys loqueris imitari te vo
lui sed refestinante eo qui ad te re
meabat. malui paucas ad te quam
ad alios pro tuis maledictis latinis
scribere et interim audacter fruito
imperiicia tua. Semel enim confessus
es dicens superflua tibi reprehensio fuit
in paucis. que professa nobis habetur
in omnibus Non reprehendam quod compa
ratum coditem pro empto posueris
cum comparatio equalium sit. emptio precii
annumeratio Et refestinante eo qui ad
te remeabat sordidissime elocutionis
ΠΗΡΥCCWΛWΡΥΗ tamen sensibus
respondebo et te in omnibus nequaquam
solecistam ac barbarum. sed men
dacem subdolum impudentem esse conuincam
Si ad me tamen epistolam scribis. ut me con
moneas et emendatum velis ne ceteris

d scandalum facias et alys furentibus
ingulentur alii cur libros contra me scri
bis ad alios. et legendos per satellites
tuos toto orbe dispergis vbi est silogismus
tuus quo me irretire conaris et loqueris
que in hoc magister optime emendare cu
piebas. si illi ad quos scribis nichil de
liquerant si ad me que arguis non
scripseras: Et ego tibi tuis responde
bo sermonibus Que emendare cupie
bas magister indocte. Eos ne qui non pec
cauerant An me ad quem non scripseras

Brutos putas esse lectores et omnes non intelligere prudentiam tuam immo malitiam qua et serpens prudentior fuerat cunctis bestiis in paradiso ut a me secretam commonitionem flagites quam publica accusatione persequeris et non te pudet accusationem tuam apologiam vocare quereris quare opponam clipeum pugioni tuo. et tibi quasi religiosus et castulus personam humilitatis imponis et dicis. Si erraveram cur scribis aliis et non me ipsum redarguis hoc ipsum in te retorquebo. Quod ego ei me non fecisse causaris quare non ipse fecisti. velut si quis pugnis calcibusque aliquem collidens si resistere voluerit dicat ei Nonne tibi preceptum est qui percusserit in maxillam prebe ei et alteram. Quid enim bone vir. Tibi preceptum est ut me verberes. oculum meum effodias. et si paululum me commovero evangelii michi precepta cantabis. Vis scire totas argutias tuas strophas et vulpeculares insidias que habitant in parietinis. de quibus et ezechiel loquitur quasi vulpes in desertis prophete israhel. Ausculta quid feceris ita me in tua prefatione laudasti. ut obiciuntur michi laudes tue. et nisi me alienum tanto laudatore dixissem. hereticus iudicarer. postquam repuli crimina et non laudes tuas et absque invidia tui nominis respondi criminibus. non criminatori atque ut me catholicum atque tam fama tua probarem invectus sum in hereticos irascens furis et luculentissimos libros contra me evomis. Quos tum legendos et cantandos omnibus tradidisses statim ad me de ytalia et urbe roma atque dalmatia scripta venerunt. quibus me laudatorem pristinus ornasses precomiis. fateor illico ad obiecta respondi et me non esse hereticum totis viribus probare conatus sum. misique hos ipsos libros apologie mee ad eos quos tu vulneraveras. ut venena tua remedium sequeretur antidotum. Ob hanc culpam mittis michi et priores libros et recentem epistolam plenam iniuriarum et criminum et criminum. Quid me vis facere bone amice. Si tacera videbor crimen agnoscere. si loquar terres me gladiis tuis. et accusatorem non iam ecclesiasticam sed tribunalium comminaris. Quid feci. Quid commerui. In quo te lesi. Quia me negavi hereticum. quia tuis laudibus dixi me indignum. quia hereticorum fraudulentias et periuria aperto sermone descripsi. Quid ad te. qui et catholicum et veracem esse

te iactas. qui libentius me accusas quam te defendis. Num mea defensio accusatio tua est. Aut aliter orthodoxus esse non poteris nisi me hereticum comprobabis. Quid tibi prodest societas tua. aut que est ista prudentia accusatus ab aliis. accusas alium ab alio appeteris et illi tergum obiciens quiescentem contra te provocas. Testor me diatorem ihesum in cuius me et repugnantem ad hec verba descendere et nisi tu provocares semper taciturus fuisse demumque noli accusare. et ego cessabo defendere. Que enim audientium edificatio duos senes inter se propter hereticos digladiari. presertim cum ambo catholici se videri velint. Omittamus hereticorum patrocinium. et nulla erit inter nos contentio Eodem favore quo origenem ante laudavimus nunc dampnatum toto orbe dampnemus iungamus dexteras animos copulemus et duos orientis atque occidentis ... alacri sequantur incessu Erravimus iuvenes. emendemus senes. Si frater es me gaude correctum. si amicus sum de conversione tua debeo gratulari. Quamdiu inter nos iurgium fuerit. videbitur fidem rectam necessitate dicere non voluntate. Inimicitie nostre iniuriam nobis tollunt testimonium vere penitentie. Si unum credimus si idem et volumus ex quo firmas nasci amicitias etiam catilina testatur. si hereticos pariter odimus et veterem eque dampnamus errorem quid contra nos tendimus. cum eadem oppugnemus eadem defendamus. Ignosce michi quod origenis eruditionem et studium scripturarum antequam eius heresim plenius nossem in iuvenili etate laudavi. et ego tibi dabo veniam quod apologiam librorum eius cano scripseris capite. Ante biduum quam ad nos epistolam scriberes. libellos meos in manus tuas venisse testaris et ideo non habuisse spacium exorate respondi Alioquin meditatus paratus que direpisse in nos fulmina non crimina videreris et quis tibi credit hominum vanissimo Ut negotiator orientalium mercium qui et hinc deportator vendere mercedes habebat et ibi emere quod huc rursus adveheret biduum tantum aquileie fuit ut raptim et extempore contra nos dictare epistolam cogereris libri enim tui quos lumasti per triennium disertiores sunt nisi forte non fuit in penuria qui tuas emendaret ... et ideo omne iter dictionis tue absque palladis arte latebris et voraginibus

uiciorum incidunt. Tam aptum temporis
medacium est ut non ducam respondere. Si
legere biduum mea scripta non occurrerit
ex quo apparet te illam epistolam aut pluri-
bus scripsisse diebus ut sulpicius elegan-
cia probat aut si tumultuaria dictio
est nimium te esse negligentem qui cum
extemporali talis sis meditatus de-
tractor fueris. Illud autem quod figuras satis
et dicas te ea transtulisse de greco que
ego prius latino sermone transtulerim
non ego satis intelligo quid uelis dicere
nisi forte adhuc commentarios ad ephe-
sios criminaris et quasi nichil tibi super
hoc responsum sit. obduratis frontis im-
pudenciam. ne auribus obdurantis uo-
ces recipias incantantis. Nos commen-
tariis et illis et aliis et nostras et aliorum
sententias explicauimus aperte confitentes que
sit heretica que catholica hoc est com-
mentatorum mos et explanancium regula
ut opiniones in exposicione uarias pro-
sequantur et quid uel sibi uel aliis ui-
deatur edisserant. Et hoc non solum
sanctarum interpretes scripturarum sed secula-
rium quoque litterarum explanatores faciunt
tam latine lingue quam grece. Tu in
libris periarchon idipsum ostendere non
potes. Arguet te enim prefatiuncula tua
in qua polliceris detruncatis malis
et que ab hereticis addita fuerant
optima remansisse ut quicquid ibi uel
bonum siue malum dixeris iam non ei
imputetur que transfers. sed tibi qui inter-
pretatus es. nisi forte hereticorum erro-
rem emendare debueras et origenis
mala proferre medium. Sed de hoc quia
nos remittis ad codicem. ante tibi
respondimus quam tua scripta legerimus
de pamphili libro non ridiculosa ut
tu scribis sed ridicula michi forte res
accidit ut postquam eusebii asseruerim
illum esse non pamphili ad extremum dixe-
rim etiam me ante annos plurimos
hoc putasse quod pamphili fuerit
et ante exemplar huius uoluminis
fuit mutuatum. Vide quantum timeam
cathunnos tuos. ut etiam mit cadem
ingeram de tuo codice quasi pamphi-
li exemplar acceperimus. Credidi xpistiano
credidi monacho. non putaui tantum scele-
ris a te posse confingi. postea uero
per interpretationem tuam questione contra
origenem toto orbe commota in quere-
dis exemplaribus diligencior fui et
in cesariensi bibliotheca sex eusebii
uolumina repperi apologias ΠΕΡΙ
ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ que cum legissem primum
librum deprehendi quem tu solum sub
nomine martiris edidisti de filio et spiritu

CCCxlix

a

sancto in bonam partem plerasque blasphe-
mias commutasse et hoc uel didimum uel
te uel alium fecisse nescio quem quod
tu apertissime in libris periarchon fe-
cisse conuinceris maxime cum idem eu-
sebius ut iam in duobus libris domini
scribat pamphilum nichil proprii operis e-
didisse. Dic ergo tu a quo exemplar
acceperis. Ne michi ad subterfugiendum
fingas mortuos aliquos nomines
ut cum auctorem ostendere non potueris
illum proferas qui non potest responde-
re. Sin autem riuulus iste in tuis sermonibus
fontem habet quod sequatur etiam
me tacente non dubitas. Unde fac ab
alio quolibet amatore origenis libri
huius titulum et auctoris uocabulum com-
mutatum. Cur hoc in latinam linguam
uertis uidelicet ut in testimonio mar-
tiris omnes origenis scriptis credant.
Premissa monitione tanti auctoris et
testis. Nec tibi sufficit doctissimi uiri
apologia nisi scribas et proprium uolumen
pro defensione eius quibus per multos dis-
seminatis tuto iam libros periarchon
uertis ex greco et hos ipsos prefatione commen-
das dicens nonnulla in his ab hereticis
deprauata que tu de aliorum librorum orige-
nis lectione correxeris. Me quoque lau-
das ne tibi amicorum meorum quispiam
contradicat. Origenis ΚΗΡΥΚΑ predi-
catis eloquenciam meam in celum fers
ut insaniam incentiam deprimas. fratrem
et collegam uocas et imitatorem te
mei operis confiteris. Omnes quoque a me transla-
tas origenis septuaginta omelias. et
nonnullos thomos in apostolum iactas. in quibus
si tacita limauerim ut nichil in illis
quod a fide catholica distrepet latinus

b

lector inueniat. nunc eosdem libros he-
reticos criminaris et uerso stilo quem
predicaueras quia consortem putabas
accusas quoniam modo perfidie tue
eius inimicum. Quis e duobus calumpni-
ator est martiris ego qui illum dico here-
ticum non fuisse. nec scripsisse librum qui ab
omnibus reprehenditur. An tu qui uolumen
hominis arriani titulo commutato sub
nomine martiris edidisti. Non tibi sufficit
scandalum grecie nisi illud et latinorum
auribus ingeras. et inclitum martyrem
tua quantum in te est translacione deformes.
Tu quidem alia mente fecisti ut non
martirem argueres. non ut me accu-
sares. sed ut origenis per nos scripta de-
fenderes. Attamen scito romanam fidem
apostolica uoce laudatam istiusmodi presti-
gia non recipere et etiam si angelus aliter
annunciet quam semel predicatum est. pauli
auctoritate munitam non posse mutare

Ergo frater siue a te falsatus est liber ut
multi putant siue ab alio ut tu forsitan
persuadere conaris. et temere credi//
disti heretici hominis C y th d H a de
martyrus mutato titulum. et romanam
simplicitatem tanto periculo libera-
sion tibi expedit ut pre clarissimus
martir hereticus iudicetur. ut qui effu//
dit pro xpo sanguinem communis fidei
xpi apprehenditur. dic potius inuenem librum
putaui illum martiris Nec timeas pe//
nitentiam. iam te non urgebo non que
ram a quo acceperis. vel mortuorum
aliquem nominato. vel in platea ab igno//
to homine emisse te dicito. Non enim dap//
nationem tuam querimus. sed conuersionem
Melius est ut tu erraueris quam ut mar//
tir hereticus fuerit Interim de presenti com//
pede utcumque erue pedem. in futuro
iudicio tu uideris quid ad martyris
contra te respondeas querimonias.
Proponis etiam tibi quod nemo obicit
et diluis quod nullus accusat dicis enim
quod in meis litteris legeris. dic quis
tibi permisit ut interpretans quedam au//
ferres quedam adderes quedam mu//
tares statimque tibi ipse respondeas
et contra me loqueris Et tibi dico.
Queso quis permiserit ut in commen//
tariis tuis quedam de origene. quedam
de appollinare quedam de te ipso scribes
et non de origene totum aut ex te aut ex
alio. Inter interim dum aliud agis crimen
fortissimum prodidisti et oblitus es ve//
teris prouerbii mendaces memores esse
debere. dicis enim me in commentariis
quedam de origene quedam de appol//
linari quedam ex me ipso posuisse. Si
ergo appollinaris sunt origenis que sub
aliorum nomine posui quomodo in libris
tuis crimen impingis. quod quando scribo a//
lius hoc dixit quidam sic suspicantur
alius et ille et quidam ego sum. Inter
apolinarem et didimum et explanati
onis stilum et dogmatum magna diuersi//
tas est Cum in uno capitulo diuersas poo
sinas Non contrarios sensus sequi re den//
dus sum. Sed hec alias Nunc quero
a te quis tibi obiecerit quare de ori//
gene uel abstuleris quedam uel ad//
dideris uel mutaueris. et te quasi in
eculeo appensum interrogauit bona
sint an mala que transtulisti. Frustra
simulas innocentiam. ut interrogatione
stulta uam percunctationem extenues
Ego non accusaui quare origenem pro
voluntate transtuleris hoc enim et ipse fe//
ci. et ante me victorinus et hylarius
ambrosiusque fecerunt sed quare transla//
tionem hereticam prefationis tue testimonio
roborasti. Cogis me eadem rursum
iterare. et periculosas lineas incedere. dicis
enim in eodem prologo te ea que ab
hereticis addita fuerant amputasse
et pro his reposuisse bona. Si here//
ticorum mala abstulisti ergo que di//
misisti uel addidisti aut origenis erunt
aut tua. que utique quasi bona posu//
isti. Sed multa in his mala negare
non poteris. Quid inquies ad me orige//
nis impinta. Ego enim ea tantum que ab he//
reticis addita fuerant commutaui. Ex//
pone causas quare hereticorum mala
tuleris. et origenis integra dereliqu//
eris. Nonne perspicuum est. quod mala
origenis ex parte cum sub hereticorum in//
culpatione dampnaueris. et ex parte
susceperis. quia non mala sed bona
tue esse fidei iudicabas. Hec sunt
de quibus quesiui utrum bona essent
an mala que in prefatione laudasti
que amputatis pessimis quasi opti//
ma remansisse confessus es et te in
vere argumentationis appendi eculeo
ut si bona dixeris hereticus compro//
beris si mala audias Cur ergo que
mala sunt in prefatione laudasti. Et
non illud adiunxi quod tu callide simu//
las. Cur que mala erant ad latinorum
notitiam transtulisti. Mala enim ondere
interdum non docentis est sed putantis ut
caueat lector non ut sequatur errores
et nota contempnat. que non numquam
ignota miraculo sunt. Et audes pos//
tea dicere quod ego auctor scriptorum talium
sim. tu autem ut interpres in quibus emen//
dare aliquid potueris. plus egeris
quam interpres in quibus non potueris
solum interpretatus fueris. Recte ista
diceres. si libri tui periarchon prefa//
tiunculam non haberent. Quod et hyla//
rius in transferendis omeliis eius
fecit. ut et bona et mala non in//
terpretanti sed suo imputarentur auc//
tori. Si non dixisses amputasse te pes//
sima et optima reliquisse. ut cumque
de luto euaderes. hoc est quod de
struit strophas ingenioli tui. et te
hinc inde constrictum euadere non si//
nit. Nec in tantum abutere lectoris. et
sic omnes qui tua scripturam lecturi sunt
brutos putes ut cum uulnera pu//
trescere sinas. sano corpori imponere
emplaustra non rideant. De carnis
resurrectione quid sentias iam in
apologia tua didicimus nullo membro
amputato nec aliqua corporis parte de//
secta. hec est simplicitatis tue pura
et apta confessio quam ab omnibus
ytalie episcopis asseris. Crederem dicenti

nisi me dubitare te dicere iste liber non
pamphili fuerit Et tamen miror quo
modo probavit ytalia quod roma re
cepit episcopi susceperint quod sedes apostoli
ca condempnaverit Scribis me quoque
litteris indicasse quod papa theophi
lus expositionem fidei nuper ediderit que ad
nos nec dum pervenit: et pollliceris quod
quidquid ille scripserit tu sequeris Ego me
hoc scripsisse non novi nec huiusmodi
unquam litteras direxisse sed tu indicto ad
huc consentis et hiis que qualia fu
tura sint nescis ut etiam declines et ad
eorum non tenearis assensum. duas sin
hodicam et paschalem eius epistolas contra
origenem illiusque discipulos. et aliam
adversus appollinarem et eundem ori
genem per hoc fere biennium interpretatus
sum: et in edificationem ecclesie legendas
nostre lingue hominibus dedi Aliud opus
eius me nescio transtulisse Et tamen
b
tu qui pape theophili dicis te in omni
bus sententiam sequi cave ne hoc magistri
vel condiscipuli tui audiant. et offen
das quam plurimos qui me latronem te mar
tirem vocant: ne irascatur tibi qui contra
papam epiphanium ad te epistolas dirigens
hortabatur ut permaneres in fidei ve
ritate ut non mutares ullo terrore
sententiam que in epistola holographa tene
ab hiis ad quos perlata est Et post hec
more tuo loqueris et de quo super dixe
ras ego tibi etiam furenti satisfaci
am. inter dicis. Quid tibi videtur. ha
bes ne ultra aliquid quo nervos tue lo
quacitatis intendas. Et indignaris
si putide te loqui arguam. tu come
dicorum turpitudines et scortorum ama
torum que ludicra ecclesiasticus scriptor
assumat. porro quod interrogas quan
do pape theophili sententiam sequi ce
perim eique fidei communione sociatus
sim et ipse tibi respondis tunc credo
quando paululum quem ille dampnave
rat summo nisu et omnibus studiis de
fendebas quando eum per imperiale rescriptum
recipere sacerdotium quod episcopali iudicio a
miserat instigabas Non plus pro me
respondebo quam de illorum iniuria lo
quar. Cuius est humanitatis cuius clemen
cie. insultare aliorum miseriis: et vul
nera cunctis aliena mirare Sic ne
te docuit ille samarites. semivivum te
ad stabulum reportare. oleum plagis in
fundere: ut eidem stabulario polli
ceri Sic revectam ovem. reporta
tam dragmam prodigum filium legis esse
susceptum. Esto. Ego te leseram: Et
quibusdam ut dicis stimulis ad
maledicorum insaniam provocaram
Quid commeruit homo latens. ut
inidares cicatrices eius. et obductam
autem inspirato dolore rescinderes
Si non etiam si ille dignus esset con
tumeliis tu facere non deberes. Aut ego
c
fallor. aut illud est verum quod plurimi
iactitant te origenistarum hostes in
illo prosequi. et sub occasione unius
in utrosque senire Si pape theophili
sententia delectaris et nephas putas
pontificum decreta convelli: quid
decretis dicis ipse dampnavit. Quid
de papa anastasio de quo ut ais verum
videtur. Ut tante urbis sacerdos. vel
innocenti tibi iniuriam facere po
tuerit vel absenti: Nec hoc dico quod
de eporum suis diudicare. aut eorum cupiam
statuta rescindi. sed quod unusquisque suo
periculo faciat quod sibi videtur et ipse
noverit quomodo de suo iudicio iudicandus
sit Nobis in monasterio hospitalitas
cordi est. omnesque ad nos venientes leta
humanitatis fronte suscipimus veremur
enim ne maria cum ioseph locum non
inveniat in diversorio. ne nobis ihesus
dicat exclusus hospes eram et non
suscepistis Solos hereticos non reci
pimus. quos vos solos recipitis. pro
positum nobis quippe est pedes la
vare venientium non merita discutere
Recordare frater confessionis eius. et
pectoris quod flagella secuerunt.
Memento carceris tenebrarum et exilii
metallorum et non indignaberis hos
picio transeuntem esse susceptum. An
ideo tibi rebelles videmur quia cali
cem aque frigide in nomine christi
sitientibus porrigimus. vis scire unum
illum et nos plus amare et tu o
disse plus debeas hereticorum factio
nuper fugata de egipto et alexandria
se ierosolimam contulit et huic
voluit copulari: ut quorum esset unus
dolor. una fieret et accusatio quos
iste repulit sprevit. abiecit. dicens
se non esse inimicum fidei: nec contra
ecclesiam bella suscipere quod prius tempta
uit doloris fuisse non perfidie. nec alti
appetisse innocenciam sed sua pro
d
bare voluisse Imperium putas. post
sententias sacerdotum imperiale rescriptum
quod quale sit novit ille qui meruit
Quid tibi videtur de hiis qui damp
nati palacia obsident et facto cu
neo fidem christi in uno homine perse
quuntur. Hec autem communionis et
pape theophili: nullum alium testem
vocabo nisi ipsum quem a me lesum si
mulas: cuius epistolas ad me semper datas
etiam eo tempore non ignoras quo
michi reddi prohibeas: et cottidie

missis tabellariis inimici eius amicu
m tu et familiarissimu iactitabas et ea
que nunc impudenter scribis moneebaris
ut illius contra nos odia concitares et
iniurie dolor fidei fieret oppressio. Sed vir
prudens et aplice sapiencie tempore ac re
bus probauit ut nunc inscie aut et veras
contra nos insidias. Si discipuli mei ut
scribis tibi rome inuidiam concitarunt
et inemendatas scedulas te dormiente
furati sunt quis papam theophilum adversus
perduellas in egipto suscitauit. Cuius re
gum scita quis orbis in hac parte consen
sum. Et gloriaris te ab adolescencia theo
phili fuisse adiutorem et discipulum. cum
et ille ante quam episcopus fieret. pro humilitate
sibi insita numquam docuerit. et tu postquam
hic xpus factus est alexandrie non fueris
et audes dicere in sugillacione mei quod ma
gistros meos nec clarifico nec mitto. Quod
si verum est suspiciosam michi facis con
uersacionem tuam. Nec dampno ut co
minaris institutores meos. sed timeo
illud ysaie. ve qui dicunt malum bonum
et bonum malum qui ponunt tenebras lu
cem. et lucem tenebras. qui dicunt ama
rum dulce. et dulce amarum. Tu qui in
mulsum in grecorum et venena patris bibis
a nigro aplo recessisti. qui docet etiam
angelum. si in fide errauerit non esse se
quendum. Invigilancii nomine quid sopi
mes nescio. ubi enim eum scripsi hereticum
apud alexandriam communione maculatum. da librum profer eplam numquam et
non repperies. et eadem licencia immo
impudencia menciendi qua putas omnes
tuis sermonibus credituros. addis.
Quando testimonium descripcius meum
tam iniuriose posuisti. ut ego id re
petere meo ore non audiam. Non audes
repetere. qui tacendo amplius comi
naris. Et quia non habes quod obicias si
mulas verecundiam. ut lector te putet
michi parcere. qui mentiens nec tue
anime pepercisti. Quod est illud testimo
nium descripcius. quod de tuo illo pruden
tissimo ore non exeat. Aut quid in
scriptis libris potes turpe memorare. Si
erubescas loqui scribe saltim ut nos
procacitatis prius sermo confutet. Vt certa
sileam ego hoc uno capitulo comprobabo
frontem te frontem possidere fallacie
vide quantum timeam comminacionem
tuam. Si protuleris quod minaris mea
erunt veniusa que tua sunt. Et in vigi
lancio tibi respondi. Eadem enim ac
cusabat que tu postea. et amicus
laudas et inimicus accusas. Scio a
quo illius contra me rabies concita
ta sit. Novi cuniculos tuos. et simpli
citate quam omnes predicant. Non ignoro quod
per illius stulticiam tua in me malicia
debachata est. que ego si eplam mea
reppulit ne solus heretice videaris bacil
lum harum non debes turpitudine silere
sborom quam numquam omnino legisti sed in
telligere et confiteri per illius vectori
diani tuis calumpniis fuisse respon
sum. In epla sancti pape anastasii
lubricus extitisti. et turbatus in quo
figas gradum non repperis. Modo di
cis a me esse compositam nunc ab eo
ad te debuisse transmitti cui missa est
Rursum iniusticiam scribentis arguis
Eciam si scripta sit ab illo sive non scripta
ad te nichil pertinere testaris. qui pro
fessoris eius et habeas testimonium et
rogantem roma ut eam illustraret
presencia tua opiduli tui amore contemp
seris. Si a me fictam eplam suspicaris
cur eam in romane ecclesie carthario
non requiris ut cum deprehenderis ab epo
non datam manifestissime criminis
reum timeas et nequaquam araneaas
michi opponas cassitolos sed fortissio
me rete constringas. Si autem romani
epi est stulte facis ab eo exemplar pe
tens cui missa est. et non ab illo qui
miserit de oriente expectare testimonium
cum auctorem et testem habeas in vi
cino vade pocius romam et presens a
pud eum expostula cur tibi et absenti
et innocenti fecerit contumeliam primum et
non receperet expositionem fidei tue quam
omnis ut scribis ytalia comproba
uit et baculo literarum uti voluerit
literarum contra canes tuos. deinde ut e
plas contra te ad orientem mitteret
et cauterium tibi hereseos dum nescis
inureret. diceretque libros origenis pe
riarcon a te esse translatos et simpli
ci romane ecclesie plebi traditos ut
fidei veritatem quam ab aplis didicerat
per te perderent et quod tibi maiorem
faceret inuidiam ausus est comminari
hos ipsos prefacionis tue testimonio ro
boratos. Non est leve quod tibi in
pingit tante urbis pontifex vel ab
alio obiectum temere suscepit. voci
ferare et clamita per compita per plateas
non est. non est meus liber. et si meus
est scedulas inemendatas eusebius
furto abstulit. Aliter ego edidi immo
nec edidi. uni eas dedi aut certe pau
cis et tam sceleratus inimicus tam
negligentes amici fuerunt ut omnes
codices ab eo pariter falsarentur. hec
carissime frater facere debueras. et non
illi tergum obuertens in me transmari
nas maledictorum tuorum sagittas dige

cccl
a
b
c

Quod enim mihi in vulneribus tuis prodest si ego
vulneratus fuero. An solacium pussille
amicum secum videre morientem. Siricii
iam in domino dormientis profers epistolas
et viventis anastasii dicta contempnis.
Quid enim tibi ut ais officere potest quod
te ignorantem aut scripsit aut forte non
scripsit. Et si scripsit sufficiat tibi totius or//
bis testimonium quod nulli prudenti videtur
ut tante urbis sacerdos vel innocenti
iniuriam facere potuerit: vel absenti. Inno//
centem te vocas ad cuius interpretationem
roma contremuit absentem qui accusa//
tus respondere non audeas et in tantum romane
urbis iudicium fugis ut magis obsidio//
nem barbaricam. quam pacatae urbis
velis sententiam sustinere. Esto quod priorem an//
ni epistolam ego finxerim. Recentia ad
orientem scripta quis misit in quibus
papa anastasius tantis te ornat flori//
bus. ut cum ea legeris magis te velis
defendere quam nos incipias accusare.
Simul que considera inimitabilem pruden//
ciam tuam et sales atticos. et sancti
eloquii venustatem. Ab aliis appeteris
aliorum criminatione confoderis et contra
me fulminibus iactaris et loqueris. Num//
quid et ego non possim enarrare tu quo//
de urbe discesseris quid de te in presenti iu//
dicatum sit quid postea scriptum quid itera//
veris ubi navem conscenderis. Quam
sancte periurium vitaveris potuisse pandere
sed plura reservare statui quam referre.
Hec sunt tuorum ornamenta verborum et post
ista si quid in te asperius dixero statim
michi proscriptionem et gladius gemi//
naris et intorum homo eloquentissimus
arte ludis rethorica et simulas te
preterire que dicis. et qui obiecta pro//
bare non potes quasi per nimia facis
criminosa. hec est tua tota simplicitas.
Sic amico parcis et reservas te ad
tribunalia iudicum. et actum criminum in//
dum parcis obiecteris. Vis nosse pro//
fectionis mee de urbe ordinem. Nar//
rabo breviter. Mense augusto
flantibus zephiris cum sancto Innocentio
presbitero. et adolescente fratre et aliis mo//
nachis qui nunc ierosolime commoran//
tur. navim in romano portu securus ascen//
di. maxima me sanctorum frequentia pro//
sequente. veni regium in scylleo littore
paululum steti. ubi veteres didici fabu//
las et precipitem fallacis ulixei cur//
sum et syrenarum cantica: et insacia//
bilem charibdis voraginem. Cumque
michi accole illius loci multa narra//
rent darentque consilium ut non ad pro//
thei columnas sed ad ione portum na//

ccclij

a

d

vigarem illum enim fugientium et turba//
torum. hunc securum hominis esse cursum
malui per maleas et cycladas cyprum
pergere ubi susceptus a venerabili episcopo
epiphanio cuius tu testimonio glorie//
veni antiochiam. fruitus sum commu//
nione pontificis confessoris que paulini
in et deductus ab eo in media hyeme
et gravissimo frigore intravi Ierosoli//
mam vidi multa miracula et que
prius ad me fama pertulerat. oculorum
iudicio comprobavi Inde contendi
egiptum lustravi monasteria nitrie
et inter sanctorum choros aspidos latere con//
spexi protinus concito gradu bethle//
hem meam reversus sum ubi adoravi
presepe et incunabila salvatoris. vidi
quoque famosissimum lacum. nec me
inerti tradidi ocio sed multa didici que
ante nesciebam. Quid autem de
me rome iudicatum sit et quid postea
scriptum nolo taceas. presertim cum habeas
testimonium scripturarum et non verbis tuis
que simulare potes et impunito iactare
mendacio sed scriptis ecclesiasticis argue//
ndus sim vide quantum te timeam Si vel
parvam scedulam contra me romani
episcopi aut alterius ecclesie protuleris. omnia
que in te scripta sunt mea crimina confi//
tebor. Numquid et ego non possem pro//
fectionem tuam describere Cuius etatis fueris
unde quo tempore navigaveris ubi vix//
eris. quibus interfueris: Sed absit
ut quod in te reprehendo faciam et
in ecclesiastica disputatione anilium iur//
giorum deliramenta depingam. hoc solum
prudentie tue dixisse sufficiat. ut
caveas in alterum dicere quod in te sta//
tim retorqueri potest. In sancti epiphan//
nii nomine mira tua tergiversatio ut post
osculum post orationem ut post neges
eum contra te potuisse scribere: quo//
modo si contendas non potuisse eum
mori qui paulo ante vixerat. aut
certior sit tui reprehensio. quam post pacem
excommunicatio. Ex nobis inquit exierunt
sed non erant ex nobis mansissent uti//
que nobiscum. Hereticum post unam
et alteram commonitionem vitandum
apostolus precepit qui utique antequam vite//
atur dampnetur ecclesiastici gregis por//
cio fuit. Similque risum tenere non
possum. quod a quodam prudente
commonitus in laudes epiphanii prorumpis
hic est ille deliras senex hic anthropo//
morphites hic qui sex milia origenis
libros te presente cantavit qui omni gen//
tium linguis predicationem sibi contra in//
iunctam putat qui idcirco cum legi prohi//
bet ne alii eius furta cognoscant. Lege

b

scripta tua sit et epistolam eius ymo epistolas e quibus unam proferam tue fidei testimonium ut non nimis nunc a te laudatus esse videatur. Insertum de epistola Epiphanii

Te autem frater liberet deus et sanctum populum christi qui tibi creditus est et omnem fraternitatem qui tecum sunt et maxime rufinum presbiterum ab heresi origenis et aliis heresibus et perditione earum. Si enim propter unum verbum aut duo que contraria fidei sunt multe hereses abiecte sunt ab ecclesia quanto magis hic inter hereticos habebitur qui tantas perversitates et tam mala dogmata contra fidem adinvenit dei ecclesie hostis extitit. Hec est viri sancti de te testificatio sic abco ornatus sic laudatus ingrederis. Ista est epistola quam de cubiculo fratris eusebii nummis aureis produxisti ut calumpniareris interpretem et me apertissime teneres criminis reum quare pro honorabili carissimum transtulissem. Sed quid ad te qui prudenti consilio cuncta moderaris et sic medius incedis ut si inveniris qui tibi credant nec anastasius contra te nec epiphanius scripserint mihi ipse epistole reclamaverint et fregerint tue frontis audaciam statim iudicium utriusque contempnas et non ad te pertineat sive scripserint sive non scripserint quia de oriente et ab urbe scribere non potuerint nec in sanctum virum mala hec conferenda sunt ut ostendam ore quidem et osculo pacem dedisse mala autem et dolum in suo corde reservasse. Si enim argumentaris et hec sunt verba defensionis tue ipsius esse ad unum te epistolam et orbis agnoscit et autenticam in manus tuas venisse convicimus et miror quo pudore immo qua impudentia neges quod unum esse non ambigis. Ergo pollutus erit epiphanius qui tibi pacem dedit et mala in corde suo servavit. Cur non illud verius sit quod te primum monuerit quod voluerit emendare et ad rectum iter reducere ut inde osculum non refutaret ut proditorem fidei frangeret patientia et postquam se intellexit cassum labore sudare nec pardum mutare varietates nec ethiopem pellem suam quod mente separat litteris indicasse. Tale quid et contra papam anastasium disputas: ut quia syricii episcopi habes epistolam iste contra te scribere non potuerit. Vereor ne tibi fratri iniuriam suspiceris. Nescio quomodo homo acutus et prudens ad has ineptias devolvaris: ut omnes stultos lectores putas te stultum esse demonstres. post egregiam disputationem et argumentationem ponis in clausula. Absit hoc a sanctis viris de vestra scola solent hec procedere nos nobis pacem presistentibus dedisti et argo iacula venis allita iecistis et in hoc eadem prudentia summo declamatio non dissertus esse voluisti pacem dedimus non heresim suscepimus iunximus dexteras abeuntes prosecuti sumus ut vos essemus heretici. Volo tamen scire que sint illa iacula venenata que post reconciliationem nos iecisse conqueris. Vincentius paulinianus eusebius presbiteri quorum vincentius multo tempore ante nos roma venit. paulinianus et eusebius post annum vere navigationis profecti sunt ut frater in causa claudii post biennium missi omnes vel pro re familiari vel pro periculo alieni capitis. Numquid nosse potuimus quod ingrediente te roma vir nobilis somniasset navem plenam mercium inflatis intrare velis quod omnes adversum fatuum questiones non fatua solveret interpretatio. quod libros eusebii pro pamphili vertens quod tuum quasi operculum venenate patelle imponeres quod famosissimum opus ΠΕΡΙ ΑΡΧΩΝ addita eloquii tui maiestate transferres. Sonum talium me genus. Ante accusatores misimus quam tu accusanda conmitteres. Non fuit non fuit in quam nostri consilii sed dei providentie ut missi ad aliud contra nascentem heresim dimicarent et in Joseph fame futuram fidei ardore sublevarent. Quo non erumpat semel effrenata audacia. Alienum sibi crimen obiecit ut nos finxisse videamur. Quod absque nomine dictum est in se dictum refert et purgans extra pena immo de sua securus est innocentia. Iurat enim se epistolam non scripsisse ad afros sub nomine meo in qua confitear inductum me a iudeis mendacia transtulisse. Et mittit libros eadem continentes que nescisse se iurat. Et miror quomodo prudentia eius altius nequitie convenerit ut quod alius in affrica mentitus est hic concordie unum dicat. Scilicet eius elegantiam nescio quis imperitus possit imitari. Tibi soli licet hereticorum venena transferre et de calice babilonis cunctis gentibus propinare. Tu latinas scripturas de greco transferens emendabis. et aliud ecclesiis tradis legendum quam quod semel ab apostolis susceperunt. Michi non licet post septuaginta editionem quam diligentissime emendatam ante annos

cccliii

plurimos mee lingue hominibus dedi
ad confutandos iudeos etiam ipsa exem
plaria scribere que verissima confitentur
ut siquando adversum eos christianis
disputatio est non habeant subterfugien
di diverticula sed suis met potissimum mu
crone feriantur. plenius super hoc et
in multis aliis locis et in fine secundi
libri ubi accusationi tue respondi scrip
sisse me memini et popularitatem
tuam qua michi invidiam apud sim
plices et imperitos niteris excitare
perspicua ratione compescui illucque
lectorem transmittendum puto. hoc in
tactum preterire non patiar ne doleas
falsatorem scedularum tuarum confessorem
apud me gloriam possidere cum tu eius
dem criminis reus post alexandrinum ex
ilium et tenebrosos carceres auctoris o
rigenis sectatoribus martir et apostolus
nominareris. Super excusatione imperitie
tue iam tibi respondi Sed quia ea
dem repetis et quasi superioris tue de
fensionis oblitus rursum admones
ut sciamus te per triginta annos grecis
voluminibus devoratis latina nescire
paulisper attende me non pauca in te
verba reprehendere alioquin omnis tua
scriptura delenda est. sed voluisse osten
dere discipulis tuis quos magno
studio nil scire docuisti ut intellige
rent cuius sit verecundie docere quod
nescias. scribere quod ignores et eadem
ingeri sapientiam etiam in sensibus
quererent. Quod vero addis peccata pu
tere non verba: mendacium calumpniam
detractionem falsum testimonium et uni
versa convicia et os quod mentitur
occidit animam. mones que ut iste
fetor nares meas penetret. Crederem
dicenti: nisi facta contraria deprehenderem
quasi si fullo et coriarius moneant
pigmentarium ut naribus obduratis
tabernas suas pretereat. faciam ergo
quod precipis. claudam nares meas ne
vitiatis et benedictionum tuarum suavis
simorum odore crucientur. In laude et
detractione mea quia varius extitisti
miro acumine argumentatus es
sic tibi licere de me et bene et male
dicere quomodo et michi licuerit ori
genem et didimum reprehendere: quos
ante laudaveram. Audi ergo vir sapien
tissime et romane dialectice caput
non esse vitii unum hominem laudare in
aliis et in aliis accusare. sed eandem
rem et probare. ponam exemplum ut
quod non intelligis prudens tecum lector
intelligat. In tertulliano laudamus in
genium. sed dampnamus heresim. In
origene miramur scientiam scripturarum: et
tamen dogmatum non recipimus fal
sitatem. In didimo vero et memoriam predi
camus et super trinitate fidei puritatem
sed in ceteris que origeni male credidit
nos ab eo retrahimus. Magistrorum enim non
vitia imitanda sunt sed virtutes. Gra
maticum quidam affrum rome habuit
virum eruditissimum: et in eo se emulum
preceptoris putabat: si stridorem lin
gue eius et vitia tantum oris exprimeret
In prefatiuncula periarchon fratrem me no
minas et collegam dicas eloquen
tissimum fidei mee predicas veritatem.
his tribus detrahere non poteris. cetera
carpe ut libet ne videaris tuo de
me testimonio repugnare. Cum fratrem
et collegam dicas amicicia tua dignum
fateris. cum eloquentem predicas impe
ritie ultra non arguis. cum catholicum
in omnibus profiteris. hereseos michi
non poteris crimen impingere. Extra
hec tria si quid in me reprehenderis non
tibi videberis esse contrarius. Ex qua
supputatione illa summa nascitur et
te errare eum in me reprehendentem
que prius laudaveras: et me non esse
in vitio si in eiusdem hominis vita et
laudanda predicem et vituperanda re
prehendam. Transis ad animarum statum
et prolixius fumos meos increpas
atque ut tibi liceat ignorare quod con
sulto te scire dissimulas. queris a me
primum de celestibus. quomodo angeli quo
modo archangeli sint. que eis vel
qualis habitacio. que vero inter ipsos distantia
aut si nulla omnino: que solis sit
ratio unde augmenta lune unde de
fectus. qui vel qualis sit syderum cursus
ordo quomodo oblitus sis illos versiculos
ponere. unde tremor terris qua vi maria alta
tumescant. Obicibus ruptis. rursusque
in se ipsa residant. defectus solis vari
os luneque labores unde hominum genus
et pecudum: unde ymber et ignis arc
turum pliadasque hyadas geminosque trio
nes. Quid tantum occeano properent se tin
gere soles hiberni vel que tardis mora
noctibus obstet. De celestibus descendens
et ad terrena descendens in minoribus
philozopharis. Interrogas enim me dic
nobis que fontium ratio. que ventorum
quid grando quid pluvie quid mare
salsum. quid flumina dulcia. quid
nubes aut imbres fulgura et tonitrua
aut flumina / ut postquam me hec nes
cire responderis tota tibi de animabus
liceat ignorare et unius rei scientiam
tantarum rerum ignoratione compenses
Tu qui per singulas paginas fumos

meos ventilas· nō intelligis vide nos
caligines tuas et turbines Nam ut
tibi sciolus esse videaris et apud ca
phurnos discipulos doctrine gloriam
teneas: totam inchi phisicam oppo
nis· ut frustra socrates ad ethicam
transiens dixerit que sup nos nichil
ad nos Ergo nisi tibi rōnem reddidero
quare formica puūm animal et pu
tum ut ita dicam corpis sex pedes
habeat cum elephantis tanta moles
quatuor pedibus incedat cur serpen
tes et colubri ventre labantur et
pectore cū vermiculus que vulgus mille
pediam vocat tanto pedū agmine
scateat· de animarū statu scire nō po
tero. Queris a me quid ipse de ani
mabus senciam ut tu professus fuero
statim invadis· et si dixero illud eccle
siasticum cottidie deus operatur animas
et in corpora eas mittit nascencium
illico magistri tendiculas proferas et v
bi est iusticia dei: ut de adulterio incestu
que nascentibus animas largiatur·
Ergo cooperator est malorum hominum· et
adulteris seminantibus corpora ipse
fabricatur animas· quasi vicium semen
tis in tritico sit qd furto dicitur esse subla
tum· et nō in eo qui furatus est· Ideo
que terra nō debeat gremio suo semi
na confovere que sator inmunda ca
proiecit manu hinc est et illa tua ar
chana interrogacio quare moriantur
infantes cū pro peccatis corpora acceperint
Extat liber didimi ad te quo sciscitanti
tibi respondebit nō eos multa peccas
se et ideo corporum carceres tantum eos teti
gisse sufficere Magister meus et tuus eo
tempore quo tu abeo ista querebas tres
explanacionum in osee prophetam libros ad
me rogante dictavit Ex quo apparet
quid te et quid me docuerit· Urges
ut respondeam de natura rerum Si ocio
locus possem tibi vel lucrecii opiniones
iuxta epicurum· vel aristotilis iuxta peri
pateticos vel platonis vel zenonis secundum
achademicos et stoycos dicere et ut
ad ecclesiam transeam ubi norma est ve
ritatis· multa et genesis et prophetarum
libri et ecclesiastes nobis de huiusmodi ce
moi questionibus suggerunt· Aut si
hec ignoramus quomodo et de ani
marum statu debueras in apologia tua
omnium rerum ignoranciam confiteri· et
a calumpniatoribus querere· cur a te v
nū impudenter expetant cum ipsi cunta
nescirent· O triremem locupletissimam
que orientalibus et egiptiis mercibus
romane urbis ditare venerat pau
pertatem Tu maximus ille es unus
qui nobis scribendo restituis rem Ergo
nisi de oriente venisses eruditissimus
vir error esset adhuc inter mathemati
cos· et omnes xpiani quid contra fatum
dicerent ignorarent· Merito a me queris
de astrologia et celi ac syderum cursu
qui plenam navem tantarum mercium de
tulisti fateor paupertatem· nō sum ita
ut tu in oriente ditatus. Te multo tem
pore faros docuit quod roma nesciret
instruxit quod ytalia hucusque nō huit
Scribis apud ecclesiasticos tractatores tres
de animabus esse sentencias· una quam
sequatur origenes altam quam tertul
lianus et lactantius licet de lactancio
apertissime menciaris Tertiam quā nos
simplices et fatui homines qui nō
intelligimus Quod si ita sit iniustus
a nobis arguatur deus Et post hoc
iuras te nescire quod verum sit· dic o
ro te putas ne extra hec tria esse ali
quid in quo veritas sit et in tribus istis
mendacium· An de tribus unum esse qd
verum sit. Si est cur disputancium libertate
angusto fine concludis et cū menda
cia protuleris de veritate taces Sin
autem ex tribus unum verum est et reliqua
duo falsa cur simili ignoracione hono
ras falsa cum veris· An ideo verum
dissimulas ut tibi tutum sit cū volueris
falsa defendere: hii sunt fumi he
caligines quibus ex oculis hominum co
naris lumen auferre. Aristippus nri
temporis· qui plenam cunctarum mer
cium navem romano invehis por
tui et sella publice posita Agoram
nobis et gorgiam exhibes leonti
num dum navigare festinas unius
questiuncule mercimonium in oriente
oblitus es· Et ut in clamitas ex equi
leia atque allexandria didicisse te iac
tas· quod deus sit et animarum crea
tor et corporum de hoc silet questio
ventilatur utrum deus an diabolus ani
mas fecerit et nō utrum anime ante
corpora fuerint· quod vult orige
nes et egerint aliquid propter quod ori
genes crassis sint corporibus illigate
an in morem glirium torpentes con
sepiteque dormierint Hec taces que
omnes flagitant· et ad ulla respondes
que nullus inquirit· fumos quoque
meos frequenter irrides eo qd simulem
me scire que nesciam et enumeracione
doctorum brutum vulgus illudam· Tu
videlicet flameus immo fulmineus
qui in loquendo fulminas et fla
mas ore conceptas tenere nō potes atque
ut ille barchochabas auctor sedicio
nis iudayce stipulam more succensa

anelitu ventilabat ut flamas euome
putaretur ita tu nobis alter salmoneus
omnia per que in tedis illustras et nos
fumosos arguis de quibus forte dicatur
qui tangis montes et fumigant nec
intelligis quid fumi mirrha significat
lotusitatis et quod pulchritudo oculorum
tuorum amaritudinem fumi non ferre
non possit. Decimine autem periurii quod
me remittis ad codicem tuum et eos
magna parte in aliis libris tibi calphur
nio quod respondi nunc breuiter dixisse suffi
ciat. te exigere adormiente quod
numquam vigilans prestitisti. Magni criminis
reus sum. si puelle et virgini christi dixi
seculares codices non legendos et me in
sompnis commonitum promisisse ne legerem
Tua manus romane urbi reuela
cione promissa aliud pollicetur et a
liud efficit. Mathematicorum veneat
soluere questionem et soluit fidem.
christianorum que ponum et egeum adri
aticum atque tyrrenum mare plenis oneri
rerat velis in romano portu nau
fragium fecit Non te pudet istiusmodi
deliramenta conquirere et michi similem
obiciendi imponere necessitatem. Esto
alius de te sompnium viderat gloriosum
verecundie tue fuerat et prudencie
dissimulare quod audieras et non
quasi magno testimonio alterius sop
no gloriari vide quid inter tuum et me
um sit sompnium Ego me humiliter
reprehensum refero. tu iactanter laudatum
esse congemias. Et dicere potes michi
mea refert quod alius viderit. cum
in luculentissimis libris tuis hac te
ad nuncupandum dictis racione commotum ne
vir illustris de te sompnium perderet. Hic
est omnis conatus tuus. Si me periurum
docueris tu hereticus non eris. Venio
ad grauissimum crimen in quo post reco
ciliatas amicicias me infidelitatis
accusat. Fateor inter cuncta maledicta
que uel obicit uel minatur. nichil
ita a me repellendum est. quam fraus
dolus infidelitas. peccare enim hominis
est. insidias tendere diaboli. Ergo
ideo in anastasii immolato agno dex
tras iunximus. ut tuas rome scedulas
furarem ut inmissis canes in emendatas
cartulas te dormiente corroderet
Et hoc credibile est ante nos accusato
res parasse quam tu crimen admitte
res. Scilicet noueramus quid in a
nimo volueres. quid alius de te sop
maturus esset ut impleret vigilancium per
publium et suis doceret inmencia Sicu
sebium ego ad latrandum inmiseram.

quis airamii contra te et ceterorum rabiem
concitauit. Nonne iste est qui et me he
reticum ex tuis amiciciis iudicabitur. Cui
cum satisfecissem dampnacionis dog
matum origenis tu clausus domi numquam
eum videre ausus es ne aut damp
nares quod nolebas aut aperte resistes
heresios inuidiam sustineres. An id
circo testis contra te esse non potest quia
accusator tuus est. Antequam sanctus epi
phanius veniret iherosolimam et ore
quidem et osculo tibi pacem daret
mala autem et dolos in suo corde ser
uaret. antequam nos ei in sugillatorem
tui epistolas dictaremus. ut hereticum se
bet que osculis orthodoxum comp
barat aircainus contra te latrabat
iherosolimis. et nisi cito obisset se
sisset baculum non tractorum sed de ptre tue
quota canes abigere consueuisti.
Cur inquit falsatas meas scedulas
suscepisti. Quare post interpretacionem
meam ausus es in libris periarcho
stilum infigere. Aut si errauerim ut
homo debuisti me priuatis litteris
conuenire et sic michi blandiri. quo
modo et ego tibi nunc in meis epistolis
blandior. Hec tota culpa mea est
quare subdolis laudibus accusatus
purgare me volui et hoc sine inui
dia nominis tui ut quod tu solus accu
sauctas ad multos referrem non tibi
heresim obiciens sed a me repellens.
Numquid sciui quod irasceris si con
hereticos scriberem. Dixeras te de
origenis libris heretica sustulisse. Hi
fautorem te hereticorum iam non esse
credebam et ideo non in te sed in he
reticos inuectus sum. In quo si ve
hemencior fui ignosce michi. putaui
et quod tibi placerem. Furto et
insidiis ministrorum meorum dicis sce
dulas tuas in publicum fuisse pro
latas que latebant in cubiculo tuo
uel apud eum solum erant qui rem sibi
geri iusserat. Et quomodo supra
confiteris quod aut nullus eas ha
buerit aut admodum pauci. Si in cu
biculo tuo latebant. qua racione apud
eum erant qui sibi rem geri iusse
rat. Sin autem vnus tui scripte fue
rant occultandas susceperat ergo non
latebant tantum in cubiculo tuo. nec ha
buerunt eas pauci quos habuisse tes
tatus es. Furto sublatas arguas
arguis. et rursum emptas grandi
pecunia et infinitis mercibus cri
minaris. In vnare et in parua epistola
quanta varietas et dissonancia men
tiendi. Tibi licet accusare. michi

cccl[v]
a

defendere non licebit

defende no licebit. Quando enim
naris amicum no cogitas quando
respondes tunc tibi ius amicitie in
mente venit, dic oro te Celandas
scedulas scripseras an prodendas
Si ut celares cur scripsisti Si ut prode
res cur celabas Sed in eo reprehende
dus sum quare tuos accusatores a
micos meos no correxerim vestre
proferam liras coram in quibus me y
ΠΩΚΡΥCΗΩC arguunt quod sci
ens te hereticum tacuerim quod dum
pacem in caucius servo intestina
eccle bella suscepi. Tu discipulos
vocas qui me tuum condiscipulum
suspicantur Et quia prior fui in re
fundendis laudibus tuis putant
me tuum esse CYNHYCΘHN hoc
michi prestitit prologus ut plus me
amicus lederas quam inimicus Semel
persuaserunt recte an perperam ipsi vi
derint te esse hereticum Si defendero vol
uero hoc solum proficiam ut me te
cum pariter accusent. denique michi
obiciunt laudationem tuam. et te non
insidiose putant scripsisse sed vere
et quod tu laudabas vehementius in
simulant. Quid me vis facere: ut
discipulos accusatores prote habe
am. ut concorcia cum amicum catula
meo suscipiam pectore: de libris
autem periarchon debes michi et
gratias agere Tu enim ut dixisti noxia
queque detruncans meliora posuisti
ego ita ut in greco habebantur
expressi. Ex quo et tua apparet fides
et eius quem interpretatus es heresis
Scribebantur michi de urbe a viris
insignibus papius Responde criminati
ne si tacueris consensisse videaris.
Consona omnes voce poscebant
ut origenis versucias proderem et ve
nena hereticorum romanis auribus
cavenda monstrarem Quod hoc
ad iniuriam tuam pertinet Nunquid
et tua translacio de septuaginta inter
pretibus est ut post editionem tuam
aliis transferre no liceat. Ecce et ego
multos ut dicis libellos de greco in
latinum transtuli hereses pratem rursus
eos vertendi ut volueris Et bona enim
et mala suo imputantur auctori.
Quod et inte fieret. nisi dixisses
te amputasse heretica et optima
transtulisse hic est enim nodus tuus quem
solui no potest Aut si errasti ut homo
priorem dampna sententiam Sed quid
facies de apologetico tuo. que pro
origenis scripsisti operibus. Quid de vo
lumine eusebii in quo cum multa mu

tavis et sub nomine martiris heretici hominis
scripta transtuleris tamen plura posuisti que
ecclesiastice fidei no conveniant. Tu et
latinos libros in grecum vertis nobis
dare nostris externa prohibebis Si in alio
opere respondissem in quo me no lese
ras. videri poteram iniuriam tuam transire
quod feceras ut te ad impetum vel sub
dolum demirarem Nunc vero novum que
rimonie genus. doles tibi in eo esse
responsum in quo a te accusatus sum
detrahebatur ad interpretatorem tuam roma
subversa postulabant omnes huius rei
a me remedium no quo ego aliquius
momenti essem sed qui petebat esse
me aliquid arbitrabantur Tu amicus
eras qui ista transtuleras Quid me
vis facere. obediendum est magis deo quam
hominibus dum custodie subaim. An fur
tum celare consererim Aliter te non pla
cabo. nisi et ego tecum accusando
connisceo Si nullam fecisses mei no
minis mencionem si me no ornasses
egregiis laudibus poteram quasi rere ali
quod suffragium et diversa obtendere
ne rursum interpretata transferrem Tu
me amice compulisti ut aliquos dies
in hoc opere perderem ut proferrem in me
dium quod caribdis debuit devorare
et tamen lesus amicicie iura ser
vavi Et quantum in me fuit sic me
defendi ut te no accusarem. Tu ni
mium suspiciosus et querulus qui dicta
in hereticos ad tuam refers contumeliam
Quod si aliter amicus tuus esse non
possum nisi et hereticorum amicus fu
ero. levius tuas inimicicias quam
illorum amicitias possidebo Novum quoque
quod me putas finxisse mendacium ut
epistolam a te meo nomine compone
rem quasi olim scriptam quod bonus
esse videar et modestus quam tu nunquam
omnino susceperis hec res prefacile pro
bari potest Multi rome eius exempla
ria habent ante hoc circiter triennium qui
tibi eam mittere noluerunt sciente
que de meo nomine iactitares: et
quam indigna proposito christiano atque nefan
da confingeres Ego scripsi nesciens
quasi ad amicum illi no reddiderant
ei que inimicum noverant. parce
tes et meo errori et tue conscientie et sil
argumentatus. quod si talem tibi
epistolam scripsera no debuerim confi
te in alio libello multa mala scribe
hic est totus error tuus et hec iusta
querimonia quod que nos in heret
icos dicimus tu in te dicta confin
gis et nisi illis pepercerimus te putas
esse violatum An ideo tibi panem

.CCClvi.
a

no damus quia hereticorum cerebro la
pidem illudimus. Et ut nostram epistolam
non probes pape quoque anastasii fili
dicis fraude subreptam de qua tibi
audere responde. Quam si suspicaris ipsius
non esse; habes ubi apud eum non ar
guas falsitatis. Sin autem eius est. ut
huius quoque anni consules epistole probant.
frustra falso filium arguere niteris: cum
ex illius vera epistolam nostram veram esse
doceamus. In excusando mendacio tuo
quam elegans esse voluisti. et ne sex
milia origenis libros proferas. py
tagore a me exigis monumenta. ubi est
illa fiducia qua inflatis buccis ne
bulas personabas. qui te in aliis libris
origenis legeras emendasse in libris
periarcon et non aliena sed sua reddi
disse suis. de tanta librorum silva unum
fruticem ac surculum proferre non potes.
hii sunt veri fumi hee nebule quas dum
in me criminaris mere extinctas scilicet dis
sipatasque cognoscis. nec fractam cu
tem decipis sed maior impudencia
quam imperitia dicas me negare que in
promptu sunt. ut cum montes aureos polli
citus fueris. ne scorteum quidem
nummum de thezauris tuis proferas.
Justa contra me odia recognosco. et
vana in nos debaccharis insania. Nisi
enim ego quod non est audacter exigerem
tu videbaris habere quod non habes.
pythagore a me libros flagitas.
Quis enim tibi dixit illius extare vo
lumina. Nonne in epistola mea quam crimi
naris hec verba sunt. Sed me errasse
in adolescentia mea quam criminaris
hec verba sunt et philosophorum idest gentilium
studiis eruditum in principio fidei ignorasse
dogmata xpiana. Et hoc putasse
in apostolis quod in pitagora. et platone. et
empedocle legeram de dogmatibus
eorum non de libris locutus sum: que po
tui in cicerone. bruto. ac seneca dis
cere. legere pro vatinio oratiunculam
et alias ubi sodaliorum mencio fit. Re
volve dialogos tullii. Respice omnem
oram ytalie que quondam magna gre
cia dicebatur. et pytagoricorum dog
matum incisa publicis litteris era cog
nosces. Cuius sunt illa trisa si a pa a
y H H a a a. Nonne pitagore in quibus
omnia eius breviter dogmata continentur
et in que latissimo opere philozophus
commentatus est iamblicus: imitatus
ex parte moderatum virum eloquentissimum
et archippum ac lysidem pithagore

b

auctores. quorum archippus grece id
est hebis scolas habuere que me
moriter tenentes precepta doctoris ingenio

prolibris utebantur. Et quibus illud est
tytaic i taionpase c
φυ σ α λ Η χ σ α y w r Γ a r Η Κ
a m e r a i p e r c o c i t a i o
a Η Η p a y Π Η p K w σ y σ a y x v
n p i r i c a i c a i f i a e r o c a i
Η Π y p y K a y K a y c y a Η p w K a y
m e c r a i p e r c o a i s a n o
Η Η K p a y Π Η p K w a y c a Η w
m a t o s n o s o n a p o φ
Η a σ w c Η φ φ w c w Η a Π w λ
c i l c e s a m a c i a n c o i
Η y y K Η c a Η a Η y a Η K w y
a p a s a c a y c o f o r o s i n e
a y a c a Η a y K w φ w p w c y Η Η
n o m o i a c p a n m e c r a n
y w Η w i a Η Π a Η Η Η σ p a Η
quod in latinum ita possumus vertere
fuganda sunt omnibus modis et ab
scidenda languor a corpore. imperitia
ab animo. luxuria a ventre. a civita
te sedicio. a domo discordia: et in
commune a cunctis rebus intempera
tia. pytagorica et illa precepta sunt
amicorum omnia esse communia et amicum
seipsum esse alterum. duorumque temporum
quam maxime habendam curam mane
et vespere eorum que acturi sumus et
eorum que gesserimus. post ea deum ve
ritatem colendam que sola homines
deo proximos faciat. illaque enigmata
que diligentissime aristotiles in suis
libris prosequitur. stateram ne transilias
idest ne pretergredi are iusticiam. ignem
gladio ne fodias. iratum videlicet et
tumidum animum verbis maledictis ne
lacesses. coronam minime carpen
dam idest leges urbium conservandas
cor non comedendum. idest merorem
de animo proiciendum. cum profectus in
quit fueris ne redeas idest post mor
tem vitam istam non desideres. per
viam publicam ne ambules idest
ne multorum sequaris errores. hyrun
dinem in domo non suscipiendam idest

c

ne multorum sequaris garrulos et ver
bosos homines sub eodem tecto non
habendos. oneratis supponendum onus
deponentibus non communicandum: idest
ad virtutem incedentibus augenda pre
cepta. tradentes se ocio relinquendos
Et quia pytagorica dogmata legisse
me dixeram. audi quid aput grecos
pytagoras primus invenerit. immor
tales esse animas. et de aliis corporibus
transire ad alia: quod quidem et vir
gilius in sexto eneidum volume sequens
loquitur. has omnes ubi mille rotam
volvere per annos letheum ad fluvium
deus evocat agmine magno scilicet

A 2

& memores supos ut conexa reuisant
rursus et incipiant in corpora velle
reuti se primu fuisse euphorbium . secundo
thalidem tercio emortuum . quarto pir
rum ad extremu pithagoram et post
certos temporum circulos ea que fuerant
rursum fieri Nichilque in mundo videri
nouum phylozophiam meditatione
esse mortis cotidie de corporum carcere
nitente anime educere libertatem
ȦHHTHTAHAHHHTYT id est
disciencias reminiscencias esse et mul
ta alia que plato in libris suis et maxime
in phedrone thimeoque prosequitur
Nam post achademiam & innumera
bilesque discipulos . senciens multum sue
deesse doctrine . venit ad magnam
greciam ibique ab archita tarentino
et thimeo locrensi pythagore doc
trina eruditus elegantiam et leporem
socratis cum huius miscuit disciplinis
que omnia nomine commutato origenes
in libros suos periarcon transtulisse
conuincitur In quo igitur erraui si adoles
cens dixi me ea putasse in apostolis que
in pytagora et platone et empedo
cle legeram . non ut tu calumpniaris
et fingis in pythagore et platonis
et empedocli libris . sed que in illis
fuisse legeram et aliorum me scripta
eos habuisse docuerunt Et hoc genus
elocucionis frequentissimum est . ut si di
cam que in socrate legi dogmata
putaui vera non quo socrates libros il
los scripserit . sed que legi apud platonem
et alios socraticos illum habuisse : et
rursum imitari volui gesta que in
alexandro et scipione legeram . non quod
ipsi sua gesta descripserint . sed quod
aput alios legerim que illos gessisse
mirabar Igitur eciam si docere non pos
sem ipsius pithagore extare monu
menta nec a filio eius ac filia aliisque
discipulis probata eo vincerem non me
teneres mendacii quia non libros sed
dogmata legisse me dixi et te frustra
errare me tuum protegere voluisse men
dacium . ut si ego vnum librum pitagore
protulero . tu sex milia origenis libros
prodideris . Veniam ad epilogos id est
ad maledicta tua in quibus me ad pe
nitenciam cohortaris et nisi conuersus
fuero id est nisi te accusante siluero
mihi minaris interitum . Et hoc scan
dalum redundaturum in caput meum
demictias : qui te hominem lenissimum
et mosayce mansuetudinis respon
sione mea ad inscripcionis insaniam
prouocauerim . Scire enim te dicas crimi
na que tibi soli amicissimo confessus

confessus sum et hec in medium pro
laturum meis que coloribus esse pingen
dum : et debere meminisse quod iacu
erim ad pedes tuos ne gladio oris
tui amputares caput meum Et post

CCCLVII
a

multa in que furibundus exultas
reuocas te dicis optare pacem . cum
denunciacione dumtaxat ut dein
ceps taceam . id est non scribam contra
hereticos nec audeam respondere
accusacioni tue Si hoc fecero fratrer
ero et collega et vir eloquentissimus
et amicus ac sodalis . et quod his
maius est omnia que de origene transtu
li catholica iudicabis . Sin autem
mutiero et me commouero : illico et
impurus ero et hereticus et tua
indignus necessitudine hec sunt preco
nia mea sic me hortaris ad pacem
et ne gemitum quidam ac lacrimas
dolori liberas esse concedas possem
et ego tuis te coloribus pingere et
insanire contra insanientem et dicere
quicquid uel scio uel nescio et eadem li
cencia immo furore et amencia uel
falsa uel falsa uel vera congerere ut
et me loqui et te puderet audire .
et obicere tibi que aut accusantem
dampnarent . aut accusatum . ut
ex froncius duicia fidem lectori facerem
et quod impudenter scriberem . vere
scribere iudicares . Sed procul sit a
moribus christianis ut cum alterius petunt
sanguinem suum offerant et sine gladio
voluntate homicide sint . Tue hec bo
nitati tue masuetudini et simplici
tati conuenit . qui de vno pectoris
sterquilinio et odorem rosarum et fe
torem profers cadauerum : et contra
sinam prophetalem amarum dicas esse quod
quasi dulce laudaueras . Nec necesse
est . ut in ecclesiasticis tractatibus rem
tribunalium ventilemus . nichilque preter
hoc amplius audies nisi illud etrus
cum dixeris quod vero audies quod non vis
Aut si tibi vtile videtur vulgare pro
verbium et homo sapientissimus et ma
gis phylozophorum ac poetarum similis delectaris
lege illud homericum ωϹΗϹΗωΥ

b

ωΗΡΗΗΗΕΑΗΗωΤΗωΤΕωΥ
ωΗΗΚΑΥΗΗΑΡωΥΤΑΑΥΤ
hoc solum requiro ab eximia cen
sura tua et sanctitate . cuius tanta
est puritas ut ad iudaicam et seminen
cia tua demones rugiant cuius ex
emplum insribendo sequaris quis
vmquam catholicorum in disputacione
rectorum turpitudinem quam aduersum quem
disputabat obiecerit . Sic te docu
erunt magistri tui talibus institutus es

d

disciplinis ut cui respondere non poteris
caput auferas. ut linguam que ta-
cere non potest seces. Nec magnopere
glorieris si facias quod scorpiones
possunt facere et cantharides fecerunt
hoc et fulvia in ciceronem et hero-
dias in iohannem quia veritatem audire
non poterant: et linguam veriloquam
crinali acu confodiebant. Canes la-
trant pro dominis suis et tu me non
vis latrare pro christo. Scripserunt multa
contra marcionem valentinum arrium
et eunomium. Quis eis obiecta crimina in-
pinxit. Nonne tibi in commendanda he-
resi incubuerunt. Iste machine here-
ticorum idest magistrorum tuorum sunt ut communi-
ti de perfidia ad maledicta se conferant
Sic eustathius antiochenus episcopus fi-
lium dum nescit invenit sic athana-
sius alexandrine urbis pontifex ar-
senii amputavit manum. Qui du-
as enim qui primum mortuus fingebatur
vivens postea presentatus est. Talia
et condiscipuli tui vel magistri nunc de
eiusdem ecclesie sacerdote confingunt
et auro idest tuis tuorumque viribus op-
pugnant fidei veritatem. Quid loquor
de hereticis qui licet foris sint tamen
se nominant christianos adversus
impiissimos celsum atque porphirium
quanti scripsere nostrorum. Quis omissa
causa in superflua criminum obiectione
versatus est. que non carte ecclesiastice
sed libelli debent iudicum continere
Aut quid refert si tu taceas et crimine
superes. Non necesse est ut cucullo tui
capitis accuses. Uno percussore con-
ducto. satis potes facere desiderio tuo
Et scandalum timere te simulas.
qui dudum fratrem nunc accusatum semper
inimicus es paratus occidere. Et
tamen miror quomodo homo prudens furore
preventus velis in hoc beneficium tribuere
ut educas de carcere animam meam
et non patiaris te cum in tenebris
huius seculi commorari. Vis ergo me tacere
ne accusem. Depone gladium et ego
scutum abiciam. In uno tibi consen-
tire non potero ut parcam hereticis. ut
me catholicum probem. Si ista est
causa discordie mori possum tacere non pos-
sum. Debueram quidem de omni scrip-
ture tue insanie respondere et divinis
vocibus in modum david cytharizans
lenire furorem pectoris tui sed conten-
tus ero unius libri paucis testimo-
niis. et opponam sapientiam stultitie
ut si humana contempnis. saltim divina
non negligas. Audi igitur quid de te

et de omnibus invidis ac maledicis et
contumeliosis loquatur salomon. Insi-
pientes dum in iniuriis cupidi sunt:
impii facti oderunt sensum. Ne fabri-
ceris in amicum tuum mala et ne mali-
ceris adversus hominem sine causa.
Impiis exaltant contumeliam. Circumcide
a te pravum os et iniqua labia longe
repelle abs te. oculos contumeliosi
linguam iniquam. manus effun-
dentes sanguinem iusti. cor fabricante
cogitationes malas et pedes festinantes
ad malefaciendum. Qui nititur men-
daciis pascit ventos. et sequitur a-
ves volantes dereliquit enim vias
vinee sue et axes culture sue fecit
errare perambulat aridum ac desertum
et congregat manibus suis sterilitatem
Os protervi appropiat contricioni. et
qui profert maledicta stultissimus
est. Anima benedicta omnis simplex
vir animosus inhonestus est. Propter
delicta labiorum incidit in laqueum
peccator. Itinera stultorum recta in con-
spectu suo. Stultus eadem die osten-
dit iram suam. Abhominacio est domino
labia mendacia. Qui custodit os
suum servat animam suam et qui
temerarius est labiis terrebit se-
metipsum. Malus cum contumelia agit
mala: et insipiens expandit mali-
ciam suam. Queris apud malos sapientiam
et non invenies. Suis itineribus satu-
rabitur temerarius. Sapiens timendo
declinat malum stultus confidens
miscetur ei. Longanimis vir multe
prudencie est. pusillanimus valde
imprudens est. Qui calumpniatur pau-
perem lacessit factorem eius. Ling-
ua sapientium bona novit et os stultorum
promittat malum. Vir animosus
parat rixas et inmundus est apud
deum omnis qui exaltat cor suum. Ma-
num manui inferens in iuste non erit
impunitus. Qui diligit vitam par-
catori suo. Ante contricionem precedit
contumelia et ante ruinam mala co-
gitacio. Qui obfirmat oculos suos
cogitat perversa. et provocat labiis suis
omnia mala. Labia stulta ducunt eum
in mala. et os audax mortem invo-
cat. Malignus vir multa detrimenta
patietur. Melior est pauper iustus quam
mendax dives. Gloria est viro qui auferit
a maledictis qui autem stultus est tali-
bus se obligat. Noli amare detrahere
ne eradiceris. Suavis est homini pa-
nis mendacii postea implebitur os
eius calculo. Qui operatur thezauros

lingue mandacis vana sectatur et venit in laqueos mortis. In aures stulti noli quicquam dicere: ne forte irrideat sapiens sermones tuos. Clavi et gladius et sagitta perniciosa sunt sic et vir qui contra amicum suum falsum dicit testimonium. Sicut aves avolant et passeres ita maledictum vanum non superveniet ulli. Noli respondere imprudenti ad imprudentiam eius ne similis ei fias. sed responde stulto ad stultitiam eius ne sibi sapiens esse videatur. Qui insidiatur amicis suis cum visus fuit dicet quia ludens feci. Craticula carbonibus et ligna igni et vir maledicus ad tumultuare. Si te rogavit inimicus tuus precens voce magna ne consentias ei septem enim nequitie sunt in animam eius. Gravis est lapis et vix portabilis harena. sed ira stulti utroque gravior. Crudelis est indignacio et acuta ira et zelus impaciens est. Impius calumpniatur pauperes et qui confidit in cordis audacia stultissimus est. Totam iram suam profert insipiens sapiens dispensat in partes. Filius malus gladios dentes habet et cultros molas ut consumat infirmos de terra et pauperes ex hominibus. His ergo doctus exemplo nolui mordere mordentem nec vicem talionis implodere malui que infamia excutere fulminandi: ut uniusque libri antidotum pro venenato pectori infunderem. Sed vereor ne nichil proficiens. illud davidicum cantare compellor et his me sermonibus consolari. Alienati sunt peccatores a vulva: erraverunt ab utero locuti sunt falsa. Furor illis secundum similitudinem serpentis. sicut aspidis surde et obturantis aures suas que non exaudiet voces incantancium: et venefici incantantis sapienter. Deus conteret dentes eorum in ore ipsorum molas leonum confringet dominus. Ad nichilum devenient tamquam aqua decurrens intendit arcum suum donec infirmentur. sicut cera que fluit auferentur. Et iterum letabitur iustus cum viderit vindictam impiorum manus lavabit in sanguine peccatoris. Et dicet homo si utique est fructus iusto utique est deus iudicans eos in terra. In extrema scribens manu tua opto te patrem diligere. Ad quod breviter respondebo. Si patrem desideras arma depone. Blandienti possum acquiescere, non timeo comminantem. Si in nos una fides est illico pax

sequitur et cetera

Prefacio Rufini in libris periarchon quos de greco transtulit in latinum valens ad macellanum precedentis epistole sancti Jeronimi contra eundem Rufinum

Scio quam plurimos fratrum sciencie scripturarum desiderio provocatos poposcisse ab aliquantis eruditis viris et grecarum litterarum peritis ut origenem romanum facerent et latinis auribus eum donarent. In quo etiam frater et collega noster ab episcopo damaso deprecatus cum omelias duas de cantico canticorum in latinum transtulisset ex greco ita in illo opere ornate magnificeque prefatus est ut cuivis legendi origenem et avidissime perquirendi desiderium commoveret. dicens illius anime convenire quod dictum est quia introduxit me rex in cubiculum suum asserens eum quod cum in ceteris libris omnes vincat in canticis canticorum ipse se vicerit. pollicetur sane in ipsa prefacione se et ipsos in cantica canticorum libros et alios quam plurimos origenis romanis auribus largiturum. Sed ille ut video in stilo proprio placens rem maioris glorie sequitur. ut pater verbi potius quam interpres. Nos ergo rem ab illo quidem ceptum sequimur et probatum: sed non equis eloquentie viribus tanti viri ornare possumus dicta. Unde vereor ne vicio meo id accidat ut is vir quem ille alterum post apostolos ecclesie doctorem sciencie at sapientie merito comprobavit inopia sermonis nostri longe se inferior videatur. Quod ego sepe considerans reticebam nec deprecantibus me frequenter in hoc opus fratribus annuebam. Sed tua vis frater fidelissime machari. tanta est cui obsistere ne imperitia quidem potest. Propter quod ne te ultra tam gravem paterer exactorem. etiam contra propositum meum cessi. ea tamen lege atque ordine quantum potest fieri in interpretando sequar regulam precessorum et eius sapientie viri cuius superius feci mentionem qui cum ultra septuaginta libellos origenis quos omeliaticos appellavit aliquantos etiam de thomis in apostolum scriptis transtulisset in latinum in quibus cum aliquanta offendicula reperiant-

cccLx.

a

in greco ita eliminauit omnia interpretando atque purgauit, ut nichil in illis quod a fide nostra discrepat latinus lector inueniat. Hunc ergo etiam nos licet non eloquencie viribus discipline tamen regulis in quantum possumus sequimur, obseruantes scilicet ne ea que in libris origenis a seipso discrepancia inueniuntur atque contraria proferamus. Cuius diuersitatis causam plenius tibi in apologetico quem pamphilus pro libris ipsius origenis scripsit edidimus breuissimo libello super addito in quo euidentibus ut arbitror probamentis corruptos esse in quam plurimis ab hereticis et maliuolis libros eius ostendimus. et precipue istos quos nunc exigis ut interpretemur id est periarchon quod uel de principiis uel de principatibus dici potest: qui sunt re uera alias et obscurissimi et difficillimi. de rebus enim ibi talibus disputat in quibus philosophi omni sua etate inuenire potuerant nichil. hic vero in quantum potuit id egit ut creatoris fidem et creaturarum racionem quam illi ad impietatem traxerant ad pietatem iste conuerteret. Sicubi ergo nos in libris eius aliquid contra id inuenimus quod ab eo in ceteris locis pie de trinitate fuerat diffinitum. velut adulteratum hoc et alienum aut pretermisimus aut secundum eam regulam protulimus quam ab ipso frequenter inuenimus affirmatam. Siqua sane velut peritis iam et scientibus loquens dum breuiter transire uult obscurius protulit. nos ut manifestior fieret locus ea que de ipsa re in aliis eius libris apercius legeramus adiecimus. explanacioni studentes. Nichil tamen nostrum diximus sed licet in aliis locis dicta sua tamen sibi reddidimus. Hec autem idcirco in prefacione commonui. ne forte calumpniatores etiam nunc se criminandi putent inuenisse materiam. Sed uideris quid peruersi et contenciosi homines agant. nobis interim tantus labor si tamen orantibus nobis deus aspirauerit idcirco susceptus est. non ut calumpniosos quod fieri non potest. licet forte etiam hoc deus faciet claudemus sed ut proficere ad scienciam rerum volentibus materiam preberemus. Illud sane omnem qui hos libros uel descripturus est uel lecturus in conspectu dei patris et filii et spiritus sancti contestor atque conuenio. per futuri regni fidem: per resurrectionis ex mortuis sacramentum per illum qui preparatus est diabolo et angelis eius eternum ignem sicut illum eterna hereditate locum possideat vbi est fletus et stridor dencium et vbi ignis eorum non extinguetur et vermis eorum non morietur ne addat aliquid huic scripture uel inmutet sed conferat cum exemplaribus unde scripserit: et emendet ad litteram et distinguat et inemendatum uel non distinctum codicem non habeat. ne sensuum difficultas si distinctus codex non sit maiores obscuritates legentibus generet.

Item Apologia quam pro se misit Rufinus presbiter ad anastasium Rome urbis episcopum valens etiam ad precedentem Epistolam sancti Jeronimi

a

Audiui quosdam apud beatitudinem tuam controuersias siue de aliis nescio quibus questionibus commouere. etiam mei nonnullis fecisse mencionem et tua quidem sanctitas velut a primis incunabulis per ecclesiastice tradicionis regulas instituta. de absente sibique bene et in fide et in caritate dei cognito calumpniantibus non accommodauit auditum Ad me tamen quoniam apperte existimationis mee fama peruenit. equum putaui. ut cum ipse post triginta fere annos parentibus redditus sim et durum satis atque inhumanum erat si tam cito desererem eos quos tam tarde reuiseram simul et quia tam longi itineris labor fragiliorem me reddit ad iterandos labores. litteris meis satisfacerem beatitudini tue non ut deserta mente tua que uelut quoddam dei sacrarium aliquid iniquum non recipit maculam suspicionis abstergerem. sed ut emulis aduersum me si forte oblatrantibus baculum quendam tibi confessionis mee quo abigeretur offerrem. Quamuis igitur fides nostra persecutionis hereticorum tempore cum in sancta alexandrina ecclesia degeremus in carceribus et exiliis que pro fide inferebantur probata sit tamen et nunc siquis est qui uel temptare fidem nostram cupit uel audire uel discere: sciat quod de trinitate credimus quod vnius nature sit vnius deitatis. vnius eiusdemque virtutis atque substancie. ut inter patrem et filium et spiritum sanctum sit prorsus nulla diuersitas nisi quod ille pater est. et hic filius et ille spiritus sanctus. trinitas in subsistentibus personis unitas in natura atque substancia filium quoque dei in nouissimis diebus natum esse confitemur ex virgine et spiritu sancto carne nature humane atque animam suscepisse. in qua et passus est et sepultus et resurrexit a mortuis in eadem ipsa carne resurgens

que deposita fuerat in sepulcro cum qua
carne simul atque anima post resurrec-
tionem ascendit in celos unde et ven-
turus expectatur ad iudicium viuorum
et mortuorum. Sed et carnis nostre resur-
rectionem fatemur integre et perfecte
futuram huius ipsius carnis in qua nunc
viuimus non ut quidam calumpniant
alteram prohac resurrecturam dicimus
sed hanc ipsam nullo omnino eius membro
amputato uel aliqua corporis parte
deserta. sed tamen nichil omnino ex omni na-
tura sua desit nisi sola corruptio hoc enim
promittit sanctus apostolus quod seminetur in cor-
ruptione et resurgat in corruptione
et seminetur in infirmitate. surgat in vir-
tute. seminetur in ignominia. surgat
in gloria et quia seminatur corpus
animale resurgat corpus spirituale.
hec nobis de resurrectione tradita sunt
ab hiis a quibus sanctum baptisma in aqui-
leiensi ecclesia consecuti sumus que
puto ipsa esse que etiam apostolica sedes
tradere et docere consueuit. Dicimus
quoque et iudicium futurum in quo iudicio
vnusquisque recipiat propria corporis prout
gessit siue bona siue mala. Quod
si homines recepturi sunt pro operibus suis
quanto magis et diabolus qui omnibus
extitit causa peccati. De quo illud senti-
mus quod scriptum est in ewangelio
quia et ipse diabolus et omnes angeli
eius cum hiis qui opera eius faciunt id est
qui criminantur fratres cum ipso pariter
eterni ignis hereditate potientur. Si quis
ergo negat diabolum eternis ignibus
mancipandum: partem cum ipso eterni
ignis accipiat ut sentiat quod ne-
gauit. Audio et de anima questiones
esse commotas. de qua re utrum recipi
debeat querimonia aut abici uos
probate. Si autem et de me quid sentiam
queritur: fateor me de hac questione
apud quamplurimos tractatores diuersa legis-
se. Legi quosdam dicentes quod pariter
cum corpore per humanam semen traducem
etiam anima diffundatur et hoc qui-
bus poterant sermonibus seu asser-
tionibus confirmabant quod puto inter
latinos tertullianum sensisse uel lacta-
tium fortassis et alios nonnullos. Alii as-
serunt quod formatis in utero corporibus
deus cotidie faciat animas et infun-
dat. Alii factas iam olim id est tunc
cum omnia deus crauit ex nichilo nunc eas
suo iudicio dispenset in corpora. hoc
sentit et origenes et nonnulli alii gre-
corum. Ego vero cum hec singula legerim
deo teste dico quia usque ad presens certi a-
liquid de hac questione non teneo: sed deo

relinquo scire quid sit in vero et sicut
ipse reuelare dignabitur. Ego tamen
hec singula et legisse me memini
et adhuc ignorare confiteor. preter
hoc quod manifeste tradidit ecclesia
deum esse et animarum corporumque condito-
rem. Sane quia audio etiam inde
esse disputatum. quod quedam orige-
nis rogatus a fratribus de greco in lati-
num transtuli. puto quod omnes intelli-
gant hec pro solo liuore culpari. Si
enim aliquid est quod displiceat in
auctore quare id ad interpretem detor-
quetur. Sicut in grecis habetur ro-
gatus sum ut latinis ostenderem Gre-
cis sensibus verba latina dedi tantum.
Siue ergo in illis laus inest aliqua
non est mea: siue culpa similiter non
est mea. Quin immo etiam illud
adieci sicuti in prefatiuncula mea desig-
naui ut inquantum possim aliquanta
decidere nulla tamen que michi
ad suspitionem veniebant quod non
ab ipso origene ita dicta sed ab aliis
viderentur inserta propter hoc quod de eis-
dem rebus in aliis locis eiusdem auc-
toris catholice dictum legeram. Nemo
ergo michi ex hoc queso te sancte ac
venerabilis et beate pater conflet in-
vidiam nemo fictionibus utatur
et calupniis quod in ecclesia dei fieri
non licet. ubi enim simplicitas tuta erit
et innocentia. Si hoc non erit origenis
Ego neque defensor sum neque primus
interpres. Alii ante me hoc idem opus
feci et ego postremus rogatus a fratri-
bus. Si iubetur ne fiat. iussio obser-
uari solet in postero. Si culpantur
qui ante iussionem fecerunt culpa
a primis incipiat. Ego enim preter hanc
fidem quam supra exposui id est quam
ecclesia et alexandrina et aquileien-
sis nostra tenet queque iherosolimis
predicatur aliam nec habui umquam
nec habeo in christo nomine nec habebo
Et si quis aliter credit quisquis ille est a-
nathema sit. Reddent autem in
die iudicii rationem hii qui offen-
dicula et dissensiones et scandala
fratribus propter inuidiam solam generant
et liuorem. Explicit apologia Ru-
fini ad Anastasium

Incipit Epistola Sancti Jeronimi pre-
sbiteri ad pamachium et marcellam
pro se contra accusatorem defensio
Epistole due siue due partes et

ET VRIS ET
multorum litteris didici obici

ccclx
a

excusat se contra detractores
sibi propter translationem periarcon origenis
et presertim contra Ruffinum qui eum ex-
plicite non nominat sed impliciter
reffendo ipsum epistola ad eum me te
preceden(tem) ut patet in libro ... et
collego

michi in scola tyrannica a lingua ca-
num meorum epimimetis ab ipso tarpei-
acon libros in latinum verterim Et o im-
prudenciam singularem Accusant
medicum quod venena prodiderit ut sti-
liret [illegible] fi-
um non innocencie merito sed criminis
comunione tueantur quasi culpam mi-
nuerit peccancium numerus: et in personis
non in rebus sit accusacio Scribuntur
contra me libri. ingeruntur omnibus
audiendi: et tamen non eduntur ut
et simplicium corda perturbant et michi
facultatem pro me auferant respon-
dendi Novum malicie genus accusa-
re quod prodi timeas: scribere quod
occultes Si sunt vera que scripsit cur
publicum metuit Si falsa cur scripsit
Olim pueri legimus Intemperantis esse
arbitror scribere quidquam: quod occulta-
ri velis Rogo quis est iste dolor quod
estuat quid insanit quod peticionem
repuli signatam quod nolui me
sub dolore laudari quod sub amici
nomine inimici insidias deprehendi
frater et collega in prefaciuncula vocor
et satis apte exponuntur crimina mea
quid scripserim quibus in celum laudi-
bus origenem elevaverim Bono a-
nimo fecisse se dicit Et quomodo
nunc eadem inimicus obicit que tunc
amicus laudaverat Voluerat me
in interpretacione quasi previum sequi et
auctoritatem operis sui ex nostris opus-
culis mutuari Suffecerat semel dix-
isse quod scripseram Quid necesse fuit ea-
dem rursus iterare et frequenter inge-
rere et quasi nemo sibi laudanti cre-
deret ipsa dicta replicare Non est
tam sollicita de auditorum fide sim-
plex et pura laudacio Quid me-
runt ne illi sine testimoniis dictorum
meorum in meis laudibus non crederent
videtis nos intelligere prudenciam
eius et predicacionis dialectice soph-
phis in scolis sepe lusisse Simplici-
tatem obtendere non potest artifex
in quo malicia deprehenditur Semel
aut ad ultimum bis errasse sit casus Cur
prudentius errat et crebro: et sic totum
cepit errorem ut michi liceat ne-
gare quod laudat. prudentis fuit
et amici post reconciliatam simul-
tatem eciam leves suspiciones
fugere non quod fortuito fecisset
consulto facere putaretur Unde
et tullius in commentariis causarum
pro gabinio Ego inquit tum omnes a-
micicias tuendas semper putaverim
summa religione ~~excusacione~~ de

et fide tunc eas maxime que cum
ex inimiciciis revocate in graciam essent
quod in integris amiciciis officium preter-
missum imprudencie vel ut gravius
interpretem negligencie excusacione
defenditur post reditum in graciam si quid
est commissum id non neglectum sed vio-
latum putatur nec imprudencie sed
perfidie assignari solet. Flaccus quoque
in epistola quam scribit ad florum. male
ait sarta gracia nec quidquam coit et
rescinditur Quid michi nunc prodest
quod simpliciter errasse se iurat Ecce
obicitur michi laudes eius et crimen
datur simplicissimi amici non simplex
et pura laudacio si auctorem suo operi
prestruebat volens quos sequeretur os-
tendere. habuit in promptu hylarium
confessorem qui quadraginta ferme
milia versuum origenis in psalmos et
iob transtulit. habuit ambrosium cuius
omnes pene libri huius sermonibus
pleni sunt et martirem victorinum:
qui simplicitatem suam in eo pro-
bat. dum nulli molitur insidias.
de hiis omnibus tacet et quasi colu-
mnis ecclesie pretermissis me solum publicat
et nichilominus per angulos consec-
tatur: nisi forte eadem simplicita-
te qua amicum nescius accusavit.
illos ignorasse se iurat Et quis ei
credet viro eruditissimo et qui tan-
tam habet scienciam scriptorum veterum
et maxime grecorum ut dum peregrina
sectatur propria sua amiserit ut recen-
tis memorie viros et latinos nes-
ciat. Ex quo apparet non tam me ab
eo laudatum quam illos non accusatos
ut sine illa laus est ut stultis persua-
dere conatur sive accusacio ut ego
ex vulneris mei dolore sencio. nec
in laude hec me talium gloriam. nec
in vituperacione solacium. Teneo epistolas
vestras quibus accusatum me esse scribitis
et hortamini ut respondeam crimi-
nanti ne si tacuerim videar crimen
agnoscere Ad quas respondi fateor
et cunctis lesus sit amicicie iura ser-
vavi ut me sine accusantis accusa-
cione defenderem. et quod unus rome
amicus obiecerat a multis in toto
orbe inimicis dicerem iactitatum. ut
non viderer homini sed criminibus re-
spondere Aliud est si pro iure amicicie
accusatus tacere debui et lutatam
ab eo faciem atque ut ita dicam heretico
fetore conspersam me simplici qui-
dem aqua diluere ne ille michi fe-
cisse putaretur iniuriam hec vox nec
hominis est nec ad hominem apte

amici petere et crimina eius sub persona
laudatoris exponere. Et illi ne hoc qui-
dem liber de reliquis ut se catholicum
probet et laudacionem heretici que illi
obicitur non de assensu hereseos sed
de ingenii extitisse admiracione re-
spondeat. Placuerat ei sicut ut ipse
vult videri compulsus erat in latinam
linguam vertere quod nolebat. Quid ne-
cesse fuit me latentem et tantis ma-
ris atque terrarum diuisum spaciis inserere questio-
ni et opponere in invidie plurimorum ut plus
michi laudando placeret noceret quam
sibi prodesset exemplo. Nunc quoque quia
renui laudatorem et vestro stilo docui
me non esse quod meus aduersarius
predicauit dicitur furere et tres contra
me libros venustate attica texuisse
eadem accusans que ante laudauerat
et obiciens michi in translacione orige-
nis nefaria dogmata de quo in prefatiun-
cula laudacionis sue dixerat. Sequar
regulam predecessorum et eius pape vi-
delicet supius fecimus mencionem qui cum
vltra septuaginta libellos origenis
quos omeliaticos appellauit aliquan-
tos etiam de thomis in apostolum scriptis
transtulisset in latinum in quibus cum
aliquanta offendicula inueniantur
in greco ita elimauit omnia interpreta-
do atque purgauit ut nichil in illis quod
a fide nostra discrepet latinus lector
inueniat. Hunc ergo etiam nos licet
non eloquencie viribus discipline tamen
regulis in quantum possumus sequimur.
Certe hec illius verba sunt negare non
potest ipsa stili elegancia et sermo com-
positus quodque in hiis maius est sim-
plicitas christiana auctoris sui caractere-
rem probant. Aliud est si et ista eusebius
depravauit et accusator origenis mei
quam studiosus in vno atque eodem opere
et illum et me vel errasse vel bene sen-
sisse testatus est. Non potest nunc me
inimicus hereticum dicere que a fide
sua dudum non discrepare predicatus est
dimulgus et hoc ab eo quero quid sibi
velit sermo modatus et dubius. Nichil
inquit in illis quod a fide nostra discre-
pet latinus lector inueniat. Fidem
suam quam vocat eam ne qua romana
pollet ecclesia an illam que in origenis
voluminibus continetur. Si romanam
responderit ergo catholici sumus qui
nichil de origenis errore transtulimus.
Si autem origenis blasphemia fides eius
est dum michi inconstancie crimen
impingit se hereticum probat. Siue
bene credit laudator meus confessi-
one sua me astruit in socium siue male

ostendit me idcirco ante laudatum quia
participem sui putabat erroris. Sed
aduersus libros illos qui per angulos gar-
riunt et furtiua accusacione me mordent
cum editi fuerint et de tenebris ad
lucem processerint atque ad nos vel
studio fratrum vel temeritate emulorum
potuerint peruenire respondere conabor.

Neque enim magnopere formidandi sunt
quos metuit auctor suus prodere et
tamen confederatis legendos esse decreuit.
Tunc aut agnoscam crimina aut diluam
aut in accusatorem que obiecta sunt
retorquebo et ostendam quod huc
usque silentium modestie fuerit non ma-
le conscientie. Interim apud tacitum
lectoris iudicium purgatum me esse volui
et coniunctissimum michi amicos contra refel-
lere ne prior lesisse videar qui vulnera-
tus nequaquam contra persecutore tela
direxi sed meo tamen vulneri admoni-
mam. Que obsecro ut absque preiudicio
personarum culpa in eum referat qui lacces-
sunt. Nec lesisse contentus quasi ad-
uersus elinguem semperque taciturum
elucubrauit libros et anti w(?) H(?) H(?)
ut ... marcionis de meis opusculis fabri-
catus est. Cessat animus et illius re-
pente doctrinam et meam insperatam
vecordiam cognoscere. Fortasse bre-
ui tempore didicit quod docere nos
debeat. Et quod illum scire nullus pu-
tabat subitum eloquencie flumen os-
tendet. Sic precor ille deus faciat sic
magnus ihesus incipiat conferre ma-
num. Quamuis vibrauit accusacionis
sue hastas et totis aduersum me torse-
rit viribus credimus in dominum saluato-
rem quod scuto circumdabit nos veri-
tas eius et cum psalmista cantare po-
terimus. Sagitte paruulorum facte sunt
plage eorum et si consisterint aduersum
me castra non timebit cor meum. Si ste-
terit aduersum me prelium in hoc ego spe-
rabo. Sed hec alias nunc ad id quod
ceperimus reuertamur. Obiciunt michi
sectatores eius ceteraque arma ex-
pediunt fessi rerum quare periarchon libros
origenis noxios et ecclesiastice fidei
repugnantes in latinum sermonem
verterem. Ad quod breuis et succincta
responsio est. Tue me frater pamachi et
tuorum littere compulerunt dicentes il-
los ab alio fraudulenter esse translatos
et interpolata nonnulla vel addita vel
mutata. Et ne parem epistolis haberem
fidem misistis exemplaria eiusdem
translacionis cum prefatiuncula laudatrice
mea. Que cum legissem contulissemque
cum greco ilico animaduerti que origenes

cclxi A
b
c

de patre et filio et spiritu sancto impie dixerat
et que romane aures ferre non pote-
rant, in meliorem partem ab interprete
commutata. Cetera autem dogmata
de angelorum ruina, de animarum lapsu,
de resurrectionis prestigiis, de mundo vel
intermundiis epicuri, de restitutione
omnium in equalem statum, et multo his
deteriora que longum est retexere, vel
ita vertisse ut in greco invenerat, vel
de commentariolis didimi qui origenis
apertissimus propugnator est exaggerata
et firmiora posuisse, ut qui in trinitate
catholicum legerat, in aliis hereticum non
caveret. Alius forsitan qui non esset
amicus eius diceret: Aut totum mu-
ta quod malum est, aut totum prode quod
optimum putas. Si propter simplices noxia
queque detruncas, et ea que ab hereticis
addita simulas, in peregrinum non vis trans-
ferre sermonem, cede quidquid est nox-
ium. Sin autem veritatis fidem in transla-
tione conservas, cur alia mutas et a-
lia dimittis intacta? Quamquam aperta
confessio est in eodem prologo emen-
dasse te prava et optima reliquisse.
Ex quo non interpretis libertate, sed scripto-
ris auctoritate retineberis, si quid in his
que vertisti hereticum comprobetur, et ma-
nifesti criminis argueris. Ideo te in-
venenum calicem circumlinire melle
voluisse ut simulata dulcedo virus
pessimum tegeret. Hec et multo his
duriora inimicus diceret: et te non ut
interpretem mali operis, sed ut astipu-
latorem in ius ecclesie traderet. Ego autem
me tantum defendisse contentus, in libris
periarchon simpliciter quod in greco habe-
batur expressi, non ut crederet lector his
que interpretabar, sed ne crederet illis que
tu ante transtuleras. Duplex in meo o-
pere utilitas fuit, dum et hereticus
auctor proditur, et non verus interpres
arguitur. Ac ne quis me putaret
his consentire que verterem, interpretatio-
nis necessitate in prefatione una edo-
cui quibus lector credere non deberet.
Prima translatio laudem auctoris conti-
net, secunda vituperatione. Illa lectorem
provocat ad credendum, ista ad non cre-
dendum monet. Ibi et ego invitus lauda-
tor assumor, hic in tantum non laudo
quem transfero, ut cogar accusare lau-
dantem. Eadem res non eadem mente
perfecta est: immo unum in diversos exitus
habuit. Alius tulit que erant, dicens
ab hereticis depravata, et addidit que
non erant, asserens ab eodem in locis
aliis disputata. Quod nisi loca ipsa mon-
straret unde transtulisse se dicit, probac-

non potuit. Michi studii fuit nichil mu-
tare de vero. Ad hoc enim interpretabar,
ut male interpretata convincerem. Puta-
tis me interpretem proditor fui? Pro-
didi hereticum, ut ecclesiam ab heresi vin-
dicarem. Cur origenem in quibusdam
ante laudaverim, prelatus huic operi
ostendit liber. Nunc sola interpretatio-
nis mee causa redditur, que cum pietatis
habeat voluntatem, non debeo impi-
etatis argui prudens impium, quod
quasi pium ecclesiis tradebatur. Septu-
aginta libros eius ut et meus [illegible]
criminatur in latinum verteram, et
multa de thomis. Numquam de opere
meo questio fuit, numquam roma commota
est. Quid necesse fuit latinis auribus
tradere quod detestatur et grecia,
quod orbis accusat? Ego per tot an-
nos tam multa conscribens, numquam scan-
dalo fui. Tu ad primum et solum opus
ignotus prius, temeritate factus es
nobilis. Docet ipsa prefatio et pam-
phili martiris pro defensione orige-
nis a te esse translatum, et hoc agis to-
tis viribus ut cuius fidem martir pro-
bat, ecclesia non refutet. Sex libros ut
ante iam dixi eusebius episcopus cesa-
riensis ariane quondam signifer
factionis pro origene scripsit latissimum
et elaboratum opus, et multis testimoniis
approbavit origenem iuxta te catho-
licum, id est iuxta nos arrianum. Horum
tu primum librum vertis sub nomine martyris,
et miramur si me homunculum par-
ve professionis origenis laudatorem
velis, cum martiri calumpniam feceris.
Paucis quoque testimoniis de filio dei et
spiritu sancto commutatis, que sciebas dis-
plicere romanis, cetera usque ad finem
integra dimisisti. Hoc idem faciens
in apologia quasi pamphili, quod
in origenis periarchon translacione fecisti.
Si iste pamphili liber est, de sex libris
quis erit primus eusebii? In ipso volumine
quod tu pamphili simulas, sequentium
librorum facta mencio est. In secundo quoque
et reliquis dicit eusebius quod in
primo libro iam dixerat, et quod ea-
dem repetere non debeat. Si totum
opus pamphili est, cur reliquos libros
non transferas? Si alterius, cur nomen in-
mutas? Taces: ipse res loquentur. Vi-
delicet ut crederent martyri qui arria-
norum principem detestaturi erant.
Quid tibi animi fuisse dicam, amice
simplicissime, te non potuisse heretici
hominis libro martyris nomen impo-
nere, et ignaros sub auctoritate testis Christi
origenis facere defensores? Pro erudicione

qua polles et melius ΤΥΝ ΓΡΑΦ
ΗΥΝ in occidente laudaris ita ut tro//
pheum te omnis tue partes nominent
Non reor te ignorasse eusebium ΤΥΝ ΤΟ
ΤΡΙΤΟΥ et pamphilum martirem
nichil omnino operis condidisse. Ipse enim
eusebius amator et preco et contub//
nalis pamphili tres libros scripsit ele//
gantissimos vitam pamphili continen//
tes in quibus cum ceteris mira laude pre//
dicaret humilitatemque eius ferret in
celum etiam hoc in tercio libro addidit
Quis studiosorum amicus non fuit pam//
phili. Si quos videbat ad victum ne//
cessariis indigere prebebat large que
poterat. Scripturas quoque sanctas non ad
legendum tantum sed ad habendum tribu//
ebat promptissime: nec solum viris sed
et feminis quas vidisset lectioni de//
ditas. Unde et multos codices preparabat
ut cum necessitas poposcisset volentibus
largiretur Et ipse quidem proprii operis
nichil omnino scripsit exceptis epistolis quas
ad amicos forte mittebat. in tantum se
humilitate deiecerat. veterum autem
scriptorum tractatus legebat studiosissime
et in eorum meditatione iugiter versabatur
defensor origenis et laudator pam//
phili. dicit pamphilum nichil omnino
scripsisse nec quidquam proprii condidisse ser//
monis et hoc dicit iam pamphilo
coronato martyrio ne habeas suffra//
gium post editos ab eusebio libros hoc
pamphilum conscripsisse. Quid facies
eo libro quem sub nomine martiris edi//
disti: vulnerate sunt conscientie plurimorum
non valet apud eos super origenis dap//
natione episcoporum auctoritas. quem pu//
tant a martire predicatum. Quid faci//
ent epistole theophili episcopi quid pape a//
nastasii. in toto orbe hereticum persequen//
tes cum liber tuus sub nomine pamphi//
li editus pugnet contra epistolas eorum
et episcopali nomini testimonium martiris
opponatur. Quid fecisti in libris
periarchon hoc facito in isto volumine
ΥΗΚΑΗΚΗΣΥΤΥΤΟΦΩΝ audi con//
silium amici. Non te peniteat artis
tue. vel dicito tuum non esse: vel ab eu//
sebio presbitero depravatum. unde tibi
probari potest quod a te translatum est
Cum manus tua tenetur. Cum tan//
tes eloquentie ut nullus te possit
imitari. Aut certe si res ad probationem
venerit et impudentia frontis oppo//
sueris testimonia plurimorum ΠΑΛ
ΥΩΔΙΑΝ te sicut chori more can//
tato. Melius est penitere facti tui
quam et martirem in calumpnia et de//
ceptos in errore persistere. Nec eru//

bescas de commutatione sententie. Non es tante
auctoritatis et fame ut errasse te pude//
at. Imitare me quem plurimum amas: sine
quo nec vivere nec mori potes. ut meum
clamita: que ego laudatus a te in
defensione mei locutus sum. Eusebius
cesariensis episcopus cuius supra meminimus
in sexto libro ΑΠΟΛΟΓΙΑΣ ΤΗΣ ΥΠΕΡ
ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ hoc idem obicit me//
thodio episcopo et martiri quod tu in meis
laudibus criminaris et dicit. Quomodo
ausus est methodius nunc contra ori//
genem scribere: qui hec et hec de ori//
genis dogmatibus est locutus. Non
est huius loci pro martire loqui. Neque
enim omnia in locis omnibus disserenda
sunt. Nunc tetigisse sufficiat hoc ab ar//
riano homine obici clarissimo et elo//
quentissimo martiri. quod tu in me
et amicus laudas et offensus accu//
sas. habes occasionem et de presenti loco
si velis michi calumpniam instruere cur
nunc eusebio detraham: quem in alio
loco ante laudavi: Alterum quidem no//
men eusebii sed eadem que super ori//
genis vocabulo calumpnia. Laudavi
eusebium in ecclesiastica historia in di//
gestione temporum: in descriptione sancte
terre et hec opuscula in latinum vertens
mee lingue hominibus dedi. Num ex
eo arrianus sum quia eusebius qui
hos libros condidit arrianus est. Si
ausus fueris me hereticum dicere me//
mento prefatiuncule periarchon. in
qua fidei tue me esse testaris. Simulque
obsecro ut amicum quondam tuum tuum
expostulantem patienter pariter audi//
as. Contra alios digladiaris. aut
facis calumpniam aut pateris. Quos
accusas et a quibus accusaris ordinis
tui sunt. Certe an properam nos videatur
michi etiam vana accusatio contra fra//
trem displicet. Nec reprehendo alios
sed dico quod ipse non facerem. Tantis
terrarum spatiis separatus quid peccavi
in te quid commerui: An quia orige//
nisten me non esse respondi. Nunquid
defensio mea accusatio tua est. Et
tu si non es origenistes. vel non fuisti cre//
do iuranti. Si fuisti. suscipio peniten//
tem. Quid doles si id sum quod tu
esse te dicis. An quia periarchon ori//
genis libros post te interpretari ausus
sum. et interpretatio mea sugillatio
putatur operis tui. Quid poteram facere
Missa est michi laudatio tua. id est
accusatio mea. Tam fortiter me pro//
lixeque laudaveras. ut si tuis laudibus
acquievissem. omnes hereticum me puta//
rent. vide quid ad me romane

d
c
CCClxiii
a

ad me epla clausula teneat. purga
suspiciones homi et conuince criminan
tem. ne si dissimulaueris consensisse
videaris. Tali scriptus articulo interpreta
turus eosdem libros ausculta dixerim
hoc michi prestiterunt amici mei. Non
dixi amicus ne te viderer arguere
ut si taceo reus si respondeo inimi
cus iudicer. dura utraque conditio. sed
e duobus eligam quod leuius est. Si
multas redintegrari potest blasphemia
veniam non meretur. Animaduertis in
vito michi et repugnanti hoc opus
impositum. et futuram ex huiusmodi
opere simultatem necessitatis excusatione
curatam. Si interpretatus esses libros
periarchon absque meo nomine: recte
quereris in responsionem tuam a me
postea esse translatam. Nunc autem in
iuste doles meo opere a me tibi esse re
sponsum in quo a te laudando accu
satus sum. Quam enim tu laudem vocas
omnis accusationem intelligunt. Con
stet apud te quod accusaueris et non
indignaberis quod responderim.
Esto tu bono animo scripseris ut homo
innocens et amicus fidelissimus.
decius nunquam egressum est ore me
dacium. Che nescius vulneras. Quid
ad me qui percussus sum. Num ideo
curari non debeo. quia tu me sano
animo vulnerasti. Confossus iaceo
stridet vulnus in pectore candida
prius membra sanguine torpantur. et
tu michi dicis noli manum adhibere
vulneri. ne ego te videor vulnerasse
Quamquam et ipsa translatio magis ori

b

genem quam te arguit. Tu enim emen
dasti que addita ab hereticis arbitra
tus es: ego prodidi quod ab illo scriptum
grecia uniuersa conclamat. Quis rec
tius arbitratus sit nec meum nec tuum
iudicium est. utriusque scripta censoriam
lectoris virgulam sentient. Tota illa
epla qua pro me satisfactio. contra
hereticos et accusatores meos diri
gitur. Quid ad te qui et orthodoxum
et laudatorem meum esse te dicis.
Si asperior sum in hereticos. et illorum
in publicum strophas profero. Letare in
uectione mea ne si dolueris hereti
cus esse videaris. Quando sine no
mine contra vicia scribitur dolebas scribit
qui irascitur accusator sui est. prude
ntis hominis fuerat etiam si dolebas
dissimulare conscientiam et cordis nu
bilum frontis serenitate discutere.
Alioquin si quod contra origenem et
sectatores eius dicitur in te dictum

putas ergo et eple pape theophili
et epiphanij et aliorum episcoporum quas in pre
ipsis iubentibus transtuli: te petunt te
lacerant. Imperatorum scripta quoque de a
lexandria et egipto origenistas pelli
iubent me suggerente dictata sunt
ut rome urbis pontifex miro eos o
dio detestetur meum consilium fuit
ut totus orbis post translationem tuam
in odia origenis exarserit. que ante
a simpliciter lectitabant meus o
patus est stilus. Si tantum possim: mor
tui me non timeas. Ego ille moderatus
in epla publica qui diligenter caui ne
quid in te dictum putares. Scripsi ad te
statim breuem eplam expostulans
super laudibus tuis quam quia rome
non eras. amici mei mittere noluerunt
eo quod te dicerent consodalibus tuis
indigna nomini xpiano de mea

c

conuersatione iactare. Cuius exemplum
huic volumini subdidi ut scias quan
tum dolorem quanta moderatione ne
cessitudinis conuenerat temperari. Au
dio preterea te quedam de epla mea phi
losophe carpere et hominem rugose
frontis adductique supercilij plautino in
me sale ludere eo quod barnaban
iudeum dixerim preceptorem meum
Nec miror si pro barnaban. vbi est a
liqua vocabulorum similitudo scripseris
barraban cum tantam habeas licentiam
nominum mutandorum: ut de eusebio
pamphilum. de martire hereticum feceris
Cauendus homo et michi maxime de
clinandus: ne me repente dum nescio
de ieronimo sardanapallum nomines
Audi ergo sapientie columen: et norma
cathoniane seueritatis Ego non illum
magistrum dixi. sed meum in scripturas sanctas
studium volui comprobari ut ostenderem
me sic origenem legisse. quomodo etiam
audieram. Nec que hebreas literas ad te
discere debui: aut iniuria tibi facta
est quod pro te appollinarem didimum
que sectatus sum. Nunquid in illa epla
gregorium virum eloquentissimum non potui
nominare: qui apud latinos in par
tui est. quo ego magistro glorior et ex
ulto. Sed eos tantum posui qui in reprehen
sione erant: ut similiter me origene
non ob fidi veritatem. sed ob eruditio
nis meritum legisse testarer. Ipse origenes
et eusebius et clemens aliique complures
quando de scripturis aliqua disputant
et volunt approbare quod dicunt: sic so
lent describere Referebat michi hebreus
et audiui ab hebreo et hebreorum ita
sententia est. Certe origenes etiam patriarcho

hilarium qui temporibus suis fuit nominat
et tricesimum in ysaiam in cuius fine e-
disserit ne tibi ciuitas arihel quam ex-
pugnauit dauid illius expone concludit
et cum aliter prius sensisse se dicat doctum ab
illo id quod est uerius confitetur. Octua-
gesimum quoque nonum psalmum qui scribitur
oratio moisi hominis dei et reliquos un-
decim qui non habent titulos secundum hilli
expositionem eiusdem moisi putat
nec dignatur hebream scripturam inter-
pretans per singula loca quid hebreis vi-
deatur inserere. Lectis nuper pape theo-
phili epistolis in quibus origenis exponit
errores: dicitur obdurasse aures suas
et auctorem tanti mali clara cum omnibus
voce dampnasse. et dixisse se usque in
illud tempus ignorasse quod tam ne-
pharia scripserit. Non recuso nec dico
quod alius forsitan diceret non potuis-
se eum ignorare quod interpretatus est cuius
apologiam scriptam ab heretico sub nomine
martiris edidit cuius defensionem etiam
proprio uolumine professus est. Ad uersum quod
in consequentibus si dictandi spatium
fuerit disputabo hoc loquor cui contra-
dicere non potest. Si sibi licet non intellexis-
se quod transtulit quare michi non li-
ceat ignorasse periarchon quos ante
non legi et eas tantum omelias legisse quas
transtuli: in quibus nichil esse mali ipse
testimonium est. Sin autem contra sententiam
suam me in meis arguit in quibus
ante laudauerat vndique constrictus te-
nebitur. Aut enim ideo me hereticum
hominem ante laudauit quia eiusdem
mecum dogmatis erat: aut nunc frus-
tra inimicus accusat. que prius ut or-
thodoxum predicauit. Sed forsitan
tunc errores meos ut amicus tacuit
et nunc iratus profert quod prius celaue-
rat. Et quamquam non mereatur fidem
in conscientia et professe inimicitie sus-
pitionem habeant inendacis tamen
audacter conferam gradum volens scire
quid hereticum scripserim. ut aut cum illo
agam penitentiam et origenis ma-
la ignorasse me iurem. at nunc primum
a papa theophilo didicisse impietates
eius. Aut certe doceam me quidem
bene sensisse: sed illum more suo non in-
telligere. Neque enim fieri potest ut in
eisdem ad ephesios libris quos ut au-
dio criminatur et bene et male dixe-
rim. et de eodem fonte dulce amarum-
que processerit ut qui toto opere dampna-
uerim eos qui credunt animas ex an-
gelis conditas. subito mei oblitus id
defenderem quod ante dampnaui. Stul-
ticiam michi obicere non potest quem

disertissimum et eloquentissimum in suis
opusculis predicauit. Alioquin stulta ver-
bositas fabule potius et garruli ho-
minis quam eloquentis putanda est.
Quid in illis libris accuset ignoro
fama enim ad me criminum eius non scrip-
ta venerunt et stultum est iuxta apostolum
pugnis aerem verberare. Tamen in-
certum respondebo donec ad certa per-
ueniam a [Greek] meum
dicebo senex quod puer didici mul-
ta esse genera dictionum et pro qua-
litate materie non solum sententias sed et
scripturarum verba variari. Crisippus et
antipater inter spineta versantur demos-
tenes et aeschines contra se inuicem
fulminant lysias et socrates dulciter
fluunt. Mira in singulis diuersitas. sed
omnes in suo perfecti sunt. Lege adhere-
nium tullii libros lege rethoricos eius
aut quia illa dicit sibi inchoata et
rudia excidisse de manibus reuolue
tria uolumina de oratore in quibus intro-
ducit eloquentissimos illius temporis
oratores. crassum et antonium dispu-
tantes. et quartum oratorem quem iam
senex scribit ad brutum tunc intelliges
aliter componi historiam. aliter oratio-
nes aliter dialogos. aliter epistolas aliter
commentarios. Ego in commentariis ad
ephesios. si origenem et didimum et
appollinarem secutus sum qui certe
contraria inter se habent dogmata. ut
fidei mee non amitterem ueritatem co-
mentarii quid operis habent. Alterius dicta
edisserunt: que obscure scripta sunt
plano sermone manifestant. mul-
torum sententias replicant et dicunt. hunc
locum quidam sic edisserunt. Alii sic inter-
pretantur. illi sensum suum et intelligen-
tiam his testimoniis et hac in tur-
ratione firmare. ut prudens lector cum
diuersas explanationes legerit et multorum
uel probanda uel improbanda didicerit
videlicet quod uerius sit et quasi bo-
nus trapezita adulterine monete
pecuniam reprobet. Num diuerse inter-
pretationis et commentariorum inter se sen-
suum tenebitur reus qui in uno opere
quod edisserit expositiones plurimorum
posuerit. puto quod puer legeris
Aspri in virgilium ac salustium commenta-
rios: uulcatii in orationes ciceronis
victorini in dialogos eius et terencii
comedias preceptoris mei donati eque
in virgilium et aliorum in alios plautum
videlicet lucrecium. flaccum. persium. at-
que lucanum. Argue interpretes eorum quare
non una explanatione secuti sunt
et in eadem re quid uel sibi uel aliis

videatur eum moverent. Pretermitto grecos quorum tu iactas sententias et dum peregrina sectaris pene tui sermonis oblitus es: ne veteri proverbio sus minervam docere videar et in silvam ligna portare. Illud miror quod aristarchus nostri temporis puerilia illa nescieris. quamquam tu occupatus in sensibus et astruendam in me calumpniam cervicibus grammaticorum et oratorum precepta contempseris: parvipendens yperbata ... post anfractus reddere. Asperitatem vitare consonantium hiulcam fugere dictionem. Ridiculum est debilitati et fracti totius corporis vulnera pauca monstrare. Non eligo quod reprehendam eligat ipse quo vitio careat. Illud quidem socraticum nosse debuerat scio quod nesciam. Navem agere ignarus navis timet. Abrotanum egro non audet nisi qui novit dare. Quod medicorum est promittunt medici tractant fabrilia fabri. Scribimus indocti doctique poemata passim. Nisi forte se litteras non didicisse mirabitur. quod nos illi et absque inamento perfacile credimus. vel ad apostolum confugiet proferentem et si imperitus sermone non tamen sciencia. Ille hebreis litteris eruditus et ad pedes doctus gamalielis quem non erubescit iam apostolice dignitatis magistrum dicere grecam facundiam contempnebat vel certe quod erat humilitate dissimulabat. ut predicatio eius non in persuasione verborum sed in signorum virtute consisteret. spernens alienas opes qui in suis dives erat. quamquam ad imperitum et per singulas instar tui sentencias corruentem nunquam aliquid responderet pro tribunali cum festus diceret insanis paule insanis multe te littere ad insaniam convertunt. Tu qui in latinis mussitas et testudineo gradu moveris potius quam incedis vel grece debes scribere ut apud homines greci sermonis ignaros aliena scire videaris: vel si latina temptaveris ante audire grammaticum ferule manum subtrahere. et inter parvulos ... artem loquendi discere quamvis ... quis speret et darios. Litere marsupium non sequuntur sudoris comites sunt et laboris socie. ieiuniorum non saturitatis continencie non luxurie. Demostenes plus olei quam vini expendisse dicitur et omnes opifices nocturnis semper vigiliis prevenisse. Quod ille in una littera fecit exprimenda ut a cane rho disceret tu in me criminaris. quare homine hebreas didicerim. Inde est quod quidam in erudite prudencie remanent. quod noluit discere quod ignorant nec oracium audiunt commonentem. Cur nescire pudet prave quam discere malle. loquitur et sapiencia quam sub nomine salomonis legimus In malivola anima non introibit sapiencia. nec habitabit in corpore subdito peccatis. Spiritus enim sanctus discipline effugiet fictum et recedet a cogitationibus insensatis. Aliud est si vulgi lectione contenti doctorum aures despiciunt et contempnunt illud eloquium quo prorsus imperitia denotatur. Non tu in triviis indocte solebas stridenti miserum stipula disperdere carmen. quasi non circulatorum ... milesiarum in scolis figmenta decantent. et testamentum bessorum cachinno membra concuciat: atque inter scurrarum epulas nuge istiusmodi frequententur. Cotidie in plateis fictus ariolus stultorum nates verberet et obtorto scipione dentes mordencium quatit et miramur si imperitorum libri lectorem invenerint. Indignatur quare origenis stromata scripserim mendaciorum inter se orgiis federati. Nomina librorum in quo hoc scriptum legerim id est septimi stromaticum origenis in quo platonis sinaterum dogma componens: ita loquitur plato in tercio de re publica libro veritas quoque sectanda magnopere est Si enim ut paulo ante dicebamus rectissime deo indecens atque inutile mendacium est hominibus quoque utile ut utantur eo quasi condimento atque medicamine: nulli dubium quin huiusmodi licencia medicis danda sit et ab imprudentibus removenda. verum inquid asseris ergo principes urbium si quibus et aliis hoc concedi oportet aliquando mentiri vel contra hostes vel pro patria et civibus ab aliis vero qui uti mendacio nesciunt auferendum est omne mendacium. Origenes. Et nos ergo illius precepti memores loquimini veritatem unusquisque cum proximo suo non debemus dicere quis est proximus meus sed considerare quomodo philozophus caute dixerit. deo indecens et inutile esse mendacium. hominibus interdum utile et quod ne pro dispensacione quidem putandus sit deus aliquando mentiri. Nisi autem commodum audientis exegerit verbis loquitur ambiguus et per enigmata que vult profert ut et veritatis apud eum dignitas conservetur. et quod noxium esse poterat si nudum proferretur in vulgus quodam

tecto velamine proferatur. Homo autem
cui incumbit necessitas mentiendi dili-
genter attendat ut sic utatur interdum
mendacio quomodo condimento atque medi-
tamine ut servat mensuram eius ne
excedat terminos quibus usa est Judith
contra holifernem. et vicit eum pru-
denti simulatione verborum imitetur
hester. que artaxerxis sententiam diu
tacita gentis veritate correxit et pri-
mus patriarcham Jacob quem legimus
benedictiones patris artificioso impe-
trasse mendacio. Ex quo perspicuum est
quod nisi ita mentiti fuerimus ut
magnum nobis aliquod ex hoc queda-
bonum indicandi sumus quasi inimici
eius qui ait ego sum veritas. hec ori-
genes scripsit. negare non possumus. Scrip-
sit in hiis libris quos ad perfectos et
ad discipulos loquebatur docetque ma-
gistris mentiendum discipulos autem non
debere mentiri. Qui ergo bene men-
titur et absque ulla verecundia quicquid
in buccam venerit confingit in fratres
magistrum se optimum probat. Illud quoque
carpere dicitur quod secundum psalmum
interpretans proco quod legimus in la-
tino apprehendite disciplinam et hebrai-
co volumine scriptum est nescubetz. dix-
erim in commentariolis adorate filium
et rursum omne psalterium in romanum
in vertens sonum quasi in memor ex-
positionis antique posuerim adora-
te pure quod utique sibi esse contrarium
omnibus patet et revera ignoscendum
est ei. si ignoret lingue ebraice ve-
ritatem. Qui in medio et in latinis
hesitat. Nescaj ut verbum de verbo inter-
preter ΝΕΣΚΟΥ ΒΑΡ id est
deosculamini dicitur. Quod ego vo-
lens transferre putide sensum magis
secutus sum. ut dicerem adorate.
Quia enim qui adorant solent deos-
culari manum et capita submittere.
quod se beatus iob elementis et idolis
fecisse negat dicens si vidi solem
cum fulgeret et lunam incedentem clare
et letatum est in abscondito cor meum
et osculatus sum manum meam ore meo
que est iniquitas maxima et nega-
tio contra deum altissimum. et hebrei iux-
ta lingue sue proprietatem deosculationem
pro veneratione ponunt. id transtuli quod
ipsi intelligunt. quorum verbum est. Bar.
Bar autem apud illos diversa significat
dicitur enim et filius ut est bariona
filius columbe et bartholomeus fi-
lius tholomei et barthimeus et ba-
rien. et barrabas triticum quoque et spi-
carum fasciculus et electus ac purus

Quid ergo peccavi si verbum ambigu-
um diversa interpretatione converti. et qui
in commentariolis ubi libertas est disse-
rendi dixeram adorate filium. in ipso
corpore ne violentus viderer interpres
et iudaice calumpnie locum dare: dixe-
ram adorate pure sive electe: quod
aquila quoque et symachus transtulerunt
Quid hoc ecclesiastice fidi nocet si do-
ceatur lector quot modis apud hebre-
os unus versiculus explanatur Origenem
tuo licet tractare de ΜΕΤΕΜΨΥΧΩΣΕΙ
ΨΥΧΩΝ innumerabiles mundos
introducere: et rationabiles creaturas
aliis atque aliis vestire corporibus christumque
dicere sepe passum et sepius esse pas-
surum. ut quod semel profuit semper pro-
sit assumptum: tibi quoque tu assumis
auctoritatem ut hereticum martirem
de origenis libris hereticorum adulteria
mentiaris Michi non licebit disputa-
re de verbis et in commentariorum opere
latinos docere quod hebreis didici
Nisi et prolixum esset et redderet glo-
riolam: iam nunc tibi ostenderem quid
utilitatis habeat magistrorum limina te-
rere. et artem ab artificibus disce-
re. et videres quanta silva sit apud hebre-
os ambiguorum nominum atque verborum
Que res diverse interpretationi materiam
prebuit. dum unusquisque inter dubia
quod dubia quod sibi consequentius
videtur. hoc transfert Quid ad pere-
grina te mitto? Revolue aristotilem
et alexandrum aristotilis volumina
disserentem. et quanta ambiguorum
sit copia eorum lectione cognosces. ut
tandem desinas amicum tuum in eo
reprehendere quod ne per sompnum qui-
dem aliquando didicisti. Sed quia
paulinianus frater meus de commenta-
riis ad ephesios quedam a vobis rep-
rehensa narravit et pauca ex hiis me-
morie tradidit. michique ipsa demon-
strat loca non debeo subterfugere. que-
soque lectorem. ut si paululum in propone-
ndis et diluendis criminibus longior fuero
necessitati det veniam. Non enim alium
accuso sed me nitor defendere et
obiectam hereseos calupmiam refu-
tare. In epistola pauli ad ephesios tria
origenis scripsit volumina didimus quoque
et appollinaris propria opuscula condiderit
quos ego vel transferens vel imitans
quid in prologo eiusdem operis scrip-
serim subiciam Illud quoque in prefati-
one commoneo ut sciatis origenem
tria volumina in hanc epistolam conscrip-
sisse quem et nos ex parte secuti sumus
appollinarem etiam et didimum quedam

cccclxvi
a

commentariolos edidisse e quibus licet parua decerpsimus et nonnulla que nobis videbantur adiecimus siue subtraximus ut studiosus statim in principio lector agnoscat hoc opus uel alienum esse uel meum. Quicquid ergo in explanatione huius epistole vitii potuerit demonstrari si ego illud in grecis voluminibus unde in latinum vertisse me dixi ostendere non potuero tunc agnosca et meum erit quod alienum non fuit. Tamen ne rursum videar cauillari ex hac excusationis stropha gradum non audere conferre ponam ipsa testimonia que vocantur in crimine. In primo statim volumine testimonium pauli in quo loquitur sicut elegit nos in ipso ante constitutionem mundi ut essemus sancti et inmaculati coram ipso: sic interpretati sumus: ut electionem non iuxta origenem coram dicemus qui prius fuerant sed ad dei prescienciam referremus demumque diximus. Quod autem electos nos ut essemus sanctos et inmaculatos coram ipso hoc est deo ante fabricam mundi testatus est ad prescienciam dei pertinet. cui omnia futura iam facta sunt et antequam fiant uniuersa sunt nota sicut et paulus ipse predestinatur in vtero matris sue et Jeremias in vulua sanctificatur. eligitur roboratur et in typo xpisti propheta gentibus mittitur Certe in expositione ista nullum crimen est et origene dicente contraria nos ecclesiasticum sensum secuti sumus Et sequuti sumus Et quia commentatoris officium est multorum sentencias ponere et hoc me facturum in prefatione promiseram etiam origenis absque inuidia nominis eius explanationem posui dicens. alius vero qui deum iustum vult conatur ostendere quod non ex prejudicio sciencie sue. sed ex merito electorum unumquemque eligat dicit ante visibiles creaturas celum terramque maria et omnia que in eis sunt fuisse alias inuisibiles creaturas in quibus et animas que ob quosdam causas soli deo notas deiecte sint deorsum in vallem istam lacrimarum in locum afflictionis et peregrinationis nostre in quo sanctus constitutus orabat ut ad sedem pristinam reuerteretur dicens heu michi quia incolatus meus prolongatus est. habitaui cum habitantibus cedar multum peregrinata est anima mea et apostolus: miser ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius Et melius est reuerti et esse cum xpisto: et alibi antequam humiliarer ego peccaui: et cetera hiis similia que

longum est scribere. Animaduerte quid dixerim Alius vero qui deum iustum conatur ostendere. Conatur inquit ostendere: non ostendit Si autem in eo scandalum pateris quare latissimam origenis disputationem breui sermone comprehenderim et lectori sensum eius aperuerim: atque ex eo tibi occultus illius videor esse sectator quia nichil ab eo dictum pretermiserim vide ne ideo hoc fecerim ut vestram calumpniam declinarem: ne me diceretis que ab eo fortiter sunt dicta tacuisse: et illum in greco robustius disputare. Posui ergo omnia licet breuius que in greco repperi. ut nichil haberent discipuli eius eis nouum quod latinorum auribus ingererent. Facilius enim nota quam repentina contempnimus Exposita autem interpretatione eius. quid in fine capituli dixerimus ausculta Non enim ait paulus elegit nos ante constitutionem mundi cum essemus sancti et inmaculati: sed elegit nos ut essemus sancti et inmaculati: hoc est qui sancti et inmaculati antea non fuimus ut postea essemus: quod et de peccatoribus ad meliora conuersis dici potest et stabit illa sentencia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens id est in tota vita sua. in omni quo in mundo isto versatus est tempore. Quod quidem ita intellectum et aduersum eum facit: qui ante quam mundus fieret animas dicat electas esse propter sanctitatem. et nullum vitium peccatorum. Non enim ut ante iam diximus eligitur paulus et qui eius similes sunt quia erant sancti et inmaculati: sed eliguntur et predestinantur ut in consequenti vita per opera atque virtutes sancti et inmaculati fiant Et audet quisquam post huiusmodi sentenciam origenis hereseos me accusare. Decem et octo anni sunt ex quo istis dictaui libros eo tempore quo origenis nomen florebat in mundo. quo periarcheon illius opus latine aures ignorabant et tamen professus sum fidem meam et quid michi displiceret ostendi Ergo quo etiam si in ceteris aliquid hereticum monstrare potuisset inimicus. non tamen dogmatum peruersorum que et hic et in aliis libris sepe dampnaui quantum in preiudicium teneret erroris. Secundum locum quem michi ab eo reprehensum fratres ostendunt quia valde friuolus et aptam sibi prefert calumpniam. ponam breuiter In eo testimonio vbi paulus loquitur sedere enim faciens ad dexteram suam in celestibus super omnem principatum

d et ptatem et virtutem et dominationem
et omne nomen quod nominatur non
solum in hoc seculo sed etiam in futuro
post multiplicem expositionem cum
ad ministrorum dei officia pervenissem
et de principatibus ac potestatibus ac
virtutibus et dominationibus dicerem etiam
hoc addidi. Necesse est ut habeant
subiectos et timentes se et servientes
sibi: et eos qui a sua fortitudine ro-
borentur. Que distributiones officiorum
non solum in presenti sed etiam in futuro
seculo erunt ut per singulos profectus et ho-
nores ascensiones etiam et descen-
siones. vel crescat aliquis vel decrescat
et sub alia atque alia potestate virtute prin-
cipatu et dominatione fiat et post
exemplum terreni regis totiusque pa-
latii descriptionem per quam diversa minis-
teriorum dei officia demonstrabam ad
didi Et putamus deum dominum dominorum re-
gemque regnantium. simplici tantum mi-
nisterio esse contentum Quomodo ar-
changelus non dicitur nisi qui prior est
angelorum. sic principatus potestas et do-
minatio non appellantur nisi subiectos
aliquos habeat et inferiores gradus
Dum autem idcirco me origenem sequi
quia profectus et honores et ascensiones
et descensiones inter nuntia et in minima
nos in expositione mea posui: scriat mihi
interesse de angelis et seraphin et che-
rubin dicere demones et homines
fieri quod affirmat origenes. et ipsos
inter se angelos diversa officiorum genera
esse sortitos quod ecclesie non repugnat
Quomodo inter homines ordo dignita-
tum ex laboris varietate diversus est
et cum episcopus et presbiter et omnis ecclesi-
asticus gradus habeat ordinem suum et ta-
men omnes homines sint. sic inter ange-
los intra esse diversa. et tamen in ange-
lica persistere dignitate: nec de ange-
lis homines fieri. nec rursus homines
in angelos reformari. Tertius est re-
prehensionis locus. quo dicente apostolo
ut ostenderet in supervenientibus seculis
habundantes divicias gratie sue in
bonitate super nos in domino ihesu nos tripli-
cem expositionem posuimus: in prima
quid nobis videtur. in secunda quid ori-
genes opponeret. in tertia quid appolli-
narius simpliciter explanaret. Quorum
si nomina non posui ignosce verecundie
mee Non debui eos carpere quos imi-
tabar ex parte. et quorum in latinam
linguam sententias transferebam sed dixi
Quam diligens lector est statim requiret
et dicet Et rursus in fine Alius vero
hoc quod ait ut ostenderet in seculis sup-
ervenientibus habundantes divici-
as gratie sue ad illam intelligentiam
transfert Et tu inquies sub diligentis
lectoris persona origenis sensus expli-
casti. Fateor errorem non diligentem
dicere debui sed blasphemum. Quod si
fecissem et aliquo scissem vaticinio
te istiusmodi nenias sectaturum etiam
taliumpnie verba vitassem Grande ta-
men si origenem diligentem dixi
esse lectorem cuius septuaginta libros
interpretatus sum. quem in celum laudi-
bus tuli pro quo compulsus sum ante
biennium brevi libello tuis contra me
preconiis respondere Ecclesiarum magistrum
a me dictum esse origenem in tuis lau-
dibus obicis et putas quod pertimescere
debeam si diligentem lectorem me
dixisse in mimicis accuses Solemus
et negotiatores pessimos et frugi
servos et molestos pedagogos et
argutissimos fures diligentes vo-
care Et in evangelio villicus iniqui-
tatis prudenter quedam fecisse dicitur
et prudentiores sunt filii huius seculi
filii lucis in generatione sua et serpens
sapientior erat omnibus bestiis quas
fecit dominus super terram. Quartus repre-
hensionis locus exordium secundi libri pos-
sidet. in quo pauli testimonium ex
posuimus. huius rei gratia ego paulus
vinctus ihesu xpisti pro nobis gentibus
Et quia per se locus ipse manifestus
est eam tantum partem ponam explana-
tionis que patet calumpnie Vinctum
ihesu xpisti paulum esse pro gentibus. potest
et de martirio intelligi quod rome
in vincula coniectus hanc epistolam mi-
serit eo tempore quo ad philomenem
et ad colosenses et ad philipenses
in alio loco scriptas esse monstravimus
vel certe quia in pluribus locis lectum
est vinculum anime corpus hoc dici
quo quasi clausa teneatur in carcere
dicimus propterea paulum corporis nex-
ibus coercetur nec resolvi et esse cum
xpisto ut perfecta in gentes per eum predicatio
compleatur. licet quidam alium sen-
sum in hoc loco introducant. quod
paulus predestinatus et sanctificatus
ex utero matris sue ad predicationem gentium
antequam nasceretur postea vincula
carnis acceperit Et in hoc loco tripli-
cem ut supra expositionem posui: in
prima quidem quid michi videtur in
secunda quid origenes assereret: in tertia
quid appollinaris contra illius va-
dens dogma sentiret. Lege grecos
commentarios et nisi ita reppereris
crimen fatebor Quod est in isto loco

b

c

periis meum. Illud miror pro quo supra respondi quare non eos a quibus dicta sint nominarim. Superfluum erat per singula apostoli testimonia eorum nomina ponere quorum me opuscula translaturum in prefatione signaveram. et tu in mecum dici animam corpore donec ad Christum redeat et in resurrectionis gloria corruptivum et mortale corpus in incorruptionem et in inmortalitatem commutet: non absurde intelligentie est. Unde et apostolus miser ego inquit homo quis me liberabit de corpore mortis huius. Corpus mortis appellans quod vitiis et morbis et perturbationibus ac morti subiaceat. donec cum Christo resurgat in gloria et fragile prius lutum excoquatur fervore spiritus sancti in testam solidissimam. demutans gloriam non naturam. Quartus locus validissimus est in quo exponentes illud apostoli testimonium ex quo exponentes illud apostoli totum corpus compactum et conglutinatum per omnem subministrationis: secundum operationem in mensuram uniuscuiusque membri in augmentum corporis in edificationem sui in caritate. Latissima origenis expositione et eosdem sensus per diversa verba volventem brevi sermone constrinximus nichil de exemplis et assertionibus illius auferentes Cumque pervenissemus ad finem hec subiecimus. Igitur et in restitutione omnium quando corpus totius ecclesie nunc dispersum atque laceratum verus medicus Christus Ihesus sanaturus advenit unusquisque secundum mensuram fidei et agnitionis filii dei quem ideo agnoscere dicitur quia prius noverat et postea nosse desinit. suum recipit locum et incipiet id esse quod fuerat ita tamen ut non iuxta aliam heresim. omnes in una etate sint. id est omnes in angelos reformentur. sed unumquodque membrum iuxta mensuram et officium suum perfectum

d

sit Verbi gratia ut angelus refuga esse incipiat quod creatus est et homo qui fuerat de paradiso eiectus ad culturam iterum paradisi restituatur. et reliqua. Miror te hominem prudentissimum non intellexisse artem expositionis mee. Quando enim dico ita tamen ut non iuxta aliam heresim omnes in una etate sint positi. id est omnes in angelos reformentur ostendo et ea de quibus disputo esse heretica. et ab alia heresi discrepare. Que sunt due hereses? Una que dicat omnes in angelos reformentur/ creaturas in angelos reformari Alia que asserit unumquodque in restitutione mundi id fore quod conditum est. Verbi gratia quia ex angelis demones sunt rursum demones angelos fieri et animas hominum ita ut sunt condite non in angelos. sed in id quod a deo sunt condite reformari ut et iusti et peccatores equales fiant. Denique ut scias me non meam explicasse sententiam sed inter se hereses comparasse. quarum utramque in greco legeram disputationem meam hoc fine complevi. Ideo ut supra diximus hec apud nos obscuriora sunt quia metaforice dicuntur in greco et omnis metafora si de alia in aliam linguam transferatur ad verbum: quibusdam quasi sentibus orationis sensus et germina suffocantur. Nisi hec eadem in greco repperis quidquid dictum est meum putato.

ccclxvij

a

Septimum quod et extremum in me hi obicere dicitur si tamen mihi in medio frater oblitus est. cum illum locum apostoli interpretans in quo ait qui uxorem suam diligit seipsum diligit: nemo enim umquam carnem suam odio habuit sed nutrit et fovet eam sicut Christus ecclesiam: post simplicem expositionem origenis posuerim questionem ex cuius persona tacito nomine dixerim opponi nobis potest quod non sit vera sententia dicentis apostoli nemo umquam carnem suam odit. cum morbo regio laborantes physici et cancro et distillationibus mortem vite preferant et sua oderint corpora. Et statim quid ipse sentirem adiunxi. Magis itaque ad tropicam intelligentiam sermo referatur. Quando dico tropicam intelligentiam doceo verum non esse quod dicitur. sed allegorie nubilo figuratum. Ponamus tamen ipsa verba que in origenis libro tertio continentur. Dicamus quod illam carnem que visura sit salutare dei anima diligat et nutriat et foveat eam [dilig] disciplinis erudiens et celesti saginans pane et Christi sanguine irrigans: ut refecta et nitida possit libero cursu virum sequi et nulla debilitate et pondere pregravari pulchre etiam in similitudinem Christi nutrientis et foventis ecclesiam. et dicentis ad ierusalem. quotiens volui congregare filios tuos sicut gallina congregat pullos suos sub alas et noluisti: anime quoque fovent corpora sua ut corruptivum hoc induat incorruptionem et alarum levitate suspensum. facilius in aerem elevetur. Foveamus igitur et viri uxores. et anime nostre corpora ut et uxores in viros et corpora redigantur in animas et nequaquam sit sexuum ulla diversitas: sed quomodo

b

apud angelos non est vir et mulier
ita et nos qui similes angelis fu-
turi sumus. iam nunc incipiamus
esse. quod nobis in celestibus repro-
missum est. Super simplicem expo-
sicionem que nobis in testimonio
isto esse videbatur expressimus: dicentes
quantum ad simplicem intelligenciam
pertinet et statim: inter virum et uxorem
caritatis precepta. Nunc iubemur ut
nutriamus et foveamus coniuges
ut scilicet eis victum atque vestitum
et ea que sunt necessaria prebeamus. hec
nostra sententia est. Igitur omne quod sev-
dicentes opponi nobis potest non ex
nostra sed ex contra dicentium intelli-
gi debere persona. Que cum brevis
sit et absoluta responsio. et iuxta
id quod supradiximus. etiam allegorie
umbris de eo quod est ad id quod non
erat depravata tamen accedam propius
et sciscitabor quid tibi in hac dispu-
tatione displiceat. Nempe quia
dixerim animas ut viros fovere
corpora sua quasi uxores. ita ut cor-
ruptivum hoc induat incorruptionem
et alarum levitate suspensum
in aerem facilius elevetur. quando
dico corruptivum hoc induat incor-
ruptionem. non muto naturam cor-
porum sed augeo gloriam. Necnon
quod sequitur alarum levitate suspen-
sum in aerem facilius elevetur
qui alas assumit id est inmortalita-
tem ut levius ad celum volet. non
perdit esse quod fuerat. Sed dices
movent me que sequuntur. foveamus
igitur et viri uxores et anime nostre
corpora: et uxores in viros. et cor-
pora redigantur in animas. et
nequaquam sit sexuum ulla diversitas
sed quomodo apud angelos non est
vir et mulier ita et nos qui similes
angelis futuri sumus iam nunc in-
cipiamus esse quod nobis in celestibus
repromissum est. Quando dico hic
esse incipiamus intellectus. non naturam
tollo sexuum. sed libidinem et coitum
viri et uxoris aufero. dicente apostolo
Tempus breve est reliquum est ut
qui habent uxores sic sint quasi non ha-
beant. Et dominus interrogatus in evange-
lio cuius de septem fratribus in resurrec-
tione uxor esse deberet ait. Erratis
nescientes scripturas neque virtutem dei
In resurrectione enim neque nubent
neque nubentur. sed erunt sicut angeli
dei in celo. Et revera ubi inter virum et
feminam castitas est nec vir incipit
esse nec femina sed adhuc in corpore
positi mutantur in angelos in quibus
non est vir et mulier. Quod in alio
loco ab eodem apostolo dicitur. Qui-
cumque baptizati estis: Christum induistis
Non est iudeus neque grecus. non est
servus neque liber non est masculus
neque femina. omnes enim vos unum estis
in Christo Ihesu. Sed quoniam de con-
fragosis et asperis locis enavigat
oratio et heresios crimen impactum
tota frontis libertate respuimus. ad
alias accusacionis eius partes. quibus
nos mordere nititur transeamus.
E quibus prima est me hominem ma-
ledicum omnium detractorem in precessores
meos genuinum semper infigere.
Det unum cuius in opusculis meis no-
men taxavero. vel quem iuxta ar-
tem illius figurata laude perstrinxero
Si autem contra invidos loquor
lascivium lavinium. vel asinium
pollionem de genere corneliorum
stili mei mucro convulnerat si his-
tricole et lividie mentis hominem
a me submoveo et ad unum stipitem
cuncta iacula dirigo quid vulnera
sua patitur in multos qui ex in-
paciencia respondisti ostendit se
esse qui petitur. Obicit michi et per-
iurium mixtum sacrilegio. quod in
libro quo ad instruendam Christi vir-
ginem loquor. Ante tribunal iudicis
dormiens pollicitus sim numquam
me secularibus litteris daturum operam et
nichilominus dampnate erudicionis
interdum meminerim. Nimirum iste est
salustianus calphurnius. qui nobis
per magnum oratorem non magnam mo-
verat questionem. cui brevi libello sa-
tisfecimus. Nunc quod instat pro sa-
crilegio atque periurio somnii responden-
dum est. Dixi me seculares litteras non
lecturum de futuro sponsio est. non pre-
terite memorie abolicio. Et quomodo
inquiens tenes quod tanto tempore
non relegis. Rursum si aliquid de ve-
teris libris respondero. et dixero
in tenebris consuescere multum est
omni remio crimen incurro. et pro
me testimonium proferens. hoc ipso
arguor quo defendor scilicet nunc
longo sermone texendum est. quod
probant consciencie singulorum. Quis vestrum
non meminit infancie sue. Ego certe
ut tibi homini severissimo risum mo-
veam et imiteris aliquando crassum
quem semel in vita risisse dicit luci-
lius. memini me puerum cucurrisse
per cellulas servulorum. diem feriarum
duxisse lusibus. et ad orbilium sevicie

de caelo sum tractum esse captivum
et quo magis stupeas nunc cano et
recaluo capite sepe michi videor in
sompnis comatulus. et sumpta to-
ga ante rethorem controversiolam
declamare. Cumque experrectus fuero
gratulor me dicendi periculo libera-
tum. Crede michi multa ad purum
recordatur infancia. Si didicisses
litteras. oleret testa ingenioli tui que
semel fuisset imbuta. Lanarum conchi-

cccl xix

a

lia nulle aque diluunt. Etiam asini
et bruta animalia. quamvis in lon-
ge itinere noverunt secunda diversoria.
Miraris si ego latinas litteras non sum
oblitus cum tu grecas sine magistro di-
diceris. Septem modos conclusionum
dialetica me elementa docuerunt
quid significet a z y H H a quod
nos pronunciatum possumus dicere.
quomodo absque verbo et nomine nulla
sententia fit soritarum gradus pseudome-
non argucias sophismatum fraudes
Iurare possum me postquam egressus de
scola sum. hec numquam omnino legis-
se. Bibendum ergo michi erit de le-
theo gurgite. iuxta fabulas poetarum
ne arguar scire quod didici. Et tu
qui in me parvam scientiam criminaris
et videris tibi litteratulus atque rab-
bi. responde cur scribere aliquando
ausus sis et virum eloquentissimum gre-
gorium pari eloquii splendore transferre
Unde tibi tanta verborum copia. sententiarum
lumen translacionum varietas: ho-
mini qui oratoriam vix primis labris
in adolescencia degustasti: Aut ego
fallor. aut tu ciceronem occulte lec-
titas. et ideo tam disertus es michi
quod lectionis eius crimen intendis. ut
solus inter ecclesiasticos tractatores e-
loquencie flumine glorieris. Licet ma-
gis philozophos sequi videaris spi-
nas cleantis. et contorta crisippi
non ex arte quam nescis. sed ingenii mag-
nitudine. Et quoniam stoici logicam sibi
vendicant. et tu huius scientie deliramenta
contempnis in hac parte epicurus es
nec queris quomodo sed quid loqua-

b

ris. Quid enim ad te pertinet. si alius
non intelligat quid velis dicere: quia
non ad omnes sed ad tuos loqueris. De-
nique et ego scripta tua relegens. quamquam
interdum non intelligam quid loquaris
et heraclitum me legere putem. tamen
non doleo: nec me penitet tarditatis
Idem enim in legendo pacior. quod tu pateris
in scribendo. Hec dicerem. si quippiam
vigilans promisissem Nunc autem no-
vum impudencie genus obicit michi
sompnium meum. Utinam celebritas loci
et studium de toto orbe conventus sineret
me divinas scripturas legere. Interim
spacium non habeo etiam meditandi. Sed
tamen qui sompnium criminatur audiat
prophetarum voces. sompniis non esse cre-
dendum: quia nec adulterium sompnii me
ducit ad tartarum. nec corona marti-
rii in celum levat. Quociens vidi
me esse mortuum. et in sepulchro
positum: quociens volare super terras
et montes ac maria natatu aeris
transvolare. Cogat me ergo non vivere
vel pennas habere per latera quia vanis
imaginibus mens sepe delusa est
Quanti in sompnis apertis oculis re-
pente mendici sunt sitientes flumina
bibunt et experrecti siccis faucibus
estuant. Tu a me sompnii exigis spon-
sionem: ego te verius strictiusque con-
veniam. fecisti omnia que in baptis-
mate promisisti. Quid in hoc monachi
vocabulum flagitat in utroque com-
plevit. Cave queso ne per trabem tuam
vestucam meam videas. Invitus loquor
et retractantem linguam dolor in ver-
ba compellit. Non tibi sufficiunt que
de vigilante confingis nisi et sompnia

c

crimineris Tantum habes curiositatem
meorum actuum: ut quid dormiens
fecerim dixerim ne discucias. Pre-
termitto que contra me loquens tuum
propositum deturpasti que in depopula-
cionem omnium christianorum et urbis et orbis
feceris hoc unum denuncio et repeto
utrumque moneo Corinthiam bes-
tiam queris pestis et nisi caverem
illud apostoli maledici regnum dei non possi-
debunt: et mordentes invicem con-
sumpti estis ab invicem: iam nunc
sentires de parvula subdolaque concor-
dia magnam in mundo esse ortam
discordiam. Quid tibi prodest apud no-
tos pariter et ignotos in nos maledicta
congerere. An quia origeniste non sumus
et in celo nos peccasse nescimus inter se
aemuli peccatores. et ideo in concordia
redimimus ut michi loqui contra he-
reticos non liceret. ne si illos describerem
tu te appetitum putes. Quam diu non
renuebam laudacionem tuam seque-
baris me ut magistrum. fratrem et
collegam vocabas: et catholicum in
omnibus fatebaris. postquam vero agnovi
laudes tuas. et me indignum tanti vi-
ri preconio iudicavi illico vertisti stilum
et omnia prius laudata vituperas: de
eodem ore et dulce proferens et a-
marum. Sentis ne quod taceam quod
estuanti pectori verba non convenient

et cum psalmista loquar. pone domine custodiam ori meo. et ostium circumstancie labiis meis. ne declines cor meum in verba malicie. Et alibi Cum consisteret adversum me peccator obmutui et humiliatus sum et silui de bonis. Et rursum factus sum sicut homo non audiens et non habens in ore suo increpationes. Sed pro me tibi ultor dominus respondebit. qui dicit michi. Michi vindictam et ego retribuam. Et in alio loco Sedens adversus fratrem tuum loquebaris: et adversus filium matris tue ponebas scandalum: hec fecisti et tacui. Existimasti inique quod ero tui similis. Arguam te et statuam contra faciem tuam: ut me videas condempnatam que fratrem aliis criminaris. Audio preterea obici michi a Chrisogono sectatore eius. cur in baptismate dixerim universa peccata dimitti et mortuo bimarito novum virum in Christo resurgere atque huiusmodi sacerdotes in ecclesiis esse nonnullos. Cui brevi sermone respondeo. habet libellum quem in urbe vocat. illi respondeat et hunc sua disputatione subvertat. et scripta scriptis arguat. Quid austeritate frontis et contractis rugatisque naribus concinnata verba trutinatur et sanctitatem apud vulgus ignobile simulato rigore mentitur. Audiat nos contra proclamantes veterem Adam in lavacro totum mori. et novum cum Christo in baptismate suscitari. perire terrenum et nasci semper celestem. Hec dicimus non quo ipsi propitio Christo hanc condicionem teneamur. sed interrogati a fratribus quid nobis videtur respondimus nulli preiudicantes sequi quod velit nec alterius decretum nostra sententia subvertentes. Neque enim ambimus ad sacerdocium qui latemus in cellulis. nec humilitatis dampno episcopatum auro redimere festinamus. nec electum pontificem a deo rebelli tumore inque venire iugulare. nec favendo hereticis hereticos nos docemus. pecunias nec habemus nec habere volumus. habentes victum et vestitum his contenti sumus. Illud de ascensione montis domini iugiter decantantes. qui pecuniam suam non dedit ad usuram et munera super innocentem non accepit. qui facit hec non movebitur in eternum. Ergo qui non facit iam corruit in eternum. Explicit prima epistola seu prima pars epistole ad Pammachium et Marcellam Jeronimi pro se contra accusatorem defensio. Incipit secunda et est hec

Hucusque de criminibus ymmo preconiis meis que in me quodam subdolus laudator ingessit et discipulus eius Constancius arguit. Non ut debui sed ut potui. moderato dolore respondi. propositumque mihi est non tam alios accusare quam me defendere. Venio ad apologiam eius qua sancto Anastasio Romane urbis episcopo satisfacere nititur. et in defensionem sui. michi rursum calumpniam instruit. tantumque me diligit ut raptus turbine et in profunda dimersus meum potissimum invadat pedem ut mecum aut liberetur aut pereat. Dicit se firmum respondere rumoribus quibus illius Rome carpatur fides hominis probatissimi tam in fide quam in caritate dei: et non post triginta annos parentibus redditus. nollet eos deserere quos tam tarde viderat. ne inhumanus putaretur aut durus et tam longi itineris labore fragilior ad iterandos labores esset infirmus. ipsum venire voluisse quod quia non fecerit contra latratores suos misisse et baculum litterarum quem ille teneret in dextera et serpentes contra se abigeret. canes Si probatus est tunc est et maxime ipsi ad quem scribit episcopo in fide et caritate dei. quomodo Rome mordetur et carpitur. et ad pietatem existimacionis eius fama erubescit. Deinde cuius est humilitatis probatum se dicere in fide et caritate dei. cum apostoli petant domine auge nobis fidem. et audiant si habueritis fidem sicut granum sinapis. et ad ipsum dicatur Petrum modice fidei quare dubitasti. Quid loquar de caritate que et spe et fide maior est. et quam Paulus optat pocius quam presumit. sine qua et in martirio sanguis effusus corpusque flammis traditum coronam non habet premiorum. Harum utramque iste sic sibi vendicat. ut tamen contra se habeat latratores. qui nisi inclyti pontificis baculo repellantur. latrare non cessent. Illud vero ridiculum quod post triginta annos ad parentes reversum se esse iactat. homo qui nec patrem habet nec matrem. et quos viventes iuvenis dereliquit mortuos senex desiderat. nisi forte parentes militari vulgarique sermone cognatos et affines nominat. quos quia

Invectiva Je. contra apologiam Ruf. de qua supra fo. [illegible]
CCClxx.
a.

no uult desere ne in huanis putet
aut durus: idcirco patria delicta
aquileie habitat. pcclitatur roe
illa pbatissima fides eius: et hic
resupinus et lassulus post xgīnta
ānos p mollissimū flamine uer
venire no pot. sicqz ptendit longi
itineris lassitudinem: quasi xgin
ta ānis semp cucurrerit aut bie
nio aquileie sedens. ptenti itiner
labore confectus sit. Carpamus
reliqua et ipā eple eius vba pan
dam⁹. Quamuis igitur fides nrā
psecucionis hereticoꝝ tempore cū
in scā alexandrina ecclia degerem⁹
in carceribus et exilijs que pro fide
inferebant probata sit inde qd
no adiecerit iunctus ihu xpi et li
beratus sum de ore leonis et alex
ande ad bestias pugnaui et cur
sum consumaui fidem seruaui
supē michi corona iusticie: que
mala exilia. quos iste carceres no
minatur. pudet me apertissimi men
dacij: quasi carceres et exilia sine
iudicū sīnijs irrogentur. Volo tam
ipos scire carceres. et quaꝝ pvin
ciaꝝ se dicat exilia sustinuisse Et
vtiqz habet copiam de multis carce
ribus et infinitis exilijs vnū ali
quod nominandi. pdat nobis co
fessionis sue acta que huiusqz nes
cium⁹: ut int alios alexandrie
martires huius quoqz gesta recitem⁹
et contra latratores suos possit di
cere de cetō nemo michi molestus
sit: ego em̄ stigmata dn̄i mei ihu
xpi in corpore meo porto. Tamē
et nunc siquis est qui temptare
fidem nrām cupit uel audire uel
discere. sciat qd de trinitate ita cre
dim⁹ et reliqua. Sup contra ca
nes tuos baculū epō porrigis. qo
pro te inuictus incedat. Nunc qui
ambigens dicas siquis ē qui tēpta
re fidem nrām cupit. de vno dubi
tas: cū multoꝝ latratus ad te usqz
puenerint Non discucio paulum p
pelectiones tuas. quas et tu con
tempnis et despicis tm̄ sensibus
respondebo. Aliud a te queritur et
pro alio satisfacis. Contra arrij
dogmata iam alexandrie in carcel
bus et exilijs dimicaueras voce no
sanguine Nunc sup origenis heresi tibi
calumpnia commouetur Nolo cures
que sana sunt vulnera tua meditare
trinitatem dicas vnius esse deitatis
hoc toto credente iam mundo puto
qd et demones confiteantur filiū dei

natū esse de vgine et carnē natē
huane atqz animā suscepisse Si ar
rius quod rogaueris contenciosū vo
cabis Si dicas filiū dei huane natē
carnē atqz animā suscepisse. oro
te ut absqz stomacho respondeas
Anima ista quā suscepit ihus e
rat anqua nasceretur ex maria. an
in origine xginali que de spū sco
nascebatur cum corpore simul cā
ta est uel iam in vtero corpore fi
gurato statim facta et missa de celo
est. Ex hiis vnū quod sencias scire
desidero Si fuit anqua nasceretur
ex maria ergo erat anima ihu et
agebat aliquid ac p merita vtutū
postea facta ē anima eius Si cepit
extra ducē. huanaꝝ igitur animaꝝ
quas eternas fatemur et brutorū
animaliū que cū corpore dissoluunt
vna condicio est. Sin aūt corpore
figurato statim creatur et mittitur
fatere simplicit et nos scrupulo
libera: Nichil hoꝝ loqueris sed occu
patus malijs simplicitate nrā ab
vteris. et pstigijs pompaqz vboꝝ
here nos no sinis questioni Quid
inquies: Nonne questio erat de re
surrectione carnis et penis diabli
fatere ergo breuit pureqz responde
Non quero qd scribis eandē carnē re
surgere in qua viuim⁹. nullo mebro
amputato nec aliqua corpis pte
desecta. hec em̄ tua vba sunt sed qro
qd origenes negat vtrū in eodē sexu
quo mortua sunt corpa suscitentur
et maria maria Johēs resurgat Jo
hānes an commixto sexu atqz turba
to nec vir sit nec femina sed vtrū
qz uel neutrū. et an ipā corpora in
corrupta et in mortalia ut arguti
sermones iuxta aplm spūalia pma
neant metrnū: et no solū corpora
sed caro et sanguis infusus venis et
ossibus irrigatus que thomas teti
git. An cete paulatim resoluantur
in nichilū et ad quatuor vnde co
pacta sunt elementa retrahantur hec
aūt dicere debueras aut negare: et
no subdole ea loqui origenes fatetur
ut quasi fatuis et pueris illuderes
nullo mebro amputato nec aliqua
corpis parte desecta Scilicet hoc
timuimus ne sine naso et auribus
surgemus. et amputatis sectisqz
genitalibus eunuchorum in celes
ti ierlm ciuitas conderet. Porro de
diabolo sic sentenciam tepas. di
cis quoqz et iudiciū futuri t qo iudio

ccclxxi

unusquisque recipiat propria corporis prout
gessit sive bona sive mala. Quod si homines
recepturi sunt pro operibus suis, quanto
magis et diabolus qui omnibus exti-
tit causa peccati: de quo illud sentimus
quod scriptum est in evangelio: quia et
diabolus ipse et omnes angeli eius cum
his qui opera eius faciunt, id est quod criminato-
res cum ipso pariter ignis hereditate
potiantur. Si quis ergo negat diabo-
lum eternis ignibus mancipandum, partem
cum ipso eterni ignis accipiat, ut senti-
at quod negavit. Repetamus singu-
la. Dicimus, inquit, iudicium futurum
in quo iudicio et cetera. Super verborum vicijs
tacere decreveram, sed quia discipuli
eius mirantur eloquentiam preceptoris, pau-
ca perstringam. Dixeram iudicium futurum,
b sed homo tantus timuit solum dicere in
quo et posuit: in quo iudicio: ne si non
sub repetisset iudicium, nos obliti superiorum
pro iudicio asinum putaremus. Illud
quoque quod postea infert: qui criminato-
res cum ipso pariter eterni ignis here-
ditate potirentur, eiusdem est ve-
nustatis. Quis enim umquam audi-
vit potiri ignibus et frui supplicijs?
Sed homo grecus videtur michi se
ipsum interpretari voluisse et pro eo quod
dicitur K A P P W H W H H C W Y
C Y Y et apud nos uno verbo dici potest
hereditabunt, compositus et ornatus
hereditate potientur dixisse. Istius modi
nugis ac tautologijs omnis eius sta-
tet oratio. Sed redeamus ad sensum.
Grandi diabolus lancea percutitur,
qui omnibus extitit causa peccati, si pro
operibus suis quasi homines redditu-
rus est racionem: et cum angelis suis
eterni ignis hereditate potietur. Hoc
enim deerat, ut hominibus tormento
subditis ille non potiretur ignibus
quos tanto tempore desideraverat.
Et videris michi in hoc loco calumpni-
am diabolo facere et criminatorem
omnium falsis criminibus accusare. Dicis
enim qui omnibus extitit causa peccati, et dum
in illum refers crimina, homines culpa
liberas: tollisque arbitrij potestatem, sal-
vatore dicente quod de corde nostro exe-
ant cogitationes male, homicidia,
adulteria, fornicatio, furta, falsa
testimonia, blasphemie. Et rursum
de Iuda in evangelio legimus: post
buccellam introivit in illum sathanas,
qui ante buccellam sponte peccaverat
et nec humilitate nec clemencia salva-
toris flexus est ad penitenciam. Unde et
apostolus quos tradidi sathane ut dis-
cant non blasphemare. Et in alio loco:

c Tradi huiusmodi sathane in interitum
carnis, ut spiritus salvus sit in die domini.
Tradidit eos sathane quasi tortori
ad puniendum, quia antequam traderentur
et David occultis meis inquit munda
me et ab alienis parce servo tuo. Docu-
it et sue voluntatis errorem et vici-
orum incentiva significans. In ecclesiaste
quoque legimus: Si spiritus potestatem habens
ascenderit super te, locum tuum ne di-
miseris. Ex quo liquido apparet si de-
derimus ascendenti locum, nos peccasse
qui dedimus et ascendentem in nos
hostem non precipitem deturbaverimus.
Quod autem inferis: fratribus, hoc est
criminatoribus tuis, eternos ignes cum
diabolo, non tam fratres michi videris
deprimere quam diabolum sublevare,
cum isdem quibus homines christiani
ignibus puniendus sit. Ignes autem
eternos quos intelligere solet Origenes,
puto quod te non fugiant: conscien-
tiam videlicet peccatorum et penitudinem
interna cordis urentem, de qua et
Ysaias loquitur: Vermis eorum non morietur
et ignis eorum non extinguetur. Et ad Ba-
bilonem scriptum est: Habes carbones
ignis, sedebis super eos. Hij erunt tibi
in adiutorio. Et in psalmo penitens
audiat: Quid detur tibi aut quid
apponetur tibi ad linguam dolosam?
Sagitte potentis acute cum carbo-
nibus desolatorijs: ut linguam dolo-
sam sagitte preceptorum dei, de quibus
in alio loco propheta dicit: Versatus sum
in miseria dum configitur michi spi-
na, vulnerent atque confodiant et
peccatorum in ea solitudinem faciat. Illud
d quoque testimonium in quo dominus loquitur:
ignem veni mittere super terram et quam
volo ut ardeat, sic interpretantur: omnes
cupio agere penitenciam et excoquere
spiritu sancto vicia atque peccata. Ipse enim sum de
quo scribitur: Deus ignis consumens est.
Non ergo grande est hoc de diablo
dicere quod et hominibus preparatum est.
Magis debueras, ut suspicionem salutis
diaboli declinares, dicere perdicioni
factus es et non eris in eternum. Et ex per-
sona domini loquentis ad Iob de diabolo:
Ecce spes eius frustrabitur eum et
videntibus cunctis precipitabitur. Non
quasi crudelis suscitabo eum. Quis
enim resistere potest vultui meo? Quis
ante dedit michi ut reddam ei?
Omnia que sub celo sunt mea sunt. Non
parcam ei verbis potentibus et ad deprecan-
dum compositis. Unum hec possumus
quasi simplicis hominis excusari
et cum eruditos non subterfugiant

apud indoctos pferre innocentie si-
militudinem. Quod sequitur de
animarum statu: excusari omnino non
pot. dicit enim Audio et de anima
questiones esse commotas. de qua re
utrum recipi debeat querimonia aut
abici. vos probate. Si aut et de
me quid senciam queritur fateor me
de hac questione apud quam plurimos tra-
tatorum diversa legisse. Legi quosdam
dicentes. quod pariter cum corpore per
humani corporis traducem etiam anima
diffundatur et hoc quibus poterat
assertionibus confirmabant: quod
puto inter latinos tertullianum sensisse
vel lactancium. fortassis et alios non
nullos. Alii asserunt quod formatis
in utero corporibus deus cottidie fa-
ciat animas et infundat. alii factas
iam olim. id est tunc cum omnia deus cre-
avit ex nichilo. nunc eas iudicio suo
nasci dispenset in corpore. hoc sen-
tit et origenes: et nonnulli alii grecorum.
Ego vero cum hec singula legerim
deo teste dico quia usque ad presens certi
et definiti aliquid de hac questione non
teneo: sed deo relinquo scire quid sit
in vero. et si cui ipse revelare dignabitur.
Ego tamen hec singula et legisse me
non nego et adhuc ignorare confiteor
preter hoc quod manifeste tradit ecclesia
deum esse et animarum et corporum con-
ditorem. Antequam de sensibus dispu-
tem theophrasti verba mirabor. Audio
inquit de anima questiones esse commo-
tas: de qua re utrum recipi debeat que-
rimonia. aut abici vos probate. Si
questiones de anime statu in orbe
commote sunt que est ista querimonia
vel querela: que utrum recipi debeat
episcoporum iudicio derelinquitur. Nisi forte
questionem et querimoniam idipsum
significare putat: et in capite com-
mentariis huiuscemodi figuram reppe-
rerit. Deinde ponit. Legi quosdam
dicentes. quod pariter cum corpore per
humani seminis traducem etiam a-
nime diffundantur: et hoc quibus
poterant assertionibus confirmabant.
Et in consequentibus. Alii asserunt quod
formatis in utero corporibus deus cot-
tidie faciat animas et infundat.
Alii factas iam olim idest tunc cum omnia
deus creavit ex nichilo: nunc eas iudicio
suo nasci dispenset in corpore. Et hic
ordo pulcherrimus. Alii inquit asserunt
hoc vel illud. Alii factas iam olim idest
tunc cum omnia deus creavit ex nichilo. nunc
eas iudicio suo nasci dispenset in
corpore. Tam putide et inconsulte

loquitur ut plus ego in reprehendendo
laborem quam ille in scribendo adeximu
posuit. Ego vero cum hec singula lege-
rim et adhuc pendente sententia quasi
novum aliquid protulisset adiecit. Ego
tamen hec singula et legisse me non
nego: et adhuc ignorare confiteor.
O infelices animas. que tantis vici-
orum lanceis vulnerantur. Non eas pu-
to iuxta origenis errorem tantum laboras-
se cum de celo intras ruerent et crassis
corporibus vestirentur. et nunc. et verbis
et sinnis hinc inde collisis perimi tam k
a k h φ a θ ω ⊢ quod de humani se-
minis traduce diffundi anime dicuntur.
Stoicorum inter xpianos verborum vicia non sole-
o reprehendi sed ex paucis ostendere volui
cuius temeritatis sit docere quod nesci-
as scribere quod ignores: ut simul et
prudenciam et in sensibus requiramus.
Mittit epistolam id est robustissimum bacu-
lum quo romane urbis armetur episcopus
et in ipsa questione per quam canes latrant
dicat se nescire quod queritur. Si igno-
rat pro quo sibi calumpnia commovetur
quid necesse est apologiam mittere qui
non habeat defensionem sui sed igno-
rancie confessionem. hoc est suspi-
tiones hominum non sopire sed serere. Tres
super animarum statu ponit sentencias. et in
fine concludens singula inquit legisse
me non nego: et adhuc ignorare con-
fiteor. Archesilam aut carneadem pu-
tes qui omnia incerta pronunciant. licet
et illos superent caucione. Illi enim
omnium philosophorum invidiam non ferentes. quod
vitam e vita tollerent verisimilia re-
pererunt ut ignoranciam rerum proba-
bilitate temperarent. iste se dicit incertum
de rebus omnino nescire quod verum sit. Si hic
erat responsurus que eum racio impu-
lit ut tantum pontificem in sciencie sue teste
faceret. Nimirum hec est illa lassitudo
quod triginta annorum itinere confectus
romam venire non poterat. Quasi vero et
alia nescimus et tamen imperitie nostre
testes non querimus. de patre et filio
et spiritu sancto de nativitate domini salvatoris
Super qua ysaias clamitat generacionem
eius quis enarrabit. Audacter loquitur
et misterium omnibus retro seculis ig-
noratum sciencie sue vendicat. et hoc solum
ignorat. quod ignoratum cunctis scan-
dalum facit. Scit quomodo deum virgo gene-
rarit. et nescit quomodo ipse sit natus
Animarum et corporum conditorem fatetur
deum. Sive anime ante corpora fuerint
sive cum corporum nascantur exordiis sive
iam formatis in utero figuratisque cor-
poribus mittantur. in omnibus novimus

auctorem dicam. Nec de hoc nunc questio est
utrum deus an alius eas fecerit. sed
ex hiis quas proposuit que sit vera sentencia
nescisse se dicit. Vide ne statim tibi
obiciatur. ideo te trium ignoranciam
confiteri: ne unum dampnare cogaris
et tertulliano et lactancio ideo parcere
d ne origenem cum illis iugules. Quantum
memoria suggerit nisi tamen fallor
nescio me legisse lactancium CYHC
HYPWXHHH animam dicere
Ceterum qui legisse te scribis. dic in quo
libro legeris ne ut me dormiente
sic illum mortuum calumpniatus esse
videaris. Sed in hoc nutabundus
incedis et cautus. Dicis enim puto nunc
latinos tertullianum sensisse vel lac-
tancium: fortassis et alios nonnullos
Non solum de animarum statu dubi-
tas. sed et de auctorum sensibus putas
et tamen aliquid nunc est. De anima-
bus enim aperte nescis et inscienciam
confiteris. De auctoribus autem sic
nosse te dicis ut putes pocius quam presumas
In solo origene non ambigis. Dicis
quippe hoc sentire origenes. Interro-
gabo te. Bene sentit an male? Nes-
cio inquis. Quid me igitur missis
tabellariis et crebrioribus nunciis doce-
re conaris: ut sciam quid nescias. Et
ne forte non credam impericiae tue
et arbitrer te callide reticere quod
nosti iuras deo teste quod usque ad presens
certi et definiti aliquid de hac questione
non teneas. et deo relinquis scire quod
sit in vero: et si cui ipse revelare dig-
nabitur. Per tanta secula nullus tibi vi-
detur dignus fuisse. cui de hac questione
dominus revelaret. non patriarcha.
non propheta. non apostolus. non martir. nec tu
quidem quando in carceribus et ex-
iliis morabaris. huiuscemodi sacramenta
patierunt. Dominus in ewangelio pater inquit
revelavi nomen tuum hominibus. Qui
patrem revelavit de animarum statu
cclxxiii tacuit: Et miraris si contra te fratrum
a scandala concitentur cum id nescire
te iures quod Christi ecclesia se nosse fatetur.
Exposita fide sua immo confessione
inscientie transit ad aliud: et excusa-
re se nititur cur libros periarchon
in latinum verterit et hoc scribit ad verbum
Audio inquit eciam inde esse dispu-
tatum. Quam prudenter accusationem
suam disputationem vocat. Quod
quidam origenis rogatus a fratribus
de greco in latinum transtuli. Que sunt
illa quedam nomen non habent. Ceteros
accusatorum libelli loquuntur. Puto
ait quod omnes intelligunt. Hoc pro

solo livore culpatur. Pro quo livore nunc
invident eloquencie tue. Aut fecisti quod
nullus hominum facere potuit. Ecce et
ego origenis multa transtuli. et preter
te nemo invidet nec calumpniatur
Si enim in quid aliquid est quod displi-
ciat in auctore: quare ad interpretem
detorquetur: Sicut in grecis habebatur
rogatus sum ut latinis ostenderem
grecis sensibus verba dedi latina tantum-
modo. Sive ergo in illis sensibus laus
inest aliqua non est mea sive culpa
similiter non est mea. Et miraris si de te
homines male homines senciant cum
de apertis blasphemiis dicas si est ali-
quid quod displiceat in auctore. Omni-
bus que in illis libris dicta sunt displi-
cent. et tu solus dubitas et quereris
cur id ad interpretem detorqueatur. quod
in translationis tue prefatione laudasti
Rogatus eras ut quomodo habebatur
in greco in latinum verteres utinam
fecisses quod rogatum esse te simulas
nulli nunc invidie subiaceres. Si tu
translationis servasses fidem. michi
necessitas non fuisset. ut interpretacionem fal-
b sam vera interpretacione subverterem. No-
vit consciencia tua que addideris que sub-
traxeris que in utramque partem ut
tibi visum fuerit immutaris. Et post
hec audes dicere. quod et bona et
mala non tibi sed auctori debeant im-
putari. et oppressus invidia adhuc verba
moderaris: et quasi super aristas pe-
denti incedens gradu loqueris Sive
in illis sensibus laus est sive culpa
Defendere non audes et tamen damp-
nare non vis. Elige e duobus quod vis
optio tibi datur. Si bona est interpretatio
tua lauda. si mala condempna. Verum
excusat se: et subnectit aliam stro-
pham. Dicit enim Quin immo eciam illud
adieci. sicut in prefatiuncula mea desig-
navi ut in quantum possem aliquanta
deciderem. Illa tamen que michi ad
suspicionem veniebant quod non ab ipso
origene ita dicta sed ab aliis videntur
inserta propter hoc quod de eisdem rebus
in aliis locis eiusdem auctoris catho-
lice dictum legeram. Mira eloquencia et
attico flore variata quin immo eciam et
que michi ad suspicionem veniebant
ausum illum esse hec romam verborum por-
tenta transmittere Compeditam pu-
tes linguam eius. et inextricabilibus
nodis ligatam. vix in humanum sonum
erumpere. Sed ad causam redeam.
Quis tibi dedit licenciam. ut multa
de interpretatione decideres: Rogatus eras
ut greca in latinum verteres non ut eme-

dares. Rogatus eras ut greca in lati-
num verteres non ut alterius dicta per-
ferres. non ut tua conderes. Non fecisse
te quod rogatus es per addendo plurima
confiteris. atque utinam precidisses ma-
la et non in assertionem malorum tua
multa posuisses. E quibus unum profe-
ram ut ex hoc cognoscantur et cetera.
In primo libro periarchon ubi origenes
lingua sacrilega blasphemavit quod fi-
lius patrem non videat tu etiam causas
reddis quasi ex persona eius qui scripsit
et didimi interpretaris σχολιον
in quo ille casso labore conatur alienum
errorem defendere. quod origenes qui-
dem benedixit; sed nos simplices
homines cuculi scientiam nec illius
sapientiam nec tuam qui interpretatus es
intelligere possumus. prefatio tua quam
nominas et in qua me miris laudi-
bus ornas. te reum pessime translatio-
nis facit. Dicis enim quod de greco
multa decideris. licet taceas quod
addideris. Que decidisti mala erant
an bona. utique mala. Que reser-
vasti bona an mala. utique bona. Ne-
que enim mala transferre poteras. Ergo
mala amputasti et reliquisti bona.
Nulli dubium est. probantur autem que
translata sunt pene omnia mala. Quidquid
ccclxxiiii
igitur malum in translatione monstra-
vero tibi imputabitur qui illud pro
bono transtulisti. Aliud est si iniquus
censor eiusdem criminis reos. alios
de senatu pellis alios in curia retines.
Sed dicis omnia mutare non poteram
ea tamen que addita ab hereticis arbitra-
bar mihi amputanda credidi. pul-
chre. Si amputasti que addita ab he-
reticis estimabas ergo que reliquisti
eius sunt quem interpretabaris. Si eius
sunt quem interpretatus es. responde utrum
bona an mala sunt. Mala transferre non
poteras. Semel enim que ab hereticis ad-
dita fuerant amputasti nisi forte he-
reticorum multa amputare debueras
et origenis errores in latinum integros
vertere. Dic ergo quare origenis ma-
la in latinum verteris ut auctorem mali
proderes an ut laudares. Si prodis
in prefatione cur laudas. Si laudis here-
ticus comprobaris. Restat ut quasi bona
protuleris. sed hec bona probantur
mala. Igitur unius et auctor et in-
terpres eius criminis erunt et impleb...
illa scriptura videbas furem et currebas
cum eo. et cum adulteris portionem
tuam ponebas. Non necesse est rem pla-
nam argumentatione dubiam facere.

Quod sequitur respondeat unde illi
sit orta suspicio hec ab hereticis addi-
ta. Quia inquit de eisdem rebus in
aliis locis eiusdem auctoris catholi-
ce dictum legeram. Videamus quod
primum est. ut ordine veneris ad secundum.
Probo ego inter multa origenis ma-
la hec maxime heretica: dei filium crea-
turam. spiritum sanctum ministrum. mundos
innumerabiles eternis sibi seculis succe-
dentes. angelos versos in animas ho-
minum. animam salvatoris fuisse an-
tequam nasceretur ex maria. et hanc esse
que cum in forma dei non est rapinam
arbitrata equalem se esse deo sed se
exinaniit formam servi accipiens.
resurrectionem nostrorum corporum sic futuram
ut eadem membra non habeant. quia
cessantibus membrorum officiis. superfluo
membra reddantur ipsaque corpora tenuia
et spiritualia paulatim evanescere et
in aerem tenuem atque in nichilum dis-
sipari. in restitutione omnium quando
indulgentia venit principalis. cheru-
bin et seraphin thronos principatus
dominationes. virtutes. potestates archange-
los angelos. diabolum demones. ani-
mas omnium hominum tam christianorum quam
iudeorum et gentilium. unius condicionis
et mensure fore. Cumque ad formam
et libram equitatis pervenerint et ra-
tionabiles creaturas omni corporum fece
deposita. novus de mundi exilio populo
revertentis monstraverit exitus tunc
rursus ex alio principio fieri mundum
alium et alia corpora quibus labentes
de celo anime vestiantur. ut veren-
dum nobis sit. ne qui nunc viri sumus
postea nascamur in feminas. et que
hodie virgo tunc forte prostibulum
sit. Hec in origenis libris ego here-
tica doceo. tu ostende in quo eius ope-
ribus contraria legeris. Nolo dicas que
de eisdem rebus in aliis locis eiusdem
auctoris catholice dicta legeram.
Nec me mittas ad sex milia eius li-
bros. quos legisse beatum papam
epiphanium criminaris. sed ipsa loca
nomina. Nec hoc mihi sufficit nisi
eadem dicta ad verbum protuleris. Non
est fatuus origenes. et ego novi. Con-
traria sibi loqui non potest. Igitur ex hac
supputatione illa summa nascitur non
hereticorum esse que amputasti sed
origenis. cuius ideo mala interpretatus es
quia putasti bona. et tibi tam bona
quam mala illius imputanda cuius
scripta prologo comprobasti. Sequitur
in eadem apologia. Origenis ego

neque defensor sum neque assertor neque
primus interpres. Alii ante me hoc idem
opus fecerant; feci et ego postremus
rogatus a fratribus. Si iubet ne fiat
iussio obseruari solet in posterum. Si
culpantur qui ante iussionem fecerunt
culpa a primis incipiat. Tandem euomu-
it quod volebat et omnis animi tumor
in ire accusationis erupit. Inuidiam
ubi interpretatus libros periarchon me sequi
se dicit. ubi accusatur cur hoc fecerit
meum ponit exemplum. et securus
et perditus sine me uiuere non potest.
Audiat igitur quod nescire se simulat.
Nemo tibi obicit quare origenem
interpretatus es. Alioquin hilarius et
ambrosius hoc crimine tenebuntur. sed
quia que interpretatus es heretica prae-
fationis tue laude firmasti. Ego ipse
quem in crimine uocas sit septuaginta
omelias eius transtuli et nonnulla de
thomis. ut et mala in bonorum interpre-
tatione subtraherem. et aperte in libris
periarchon ad coarguendam translationem
tuam. quid lector uitaret ostenderem.
Vis origenem in latinum uertere. ha-
bes interpretatas eius omelias et thomos
in quibus moralis tractatur locus. et
scripturarum panduntur obscura. hoc in-
terpretare hoc rogantibus tribue. Quod
primum labor tuus incipit ab infamia
cur translatus heretica in defensione
eorum praemittis quasi martiris librum
et ad romanis ingeris auribus. quod
translatum totus orbis expauit. Aut
certe si ideo interpretaris ut eum hereticum
arguas nihil de greco mutes et hoc
ipsum praefatione testare quod pruden-
tissime papa anastasius in epistola quam
contra te scribit ad episcopum iohannem suo
sermone complexus est. me liberans
qui id feci et te arguens qui facere
noluisti. At ne forsitan hoc quoque
neges subieci eius exemplum ut si non
vis audire fratrem monentem audias episcopum
condempnantem. Dicis te esse de-
fensorem atque assertorem origenis.
Iam tibi proferam librum tuum de quo
in famosa illa praefatiuncula pelagii o-
peris tui his uerbis loqueris. Cuius
diuersitatis causam plenius tibi in
apologetico quem pamphilus in libris
suis scripsit edidimus breuissimo li-
bello super addito in quo euidentibus
ut arbitror probamentis corruptos
esse plurimis ab hereticis et maliuo-
lis libros eius ostendimus. et precipue
istos quos nunc exigis ut interpreter id
est periarchon. Non dico suffecerat eu-
sebius uel certe ut tu uis pamphili

pro origene defensio nisi quod ab illis
minus dictum putabas et tu quasi sapien-
tior et doctior adderes. Longum est si
velim totum librum huic operi inserere
et praepositis capitulis ad singula respon-
dere quid in his uiciorum sermo habeat
quid mendaciorum assercio quid incon-
sequens textus ipse uerborum. unde la-
boriose disputationis fastidia fugiens
et in arctum uerba compingens tantum
sensibus respondebo. Statimque de
portu egrediens impegit nauim. Re-
ferens enim de apologia pamphili mar-
tiris quam nos eusebii arrianorum prin-
cipis probauimus de qua dixerat prout
potuimus uel res poposcit latino ser-
mone digessimus intulit. Illud est quod
te desideriorum vir machari admonitum
volo ut scias hanc quidem fidei re-
gulam quam de libris eius supra expo-
suimus esse talem que amplectenda
sit et tenenda. omnibus enim his ca-
tholicum inesse sensum euidenter compro-
batur. Quamuis de eusebii libro mul-
ta subtraxerit. et in bonam partem
de filio et spiritu sancto nisus sit commutare
tamen multa in alio scandala reperiuntur
et apertissime blasphemie que iste
sua negare non poterit: catholica esse
pronuncians. Dicit eusebius. immo ut
tu uis pamphilus in ipso volumine
filium patris ministrum spiritum sanctum non de
eadem patris filiique substantia animas ho-
minum lapsas esse de celo. et in hoc quod
sumus de angelis commutatis in resti-
tutione omnium equales et angelos et
demones et homines fore et multa a-
lia tam impia et nefaria que etiam
replicare sit criminis. Quid faciet
assertor origenis et interpres pamphi-
li: Si in his que emendauit tanta
blasphemia est. in illis que ab here-
ticis falsata confingit. quanta sacrile-
gia continentur. Cuius opinionis causam
hanc suspicantur quod vir neque stultus
neque insanus dicere sibi repugnantia
non potuerit. et ne forsitan putaremus
diuersis eum uaria scripsisse temporibus
et pro etatibus edidisse contraria addi-
dit. Quid facimus quod interdum in eis-
dem locis. atque ut ita dixerim in con-
sequenti pene capite sensus contrarius
sus inuenitur inserta. Numquid in
eodem opere eiusdem libri. et interdum
ut diximus statim in consequenti ca-
pitulo oblitus sui esse potuit. ubi cum ut
qui superius dixerat nusquam inueniri
omnium scripturarum ubi spiritus sanctus factus uel
factus esse dicitur continuo subiecit
inter ceteras creaturas factum esse spiritum

cclxxv
a

spm scm, aut itm qui prem et filiu
vnius sube quod grete ω ϰ ω υ σ υ
ω ς dicitur designauit in consequen//
tibus statim capitulis altius esse
sube et catu potat dice cum qua pau//
lo ante de ipa natiua dei prius pronunc//
tiauerat natu. hec ipius vba sunt
negare no pot. Nolo dicas vbi causa
ut qui supius dixerat. sed ipm libro
nomina vbi prius benedixerat et
postea male. vbi spm scm et filiu
de prius esse suba statim in consequenti//
bus asseruit caturas. Nescas ne me
origenis hec omnia legisse q plima
ad populu falezas ego te intus et in
cute noui. vir doctissimus eusebius
doctissimu dixi no catholicum. ne mo//
re solito michi et in hoc calupniam
struas p sex volumina nichil aliud
agit nisi ut origenem sue ostendat fidei
id est arriane pfidie. et multa post
exempla. et hoc constant probat. Tibi
in quo somnio alexandrini carceris
reuelatum est. ut que ille vera pro
fitetur: falsata confingeras. Sed for//
sitan hic ut arrianus ab hereticis ad//
dita mottasioz sui fecerit erroris: ne
solus male sensisse cont ecclesiam
putaretur. Quod respondebis pro didi//
mo. qui certe in trinitate catholicus e
cuius etiam nos de spu sco librum
in latina linguam vtimus. Certe hic
in hys que ab hereticis in origenis opi//
bus addita sunt consentire no potuit
et in ipis periarcon quos tu in scripta//
tus es libris. breues commentariolos dic//
tauit. quibus no ab origene negaret
scripta que scripta sunt sed nos simplices
homines no posse intelligere que di//
cuntur. et quo sensu in bonam partem
accipi debeant psuadere conatur. hoc
dumtaxat de filio et spu sco. Ceterum in
alys dogmatibus. et eusebius et di//
dimus aptissime in origenis scita conce//
dunt: et quod omnes ecclie reprobant. catho//
lice et pie doctum ee defendunt. videa//
mus tamen quibus argumentis probare
nititur origenis ab hereticis scripta vici//
ata.

b

Clemens inquit aplorum discipulus
qui romane ecclie post aplos epus et
martir fuit libros edidit qui appel//
lantur α η α ϑ ς ω ρ υ σ ϰ ω σ id
est recognicio in quibus cum ex psona
petri apli doctrina quasi vere aplica i
qua plurimis exponatur in quibus ita
eunomy dogma inseritur: ut nichil
aliud qua ipse eunomius disputare
credatur filiu di catu de nullis existen//
tibus asseuerans. ut post alia que
prolixum est scribere: quid queso ait

de hys sentiendu est quod aplicus vir here//
tica scripserit. An id potius credendu
est quod prauisi homines assercionem
dogmatu suorum sub virorum scorum noie
tamqua facilius credenda inseruerint
ea que illi nec sensisse credendi sunt
Clementem quoque alexandrine ecclie
pbrm viru catholicu scripsit in libris
suis interdum di filiu dicere creatum
et dyonisiu alexandrine vrbis epm
viru eruditissimu contra sabelliu qua//
tuor voluminibus disputantem in
arrianu dogma delabi: et sub hys
exemplis illud ait ut no ecclesiasticos
et catholicos viros male sensisse. sed
ab hereticis eorum scripta ee corrupta ee
testetur. et concludat ad extremu dicens
de origene quoque in quo similiter
ut in hys quos supradiximus queda
diuersitas i ueniuntur. istud no sufficiat
sentire quod de pmdictis iam catholicis
sentitur uel intelligitur viris. nec simi//
lis cause similis sufficiat excusacio.
Si contenditur ut quicquid in libris om
recipitur ab alys corruptu sit. nichil
eorum erit quorum fertur nominibus sed
hys deputabitur a quibus dicitur
esse viciatu quamquam illorum no erit quorum
inscripta sunt nomina atque ita fieri ut
omni nomina sunt nichil alius sit.

c

Hac defensionis pturbacione. nec
marcion nec manicheus. nec arrius
nec eunomius accusare poterimus
quia quidquid nos ab hys impie dictum
obiecerimus discipuli respondebunt
no a magistris suis ita editu. sed ab inimi//
micis esse violatum. hoc genere. et
iste ipse tuus liber. tuus no erit. sed
forsitan meus: et meus liber quo tibi
accusatus respondeo. si in illo aliquid
reprehenderis: no erit meus sed tuus
a quo reprehenditur. Et dum omnia ad
hereticos refers. quod ecclesiasticis tri//
bues. quibus propriu nichil relinquis
Et quomodo inquies in libris eorum
viciosa nonnulla sunt Si me causas
viciorum nescire respondeo no statim
hereticos illos iudicabo fieri pot ut uel
simpliciter errauerint. uel alio sen//
su scripserint uel a librariis imperitis
eorum paulatim scripta corrupta sint:
uel certe antequam alexandria quasi de//
moniu meridianu arrius nasceretur
innocenter queda et minus caute lo//
cuti sint et que no possent prauisorum
hominum calupniam declinare. Obiciuntur
crimina et tu no illu defendis sed a//
lios accusas. nec crimen renuis. sed
criminosorum turbam requiris. Si tibi
diceretur quos habet origenes i heresi

socios: recte ista proferres. Nunc a te qui-
tur si hec in origenis libris scripta repperim
bona sint an mala. Taces et pro his
alia loqueris Clemens hoc ait: dioni-
sius in isto errore reprehenditur. Athana-
sius epus sic dionisij defendit errorem
d aplorum scripta similiter deprauata sunt. Quo-
modo et nunc tibi ab alijs nomen herese-
os impingitur et tu pro te taces et pro
me confiteris Ego neminem accuso
pro me tantum respondisse contentus. Non
sum qd arguis. si tu es qd accusaris ipse
uideris. Nec absolucio mea nec reatus
te aut innocentem. aut noxium eius
approbabit. Premissa falsatione ab he-
reticis aplorum et utriusque clementis. atque
dyonisij venit ad origenem et hijs verbis
loquitur. Ipsius hoc conquerentis et de-
plorantis scriptis ac vocibus probauimus
Quid enim ipse tunc adhoc in carne viues
sentiens videns quod perpessus sit de libris
suorum uel sermonum corruptionibus uel
adulterinis editionibus exprimis epistola
quam scripsit ad quosdam caros suos ab
alexandria euidenter docetur. Statim
quoque exemplum subiungit eple. Et qui fal-
sitatem scripturarum origenis hereticis im-
putat ipse incipit a falsitate: non ita inter-
pretans ut habetur in greco nec latinis
insinuans qd ipse sinus liis profitetur.
Cumque ille tota epla demetrium alex-
andrine urbis epm laceret et in totius
orbis epos et clericos inuehatur. et
frustra ab ecclesijs excommunicatum esse
se dicat nec velle in maledicti referre
vicem ne scilicet maledictus esse videatur
homo qui in tantum cautus sit ad maledi-
cendum ut ne diabolo quidem audeat
maledicere: vnde et candido valen-
tiani dogmatis sectatori calumpniandi
occasionem dederit. qd diabolum sal-
uande dixit esse nature. hic dissimu-
lato argumento eple. fingit pro origene
quod ipse non loquitur vnde ipsius esse
partem paululum ex superioribus transtuli
et in hijs nixi que a busto romanice
dolesque translata sunt. ut quo consi-
lio superiora tacuerim lector agnoscat

cclxxvj a Contra sacerdotes ergo ecclesie qualiter
disputans a quibus indignus commune
eius fuerat indicatus. hec intulit.
Quid necesse est de propheticis sermoni-
bus dicere quibus sepissime pastoribus
et maioribus natu et sacerdotibus a
principibus populi comminatur et ar-
guit eos. Quos absque nobis de sanctis
scripturis eligere potestis. et liquido
puidere qd forsitan hoc tempus sit de
quo dicitur nolite credere amicis nec
speretis in principibus et nunc implea-

vaticinium. duces populi mei me nescie-
runt. filij stulti sunt et non sapientes.
sapientes sunt ut faciant mala. be-
ne aut facere nescierunt. Quorum
magis misereri quam eos odisse debemus
et orare pro illis quam eis maledicere
Ad benedicendum enim et non ad maledi-
cendum creati sumus vnde et michael
cum aduersus diabolum disputaret de
moisi corpore. nec tanto quidem
malo ausus est iudicium inferre blas-
phemie sed dixit Imperet tibi dns.
Cuiquid simile etiam in zacharia
legimus Increpet te dns diabole
et increpet in te dns qui elegit ihrlm
Itaque et nos cupimus increpari a domino
eos qui noluerunt cum humilitate a proximis
increpari. dicente aut michael.
increpet tibi dns diabole et zacha-
rias similiter. vtrum increpet an non
increpet dns diabolum ipse viderit
et si increpat quomodo increpet ipse
cognoscat. Et post multa que pro-
lixum est scribere addidit. Nos hoc sci-
mus. qd eicientur de regno celorum   b
non solum qui grandia peccauerunt
vbi gratia fornicatores et adulteri. et
masculorum concubitores. et fures. sed
et qui minora deliquerunt ex eo qd
scriptum est neque ebriosi neque maledici
regnum dei possidebunt. et tam in bo-
nitate quam in seueritate dei esse men-
suram. vnde cuncta nitimur agere con-
silio in vini quoque potu et in moderatione
sermonis ut nulli audeamus male-
dicere. Ergo cum propter amorem dei
caueamus in quempiam maledicta con-
ferre. recordantes illius dicta. non
fuit ausus iudicium inferre blasphemie
quod dicitur de michael contra dia-
bolum et in alio loco dnationes quidem
reprobant. glorias autem blasphemant
Quidam eorum qui libenter causaci-
ones repperiunt ascribunt nobis et
doctrine nostre blasphemiam: super qua
ipsi viderint quomodo illud audiant
neque maledici regnum dei possidebunt
licet preterm malicie et perdicionis eorum
qui de regno dei eiciuntur dicant posse
saluari qd ne mente quidem quis captus
dicere potest. Ceteraque que ex eadem epla
transtulit. pro hoc quod in fine verborum
origenis interpretati sumus. Ergo cum
propter timorem dei caueamus in quempiam
maledicta conferre. et reliqua. iste
fraudulenter amputatis superioribus
ex quibus inferiora dependent sic
transferre cepit eplam: quasi hoc sen-
sus esset exordium. Et ait Quidam eorum
qui libenter habent criminari proximos

suos. ascribunt nobis et doctrine nostre crimen blasphemie. quod a nobis numquam audierunt: de quo ipsi viderint nolentes obseruare mandatum illud quod dicit. quia maledici regnum dei non possidebunt. dicentes asserere me patrem malicie et perdicionis et eorum qui de regno dei eiciuntur id est diabolum esse saluandum quod ne aliquis quidem mente motus. et manifeste insaniens dicere potest. Conferte origenis verba que superius ad verbum transtuli his que abisto non versa sunt sed euersa. et quanta in se non solum verborum sed et sensuum habeant dissonanciam perspicietis. Obsecro ne molesta sit vobis prolixior inceptatio. Idcirco enim omnia vertimus ut quo consilio superiora tacuerit probaremus.

Habetur dialogus apud grecos origenis et candidi valentiniane heresios defensoris: in quo duas andabatas digladiantes in se expectasse me fateor. Dicit candidus filium de patris esse substancia. errans in eo quod ΠΡΩΒΩΛΗΤ id est platonem asserit. e regione origenes iuxta arrium et eunomium repugnante. eum uel prolatum esse uel natum. ne deus pater diuidatur in partes: sed dicit sublimen et excellentissimam creaturam voluntate extitisse patris sicut et ceteras creaturas. Rursum ad secundam venitur questionem. Asserit candidus diabolum pessime esse nature. et que saluari numquam possit. Contra hoc recte origenes respondit. non eum perituere esse substancie. sed voluntate propria corruisse et posse saluari. Hoc candidus vertit in calumpniam quasi origenes dixerit. diaboli naturam esse saluandam quod ille false obiecerat hic refutat et intelligimus in hoc tantum dialogo ab origene argui hereticam falsitatem. et non in ceteris libris de quibus numquam questio fuit. Alioquin si omnia que heretica sunt non erunt origenis sed hereticorum: omnes autem preter modum illius tomi. his erroribus plenum sunt. nichil origenis erit. sed eorum quorum ignoramus vocabula. Non ei sufficit grecos et latinos calumpniari de quibus pro vetustate temporum et longinquitate regionum habet licenciam quod quid voluerit mentiendi. Venit ad latinos et primum post hilarium confessorem: quod post ariminensem synodum liber ipsius falsatus ab hereticis sit. et ob hanc causam in concilio episcoporum ei questio moueretur proferri libros de domo sua iusserit qui nesciente se in scriniis suis hereticus tenebatur. Cumque probatus fuisset. et ab omnibus hereticus indicatus auctor libri excommunicatus de concilii conuentione discesserit hoc familiaris meus narrat somnium. et tante auctoritatis se putat. ut nemo ei contra confessorem ista simulanti audeat contradicere. Responde quaeso synodus a qua excommunicatus est in qua urbe fuit: dic episcoporum vocabula. profer sentencias subscriptionum. vel diuersitatem vel consonanciam. Doce qui eo anno consules fuerint quis imperator hanc synodum iusserit congregari gallie tantum episcopi fuerint. an et ytalie et yspanie. certe ob quam causam synodus congregata sit. Nichil horum nominas. sed virum eloquentissimum et contra arrianos latini sermonis tubam ut origenem defendas excommunicatum a synodo criminaris. Sed confessoris calumpnia utcumque tolleranda est. Transit ad melicium martirem cyprianum et dicit tertulliani librum cui titulus est de trinitate sub nomine eius constantinopoli a macedoniane partis hereticis lectitari.

CCClxxviij

In quo crimine mentitur duo. Nam nec tertulliani liber est. nec cypriani dicitur sed nouaciani cuius et inscribitur titulo et auctoris eloquium stili proprietate demonstrat. et superfluum puto apertas ineptias confutare. Cum michi ingeratur tabella a synodo videlicet et sub nomine cuiusdam amici damasi romane urbis episcopi. ego petar cui ille ecclesiasticas epistolas dictandas credidit et appollinariorum versucie describat quod athanasii librum ubi dominicus homo scriptus est acceptum ad legendum ita corripuerit. ut in litura id quod raserant rursus inscriberent: ut scilicet ab illis non falsatum: sed a me additum putaretur. Queso te amice carissime. ut in ecclesiasticis tractatibus ubi de veritate dogmatum queritur et de salute animarum nostrarum maiorum flagitatur auctoritas. huiusmodi deliramenta dimittas et prandiorum cenarumque fabulas pro argumento non teneas veritatis. fieri enim potest. ut etiam si a me verum audisti alius qui huius rei ignarus est dicat a te esse compositum et quasi mimum philistionis uel lentuli ac marulli stropham: eleganti sermone confictam. Quo non perueniat semel effrenata temeritas. post excommunicationem hylarii post cyprianum ΗΥΑΗϹΥΓΡΑΦΩΤ hereseos librum post athanasii me dormita

te lituram simul et inscriptionem erupit aliquando contra papam epiphanium et dolorem por pectoris sui quo eum in epistola quam ad iohannem episcopum scripserat hereticum arguit: in apologia pro origene degerit. et hijs sermonibus consolatur.

b Quid potius aperienda est hoc in loco veritas latens. Non enim possibile est tam iniquo iudicio vti quemquam hominum: ut de causa equali non equaliter senciat sed quod auctores obtrectatorum eius hij sunt qui uel in ecclesia disputare latius solent uel etiam libros scribere qui totum de origene uel loquuntur uel scribunt. Hec ergo plures ipsorum furta cognoscant que vtique si ingrati in magistrum non essent: nequaquam criminosa viderentur simpliciores quosque ab eius lectione deterrent. denique quidam ex ipsis qui se velut euangelizandi necessitatem per omnes gentes et per omnes linguas habere putat. de origene male loquendi: sed milia librorum eius se legisse quam plurima fratrum multitudine audiente confessus est. Qui si vtique ut ipse dicere solet pro cognoscendis malis eius legebat/ sufficere poterant decem libri ad cognoscendum aut viginti certe aut quam plurimum triginta sex milia autem libros legere non iam velle cognoscere est sed totam pene vitam suam disciplinis eius ac studijs dedere. Quomodo ergo iste merito audiendus est cum eos culpet qui instructionis sue causa per pauca eius salua regula fidei atque integra pietate legerunt. Qui sunt isti qui in ecclesia disputare latius solent. qui libros scribere qui totum de origene loquuntur uel scribunt. Quorum sua noluit furta cognosci et ingrati sunt in magistrum id circo simplices ab illius lectione deterrent. Nominatim debes dicere: et ipsos homines denotare: Ergo beati episcopi Anastasius et theophilus et eusebius et cromatius et omnis tam orientis quam occidentis catholicorum synodus. qui pari sententia. quia pari et spiritu illum hereticum denunciat populis fures librorum illius iudicandi sunt: et quando in ecclesijs predicant non scripturarum misteria sed origenis furta commemorant. Non tibi sufficit passiua contra omnes detractio. specialiter contra beatum et insignem ecclesie sacerdotem stili tui lanceam dirigis. Quis est ille qui velud euangelizandi necessitatem per gentes et per omnes linguas habere se putat de origene male loquendi. qui sex milia librorum eius se legisse quam plurima fratrum multitudine audiente confessus est. in qua multitudine et caterua fratrum tu quoque medius eras. Quando ille in epistola sua queritur pro origenis heresi nefaria a te dogmata esse probata. Criminis ei dandum est quare grecam et syriam et hebream et egiptiacam linguam ex parte et latinam nouerit. Ergo et apostoli et apostolici viri qui linguis loquebantur in crimine sunt. et me trilinguem bilinguis ipse uidebis. de sex milibus autem libris quos ab eo lectos esse confingis. quis credet aut te verum dicere aut illum potuisse mentiri. Si enim origenes sex milia scripsisset libros poterat fieri ut vir eruditus ab infantia et curiositate et sciencia legisset aliena. Quod vero ille non scripsit: quomodo iste legere potuit. Numera indicem librorum eius qui in tercio volumine eusebij in quo scribit vitam pamphili continentur: et non dico sex milia sed etiam terciam partem non reperies. Habemus epistolam supradicti pontificis in qua huic calumpnie tue dum adhuc esses in oriente respondit. et apertissimum mendacium libera veritatis fronte confutat. d post hec et tanta audes in apologia tua dicere te non esse defensorem origenis neque assertorem illius proprius defensione pamphilus et eusebius tibi pares dixisse sunt nisi. Aduersum que volumina. si dominus vite huius spatium dederit: alias respondere conabor. Nunc tamen tuis assertionibus obuiasse sufficiat et hoc prudentem breuiter instruxisse lectorem. Me istum librum qui sub nomine pamphili ferebatur vidisse primum scriptum in codice tuo et quia non erat michi cure quid pro heretico diceretur: sic semper habuisse quasi diuersum esset opus pamphili et eusebij postea vero questione commota scriptis eorum respondere voluisse: et ob hanc causam legisse quid pro origene vnusquisque sentiret. perspicueque deprehendisse quod primus liber sex voluminum eusebij ipse esset qui vnus sub nomine pamphili a te editus est tam grece quam latine inmutatis dumtaxat sensibus de filio et spiritu sancto qui pariter blasphemia proferebat vnde etiam ante annos ferme decem cum dexter amicus meus qui prefecturam amministrauit pretorij me rogasset. ut auctorum nostre religionis ei indicem texerem inter ceteros tractatores posui et hunc librum a pamphilo editum. ita putans esse ut a te et tuis

discipulis fuerat divulgatum. Sed cum ipse di-
cat Eusebius Pamphilum nichil scripsisse
exceptis brevibus epistolis ad amicos: et
primus liber sex voluminum illius eadem
et isdem verbis contineat que sub nomine
martiris hereses introductas Pamphi-
li arte ficta sunt. Perspicuum est te ideo
librum hunc disseminare voluisse ut sub
nomine martiris hereses introduceres. Cumque
et de hoc ipso libro quem Pamphili simu-
las multa perverteris et aliter in greco
aliter in latino sint. Fraudem tuam errori
meo imputare non debes. Credidi enim
eius esse librum quem titulus preferebat
sicut periarchon et multa alia ori-
genis opera plurimorumque grece scriptorum
aut ante non legi aut nunc appellor
legere questione hereseos suscitata.
ut sciam que vitare debeam que
probare. Unde et in adolescentia ome-
lias tantum eius quas loquebatur ad po-
pulum et in quibus non tanta scanda-
la tenebantur. simpliciter rogantibus
bus transtuli. Nullus preiudicans ex hiis
que manifeste heretica sunt. Certe
ut compendium longi sermonis faciam
sicut ego ostendo me ab hiis accepis-
se librum qui de tuo codice transcripserunt
sic tu doce a quo exemplar acceperis
ut qui auctorem libri dare alium non po-
tuerit ipse falsitatis teneatur reus. Bo-
nus homo de bono thezauro cordis
profert talia que bona sunt. Utrumque ex
pomorum dulcedine generosi seminis ar-
bor agnoscitur. Scribit frater Eusebius
se apud Affricos episcopos qui propter ecclesiasti-
cas causas ad comitatum venerat
epistolam quasi meo scriptam nomine rep-
perisse in qua agerem penitentiam. et a
me ab hebreis in adolescencia in-
ductum esse testarer: ut hebrea vo-
lumina in latinum verterem. in quibus
nulla sit veritas. Quod audiens obstu-
pui. Et quia in ore duorum et trium stat
omne verbum. unius que testis nec cathom
creditum est idipsum multorum me ex ur-
be fratrum scripta docuerunt sciscitantium
an ita se haberet et quia ipsa epistola disse-
minata esset in vulgus lacrimabiliter
indicantium. Qui hoc ausus est facere
quid aliud non audeat. Bene quod
malicia non habeat tantas vires quantas
conatus periit innocentia. Si semper
nequicie iuncta esset sapientia. et to-
tum quodquid cupit calumpnia prevaleret
Stilum meum qualiscumque est et formam
eloquii vir disertissimus exprimere non
potuit: sed inter ipsas prestigias et alterius
personam quam sibi fraudulenter indue-
rat: quis esset ostendit. Ergo ille
qui epistolam sub nomine meo parare fin-
xerat. quod male hebrea volumina
transtulissem obicere me dicitur in
septuaginta condempnationem. scripturas
sanctas interpretatum ut sive falsa sive
vera sint que transtuli in crimine mane-
am. dum aut in novo opere errasse
me fatear. aut recens editio veteris
condempnatio sit. Miror quod in ea-
dem epistola homicidam. et adulterum
et sacrilegum ac parricidam me esse non
dixerit et quicquid post tacita mentis
cogitatio inter se turpitudinis volvere.
Gratias ei debeo agere quod cum tanta
silva sit criminum. unum michi erroris
vel falsitatis crimen obiecerit. Ego
nec contra septuaginta interpretes a-
liquid sum locutus. quos ante annos
plurimos diligentissime emendatos
mee lingue studiosis dedi. quos coti-
die in conventu fratrum edissero. quorum
psalmos iugi meditatione decanto.
Tam stultus eram. ut quod in pue-
ricia didici. senex oblivisci vellem
Universi tractatus mei horum testimoniis
texti sunt commentarii in duodecim prophetas
et meam in septuaginta editionem
edisserunt. O labores hominum semper
incerti. O mortalium studia contrarios
interdum fines habentia. Unde me
putabam me bene mereri de latinis
meis et nostrorum ad discendum animos
concitare. Quod etiam greci versum
de latino post tantos interpretes non
fastidiunt: inde in culpam vocor et
nauseanti stomacho cibos ingero.
Quid in homine tutum sit si innocentia
criminosa est. Dormiente patrefami-
lias inimicus homo zizania superse-
minavit. exterminavit vineam aper
de silva et singularis ferus depastus
est eam. Ego taceo et littere non mee
contra me loquuntur. Ignoro crimen
et in toto crimine orbe confiteor. Heu
michi mater ut quid me genuisti virum
qui iudicer et discernar omni terre. Omnes
prefaciuncule veteris instrumenti quarum
excepte exempla subieci. huius rei tes-
tes sunt. et superfluum est. quod in illis dictum
est scribere. Incipiam ergo a genesi
cuius prologus talis est

Hic obmissus est prologus Ge-
nesis et quedam scripta Jeronimi
post prologum in regum et etiam
prologus Job que pertinent ad
epistolam precedentem

Explicit epistola beati Jeronimi presbiteri
ad pamachium et marcellam pro

se et contra accusatorem

Incipit Epl'a beati Jeronimi ad cellanciam ne vxor mariti sui dimittat religionis causa sine illius consensu siue de eo modo viuendi

Vetus scripture celebrata sna est esse pudore quo gl'a inveniatur et gr'a et esse rursum pudo/rem qui solcat pare peccatum Cuius dicti veritas · quamq; sa/tis ad omni intelligenciam ipa sui lu/ceat claritate · michi tame nescio q° mo in pnti cu' prius innotuit · prouo/catus enim ad scribendu' l'cis tuis que inmus hoc a me obsecracionibus fla/gitabant · diu fateor de responsione dubitaui · silenciu' michi imperante verecundia · Cui tame fortissime re/sistebat et vim faciebat peti tuarum fidelis ambicio · pugnabatq; ac ter/ri hesitacione me humilitas obscaute/tis et magna quodammodo violencia oris claustra pulsabat · Cumq; sane animu' meu' vtrumq; in tantem cogita/diuisa libraret pene pudoris exclusit officiu' · Sed me illa qua sup' posui sa/pientis sna gimauit · ad expellenda' inutilem verecundiam et dapnosu' silenciu' resoluendum · cu' vtiq; ipam scribendi tam tam honestam videz esse tam sanctam · ut peccare me crede/rem si tacerem illud meu' scripture re/putans tempus loquendi et temp9 tacendi · et itm ne retineas v'bum in tempore salutis · Et illud beati pet' parati semp ad satisfactionem omi posce/ti vos racionem · Petis namq; et sol/licite ac violent' poscas: vt tibi certa ex scripturis p'firmam9 regula' ad qua' tu ordines cursum vite tue: et cognita dei voluntate inc' honorem scli et di/uiciarum illecebras morum magis dili/gas suppellectilem atq; ut possis in coniugio constituta no' solum coniugi placere · sed etiam qui ipm coniugium indulsit · Cui tam sce peticioni tam q; pio desiderio no' satisfacere quid a/liud est quia profrm altius no' amare pareto · igitur p'cibus tuis: teq; pa/ratam adimplendam dei volu'tatem tam p'sis intrar imitare sentenciis / de est enim verus omi ac magr' vel cu' nos vtinam placere possum9 · Ipe ita q; te informet et ipe te doceat qui interroganti in ewangelio adolescenti

quid faceret vt vitam eternam mereretur diuina continuo mandata proponit Ostendit nobis eius volu'tatem esse faciendam · a quo speramus et premia · Propt' quod alio testatur loco · Non omis qui dicit michi dne dne intrab't in regnum celorum · sed qui facit volu'ta/tem patris mei qui in celis est · ipse intrabit in regnu' celorum · Quo ma/nifeste illud ostenditur nos no' sola di confessione tanti premij magnitudi/nem p'meri · nisi fidei et iusticie opa coniuncta sint · Qualis enim est illa con/fessio · que sic deo credidit · ut eius pro nichilo ducat imperium · Aut quo ex animo ac vere dicimus dne dne si eius quem dnm confitemur p'cepta co'/tempnim9 · Vnde ipse in ewangelio dicit · Quid autem vocatis me dne dne · et no' facitis que dico · Et itm populus hic labijs me honorat cor autem eorum longe est a me · Et rur/sum loquitur p' prophetam filius hono/rificat patrem et seruus dnm suu' timebit Et si pater ego sum vbi est honor me9 Et si dns ego sum vbi e' timor meus Ex quo apparet · nec honorari a be'is dnm nec timeri qui eius p'cepta no' faciunt · Vnde expressius ad daniel dic'/qui peccatum admiserat et pro nichilo duxisti deu' Et ad hely sermo fit dni dicens Qui honorificat me honori/ficabo eum qui autem p' nichilo me habent · ad nichilum redigentur Et nos scimo ac bono animo sumus qui p' singula queq; di p'cepta inho/norantes dnm clementissimum dm ad iracundiam p'uocam9 · cuiusq; imperiu' superbissime contempnendo in tante maiestatis imus iniuriam: Quid ei vmq; tam superbum · quid vo' tam in/gratum videri pot qua' adu'sus eius viuere volu'tatem a quo ipm viuere accepcris qua' illius p'cepta despicere qui no' aliquid impat · ut cas' heat remunerandi Neq; enim obsequij nri deus indiget · sed nos illius indige'm imperio · Mandata enim eius deside/rabilia sup' aurum et lapidem preciosu' nimis et dulciora sup' mel et fauu' qm' in cu/stodiendis illis retribucio multa · Et co' nobis iu'stitur Ideirco magis illa i'/mensa di bonitas offenditur quia eius p' tanti eciam premij detrimenta contempnim9 · Non solum imperia sed eciam p'missa illius p' nichilo ducim9 Vnde semp' animo sepe nobis dm reuoluenda sna est · Si vis ad vita' venire s'ua madata · hoc enim tota nobiscum lege agitur · hoc p'phete

hoc a nobis et vox xpi et sanguis flagi-
tat qui ideo pro nobis mortuus est. ut
qui viuunt iam non sibi viuant sed ei qui
pro ipsis mortuus est. viuere autem illi
non aliud est. quam precepta eius seruare
mi qui nobis quasi extremum quoddam dilec-
tionis sue pignus seruandum mandauit
dicens. Si diligitis me: mandata mea
seruate Et qui habet mandata mea
et seruat ea ille est qui diligit me. ac
rursus ait Si quis diligit me sermonem
meum seruabit et pater meus diliget eum
et ad eum veniemus et mansionem
apud eum faciemus. Qui non diligit
me sermones meos non seruat Gra-
dum vim optinet vera dilectio et qui
perfecte amatur. totam sibi amantis ve-
dicat voluntatem Nichil est imperiosius
caritate Nos si vere xpm diligimus
si eius nos redemptos sanguine re-
cordamur. nichil magis velle homines
nichil omnino debemus agere quam quod
illum velle cognoscimus. duo autem
genera sunt mandatorum in quibus claudi dicitur
tota iusticia prohibendi vnum est. iuben-
di alterum Sicut enim mala prohibentur. ita
precipiuntur bona Ibi ocium imperatur hic stu-
dium Ibi cohercetur animus. hic inci-
tatur. Ibi fecisse. hic non fecisse culpa
est. homo qui velis vitam et cupis
videre dies bonos: prohibe linguam
tuam a malo. et labia tua ne loquantur
dolum Declina a malo. et fac bonum
Et beatus apostolus dicit odientes malum
adherentes bono. hoc itaque duplex
diuisumque preceptum. prohibendi scilicet
et imperandi. eque omnibus iure man-
datum est. Non virgo non vidua non nup-
ta ab hoc imperio secura est In quouis
proposito. in quouis gradu equale peccatum
est. uel prohibita admittere. uel ius-
sa non facere. Neque vero eorum seducat
error qui ex arbitrio suo eligunt ut man-
data contempnant: que uel quasi
uel parua despiciunt. Nec metuunt ne
secundum diuinam sententiam minima contem-
nendo: paulatim decidant. Stoicorum
quidem est peccatorum tollere differentiam et
delicta prauus omnia vindicare: nec
vllum inter scelus et erratum discrimen
facere. Nos vero et si multum distare
inter peccata credimus quia et legimus. ta-
men satis prodesse ad cautionem dicimus
Etiam minima timere pro maximis
Tanto enim facilius abstinemus quan-
to illud metuimus magis. nec tam
cito etiam ad maiora progreditur qui
etiam parua formidat Et sane nescio
an possimus leue aliquod peccatum dicere
quod in dei contemptum admittitur. estque

prudentissimus qui non tam considerat
quod iussum est. quam illum qui iusserit
nec quantitatem imperii sed imperantis
cogitat dignitatem. Edifica tecum ita
que te spiritualem domum non super leuitatem
harene. sed super petre soliditatem:
Innocencie in primis fundamentum
ponatur super quam facilius valeat cel-
sis arduum iusticie culmen surgere
Maximam enim partem equitatis imple-
uit qui nulli nocuit. Beatus qui potuit
cum sancto Iob dicere nulli hominum nocui
Iuste vixi cum hominibus vnde audac-
ter ac simpliciter loquebatur addens
Quis est qui iudicet me. Cum quis quest-
um aduersum me potest implorare
iudicium et se lesum a me esse conuin-
cat purissime consciencie est secure
canere cum propheta: perambulabam in
innocencia cordis mei in medio
domus mee. vnde alibi dicit Non
fraudabit deus bonis eos qui am-
bulant in innocentia Itaque in iudiciam o-
dium atque maliciam que uel maxima
uel sola sunt semina nocendi. xpiana
a se anima propellat. neque manum tantum
aut linguam. sed corde quoque custodi-
at innocenciam Non modo opere sed
voto etiam nocere formidet Quan-
tum enim ad pectoris rationem pertinet. nocuit
qui nocere disposuit Multi nomen
illud absolute atque integre definiunt
innocentem nec quod in eo nulli qui-
dem noceat quo prodesse desistat:
Quod si verum est. tum demum letare de
innocencie conscientia: si tu potes ad-
iuuare non desinas. Si non diuisa sunt
inter se atque distant Aliud est enim non nocere
quod semper potes Aliud prodesse cum possis
Aliud non facere malum aliud operari
bonum ibi rursus occurrat non sufficere
xpianum si vnam partem iusticie imple-
at: cui vtrumque precipitur Neque enim de-
bemus ad multitudinem hominum malam
respicere que nullum viuendi tenens
ordinem non tam ratione ducitur quam
quodam impetu fertur Nec imitandi
nobis illi sunt. qui sub xpiano nomine
gentilium vitam agunt et aliud pro-
fessione aliud conuersatione testantur
atque ut apostolus ait deum se confitentur
nosse. factis autem negant. Inter xpia-
num enim atque gentilem non fides tantum de-
bet sed vita etiam distinguere et di-
uersam religionem per diuersa opera
monstrare. Nolite ait apostolus iugum duce-
re cum infidelibus. Que enim participatio
iusticie cum iniquitate: Aut que so-
cietas luci ad tenebras. Que autem
conuentio xpi ad belial. Aut que pars

CCClxxx a

d

b

fideli cum infideli. Qui autem con-
sensus templo dei cum ydolis. Si aute
int nos atq illos maxima separatio
distinguitur certo discrimine error et ve-
ritas. Illi terrena sapiant que celestia
promissa non habent. Illi brevi huic vite
se totis implicent qui eternam nesciunt
vitam. Illi peccare non metuant qui
peccatorum impunitatem putant. Illi servi-
ant vitiis qui non sperant premia futura
virtutum. Nos vero qui purissima con-
fitemur fide omnem hominem mani-
festandum esse ante tribunal xpi ut re-
cipiat unusquisque propria corporis prout
gessit. sive bonum sive malum procul esse
debemus a vitiis dicente apostolo qui autem
sunt xpi carnem suam crucifixerunt cum vitiis
et concupiscentiis. Nec turbam sequitur
errantem qui se veritatis discipulos con-
fitentur. duas certe conversacionis vias
et distincta in diverso itinera vivendi
in evangelio veritas ostendit dicens
quam lata et spaciosa via est que ducit
ad mortem et multi sunt qui intrant
per eam et rursum quam arta et an-
gusta via est que ducit ad vitam. et
pauci sunt qui inveniant eam vide
quanta inter has vias separatio est
quam discrimen. Illa ad mortem. ista
ad vitam tendit. Illa celebratur a
pluribus et tenetur a multis hec vix
invenitur a paucis. Illa enim vitiis per con-
suetudinem quasi declivior et mol-
lior. et velut quibusdam amena flo-
ribus voluptatis. facile ad se rapit
commeancium multitudinem hec vero in
suecto calle virtutum strictior atque hor-
ridior videtur. Ab hiis tamen diligitur
quibus non tam delectatio itineris
cordi est quam utilitas mansionis. As-
peram enim nobis et insuavem virtutum
viam nimia facit viciorum consuetu-
do: que si inceptem altam trissera
Invenient sicut scriptura dicit semita
iusti recta est. ponamus iam ergo
[illegible] vite nostre per quam potissimum
gradiamus viam conscientia teste dis-
camus. Omne enim quodcumque agimus
aut de lata aut de angusta via est
Si cum paucis angustum iter et subtilem
quandam semitam invenimus
ad vitam tendimus. Si in vero mul-
torum comitamur viam. secundum domini sen-
tenciam imus ad mortem. Si igitur
odio atque invidia possidemur si cupidi-
tate et avaricia tenemur si presencia com-
moda futuris preferimus per spaciosam
incedimus viam. habemus enim ad
hoc comitum multitudinem. et late
simul circumstipamur agminibus. Si

iracundiam si libidinem explere vo-
lumus. si iniuriam vindicare. si ma-
ledicenti maledicimus et adversus
minimum minimo animo sumus. eque
cum pluribus ferimur. Si vel adula-
mur ipsi vel adulantem libenter audi-
mus. si vani dicere gracie impendi-
mus. et magis offendere timemus
hominibus quam non ex animo loqui domino
multorum vias imus tot nostri socii quot
extranei veritatis. E contrario ab
hiis omnibus vitiis vacui sumus si puram
ac liberam prestamus animam et omni cupi-
ditate calcata solis studemus divi-
tes esse virtutibus. per angustam viam
nitimur. Conversio enim ista paucorum
est. Estque perrarum atque difficile et viris
huius itineris comites reperire. quia
etiam multi hinc ire se simulant
et per diversa errorum diverticula ad viam
multitudinis revertuntur. Ideoque time-
dum est ne quos duces recti hui-
us itineris habere nos credimus. eos comi-
tes habeamus erroris. Si igitur inve-
niuntur exempla que nos per hanc
ducunt viam et rectum evangelii trami-
tem teneant: sequenda sunt. Si in
vero ea vel deficiunt vel deficere pu-
tantur apostolorum forma universis posita
est Clamitat vas electionis paulus
nos quasi ad hoc ipsum convocans dicit
imitatores mei estote sicut et ego
xpi. Certe quod est amplius omnibus
ipsius domini relucet exemplum qui in
evangelio ait venite ad me omnes
qui laboratis et honerati estis et
ego reficiam vos Tollite iugum meum
super vos et discite a me quia mitis
sum et humilis corde. Si periculosum est
imitari illos de quibus dubitas an imi-
tandi sint hunc certe imitari tutissimum
est atque eius vestigia insequi qui dixit
Ego sum via veritas et vita. Numquam
enim errat imitacio que sequitur ve-
ritatem unde et sanctus Johannes ait Qui
dicit se in xpo manere. debet sicut
ille ambulavit et ipse ambulare
Et beatus petrus ait xpus pro nobis
passus est relinquens vobis exem-
plum. ut sequamini vestigia eius
qui peccatum non fecit nec inventus est
dolus in ore eius. Qui cum maledi-
ceretur non maledicebat cum pateretur
non comminabatur. tradebat autem se iu-
dicanti iniuste. qui peccata nostra ipse
pertulit in corpore suo super lignum. ut
peccatis mortui iusticie vivamus. Cesset
omnis excusacio errorum. auferantur
peccandi feda solatia Nichil omnino
agimus qui nos per multitudinis exa-

·cccLxxxj
a

Doctrina scripture ad quid utilis et necessaria est

defendimus: et ad nostrum solatium nostram
alienam sepe innumeramus uitia: de-
esse nobis dicimus quos debeamus
sequi ad illius exemplum imitandum: quem
omnes fatemur imitandum. Atque ideo
precipua tibi cura sit legem nosse diui-
nam per quam possis quasi presentia cer-
nere exempla sanctorum. et quod facien-
dum sit quidue uitandum illius consi-
disce maximum implere diuinis elo-
quiis animum: et quod opere exequi cu-
pias: semper corde meditare. Rudi ad-
huc populo et hominibus ad obediam
insuetis per moisen imperatur a domino: ut
in signum memorie. quo precepta domini
recordentur per singulas uestimentorum
fimbrias hyacintini coloris iacinctini colo-
ris insignia ut etiam casu huc illuc-
que respicientibus oculis: mandatorum
celestium memoria nasceretur. De quibus
fimbriis pharisei redarguuntur a domino
quod eas per suum usum non ad commonitionem
sui hic reperant. ut scilicet quasi de
maioribus obseruatoribus sancti a
populis iudicarentur. Tibi uero ser-
uandi non littere precepta sed spiritus di-
uinorum mandatorum memoria spiritualiter
extollenda est. Cui non tam frequenter
recordanda sunt precepta domini: quam semper
recogitanda. Sint ergo diuine scrip-
ture semper in manibus: et iugiter
mente uoluantur. Nec sufficere tibi
putes mandata dei memoria tenere
et operibus obliuisci sed ideo illa cog-
noscere. ut facias quodque faciendum
didiceris. Non enim auditores legis
iusti sunt apud deum sed factores le-
gis iustificabuntur. Latus quidem
et inmensus est diuine legis campus
extenditurque diuersis testimoniis ueritatis
tis uelut celestibus quibusdam floribus ue-
nans mira oblectatione legentis
animum pascit ac reficit. que omnia
semper cognoscere semperque reuoluere in-
gens ad conseruandam iusticiam beneficium
est. Sed quasi ad compendiosum
quoddam commonitorium. illa tibi e-
uangelii eligenda sententia est et super
astutiis iusticie breuiarium domini ore pro-
fertur omnia quecumque uultis ut faci-
ant uobis homines hec et uos facite
illis. Cuius precepti iuris infinite namque
sunt species partesque iusticie: quas non
modo stilo prosequi. sed cogitatione
etiam capere difficilimum est quas omnes
una ac breuis sententia comprehendit et la-
tentem hominum conscientiam secreto animi
iudicio aut absoluit aut dampnat. En to-
tum diuine legis arduum totumque diffi-
cile. En ob quam dura impia domino

reclamamus et dicimus nos uel difficul-
tate uel impossibilitate mandatorum
premi. Nec sufficit quod iussa non facimus
nisi etiam iubentem in iustum promit-
temus: dum ipsum equitatis aucto-
rem non modo dura et ardua. sed eti-
am impossibilia precepisse conquerimur.
Omnia inquit quecumque uultis ut faci-
ant uobis homines hec et uos faci-
te illis. Coniungi uult inter nos atque conec-
ti per mutua beneficia caritatem omnesque
homines uicario inter se amore copulari
ut id unoquoque prestante alteri quod
sibi ab omnibus prestari uelit. tota ius-
ticia et preceptum hoc est dei communis
sit utilitas sit hominum Et omnem cle-
menciam domini ineffabilem benigni-
tatem. Premium nobis pollicetur si
nobis inuicem diligimus id si nobis
ea prestemus inuicem quorum uicissim
indigemus. et nos superbissime simul
et iniusto animo eius renitimur uo-
luntati cuius imperium beneficium est. Nulli
umquam omnino detrahas. Nec aliorum
uituperatione te laudabilem uideri
uelis: magisque tuam uitam ordinare
disce. quam alienam carpere. at semper
scripture memor esto dicentis. Noli di-
ligere detrahere ne eradiceris. Pauci
admodum sunt qui huic uicio renunti-
ent: raroque inuenies qui ita irreprehensibilem
suam uitam exhibere ue-
lint ut hii non libenter reprehendant
aliena. Tantaque huius mali libido
mentes hominum inuasit: ut etiam
qui procul ab aliis uitiis recesserint
in istud tamen quasi in extremum dia-
boli laqueum incidant. Tu uero
hoc malum ita effuge ut non modo
ipse non detrahas sed ne aliis quidem
detrahenti aliquando credas: nec
obtrectatoribus auctoritatem de con-
sensu tuo tribuas. nec eorum uitium nu-
tras annuendo. Noli inquit scriptura
consentaneus esse cum derogantibus
aduersus proximum tuum et non accipies
pro illos peccatum et alibi. Sepi aures
tuas spinis et noli audire linguam
nequam. Unde et beatus dauid diuer-
sas species iusticie demonstrans. et de
hac quoque uirtute non tacuit dicendo
Et obprobrium non accepit aduersus pro-
ximos suos. propter quod ipse non solum
aduersatur. sed etiam persequitur detra-
hentem. Ait enim. detrahentem se-
creto proximo suo: hunc persequebar.
Est sane tale hoc uitium quod in primis
extingui debeat et ab eis qui sancte
instituere uolunt prorsus excludatur.
Nichil enim tam inquietat animum:

nichil est quod ita mobilem mētem
ac leuem faciat quā facile totū crede
et obtrectatorꝫ ꝟba temerario assen
su mentis sequi hinc enī crebre disse
tiones: hinc odia ĩ iusta nascūtur.
hoc est quod sepe de amicis etiam in
imicos facit dum concordes quidem
et credulas animas maliloqui lingua
dissociat. Ac contra magna quies
morꝫ ac ꝯstantis nō timere quā sinis
tri mali quid audire. Beatus ē qui
ita se contra hoc viciū armauit. ut
apud eum detrahere nemo audiat
Quod si esset hec in nobis diligēcia
ne passim obtrectatoribus crederem9
iam oms̄ detrahere timerent Sed
ideo hoc malū celebre est. Ideo in
multis feruet hoc viciū quia pene
ab omnibus libent[er] auditur. Adulato
rum quoqꝫ assentaciones et noxia
blandimēta fallacie. velud quasdā
pestes anime fuge. Nichil ē quod
tam facile corrumpit mētes hoīm [ut]
nichil quod tam dulci et molli vulne
re aīm feriat vnde et sapiens ait ꝟba
adulatorum mollia. feriūt autem
interiora ventris. Et dn̄s loquitur ꝑ
ꝓpham. Popule meus qui beatifi
cant vos seducūt vos et semitas pe
dum vrōꝝ conturbant in multis.
Isto maxime tempore regnat hoc
viciū. Quodqꝫ est ꝑuersissimū humili
tatis ac beniuolencie loco ducitur.
et ita fit. ut qui adulari nescit aut
inuidus aut sup̄bus putetur. Est sane
grande et subtile artificiū laudare
altm̄ in comendacionem sui et deci
piendo aīm sibi obligare decepti.
Quodqꝫ hoc maxime vicio agi solet
victas laudes ĉto ꝓcio vende. Que
hec tanta est leuitas animi que tā
ta vanitas relicta ꝓpā consciēcia
alienam opinionem sequi et quidē
fictam atqꝫ simulatam rapi vento
fle laudacionis gaudere et circum
uencionem suā et illusionē ꝓbrū
ficio accipe. Tu ergo si vere lauda
re cupis laudem hominū ne requi
ras. illiqꝫ tuam ꝑpara consciēciā
qui illūabit abscondita tenebrarꝫ
et manifestabit consilia cordiū et
tūc laus erit tibi a deo. Sit igitur
intentus ac vigilans: et aduersus
ꝟ[i]cia semꝑ armatus animus tuus
Sermo in omnibus moderatus ac par
cus et qui neccītatem magis loqudi
indicet quā voluntatem. Ornet
prudenciam verecundia que quoqꝫ
ꝓpriū in feīs semꝑ fuit Cunctas int[er]
virtutes. pudor superet. Diu ante

considera quod loquendū sit et ad
huc tacens puide ne quid dixisse pe
niteat ꝟba tua ponderet cogitacio
et lingue officiū animi libra dispē
set. Vnde scriptura dicit Argentum
et aurum tuū. confla ꝟbis tuis fa
cito stateram et frenos ori tuo rectos
et attende ne forte labaris in lingu
a. Numquā malū ꝟbum de ore
tuo procedat que ad cumulū benig
nitatis Juberis etiam maledicen
tibus benedicere. Misericordes in
quit modesti hūiles Nō reddentes
malum pro malo neqꝫ maledictū
pro maledicto: sed econtrario bn̄dicē
tes. Mentiri vero atqꝫ Jurare lingua
tua prorsus ignoret. Tantusqꝫ in te
sit veritatis amor et quidqd dixe
ris iuratū putes. De quo saluator
ad discipulos ait Ego autem dico
uobis nō Jurare omnino Et paulo post
Sit aūt sermo vr̄ est est. nō non
quod aūt his habundancius est.
a malo est. In omī igitur actu atqꝫ
ꝟbo quieta mens et placida ꝯueniat
sempqꝫ cogitacionis tue dī puīcia oc
currat. Sit humilis animus ac
mitis: et aduersus vicia sola erectus
nūqͣ illum aut sup̄bia extollat. aut
ira ꝑcipitat. Nichil enī quietius.
nichil purius ea mēte esse debet
que inde habitaculū ꝑparanda ē
Quē nō auro templa fulgēcia. nō
gemmis altaria distincta delectant
sed anima ornata ꝟtutibus. Ideo
et templū dī scōꝝ corda dicuntur.
affirmante aplō qui ait Siquis
templū dī violauerit disperdet im
deus Templū enī dī sanē. quod estis
uos. Nichil habeas hūilitate ꝑsta
tius nichilqꝫ amabilius. Hec est
enī ꝑcipua obseruatrix et quasi cus
tos quedam omī ꝟtutū. Nichil est
quod nos ita et hominibus ꝯctos et
deo faciat Quā si uite merito mag
ne hūilitatis infimi sumus. propt[er]
quod scriptura dicit. Quāto magnus
es hūilia te in omnibꝫ. et coram deo
inuenies graciam Et dn̄s loquitur
ꝑ ꝓpham. Sup̄ quē aliū requiescā
nisi sup̄ hūilem et quietum et tre
mentem sermones meos. Verū tn̄
hūilitatem sequere: nō que osten
atqꝫ simulat gestu corporis aut fract
ta voce ꝟborꝫ: sed quo puro affectū
cordis exprimitur. Aliud ē enī ꝟtutē
hre. aliud ꝟtutis similitudinem
Aliud ē reꝝ vmbras sequi aliud ve
ritatem. Multo illa deformior
est sup̄bia: que sub quibusdam

humilitatis signis latet Nescio enim
quomodo tamen peiora sunt vitia · cum v'
tutum specie celantur · Nulli te
umquam de generis nobilitate pponas
neque pauperiores quasque humiliore
loco natos te inferiores putes ·
Nescit religio nostra personas accipere
nec condiciones hominum sed animos in
spiciat singulorum · Servum et nobilem
de moribus pronunciat Sola apud
deum libertas est: non servire peccatis · Sum
ma apud deum est nobilitas clarum
esse virtutibus · Quid apud deum in viris
nobilius petro · qui piscator fuit ·
Quid in feminis beata maria illus
trius fuit · que sponsa fabri describitur
Sed illi piscatori et pauperi celestis
regni a xpo donantur claues · hec
sponsa fabri meruit esse mater illius
a quo ipse claues date sunt · Elegit
enim deus ignobilia et contemp
tibilia huius mundi · ut potentes ac
nobiles ad humilitatem facilius ad
duceret Nam et alias frustra sibi
aliquis de nobilitate generis applau
dit cum vniuersi paris honoris et
eiusdem apud deum precij sint qui
vno xpi sanguine sunt redempti Nec
interest qua quis condicione natus sit
cum omnes in xpo equaliter renascimur
Nam et si obliviscimur quia ex vno
omnes generati sumus: saltim id semper
meminisse debemus quia per vnum ob
regeneramur · Caue ne si ieiunare
aut abstinere ceperis: te putes esse
iam sanctam · hec enim virtutis adiu
mentum est non perfectio sanctitatis
magis quam id prouidendum est ne tibi
hoc cum licita contempnas: securi
tatem quandam illicitorum faciat
Quidquid preter iusticiam offertur deo · non
debet impedire iusticiam sed iuuare
Quid enim prodest tenuari abstinen
tia corpus · si animus intumescat
superbia Quam laudem merebimur
de pallore ieiunij si in vidia liuidi
sumus · Quid virtutis habet vinum
non bibere et ira atque odio inebriari
Tunc inquam preclara est abstinencia
tunc pulchra atque magnifica casti
gacio corporis cum est animus ieiu
nus vitiis · immo quo probabiliter ac
scienter abstinencie virtutem tenent
ea affligunt · carnem suam quo ani
me frangant superbiam · ut quasi
de quodam fastigio contemptus sui
atque arrogancie descendat ad imple
dam domini voluntatem que maxime
in humilitate perficitur · Ideo a variis
ciborum desiderijs mentem dethuit

CCClxxxiii

a

d

vt totam eius vim occupent In cu
piditate virtutum · iam quanto minus ie
iuniorum et abstinencie laborem cario
sentit anima esuriente iusticiam · Nam
et vas electionis paulus cum casti
gat corpus suum et in seruitutem re
digit ne alijs predicans ipse reprobus
efficiatur: non ob solam ut quidam
imperiti putant hoc efficit castitatem
Non enim huic tantummodo sed omnibus
virtutibus abstinencia opitulatur ·
Neque magna aut tota apostoli gloria
est non fornicari sed hoc ait ut casti
gatione corporis erudiatur animus · Qui a
toque nil ex voluptatibus concupiscit
tanto magis possit de virtutibus cogi
tare ne perfectionis magister imperfectum
in se aliquid ostendat: ne xpi imi
tator ex preceptum quod quis ac volunta
tem xpi faciat cum que alijs predica
uerit ipse reprobetur · Audiatque cum
phariseis · dicunt enim et non faciunt A
postolici vero et precepti est et exem
pli ut cauemus non conscienciam sed e
tiam fame · Superfluum et a fructu
vacuum gentium magister docet mult
enim etiam ex neos ad fidem homines per
opera perficere: ut religionem ipsam
religionis disciplina commendet Et
ideo sicut luminaria in mundo lucere
nos iubet in medio nacionis praue
et peruerse ut incredule mentes eciam
cum ex nostrorum actuum lumine ignorancie
sue tenebras deprehendant vnde
ipse ad romanos ait prouidentes bona
non solum coram deo sed eciam coram
hominibus · Et alibi sine offensione
estote iudeis et gentilibus et ecclesie
dei sicut ego per omnia omnibus placeo
non querens quod michi vtile est · sed
quod multis Beatus est qui tam
sancte tamque circumspecte disposuit vitam
suam ut de eo sinistri aliquid ne
fingi quidem possit dum aduersus
obtrectatorum libidinem pugnat me
riti magnitudo: nec fingere quis
quam ausus est quod a nullo putat
esse credendum · Quod si id assequi
difficile ac nimis arduum est: saltim
hanc adhibeamus vite nostre diligenci
am · ne male mentes occasionem
inueniant detrahendi ne ex nobis
scintilla procedat · per quam aduersus
nos sinistre fame conflentur Alio
quin frustra irascimur obtrectatori
bus nostris si eis ipsis obtrectandi ma
terias ministramus · Si autem nobis
diligentius atque sollicite omnia ad ho
nestatem prouidentibus cunctis quam
actibus nostris timorem dei preferentibus

b Illi melius omnino in famam conso-
letur nos conscientia nostra que tunc
maxime tuta est. tunc optime se-
cura est. cum ne occasionem quidem
male de se sentiendi dedit. Illis
enim dicitur per prophetam qui dicunt
quod bonum est malum. qui lucem ap-
pellant tenebras et quod dulce est
amarum vocant. Nobis ergo serua-
toris aptabitur sermo. Beati estis
cum vobis maledixerint homines
mencientes. Nos modo ut male de
nobis nemo loqui absque mendacio
possit. Ita habeto domus sollicitu-
dinem. ut aliquam tamen vacacionem
anime tribuas. Eligatur tibi oppor-
tunus et aliquantulum a familie
strepitu remotus locus: in quem
tu velut in portum quasi ex multa
tempestate curarum te recipias et
excitatos foris cogitationum fluctus
secreti tranquillitate componas.
Tantum ibi sit diuine lectionis studium
tam crebre orationum vices. tam
firma et pressa de futuris cogitatio
ut omnes reliqui temporis occupationes
facile hac vacatione compenses.
Nec hoc ideo dicimus quod te retra-
hamus a tuis: immo id agimus
ut ibi discas ibique mediteris qua-
lem tuis te prebere debeas famili-
am tuam ita rege et conforme ut
te matrem magis tuorum quam do-
minam videri velis a quibus benig-
nitate potius quam seueritate exigere
reuerenciam. fidelius et gratius sem-
per obsequium est quod ab amore quam
quod a metu accipitur. Precipue autem
in coniugio venerabili atque immacu-
lato apostolice regule ordo teneatur.
Seruetur imprimis viro auctoritas sua
totaque a te discat domus quantum
illi honoris debeatur. tu illum obse-
quio tuo tu magnum illum tua humili-
tate demonstra. tanto ipsa honora-
tior futura quanto illum amplius
c honoraueris. Caput enim ut ait apostolus
mulieris est vir. nec aliunde magis
reliquum corpus ornatur quam ex ca-
pitis dignitate. Vnde idem alibi
dicit. Mulieres subdite estote viris
sicut oportet in domino. Sed et beatus
petrus ait. Similiter autem mulieres
subdite sint viris ut et si qui non credunt
verbo. per mulieres conuersacionem
sine verbo lucrifiant. Si etiam er-
go etiam gentilibus maritis debetur
honor iure coniugii quanto magis
reddendus est christianis. Atque ut osten-
dat quibus ornamentis etiam viris

subiecte femine decorari se debeant ait.
Quarum sit non extrinsecus capillatura
aut circumdatio auri aut vestimentorum
cultus sed qui absconditus est homo
in incorruptibilitate quieti et modes-
ti spiritus. quod est in conspectu dei locuples.
Sic enim quando et sancte mulieres
sperantes in domino ornabant se sub-
iecte propriis viris: sicut sara obediebat
abrahe dominum suum vocans. Hec autem
precipiens non eas iubet squalore. sordi-
bus et horrentibus pannorum assuescere
tegi: sed immoderato cultui et nimis ex-
quisito interdicit ornatui. simplicem
quem commendat ornatum atque habitum de quo
ut vas electionis ait. Similiter autem
mulieres in habitu ornato cum verecun-
dia et sobrietate ornantes se. Non in
tortis crinibus aut auro margaritis
vel veste preciosa. sed quod decet muli-
eres promittentes castitatem per opera bo-
na. Reperi vero te miro fidei ardore
succensam. aliquot iam ante annos
continentiam proposuisse et reliquum
vite tue temporis pudicicie consecrasse.
d Magnum hoc animi signum et perfecte
virtutis iudicium est: renunciare subito
ex parte voluptati fugere notas car-
nis illecebras: et calentes adhuc
etatis flammas fidei ardore restrin-
gere. Sed illud quoque simul didici
quod me non mediocriter agit ac sti-
mulat: te videlicet tantum hoc bonum abs-
que consensu et pacto viri seruare ce-
pisse. cum hoc apostolica omnino inter-
dicat auctoritas. que in hac dumtaxat
causa. non modo vxorem viro: sed
etiam virum vxoris subiecit potestati. Vx-
or inquit sui corporis potestatem non
habet sed vir. Similiter et vir sui corporis potestatem non
habet sed mulier. Tu vero quasi obli-
ta federis nuptialis. pactique huius
ac iuris immemor: inconsulto viro
vouisti domino castitatem sed periculose
promittitur. quod adhuc in alterius potestate
est. Et nescio quam sit gratum donum
si vnus offerat rem duorum. Multa
iam per huiusmodi ignorantiam et
audiuimus et vidimus scissa coniugia
quodque recordari piget occasione
castitatis adulterium perpetratum. Nam dum
vna pars se etiam a licitis abstinet
altera ad illicita delapsa est. Et nescio
in tali casu quis magis accusari quis
amplius culpari debeat. vtrumque ille qui
repulsus a coniuge fornicatur an illa
que repellendo a se virum fornica-
cioni quodammodo obiecit atque ut
super hac tamen quid veritas habeat ag-
noscas. pauca michi de diuina auc-
toritate ponenda sunt apostolice doctrine

regula ne cum Iouiniano equet conti-
nentia opera nuptiarum. Ne cum maicheo
coniugia condempnet. Ita vas electionis
ac magister gentium inter utrumque temperatus
incedat. Ut medius ut et remedium
incontinencie indulgeat et ad premium

CCLXXXIIII

a

provocat continentiam totusque in hac
causa eius hic sensus est ut ex utriusque
sententia ponatur castitas aut ut certe
ab utroque debitum come soluatur. Sed
ipsa iam apostoli verba ponamus totamque
hanc causam a suo principio retexemus.
loquitur ad Chorinthios. De quibus
autem scripsistis michi bonum est homini
mulierem non tangere. Et quamquam
hic laudaverit castitatem tantam ab[ne]ali-
bus videatur prohibere coniugia. sub-
iungit propter fornicationes autem unus-
quisque suam uxorem habeat uxor
vir debitum reddat. Similiter autem
et uxor viro. Mulier sui corporis potestate
non habet sed vir. et vir sui corporis
potestatem non habet sed mulier. Nolite
fraudari invicem. Ac rursus ne tota
promptiarum parte dicendo videretur
excludere castitatem. sequitur nisi
forte ex consensu ad tempus: ut va-
cetis orationi. Et statim post quasi re-
cusat hoc quod dixit ad tempus. ne
pro tam perpetuam quam talem. et
brevem continentiam docere vide-
atur. Ait enim. propter incontinentiam vestram
Hoc autem dico secundum indulgentiam. non
secundum imperium. Unde hoc quod dixit
ad tempus docet meditationem debere
fieri castitatis. ut peracta in intervalla tem-
poris quasi exploratis continencie sue
viribus sine periculo vires permittat quod
semper est ab utroque servandum. Quod
absolute velit manifeste dicit volo
autem omnes homines esse sicut me
ipsum id est in iugi ac perpetua castita-
te vides ne quam caute quam provide
quam sine ullius occasione scandali
magister firmaverat de castitate sen-

b

tentiam. Nolens tamen bonum in unius
temeritate mutare. quod ligare et
confirmare debet consensus ambo-
rum. Et revera quid ea castitate fir-
mius est quid ne tutius est quamque
ex duorum recepta sententia est. ab utroque vel
in commune servatur nec de se tamen pos-
sollicita mutuo se adhortantis ad domi-
net perseverantiam. hoc enim sicut
alia quoque bona non tamen cepisse: sed
perfecisse laudandum est. Iam dudum
ut intelligis scrupuloso difficilique in
loco versatur oratio nec audet in
alterutram declinare partem dum
equaliter utrumque formidat: sed ex

difficultate tamen agnosce discrimen
Mallemus enim constare te forsi-
tan tua vera dicendo quam ficta adu-
latione duplex ut vides malum. Et-
quale et anceps periculum est. Ex
utroque arctaris ex utroque constringeris.
Contempnere omnino virum atque
constringere despicere. apte con-
apostoli sententiam est. Perdere vero tanti
temporis castitatem. et deo non
reddere quod promiseras. timendum
atque metuendum est ut vulgo dici-
tur. fatale examito inimicum facies:
cui promissa non reddas. Sicut et
scriptura dicit quod si votum voveris
deo. ne moreris reddere illud. quia
querens queret illud dominus deus abs
te erit tibi in peccatum. Ait ergo debita
honori sic tentiam viro exhibe. ut ex
utroque domino debitum quod vovisti red-
dere possis. de tua conscientia non
diffidimus. si paululum expectasses
non quo te a bono castitatis retra-
hamus. sed huius animum ad casti-
tatis oraculum totis viribus incitemus
ut voluntarium sacrificium offerat deo
in odorem suavitatis. ut exuta mens
a cunctis retinaculis mundanis atque

c

corporalibus voluptatibus valeat
plenius inherere domini preceptis. Quod
tamen ne quid a nobis negligenter
esse dominum arbitreris divinarum scripturarum
testimoniis edocuimus. Sicut eti-
am apostolus dicit. Et erunt duo in car-
ne una. Iam non una caro. sed unus
spiritus. hoc sacramentum magnum est
arduumque est castitatis sed magna
sunt premia vocatque nos dominus in e-
vangelio dicens. Venite benedicti
patris mei possidete paratum vobis
regnum ab origine mundi. Idem ipse
dominus dicit venite ad me omnes qui la-
boratis et onerati estis. et ego vos
reficiam. Tollite iugum meum super vos
et discite a me quia mitis sum et
humilis corde. et invenietis requiem
animabus vestris. Iugum enim meum
suave est: et onus meum leve. Dicit
enim idem dominus hiis qui ad sinistram
eius erunt. discedite a me maledic-
ti in ignem eternum. quem preparavit pater
meus diabolo et angelis eius. Nes-
cio vos operarii iniquitatis. Ibi e-
rit fletus et stridor dencium. Illi uti-
que omnes plangent illique lugebunt
qui ita intra se presentis vite involu-
unt: ut obliviscantur futura. Quos
sompno quodam ignorantie et
male securitatis oppressos fluctibus
dominum comprehendet adventus. Unde

ipse in euangelio ait Attendite vobis
ne forte grauentur corda vestra in crapula
et ebrietate et curis huius vite. ne for-
te superueniat in vos repentina dies
illa tanquam laqueus enim superueniet
in omnes qui sedent super faciem omnis terre
Et rursum. vigilate et orate. nescitis
enim quando tempus sit. Beati sunt
qui ita expectant. ita illum speculan-
tur diem. ut se ab eo cotidie preparet
qui non de preterita sibi iusticia blandientes
secundum apostolum per dies singulos in virtute
renouantur. Justicia enim non proderit
ei a die qua iustus esse desierit sicut
etiam iniquo non nocebit iniquitas
sua. a die quo se ab iniquitate con-
uerterit. Nec sanctus ergo securus esse
debet quamdiu in huius vite agone ver-
satur. nec desperare peccator qui secundum
predictam prophete sententiam vna die iustum
se efficere potest. Sed totum quo te-
ditur spatium vite sue ut peragere pos-
sis iusticiam. nec de preterita iustici-
a confidens remissior efficiaris. sed
sicut apostolus dicat posteriora obliuiscens
ad ea autem que anteriora sunt me ex-
tendens ad destinatum persequar bra-
uium superne vocationis. Sciens scriptum
esse cordis inspectorem deum et idcirco
satagit ut animam mundam habeat
apud propter quod scriptum est omni custo-
dia serua cor tuum Et iterum diligit dominus
munda corda. accepti autem sunt ei omnes
immaculati Ideo age ut ordines re-
liquum tempus vite tue sine offensa
ut possis secura canere cum propheta per-
ambulabam in innocentia cordis mei
in medio domus mee. Et iterum Introi-
bo ad altare dei ad deum qui letifi-
cat iuuentutem meam. Quia non
inchoasse sufficit: sed perfecisse iusticiam

Epistola beati Jeronimi presbiteri ad Eustochium virginem siue ad Marcellam de missis sibi muneribus

cclxxxv a

PARUA SPECIE
sed caritate magna sunt
munera accepisse a vir-
gine. Armillas epistolas
et columbas. Et quoniam mel
in dei sacrificiis non offertur
nimia dulcedo arte mu-
tata est et quadam ut ita dicam
piperis austeritate condita. Apud
deum nichil est voluptuosum nichil
tantum suaue placet. nichil quod non
in se habeat mordacis aliquid verita-
tis. pascha christi cum amaritudinibus
manducatur. festus est dies. et na-
talis beati petri festius solito con-
tinendus ita tamen ut scripturarum car-
dinem iocularis sermo non fugiat
nec a peri. et sermo palestre nostre
metis longius euagentur. Armillis
in ezechiele ornatur ierusalem.
Baruth epistolas accepit ab ieremia.
In columbe specie spiritus sanctus allabitur.
Itaque ut te aliquid piperis mordeat
et prestitum libelli etiam nunc retorde-
tur caue ne operis ornamenta dimittas
que vere armille sunt brachiorum Ne
epistolam pectoris tui scindas. quam
a baruth traditam: nouacula prefa-
tus rex incidit. Ne ad similitudinem
efrem ypsee audias facta es insipi-
ens ut columba. Nimium respon-
dere austere. et quod festo non conueniat
dici talibus prouocatus cum dulcibus
amara sociata sunt et a nobis paria
receperis laudem amaritudo commu-
tabitur. verum ne videar bona inimi-
cisse. accepimus et canistrum cerasis
refertum talibus et tam virginali ve-
recundia rubentibus et eam nunc a
lucullo delatam existimarim. Siqui-
dem hoc genus pomi ponto et ar-
menia subiugatis de cerasunto
primum romam pertulit vnde et de pa-
tria arbor nomen accepit. Igitur in
scripturis canistrum ficus plenum legimus
Cerasum vero non inuenimus In eo quod
allatum est predicamus optamusque
te de illis pomis fieri que contra tem-
plum dei sunt. Et de quibus deus di-
cat quia bona bona valde. Nichil
quippe saluator medium amat. Et si-
cut frigidum non refugiens calidis
delectatur ita et tepidos in apocalipsi
euomere se loquitur. vnde nobis
solicitius prouidendum est ut solemp-
nem diem non tam ciborum habundantia
quam spiritus exultacione celebremus quia
valde absurdum est nimia saturita-
te velle honorare martirem quem sci-
amus deo placuisse ieiuniis Ita tibi
semper comedendum est ut cibum et
oratio sequatur et lectio. Quod si ali-
quibus displicet apostoli verba cantato Si
adhuc hominibus placere vellem christi an-
cilla non essem

Incipiunt sermones beati Jeronimi presbiteri

De natiuitate domini Sermo primus sancti Jeronimi presbiteri

Hodie verus sol ortus est mundo. hodie in tenebris seculi lumen ingressum est. Deus factus est homo. ut homo deus fieret. formam servi dominus accepit ut servus converteretur in dominum. Celorum habitator et conditor habitat in terris. ut homo colonus terre migraret ad celos. O dies omni sole lucidior. o tempus cunctis seculis spectantius. Quod prestolabantur angeli quod cherubin et seraphin et celorum ministeria nesciebant. hoc in nostro tempore revelatum est. Quod illi videbant per speculum et per imaginem hoc nos cernimus in veritate. Que loquebatur in populo israhelitico per ysaiam et ieremiam ceteros que prophetas. nunc nobis per filium loquitur. videte quid sit inter vetus testamentum et novum. In illo loquebatur per nebulam. nobis loquitur per serenum. Ibi deus videbatur in rubo. hic de virgine deus nascitur. Ibi ignis erat populi peccata consumens hic homo est populi peccata dimittens immo dominus ignoscens sceleris suis. Neo enim peccata potest dimittere nisi solus deus. Sive hodie natus dominus sive hodie baptizatus est. diversa quidem opinio fertur in mundo et pro traditionum varietatem sententia est diversa: nobis constat adliquidum quod sive hodie natus ex virgine est. sive renatus ex baptismo et nativitas carnis et spiritus nobis proficit. utrumque misterium meum utraque utilitas mea dei filius non habebat necessarium ut nasceretur ut baptizaretur. neque enim peccatum fecerat quod ei remitteretur in baptismo. sed illius humilitas nostra sublimitas. illius crux nostra victoria est illius patibulum nostrum triumphus est. Gaudentes hoc signum levemus in humeris nostris victoriarum vexilla portemus immortale lavacrum portemus in frontibus. Cum hoc signum in frontibus nostris diabolus aspexerit contremiscit. Qui aurata capitolia non timent crucem timent. Qui contempnunt sceptra regalia et purpuras cesarum et dapes: christianorum sordes et ieiunia pertimescunt. denique in ezechiele propheta cum omnes quos iussus fuerat angelus occidisset et initium fecisset a sanctis illi tantummodo sospites reservantur quos tau littera id est crucis pictura servaverat. Exultemus ita que ad crucis similitudinem. sanctas in celo levemus manus Cum sic nos armatos demones viderint opprimentur. Quando moises erectas habebat manus vincebatur amaleth. Ubi paululum ille conciderant invalescebant Antenne navium et velox cornua sub figura crucis aves volitant. Aves quoque ipse quando in sublimiora tolluntur et pendent pacerem extensis alis imitantur crucem. Sed et tropheea ipsa et victorie triumphorum: ornamenta crucis sunt. Quas non solum in frontibus sed in manibus quoque nostris habere debemus: ut si sic fuerimus armati calcemus super aspidem et basiliscum per dominum nostrum ihesum christum. cui est honor et gloria in secula seculorum Amen.

De Epiphania sermo beati Jeronimi

Dies epiphaniorum greco nomine sic vocatur. Quod enim nos apparitionem sive ostensionem dicimus: greci epiphaniam vocant hoc autem ideo quia dominus noster hodie et salvator apparuit in tenebris licet enim olim natus esset ex maria et triginta iam annorum explesset etatem. tamen ignorabatur a mundo. Eo tempore cognitus est. quo ad iohannem baptistam ut in iordane baptizaretur advenit. et vox de celo patris intonantis audita est hic est filius meus dilectus in quo michi bene complacui. Que pater de celis monstraverat voce hunc spiritus sanctus versus in columbam et super caput illius sedens tactu quoque ipso voluit demonstrare. ne quis alius dei filius putaretur a populo. Quid hac humilitate sublimius. Quid hac vilitate nobilius. Baptizatur a servo. et adeo filius appellatur Inter publicanos. et meretrices. et peccatores ad lavacrum venit et sanctior est baptista suo. Lavatur a iohanne in carne et ipse iohannem in spiritu lavat. Aque que cetera mundare consueverunt: domino nostro lavante mundate sunt. Iordanis fluvius qui eo tempore quando populum eduxit israel ihesus ad terram repromissionis fuerat exsiccatus nunc membris divinis tactis si potuisset undis uno loco congregari: ut domini corpus attingeret. videte fratres. quomodo id quod in ewangelio lectum est. in vicesimo octavo psalmo fuit ante predicatum. vox domini super aquas. Locutus est enim dei filius ad iohannem Sine modo Sic

cccLxxx vij a

oportet nos implere omnem iusticiã
Sequitur deus maiestatis intonuit
qñ p̄r filio testimoniũ reddidit dicẽs
hic ē filius meus dilectus: in quo m̄
bene conplacui. vox dñi confringen//
tis cedros. Baptizatus est enĩ xp̄us
et erecti ꝑus atq; sublimes demones
corruũt. Comminuit eos dñs. quasi ce//
dros libani Et comminuit eos dñs tã
vitulus fragmẽta arborũ ventilans
et calcibus stirpes in diuĩsa dispgens
At econũrio de saluatore dicit. Et di//
lectus sicut filius vnicornuũ. dilect9
dñs nr̃. atq; saluator est filius vnicor//
nium filius crucis de quo dicitur in
cantico abacuc Cornua in manib9
eius ibi abscondit fortitudinem suã
postquam ergo dilectus iste crucifix9
est. impletum est illud quod seqnt̃
in psalmo vox dñi intercidentis flamã
ignis. Illo enĩ baptizato et vniũso
mũdo xp̄o lauante mũdato gehe//
ne ignis extinctus est vox dñi co//
cucientis desertum. deserta fuit ec//
clesia que ante filios nõ habebat
b Ad p̄dicacionem xp̄i deserta commo//
ta est. et p̄turiit et peperit et nata
est in vna die tota gens simul illa
que ante dicebatur desertum cã//
des hoc ē desertum sanctitatis Si
quidem nõ habuerat sanctitatem
cepit parere ceruos et scorp emitte//
greges. qui serpentes interficiunt. q̃
venena contempnunt. Quib9 dis//
currentib9 in toto orbe et xp̄i euã//
geliũ p̄dicantibus: in templo eius
om̄s dicent glãm dõ. Sequitur dñs
diluuiũ inhabitare facit. Conside9
totum orbem respiciamus barba//
ras naciones romanũ quoq; mẽte
lustremus imperiũ. vbiq; in xp̄o c̃//
dunt vbiq; in nom̄ dñi baptizant̃.
et ita fit. ut nõ vna aqua. sed quo//
dãmodo fit diluuiũ baptismorũ.
Quia ꝑꝑ cõsũmatũ est tabnaculũ
hoc est enĩ psalmi istius titulo ꝑ
notantur qm̄ ecclia viuis ex lapidi//
bus exstructa est. Afferamus dño
filios dei afferamus et filios arietũ
aplõꝝ atq; scõꝝ et imitemur sal//
uatorem nr̃m quia ip̄e pastor et
agnus appellatur. qui pro nobis
imolatur in egipto. qui pro ysaac
cornibus tenetur in sentibus Et
dicamus dñs pascit me et nichil
michi deerit. in loco pascue ibi me
collocauit Sup aquam refectionis
educauit me cui ē honor et gloria
in scła sclõꝝ Amen Sermo beati Je//
ronimi de Quadragesima

Quomodo
miles semꝑ exercetur
ad prelium et simulatis
ictibus veris postea vul//
neribus preparat̃ ita
omnis quidem xp̄iano//
rum vita indiget abstinenciã. sed ma//
xime quãdo hostis prope est et p̄para//
tum ad lisum nos excitum dicat in//
imicus. Omñ seruis dĩ tempore ieiu//
nandum est sed tunc amplius cum
ad imolacionem agni ad misteriũ
baptismi ad xp̄i carnem et sãguinem
p̄paramur Statim enĩ ut oues qn̄
suas recedere velle de xp̄o grege dia//
bolus viderit. fremit irascitur furit
et totis aduẽsus eas vibus commouet̃
perire sibi estimans quidq̃ xp̄o sal//
uatur et mori synagoge sue q̃q̃d
ecclẽ viuificatur. Quia ergo fr̃es
kmi ad dñi sacrum quadraginta di//
erum ieiunio p̄paramur ieiunem9
tot diebus pro peccatis nr̃is. quot
pro scelerib9 nr̃is dñs ieiunauit.
Illum post baptismũ temptat dia//
bolus. nõ enĩ sciebat esse filiũ dĩ
ꝑpterea negligebat. denique in tem//
tacione dicat si filius dei es mitte
te deorsum. nos autem quia scit vol//
le dei filios fieri propterea expug//
nare nititur. et quasi serpens lubri//
cus nr̃os inuoluere pedes: ne ascẽ//
dere valeamus ad celum Si autẽ
dñm temptare ausus est versipel//
lis et nequã. quãto magis nos deci//
pere nõ timebit. Si contra dĩ filiũ
et figulũ suũ vas p̄ditum repugnat
et quanto magis contra nos qui
inferioris abeo nature sumus au//
debit inguere. Si iustus vix salua//
bitur: impii et peccores vbi p̄mac//
bunt Nõ quo dñs nr̃ decipi potuerit
a diabolo. sed quo formam serui
accepit. in omnibus se tribuere voles
exemplum ut nemo sibi in scitate
confidat. cũ etiam ille temptatur
qui nõ pt̃ temptamenta supare Hc
totum idcirco replicauim9 fr̃es kmi
ut sollicita mẽte caueamus. ne ex//
euntes de egipto et sic p xp̄i dies q̃r
p xp̄iãnos ad redempcionis terram p
heremũ festinantes desideremus
carnes et ollas egipti et a serpenti//
bus mordeam̃. d Exiuimus de egip//
to. quid nobis cũ egiptiis abis. Q:
habemus celestem panem. terre//
na alimẽta quid querimus Reliqui//
mus pharaonem inuocemus aux//
iliũ dñi ut nobis egiptius rex in

in tredenciū baptismate sūmergaꝛ. Ibi pereant equi et ascensores eoꝝ ibi frementis adūsarij necetur exercitus. Nō murmuremus adūsus dn̄m ne ad nō pruciamur nō detrahamus sacerdotibus nr̄is: et magis avicijs ieiunemus quā cibis. licet ex ciboꝝ habundancia sint fomenta vicioꝝ. Si aaron et maria contra moisen murmurantes dī proseruo suo senserunt vindictam et quātomagis si aliquis rem sposito suo vipereo ore laceraverit diuina sentencia puniētur. Sed et sacerdotibus simpliciter parendū est ne duplici mente sint ne dm̄ ambigant ptate. Si etiam moises et aaron qui ad aquā contradictionis visi sunt fluctuare. nō meruerūt terram repromissionis intrare. utique multomagis nos qui peccatoꝝ pondere premimur. nō valebimus fluenta transire iordanis. et ad locum circumcisionis id est ad galgala pervenire: si scandalizaverimus unū de minimis istis unde tam pastoris laborem quā gregis fecunditatem tam ubertatem messiū quā agricole studiū. dm̄ horreis preparemus toto nisi ac labore tendamus ut digni efficiamur adventu pasce. et carnis ac sanguinis agni ihū cristi refici.

Sermo beati Jeronimi de misterio agni. Alias de parasceve. &c.

.cccclxxxvii.
a

Hodie fratres karissimi populus isrl̄ et verus homo videns deum hoc quippe interptatur isrl̄. egredi iubetur de egipto. hodie agnus dei qui tollit peccata mundi. pro omī salute iugulatur. hodie sanguine illius postes domoꝝ idest frontes nr̄e depinguntur. hodie occiduntur egipcij et de servitute pharaonis dī populus liberatur. hoc per tuum primitiua egiptioꝝ et isrlitarum nō solum liberi sed etiam irrationabilia iumenta saluantur. homines et iumenta saluos facies dn̄e. Preparemus nos fr̄es karissimi ad immolationem agni et apprehendamus illum. nō quando dubia lux est et adhuc lune cornua nō implentur nō quando crescere incipit vel decrescere. sed quarta decima die idē lumine consummato et perfecto. quādo tota eius lampas totus orbis impletur. Nec putemus agnū istum anniculū ubicūque posse comedi. precipitur nobis ut in una illū comedamus domo: idest ne extra ecclesiam immolari agnū putemus. Ex quo manifestū est quod iudei et heretici. et omnia conventicula dogmatum perversorū qui agnū in ecclesia nō comedunt. nō eos agni carnes comedere sed draconis. qui datus est iuxta psalmū in escam populis ethiopum. Quomodo enim in diluvio nō saluatur nisi qui in archa fuit noe et corruente iericho una tm̄mō raab meretrix. idest ecclesie credentis ex gentibus custoditur domus. ita et in molatione agni tunc vere agnus occiditur. cū in una mactatur domo. Erit inquit vobis agnus immaculatus. de agnis et hedis sumetis eū. Precipitur et in alio loco. ut qui primo mense pascha facere nequiverit. secūdo faciat. iuxta quod et nunc iubetur. ut qui nō potest habere agnū. saltem habeat edū

b

xpus enim ex edis fit. quos a sinistris stare iubet. sed pro diversitate meritoꝝ unicuique aut agnus aut edus fit. Queritur etiam quare nō in die agnus iste immolatur. sed ad vesperum. Hoc cū manifestum est. dn̄s enim nr̄ atque saluator in consummacione sclōꝝ passus est unde et iohannes in epla sua loquitur. filioli novissima hora est. Quando autem novissima hora est. finito die noctis exordiū est. Sed hoc intelligendum quodcū diu in isto sclō sumus idest versamur in egipto nō sumus in clara luce sed in tenebris atque caligine. Licet ecclia idē luna que in nocte resplendeat tamē veri solis nō valeamus perfectum habere fulgorem. In una inquit domo comedetis carnes assas igni. et azima cū amaritudinibus manducabitis. Nō comedetis ex eo crudū aut coctum aqua sed assum igni. Iubet nobis ut panes absque fermento veteri malitie et nequicie comedamus. de quo fermento dn̄s in evangelio discipulis dicit. cavete a fermento phariseoꝝ et postea interpretatur fermentum phariseorū esse doctrinam. Et nos igitur si a doctrina scli istius voluimus esse alieni et quasi extraneos a mūdi conversatione nos facere persecutionibus et pressuris subiecti simus et secūdm aplm comedamus azima sinceritatis et veritatis. Vis audire intelligere quod dico. dic quod verum est loquere quod sincerū est. Nullus personam accipias. nō divitis nō potentis. Quia

sit nobilis qualibet sit potens. cor-
ripe eum si peccauit. et comedesti
azima sinceritatis et ueritatis in
amaritudine. Vnde et apostolus ait
Inimicus factus sum uobis uera di-
cens. Et prouerbium secularis gentilis poete
exprimens: obsequium inquit amicos
ueritas odium parit. Quod autem
sequitur ne crudas carnes agni ne-
que elixas comedamus: illud est ne
scripturas diuinas que uere carnes
agni sunt aut iuxta historiam tantum
intelligamus. et sicut crudas eas
assumamus in cibum aut rursum secundum
hereticos quibusdam allegoriis
et in sibilo interpretationis ad peruersa dog-
mata diruemus et enerueremus
eas et suam ueritate et sublata: um-
bras quasdam et imagines offen-
damus Si intelligimus eas et iuxta
historiam sicut scripte sunt. nichilominus
eas spiritus sancti excoquamus ardore. et
quodque in illis secundum litteram uidetur in
congruum esse uel clausum. spirituali ex-
positione pandamus. Caput cum pe-
dibus et intestinis comedetis. Ca-
put michi uidetur esse agni. illud
quod in euangelio iohannis scribitur in principio
erat uerbum. et uerbum erat apud deum
et deus erat uerbum. hoc erat in principio
apud deum pedes autem homo quem
pro nostra salute est dignatus assumere
Sed et aliter sentiri potest Caput intel-
ligentia spiritualis. pedes simplex iuxta
historiam narratio. intestina autem
quodque intrinsecus in littera latet. et quod
in superficie non uidetur sed diligenti
examinatione commolitum et rimi-
natum a doctoribus profertur in me-
dium. et quod putabatur fedum esse. et in
decorum hoc reperitur esse utile. verbi gratia
Quid turpius in scripturis dici potest
quam si osee meretricem habere iubetur
uxorem et iudas cum thamar nuru
sua concumbat. et dauid barsabee
ex adulterio sordidet et onan filius iu-
de semen proiciat in terram ne liberos
generet hec si secundum litteram intelligamus
non(ne) et a gentilibus et ab incredulis
quibusque quasi scripturarum stercora con-
dempnantur atque ridentur. Sed si
illa excutias. si laues si spiritus sancti igne
excoquas conuertuntur in cibum. et quod
putabatur inutile. inuenitur esse mis-
terium. Non relinquetis de eo in mane
et os non conteretis de eo. et quod
reliquum fuerit de eo usque in mane
igne comburetis. Nichil de carnibus
agni in futurum seculum reseruemus quan-
tumcumque possimus comedamus. Quod

si qua in ea fortia sunt dogmata vide-
licet ecclesiastica de trinitate. de resurrec-
tione de anima de angelis et ceteris
istiusmodi hec non iuxta nostram opio-
nem prauis interpretationibus disserea-
mus et conteramus illa: sed ita ut
sunt fortia predicemus. Si quid autem
quasi homines preterierit et non potueri-
mus de agni carnibus comedere sciamus
debemus quod in futuro seculo doctrina
spiritus sancti nobis aperiendum sit et comedemus
illud. Sic autem comedetis illum lumbi
uestri accincti. et calciamenta uestra in pe-
dibus uestris et baculum in manibus uestris
et comedetis illum cum festinatione pas-
cha enim est domini dei uestri. huiusque preceptum
est. quales agni carnes comedere de-
beamus: dum iubetur quo a nobis
habitu comedende sint. Lumbi in quit
uiri accincti. Et ad apostolos dicitur. sint
lumbi uestri accincti et lucerne ardentes
in manibus uestris. Et Johannes zona
pellicea cingitur et helias nichil ha-
bens in se habens molle atque muliebre sed
totum uirile et rigidum homo appe-
hirsutus erat cingulum habuisse de-
scribitur. Et nos ergo si uolumus car-
nes agni comedere mortificemus
opera carnis et hoc quod in iob de dia-
bolo dicitur uirtus eius in lumbis eius
et fortitudo eius in umbilico uentris
eius. occidatur in nobis. ne caro con-
cupiscat aduersus spiritum sed spiritui opera car-
nis mortificemus et purificati uesci-
mur agni carnibus. Vt autem sci-
atis fratres karissimi quoniam quicumque uxori de-
bitum reddit uacare non potest orationi nec
de carnibus agni comedere. moysi pre-
cipitur ut populum qui ascensurus
erat ad montem oreb ante tres dies
purificet. et dauid cum uenisset ad abi-
melech sacerdotem interrogatus si mundi
sunt pueri respondit purificatos eos
esse ab heri et nudius tercius. Si autem
panes propositionis non poterant ab
hiis qui uxores suas tetigerant co-
medi quanto magis panis ille qui de
celo descendit non potest ab hiis qui pau-
lo ante coniugalibus hesere complex-
ibus uiolari atque contingi: Non quo
nuptias condempnemus hec dicimus.
sed quo eo tempore quo carnes ag-
ni manducaturi sumus uacare car-
nis operibus non debeamus. Quod autem
sequitur ut calciamenta in pedibus
uestris et baculum in manibus uestris
hoc iubetur. ut quamdiu in heremo
istius seculi gradimur calciati simus
calciamentis pacis. ne cubi in deserto
ubi scorpius et coluber obrepat. ne

CCCLXXXVIII
a

vbi serpens plantam mordentis inuadit.
Quod si forte ad illum nos consurrepit
habeamus virgam in manibus et percutiamus
eum et dicamus virga tua et baculus
tuus ipsa me consolata sunt. vide misterium
scripturarum. b Quamdiu per solitudines am-
bulamus necesse habemus pelles pro
calciamento: quibus nostri tegantur pedes.
Quando vero terram repromissionis intra-
mus: dicitur nobis cum ihesu naue Sol-
ue corrigiam calciamenti tui. locus enim
in quo stas sanctus est. Et nos ergo cum
in futura regna celorum non habebimus
opus calciamentis neque hijs presidijs qui-
bus custodimur in seculo. sed ut nouum
dicam agnum illum qui pro nobis est oc-
cisus sequimur. Sed videte ut de nobis
dicat nobis Johannes. Isti sunt qui vesti-
menta sua non coinquinauerunt. virgines
enim permanserunt qui sequuntur agnum quo-
cumque vadit: in christo ihesu cui est gloria in
secula seculorum. Amen. **Sermo de quadra-
gesimo primo psalmo Sicut
ceruus in vigilia pasche**

Omne psalterium
sagaci mente perlustrans
nusquam inuenio quod filij cho-
re aliquid triste cantaue-
rint. Semper in psalmis
eorum leta sunt et iocunda semper interne-
nis humilibus quam contemptis: celestia
et eterna desiderant congruentes inter-
pretationi nominis sui. Siquidem chore
interpretatur caluicies quia ergo dominus
noster in loco caluarie crucifixus est. et
sepultus quicumque in cruce ipsius cre-
dunt et in resurrectione hij filij chore
idest filie caluarie nominantur. Super
qua caluaria dominus noster verus helyzeus post
resurrectionem ad celorum regna conscen-
dens irridetur a pueris et abmire-
dulis iudeorum sed helyzeum irridentes
vrsi comederunt. hoc de titulo scriptum
dixisse sufficiat. Nunc ad psalmum primum
reuertamur. Sicut ceruus desiderat ad
c fontes aquarum ita desiderat anima
mea ad te deus. Ceruorum natura est
ut serpentum venena contempnant
qui per cauis naribus suis eos extrahunt
de cauernis ut interficiant atque dilace-
rant. Cumque venenum ex visceribus cepit
estuare. et quamuis eos non possint occi-
dere. tamen sitis ardorem et incendium
tollerantes tunc illi fontes desiderant
et purissimis aquis feruentia venena
restringunt quomodo itaque illi cerui de-
siderant fontes aquarum ita nisi qui
de egipto et de seculo recedentes inter-
fecerint pharaonem in aquis suis

et omnem eius exercitum in baptismo in-
habuerunt. post interfectionem diaboli de-
siderant fontem ecclesie patrem et filium
et spiritum sanctum. De patre quod fons sit scri-
bitur in Jeremia me dimiserunt fon-
tem aque viue et foderunt sibi lacus
detritos. qui non possunt aquam continere
De filio quodam loco legimus. dereli-
querunt fontem sapientie. Porro de spiritu
sancto qui bibit de aqua quam ego dedero orietur
in eo fons aque salientis in vitam e-
ternam. Statim exponitur euangelista di-
cente quod de spiritu sancto sermo fuit salua-
toris. Ex quo manifestissime tres in
ecclesia fontes trinitatis esse misterium
hoc desiderat anima ~~mea ad deum
fontem viuum~~ credentis. hoc desiderat
anima baptizati et dicit Sitiuit a-
nima mea ad deum fontem viuum: Non
enim leuiter videre videre voluit deum
sed toto desiderabat ardore toto sitiuit
incendio antequam baptisma conse-
querentur loquebantur inter se inuicem
atque dicebant. Quando veniam et
apparebo ante faciem dei. Ecce sermo
demum impletum est quod petebant vene-
runt et steterunt apparuerunt ante faciem
dei ante conspectum altaris et misterium
d hoc enim non merentur videre nisi illi
qui ex consciencia et ex animo proferunt
corde memorantes fuerunt michi
lacrime mee panes die ac nocte. Per
omnem enim quadragesimam vacaue-
runt orationi atque ieiunio in sacco et ci-
nere dormierunt futuram vitam per
catorum suorum confessione querentes Sed
quia fuderunt lacrimas et fecerunt fletus
dicitur eis Qui seminant in lacrimis
in gaudio metent et beati lugentes
quoniam ipsi consolabuntur. pro quibus vniuer-
sis cum illis diabolus insultaret et
diceret vbi est deus tuus admissi et
in vitali fonte renati confidenter lo-
quuntur et dicunt. Transibo in locum taberna-
culum. quod habitauit in eo vox exul-
tationis atque confessionis et sonus
epulantis. Gaudent quippe sub fide
et consecutione vite eterne quam fratres
vestri iam nunc accipere meruerunt angeli
in celis. omnesque virtutes. Si enim super
vno agente penitentiam et in vna ouicula
morbida que pastoris est recepta gau-
dent angeli atque letantur quanto ma-
gis in tot fratribus in tali gurgite re-
natis atque mundatis vniuersa exultant
regna celorum. videntia homines veteri
peccatorum labe purgatos suo incolatui
preparari. Dicite ergo vos qui christum
induti estis edictum verum sequentes. qui
quasi pisciculus hamo cum sermone

di de gurgite istius sc(u)li subleuam(ur)
in vobis. Re(rum) natura mutata (est). pis-
tes e(n)i(m) qui de mari extracti fuit
mori(un)t(ur). Nos id(e)o de mu(n)di istius ma-
re extraxerunt. atq(ue) piscati sunt

cclxxxix ut viui ex mortuis fieremus. Qua(n)-

a du eramus in hoc sc(u)lo oculi n(ost)ri in
profundo de vita n(ost)ra v(er)sabatur in-
terno postq(ua)m de fluctibus el(e)vati sum(us)
cepim(us) solem: cepim(us) v(er)u(m) lumen
aspicere et su(m)mo gaudio contur-
bati ad animam n(ost)ram dicimus.
Spa(?) m(od)o q(uonia)m confitebor illi salu-
tare vultus n(ost)ri et deus meus. Et
deinceps p(ro)pterea memor ero tui de
t(er)ra Jordanis et ermonij a monte
modico abissus abissu(m) inuocat. Et
nos de t(er)ra iordanis id (est) de flumine
ubi d(omi)n(u)s baptizatus (est). Et hermonij
in hoc est de sc(u)li istius maledictoe
q(uonia)m hmon int(er)p(re)tat(ur) anathema. Et
de monte modico humili. Quamuis ei
aliquis s(an)c(tu)s sit du(m) in isto v(er)satur
seculo no(n) est in mo(n)te grandi atq(ue)
sublimi: sed in mo(n)te est modico
atq(ue) humili clamamus ad d(omi)n(u)m et p(ro)-
fundu(m) ipsius scripture sensum de a-
liis scripture testimonijs int(er)p(re)ta(mur).
Quodq(ue) in abscondo veteris testam(en)ti
no(n) possum(us) inuenire hoc de abscon-
so noui testam(en)ti solum(us). In voce
catharactarum dei hoc est p(ro)phetaru(m) ipsius
et ap(osto)lo(rum) o(mn)ia excelsa d(omi)ni et fluct(us)
ipsius et impetus fluminis qui leti-
ficat ciuitatem dei sup(er) nos t(ra)nsierunt
in xpo ih(es)u cui (est) honor et gl(ori)a in s(e)c(u)la
s(e)c(u)lo(rum). Amen. S(er)mo beati Jeronimi
de resurrectione domini rest(?) talis

Exulta celum
et in letitia esto terra
dies iste amplius no-
bis ex sepulchro radia-
uit: qua(m) de sole reful-
sit. Oret infernus quia resolutus
est. gaudeat quia visitatus est. Re-
sultet quia ignotam lucem post se-
cula longa vidit: et in profunde

b noctis caligine respirauit. O pulch(r)a
lux. que de candido celi fastigio p(er)-
notasti et int(er) fluenta purpurea se-
dentes in tenebris et umbra mort(is)
subita claritate vestisti. Confestim
igitur et(er)na nox descendente re-
splenduit: siluit stridor ille lugentiu(m)
dirupta ceciderunt vincula dampna-
to(rum). attonite mentes obstupuere
tortor(um): omnis simul officina impia
contremuit: cum xp(istu)m repente in
suis sedibus vidit. Mox igitur fer-
rugi(n)ei ianitores descendente xpo
talia int(er) se ceci umbrosa silencia
metu inturbante submurmurant.
Quis nam est inquiu(n)t iste terribil(is)
et niueo splendore chorus(c)ans. Nu(m)-
qua(m) talem n(oste)r excepit tartarus. nu(m)-
qua(m) in n(ost)ra cauerna talem euomuit
mu(n)dus. Inuasor (est) iste no(n) debitor
effractor est no(n) precator. Judicem
videmus no(n) supplicem. pugnare ve-
nit no(n) succu(m)bere: eripere no(n) mane-
re. Ubi nu(n)c putatis socij n(ost)ri ac ian(i)-
tores dormiebant: cu(m) iste debellator
claustra vexabat. Iste si reus esset
audax no(n) esset. Si cu(m) aliqua delicta
fuscarent: nu(m)q(ua)m fulgore suo n(ost)ras
tenebras dissiparet. Sed si deus est
ut quid hic venit: Si homo (est) quid
p(re)sumpsit. Si deus est: quid in sepulc(r)o
facit. Si homo. quare captiuos sol-
uit. Nu(m)q(ua)m iste cum auctore n(ost)ro fe-
dus composuit: An forte et ip(su)m ag-
gressus vicit. et sic ad n(ost)ra regna
t(ra)nsiuit: Certe mortuus: certe vict(us)
erat ~~et sic ad n(ost)ra regna transiuit~~

c Illusus n(oste)r p(ro)phator in mu(n)do: nesci-
uit quia hic stragem pararet inferi
no. O crux illa fallens gaudia n(ost)ra
et parturiens dampna n(ost)ra p(er) lignu(m)
ditati sum(us) per lignu(m) excutimur.
Perijt p(otes)tas illa: cunctis semp(er) pop(u)lis
formidata. Nullus sub ede n(ost)ra cap-
tiuus palpitauit. en quod gemendu(m)
est exultat. Nusq(ua)m auditur antiq(uus)
fletus: et nulli iam resonant eiu-
latus. Omnis mugitus gemencium ob-
mutuit. putas ne iste fine n(ost)ro re-
dit exitio. Nemo vnq(ua)m ad nos viuus
intrauit. nemo hic audax fuit. neq(ue)
sic carnifices terruit. Nu(n)qua(m) in hac
habitacione nigra semp(er) et fuligi-
ne tecta. lucidu(m) lume(n) apparuit. An
forte sol de mu(n)do migrauit: Sed nec
celum nobis astraq(ue) parent et tam
infernus lucet. Quid faciemus. Quo
co(n)uertemur. defendere contra istum
cruentas domos et obtinere n(ost)re ca-
uerne portas custodias no(n) valem(us).
Male intrauimus tantam lucem ob-
tenebrare nequimus: opprimere tan-
ta v(ir)tute p(re)ditu(m) no(n) valemus. N(ost)ra g(rati)o
q(ue) vrge(n)t colla conspicimus et de n(ost)ro
in sup(er) interitu formidamus. Quid
nobis e celo. plagis recentioribus
iusta ulcione flagellam(ur): nocte n(ost)ra
contenti sumus antris n(ost)ris occul-
tam(ur). Quare radijs solis prodim(ur).
Quare violentia disturbamur.
Quare in n(ost)ris sedibus captiuam(ur).
Mox igitur xpus in p(ro)pos crudeles

ministros penarum acies dirigit atque im
placabiles turmas framea diuina
concidit. Fremuit diri sub tortore car
nifices: et rabidiosis adacti stridoribus
contabescunt. ipsa quoque antra ferre
cubilis intrante fortissimo a fortiore
eternis nexibus colligantur. Hoc namque
ita futurum dominus ipse promiserat dicens
Nemo intrat in domum fortis et vasa
eius diripit nisi prius alligauit forte
et sic vasa eius diripiet. Tristes igitur
mox lugentesque diutino squalore
turbe populique vexati concurrunt et
creptoris sui vestigiis aduoluuntur. Ecce
apostolica dicta probantur In nomine ihesu
omne genu flectatur celestium terrestrium
et infernorum. Mox igitur captiue
anime de custodiis relaxate. atque carce
ro prodeunt: regnaque celorum ista sup
plicatione deplorant. Venisti tan
dem clementissime ihesu: succurre iam
et parce fessis Nunc xpe seuas extingue
minas. iam miserandos resolue
mngitus Redemisti viuos cruce tua
: eripe mortuos morte tua. pauor no
biscum forte mundus ipse interierat
et aduentum tuum omnis creatura pende
bat. Tibi nostra tormenta suspirabant
te semper infernus ista pauebat. dum
hic es absolue reos: dum ascenderis
defende tuos. Dum hic es vniuersa
vniuersa claustra soluantur. dum ascen
deris non claudantur Tu solus caput
draconis comminuere potuisti. Tu por
tas ereas et vectes ferreos valuisti
conterere. Pateat quesumus orantibus
ianua: lux non desit pia Et si redie
ris ad corpus maiestate tua non pre
uetur infernus potencia tua. Post
auditas itaque preces post compositas le
ges. post diuisos in alte voraginis
fossa tortores. rex noster hodie de infe
ris triumphator et laureatus exiuit
Nec candidatum officium defuit sed le
ta cum principe suo omnis beatorum
turba processit sicut in ewangelio
scriptum est quia resurgente domino mul
ta corpora sanctorum qui dormierant
resurrexerunt: et exeuntes de monu
mentis post resurrectionem eius ve
nerunt in sanctam ciuitatem et apparue
runt multis. Procedat igitur ad sta
dium suum triumphator ut cum viuus. ut
nouerit omnis mundus. quia rediuit
ab inferis xpus. Glorientur ergo cre
dentes: plaudant manibus omnes
gentes. quia rex noster et in seculo triu
phauit et inferos vicit. Beneficia
domini nostri cum magna atque mistica sint
tamen nec noua probantur esse nec subita

sed ab initio seculi et predicta sunt oracu
lis. et prefigurata misteriis Sacra domini
passionem ab ipsis mundi coalescen
tis exordiis. veteris testamenti re
sponsa retinuerunt et ideo apud xpm
dominum predicatum atque nunciatum suis ap
te ex ipsorum libris ac voluminibus asse
rimus validis absque dubio munitum
priuilegiis qui tam de aduersariis asse
rit instrumentis Speciosa victoria est
contrariam partem cartulis suis velut
propriis laqueis irretire et testimoniorum
suorum vocibus confutare et emulu
telis suis enicere: ut pugnatoris
tui argumenta. tuis probentur vtilita
tibus militare Itaque in domino nostro perso
na dum ade primi hominis costa mater
cunctorum viuencium eua producitur: ex
huius sacro latere ac salutari vulne
ecclesia omnium fidelium parens reparanda
monstratur In eius typo abel iustus oc
ciditur et innocens fraterna tamquam
iudaica impietate mostratur Hic idem
dominus in nouissima mundi senescentis
etate. prefigura beati abrahe longe
ui prius offertur quo tempore domini
nouo sacrificio in vinea sua Iugulum prius
parricida consurgit et in promisso ari
es oculis eius apparuit. sicut loquun
tur diuinis. Et vidit abraham arietem
inter vepres herentem cornibus Inter
vepres inquit. Requiramus que
ista sit nouitas: idest in multitudine
cunctum stantium peccatorum. herentem cor
nibus idest adtractis cornua clauorum
confixione pendentem. sicut in alio
loco legimus: cornua in manibus
eius sunt. hoc ideo quia venerandas
manus eius patibuli brachia sus
ceperunt Inter spinas autem deputatus est
quando spineo serto innocencie et
iusticie auctor illusus est Sed altius
introspicere debemus. quidnam sit
quod ysaac a patre altaribus admo
netur. at subito aries pro eo non muta
ta sed duplicata oblatione supponitur
Gemina hic adoranda subba redemp
toris ostenditur. Dei enim vnigenitus
offertur. et virginis primogenitus im
molatur. Hoc quoque dominice passionis
configurabat insignia. quod legimus
beatum helizeum sepulchro condi
tum ingesto alatrunculis cadauere
intra tumulum suum corpus extincti
tactu sacri corporis suscitasse. Cuius
hic alius prefigurabatur nisi dominus noster
ihesus xpus qui resurrectionem de
morte largitur et vitam sepultis
operatur. In latrone reum mundum in
prophe virtutibus xpm dominum recognoscite

Adhuc celebrime

Adhuc celeberime prophetias stans eciam in prophete Jone laboribus et erumpnis christi passio atque resurrectio designantur. Hic ionas quod fidei vere non arbitramur incognitum typum domini gessisse scribitur. Ipse enim dominus dicit. Sicut fuit ionas in ventre ceti tribus diebus et tribus noctibus ita erit filius hominis in corde terre tribus diebus et tribus noctibus. Hic inquam ionas ad predicandum nunciatur ire celestis offensam domino. Jubente dicitur: sed prius christum prophetiam populi conversione vacuadam navim profugus que tharsim petebat ingreditur; sed nautis exorta tempestate turbatis sorte fluctibus datur: et faucibus ceti piscis diuisis excipitur. sed pisce illesum eructuante depositum tercia die terris refunditur. videte dominum eciam in veteri testamento: in servi forma mirabiliter apparere. videte quomodo se ante actis seculis indicavit seculum servilis forme humilitatem venturo. Jonas itaque dominum predicaturus ad magnam in mundi civitatem destinatur urbem: dicturus adhuc quadraginta dies et niniue subuertetur. et christus ad mundi intrans civitatem ut diem salutis et proximum iudicii tempus annunciet. Jonas navim expetit et christus ecclesiam. Jonas fluctibus agitatur christus mundi turbinibus exercetur. Nisi ionas perditum detur naufrage navis periculum non sedatur: sic et non liberatur ecclesia nisi morte christi saluetur. Naute dimissuri ionam timore verentur. et dicunt domine ne des super nos sanguinem innocentem. Nonne vobis videtur nautarum imprecacio pilati esse confessio qui tradit christum et tamen lauat manus suas et dicit mundus ego sum a sanguine iusti huius. Quam congrue per personam gentilium fides gencium predicatur dicit itaque Jonas in oratione sua. Tolle igitur domine animam meam quia michi melior est mors quam vita: dicit hoc rebus dominus noster ihesus christus quia melior est michi mors quam vita: id est viuens prima iudeorum gentem salutare non potui moriar et vniuersus mundus vna morte saluetur. Jonam cetus piscis excepit in mersum sed non contigit devoratum et quem malicia hominum perdidit bestia esuriens custodiuit. plenus visceribus fame patitur: et in predam quam absorbuit nil sibi licere miratur.

uncus
Quis est iste qui intra avidos rictus absumi potest consumi non potest. Cibus est corrupcio non est. Traditur perdicionis profundo et servatur ipsius mortis obsequio. Quis est iste qui vastissimos sinus periculorum totus ingreditur et sub altitudine conclusus in mensa atque mortifera vitali aere pascitur. et dimissus in alienam rerum naturam in vite exilium cum vita peregrinatur et mortis superstes annunciat venturam mundi salutem. puto quod hic est dominus noster ihesus christus. quem seua mors inexplebilis belua in se tam sua rapuit et predam suam captiua contremuit. Contremuit inquam. Nam si nouerat crucifixum tamen quem non meminerat reum. non poterat tenere dampnatum: quia culpam non facit pena sed causa. Quasi solitum cibum perditum in origine mundi homine devorauit: sed magnam esse cibi ipsius dignitatem perforata cognouit atque ideo diuinus sermo commemorat. Et precepit dominus pisci et euomuit ionam in aridam. Precepit ergo bestie. precepit morti semper esurienti. precepit abissis et inferno: ut mundo restituant salvatorem. Euomuit autem. hoc debemus accipere quod eximiis visceribus mortis victrix vita remeauit: atque eam eximiis precordiis inferni perdicio exulcerata reddiderit. videmus itaque in prophete afflictionibus aptissime prefiguratam et mortem paricter et resurrectionem. Quapropter quod impletum cernis in servo credere non cuncteris in domino. Que cum ita sint perspice o homo quantum valeas. et perpende quid debeas. perspice quantum valeas ut tandem vilis esse tibi desinas ut vel pro hoc erubescendis subiacere viciis dedigneris. dum generositatem tuam de creatoris atque reparatoris dignitate metiris. habet causas: quibus ipse confundatur. Cur indignis dominus victo corde subdatur: cui gloria eterna promittitur. atque sic gemino privilegio. qui dudum diuine imaginis participator efficeris eciam commercii nobilitate preciosus. Vnde quam fortis esse possis contra hostem tuum interroga statum tuum quod tibi dominus ad debellandum in membris mundi principem et spirituales nequicias superandas liberam contulit facultatem. At sic impossibile non putes ut misereri obtineas in angelicas beatitudines. cum in hoc seculo angelicas demereris potestates. Non ergo

CCCXI
a.

te degenerem ac despectum faciat vita que uel factura probatur illustrem protulisse uel gra. sed altius fideles xpi ad supna fiducialiter extollant. Nam qui se celesti pcio vident redemptos ad celestia nō dubitent pparatos

De die dnico pasche S'mo beati Jeronimi pbri

Nonqueo fres kmi que mente concepi ore proferre sermonem et cordis mei letitiam lingua nō explicat. hoc aūt nō solum ego patior qui cupio narrare que sencio: sed etiam et vos mecum patimini plus exultantes in consciā qz in eloquio proferentes. videtur michi hec dies cetis diebus esse lucidior. sol mūdo clarior illuxisse Astra quoqz omnia et elementa letāi. et que paciente dnō xpm̄ lumē retraxerant et fugerant et noluerant creatorem suū aspicere crucifixum. hec nūc victore suū et ab inferis resurgente. suo si dici pōt fulgore suo prosequūtur officio Credit celum. credit terra et sagena que totū mūdū piscata est iudeos tenere nō potuit hec dies quam fecit dns exultemus et letemur in ea Quomodo scā maria virgo mr dnī int omēs mulieres principatum tenet. ita int ceteros dies. hec omī dierū mr est Rem nouam dico. sed que scripturarū vocibus compbetur. hec dies et vna de septem et extra septem ē. hec est dies que appellatur octaua vnde et in quibusdam psalmorū titulis suprscribitur pro octaua. hec est in qua sinagoga finitur et ecclesia nascitur hec in cuius numero octo anime saluate sūt in archa noe Qd similiter inquit et petrus vos saluos facit ecclia hec ē de qua ecclesiastes precipit. date ptes septem date et octo. hij sūt octo gradus p quos in ezechiele templū di scandimus hec octaua dies: decimus sacramento et omnī nationū in xpm̄ fide. octauus quoqz psalmus capitulo dne dns nr quā admirabile est nomē tuū in vniuersa terra Et qd me nūc est infinita replicare. dies me deficiet. si voluero omē dei istius exponē sacm̄. hec tantū dico: quod vniuersi sabbati gra et antiqua illa festiuitas populi iudeorū diei istius sollempnitate mutata est. Illi in sabbato nō faciebant opus seruile nos in die dnīca hoc est in die resurrectionis opus seruile nō facimus quia pctis et vicijs nō seruimus. Qui enī facit pctm̄ seruus est pcti Illi de domibus suis nō egrediebantur. et nos de domo xpi nō egredimur sumus enī in ecclesia Illi nō accendebant ignem in die sabbati. nos e contrario accendimus in nobis ignē spūs sci et omē viciū excoquimus pctorū de quo igne dns ait. Ignem veni mittere sup terram et quē volo ut ardeat. desiderat dns istū ignem ardere in nobis caritas dei Illi p diem sabbati nō ambulabant in itinere pdiderūt enī eū qui dixit ego sum via. nos aūt dicimus beati immaculati in via qui ambulant in lege dnī Et iterū viā veritatis elegi: et viā iustificationū tuarū doce me. De spinis illi dnm̄ coronauerant Nos aūt si fuerimus lapides pciosi dnm̄ nrm̄ coronabimus Caput imperatorum istius seculi ornat diadema nos ideo in capite nrī regis imponimur et ornemur a capite Illi nō suscepērunt xpm̄ et susceptūri sūt antixpm̄. Nos recipimus ihrlem filiū dei ut habeamus postea fuit pharaone ad extremū int hircus ante dnm̄ immolatur altare. illorū hircus antixpus consputus et maledictus pcitur in solitudine. Noster latro cū dnō ingreditur paradisū illorū latro homicida atqz blasphemus moritur in pctō suo Illis barrabas dimittitur nobis xpus occiditur pro quibus vniuersis fres kmi consona pariter voce cantemus hec est dies quā fecit dns exultemus et letemur in ea. Ignitam illam romphea et paradisi ianuam quā nullus potuit effringere hodie xc cū latrone reserauit. hodie dixit xpus ad angelos Aperite michi portas iusticie et ingressus in eas confitebor dnō Que cū semel apta ē: nūquā credentibus clauditur Ex eo tempore quo passus ē dns usqz in presentem diem: semp hec porta et clausa est et reserata Clausa est peccatoribus et incredulis: reserata est iustis et credentibus. p hanc ingressus est petrus. p hanc ingressus est paulus p hanc omēs sancti martires intrauerūt. p

2
C 2

p hanc cottidie de toto mudo iusto
rum anime ingrediuntur. Due porte
sut: porta paradisi et porta ecclie.
p portam ecclie intramus in porta
paradisi. Ita debem9 viue ne eiciami
de domo illa: et eiecti foras a bestijs
deuoremur quas in alio loco pp ha
formidans ait. Ne tradas bestijs
animas confitetu tibi. Ecce nuc
dns stans in paradisi ianua loquit
ad nos qui sumus in domo ipius. Qua
quicuqz seorum fuit ingressus. q9
us diabolus prohibeat eximus ? inn
tus accuset ipe est siquidem accusa
tor frm nroz ipe est vindex inimicy
sicut in centesimo vicesimo sexto
psalmo dicitur qui sais fuerit no
confundet cu loquet inimicis suis
in porta in xpo ihu. cui e honor
et gla in secula seculoz amen.

Ad neophitum sermo bti leo
de psalmo Cxvij 177

CCCxiij
a

In omni psal
terio dns nr ihus xps
pphatur atqz canitur
siquidem habet ipe
claue dauid. que apit
et nemo claudit. claudit et nemo
apit sed p'apue in centesimo decio
septimo psalmo. qui nunc lectus est
resurrectionis misteriu pdicatur.
hic em psalmus in quo a spu sco
psignati vocantur ad cofitendum
dno in laude uel ad cofessionem ge
ni veri isrlite in pma et sum sac
dotis aaron domus quod ecclia siue
gnaliter oms timetes dm. tai pro
tantis muneribus pietatis patis
qui filio suo no pepcit sed pro nob
omnibus tradid illum. A confessioe
incipitur. qm bonus qm in sclm
mia eius. Cuius em irim potit
ee confidans ea que in eo cotidie
resultans canit ecclia hoc e passioz
dni saluatoris resurrectionis siue
ascensionem. et no magis erumi
pat in voce compos illoz puulorum
effatis. dno cu ramis et palmis re
sultantiu. o dne saluos nos fac.
o dne bene prosperare. Vnde et ipe
victor ad prem ascendens Imperat
Angelis dicens. Aperite michi por
tas iusticie: et ingressus in eas co
fitebor dno. Hee sut porte de quib9
in vicesimo tcio psalmo inter se inuice
angeli loquebant ingressu dni
pparantes. Leuate portas princi
pes vras et eleuamini porte eternales
et introibit rex glorie. Sed pulchre

b

leuari videntur porte et in sublime erigi
Siquidem iuxta dispensationem
carnis misterium et victoriam crucis
maior regreditur ad celos. q9 ad terras
venerat. Hec porta dni iusti intrabut
p eam. P hanc portam ingressus est
petrus ingressi sut oms apli. ingssi
sut et martires et cotidie sci quiqz in
grediunt. P hanc portam primus lato
cum dno ingressus est habetote fi
duciam. et vos parate similia. Sic
em ipe aplus dicat si consurrexistis cu
xpo que sursum sut sapite uel querite
vbi xpus in dextera di pris sedet. No
dicit hic psalmus soli apli. prophe
et martires introibut p eam. Qui
cuqz ergo iuste agit et inter iustos
dm ee meruit fiducialit agat in eo
speret quia intrabit p hanc portam
Quia dns no querit sanguinem cotti
tenciu sed fidem pro qua sanguis
effunditur. Ideoqz si habuerimus fi
dem que pot fundere sanguinem im
putabitur nobis et cruoris effusio
O vere infelices iudei. omni seri atqz
miserabiles lapidem qui p ysaiam
repromissus est quod poneretur
in fudamentis syon et populu vtruqz
coniungeret. ee dnm saluatore ee fi
lui dei. hunc vos reprobastis hedi
ficantes quondam congregatione dni
et templu di misteriaqz custodientes
qui reprobatus a uobis factus e in
caput anguli: et primam ecclesiam de
iudeoz populo congregatam et crede
tes ex nacionibus in vnum ceperunt et
misteriu federauit. A dno factu e istud
hoc est mirabile in oculis nris. ut
nos qui ante passione dni sine tes
tamento eramus ex lege adoptarem
in filios dei et fori cingulo p cutes
cente. Aliud sibi deus limbare sibi
contexeret. aliu populu ppararet vos
ergo iudei habetis scriptura vos legit
libros et nos in eu qui eis scriptus e
libris ipm adorantes credimus. Vos
tenetis paginas nos sensu paginaz
Vos complicatis mebranas anima
liu mortuoz: nos possidemus spm
viuificantem. Quid mirabilius ee
pot istiusmoi sacro. Quid hac die fe
licius in qua dns iudeis mortuus
est et nobis reuixit: in qua synago
ge cultus occubuit. et e ortus ecclie
in qua nos oms fecit secu resurgere
et viuere et sedere in celestibus. et
impletu est illud quod scriptu est in
ewangelio. tu aut exaltatus fuero
a terra omnia traham ad me. Hoc
est dies qua fecit dns exultemus et

c

letemur in ea. Omnes quidem dies fecit dominus. sed ceteri dies possunt esse iudeorum possunt esse et gentilium. dies dominica. dies resurrectionis dies xpianorum dies noster est. Unde et dominica dicitur quia in ea dominus victor ascendit ad patrem. Quod si a gentilibus dies so lis vocatur et nos hoc libentissime confitemur. hodie enim lux mundi orta est hodie sol iusticie natus est in cuius pennis est sanitas. Nunc quid sol pennas habet. Respondeant iudei et qui tantum secundum litteram scripturas intel ligunt similes iudeorum. Nos autem di cimus quia quicumque sub alis istius so lis fuerit qui dicit in evangelio quo tiens volui congregare filios tuos quem admodum gallina pullos suos sub alas suas et noluisti iste securus erit a baratri pitre diabolo ab aquilis volantibus in ezechiele et omnia peccatorum eius vulnera sanabuntur. Ut autem sciatis fratres mei quod iste psalmus iste de domino scriptus est: et in euangelio pueri sicut supra meminimus qui intrante ierosolimam salvatore palmas le vantes clamaverunt atque dixerunt osanna in excelsis. de centesimo sep timodecimo psalmo istos versiculos assumpserunt. O domine salvum me fac. in hebreo scribitur osanna unde et iudei impatienter ferentes. voluerunt prohibere parvulos de quibus in ysaia dominus lo quebatur. ecce ego et pueri mei quos michi dedit dominus. Tacentibus enim se nibus et in iudicia livore cruciatis. parvuli clamant xpm pueruli confi tentur. Quod si et illi tacuissent lapides utique clamarent id est gentium populos de quibus in evangelio scriptum est potens est deus suscitare filios abra he de lapidibus istis. nos significans qui duro quondam corde fuimus sed nunc ardentes ihesu xpo in filios abraham in filios dei omnipotentis adoptati sumus per xpm dominum nostrum cui est gloria in secula seculorum amen.

Ieronimus ad honestum de dua bus questionibus sive ad paulinum

pot. d. q. una que est cor pharaonis ad indura tum fuit. alia que filii baptizatorum vocanti sunt

Vocem meam provocas ad scribendum inter tres eloquentia. et in epistolari stilo ipse tullium re presentas. Quod querer is me parvas et incomptas litter ulas mittere non venit de inercia sed de timore tui ne verbosius ad te loquens plura reprehendenda transmit tam Et ut fatear simpliciter tempore navigandi tanto ante simul flagitantur ut si cuncta ad singulos velim rescribere occur rere nequeam. Unde accidit. ut o missa compositione verborum et scribe ntium sollicitudine dictem quicquid in buccam venit et amicum te tantum meorum dictorum non iudicem. Duas questiunculas tue littere preferebant unam quare a deo induratum cor pharaonis et apostolus dixerit non volentis neque currentis sed miserentis est dei et cetera que liberum tollere videntur arbitrium. Alteram quomodo sancti sint qui de fidelibus id est baptizatis nascan tur sine dono gratie postea accepte et custodite salvi esse non possint. Primi libris periarchon quos nuper pammachio nostro iubente interpretatus sum. origenes fortissime respondit: quod de te cetera opere implere non potui quod tibi pepromiseram: et danielem nostrum cur sum comperendinavi. et quidem quamvis mei amantissimi et egregii vi tamen viri voluntatem in tempus aliud distulissem. nisi omnis pene fraternitas de eadem urbe postulas set asserens multos periclitari et per versis dogmatibus ad questiones unde necessitate compulsus sum transferre libros. in quibus plus mali quam boni est et hanc servare mensuram ut nec adderem quid nec demerem greca que fidem latina integritate servare. Quorum exemplaria a supradicto fratre poteris mutuari. licet tibi greca suffi ciant: et non debeas turbidos nostri in genioli rivos querere qui de ipsis fon tibus bibis. Preterea quia docto viro loquor. et tam divinis scripturis seculi litteris erudito. illud dignatio nem tuam admonitam volo ne me putes in modum rustici balationis cuncta ori genis reprobare que scripsit. quod in me criminantur a k a i ros poial beati eius. et quasi dionisium philo zophum arguant subito mutasse sen tenciam sed tantum prava dogmata re pudiare. Scio enim equali maledicto et eos subiacere qui bona maladi cunt. et illos qui mala bona indicant qui faciunt amarum dulce. et dulce a marum. Aut que tanta pertinacia. sic alicuius laudare doctrinam ut sequaris et blasphemiam. De secundo problu mate tuo. tertullianus in libris de monogamia disseruit. Asserens sanctos dici fidelium filios. quod quasi candi dati sint fidei: et nullis idolatrie

sordibus polluantur. Simulque considera quod et vasa sancta in tabernaculo legerimus et cetera que ad ritum ceremoniarum pertinent, cum utique sancta esse non possint nisi ea que sentiunt et venerantur deum. Idioma igitur scripturarum est, ut in terdum pro mundis et purificatis atque expiatis sanctos nominet, sicut et bersabee sanctificata scribitur ab inmundicia sua: et ipsum templum sanctuarium nominatur. Obsecro te ne tacito mentis iudicio me aut vanitatis arguas: aut falsitatis. Testis est enim conscientie mee dominus quod ab ipso premetu et in precationis exordio supradicta necessitas me retraxit et scis ipse non bene fieri quod occupato animo fiat. Palliolum textitum brevitate latissimum senili capiti confovendo libenter accepi et munere et muneris auctore letatus.

Epistola beati Jeronimi presbiteri ad principiam virginem in qua exponit ei quadragesimum quartum psalmum

Scio me principia in christo filia a plerisque reprehendi quod interdum scribam ad mulieres: et fragiliorem sexum maribus preferam. Et ideo debeo primum obtrectatoribus meis respondere et sic venire ad disputatiunculam quam rogasti. Si viri de scripturis quererent mulieribus non loquerer. Si barach ire voluisset ad prelium, debora de victis hostibus non triumphasset. Jeremias carcere clauditur et quia periturus israel virum non recipit prophetantem, holdois mulier suscitatur. Sacerdotes et iudei crucifigunt filium dei: et maria magdalene plorat ad crucem unguenta parat: querit in tumulo: ortolanum interrogat. dominum recognoscit pergit ad apostolos repertum nunciat: illi dubitant: ista confidit. vere pirgus turris candoris et libani que prospexit faciem damasci sanguinem videlicet salvatoris: ad sacram penitentiam provocantem. Defecerant sare muliebria: et ideo ei Abraham subicitur et dicitur ad eum. Omnia que dixit tibi sara audi vocem eius. Illi defecerant tu numquam habuisti muliebria. Sexus deuoratur ab igne. christum portat in corpore iam possidet quod futura est. Rebecca pergit ad interrogandum deum et eius responsione condigna audit oracula. due gentes in utero tuo, et duo populi de ventre tuo dividentur. Illa duos generat dissidentes in uno cottidie concipis parturis generas. unione secundum maiestatem multiplici trinitate concordie. Maria soror moysi victorias domini canit. et bethlehem nutrix atque effrata stirpe nominis sui signat in posteris. Filie salphaath hereditatem inter fratres merentur accipere. Ruth et hester et iudith tante glorie sunt ut sacris voluminibus nomina indiderint. Anna prophetissa generat filium levitem prophetam iudicem. sacro crine venerabilem et offerentem in tabernaculo dei. Tecuites mulier regem david interrogatione concludit: enigmate docet exemplo dei mitigat. Legimus et aliam sapientem feminam que cum obsideretur civitas et pro uno proditore duellem dux exercitus ioab in muros ariete quateret locuta est ad populum in sapientia sua. et tante multitudinis periculum muliebri auctoritate sedavit. Quid loquar de regina saba que venit de finibus terre audire sapientiam salomonis. et testimonio domini condempnatura est omnes viros iherusalem. Elizabeth utero prophetizat et voce. Anna filia phanuelis in templo templum efficitur dei et cotidiano ieiunio celebrem invenit panem. Sequuntur mulieres salvatorem et ministrant ei de facultatibus suis. Ille qui de quinque panibus quinque milia hominum exceptis mulieribus et parvulis aluit. esum sanctarum mulierum non recusat accipere. cum samaritana loquitur ad puteum et saciatus confusione credentis cibos qui coempti fuerant negligit. Apollo virum apostolicum et in lege doctissimum aquila et priscilla erudiunt et instruunt eum de via domini. Si doceri a femina non fuit turpe apostolo. michi quare turpe sit post viros docere et feminas. Hec et istiusmodi. Ut ni noscas filia prestitisse breviter: ut ne te peniteret sexus tui nec viros suum nomen ei gereret. quorum condempnatione feminarum inscripturis sanctis vita laudatur. Gaudeo et veluti quodam tripudio efferetur animus meus. cum in babilone invenimus daniel. Ananias azarias misael. O quam multi sunt senes et iudices israhel quos rex babilonis frixit in sartagine sua. quot multe susanne quod interpretatur lilium que candore pudicicie sponso serta componunt et coronam spineam mutant in gloriam triumphantis. Habes in studio scripturarum et in sanctimonia mentis et corporis marcellam et asellam. quarum

CCCxciiii

altera te per prata virencia et varios diuinorum voluminum flores ducat ad eum qui dicit in cantico ego flos campi et lilium conuallium. altera ipa flos domini tecum mereatur audire ut lilium in medio spinarum: sic proxima mea in medio filiarum. Et quia de floribus et lilijs loqui cepimus semperque virginitas floribus comparatur oportunum mihi videtur ut ad florem christi scribens de multis floribus disputem. Quadragesimum quartum psalmum legens in titulo repperi. In finem pro hijs qui commutabuntur filiorum chore intelligencia canticum pro dilecto. In hebreo scriptum est lammanasseah. al. sosannim labnecore mesthil Sirididoth quod nos latine dicimus victori pro lilijs filiorum chore erudicionis canticum amantissimus. Symachus more suo manifestius triumphum pro filiorum floribus interpretatus est. Igitur sosannim uel pro hijs qui commutandi sunt. uel in lilia transfertur et flores mesthil quoque et erudicionem et doctissimum sonat. Ididia. Antiquum salomonis est nomen quia alio nomine pacificus appellatur. Quatuor autem psalmi. licet in posterioris titulorum parte dissonant hoc principio pernotantur: quadragesimus quartus. quinquagesimus nonus sexagesimus octauus septuagesimus nonus. E quibus duo medij scribuntur dauid primus et nouissimus filiorum chore et asaph. De cunctis dicere non est huius temporis que cepimus explicemus. Recte qui in seculorum fine mundi transmutandi sunt de quibus apostolus loquitur omnes dormiemus sed non omnes immutabimur. referuntur ad finem et hoc ipsum misterium lectorem preparat ad intelligenciam monere et dicere ad eum qui habet aures audiendi audiat. Canticum quoque canitur. Karissimo atque dilecto quia propter illum veniet sanctis promissa mutatio. Que quidem et in hac vita intelligi potest quando exuimur veteri homine et induimur nouo qui renouatur in cognicione secundum imaginem creatoris et gloriam domini contemplantes in eandem imaginem transformamur quasi a gloria in gloriam. Nec est tempus illum quo non mutemur sed preteritorum obliuiscens et in futurum se extendens: cum interior noster homo renouetur de die in diem et immutabilis qui loquitur per prophetam ego deus et non mutor. propter hos mutauerit faciem suam formam serui accipiens et de iudea transmigrans ad philistijm

qui interpretantur potulo corruentes inebriati enim fuerant aureo calice babilonis. primum derisus sit propter stulticiam crucis. deinde susceptus propter gloriam triumphorum. Carissimus autem ille est de quo et ysaias canit cantabo canticum uinee mee et euangelium hic est filius meus dilectus in quo michi complacui hunc audite. cui non primus propheta sed omnis chorus filiorum chore nunc laudes canit. Qui sunt autem filij chore. idest caluarie. In quadragesimo secundo psalmo competencius disputauit. Et sicut trans testem cantici titulo conuenire. mutat vocem de alio ad alium dicit et filia. cui precipitur ut antiqui parentis oblita regi se amplexibus paret. victorem autem eum esse qui dicit confidite ego vici mundum et ad quem ista adolescentis oracio est. A te victoria et sapiencia et gloria. et ego tuus seruus. profecto nouum qui in domino vincente superauit et est particeps triumphorum eius et qui incorruptibilem glorie coronam de cantando te bonorum operum et de varietate virtutum texuit saluatori Eructauit cor meum verbum bonum. per quo interpretatus est symachus Commotum est cor meum verbo indicans ad altius sermonem cor dicentis esse commotum et spiritu sancto futura christi sacramenta pandente etiam hunc in eloquium prorupisse ut quemadmodum ceteri eius aduentum locuti sunt. et iste loqueretur. Ructus autem proprie dicitur digestus cibi et concoctarum escarum in uentum efflatio. Quomodo autem iuxta qualitatem aborum de stomacho ructus erumpit. et vel boni uel mali odoris flatus indicium est: ita interioris hominis cogitationem verba profert Ex habundancia enim cordis os loquitur. Justus comedens: replet animam suam. Cumque sacris doctrinis fuerit repletus de bono cordis thesauro profert ea que bona sunt: et cum apostolo loquitur. An experimentum eius queritis qui in me loquitur christus: Quidam ex persona patris dictum intelligi volunt quod ex intimis vitalibus et cordis archano verbum suum quod in se erat semper protulerit. iuxta alterius psalmi vaticinium. ex vtero ante luciferum genui te et quomodo vterus non significat uterum. neque enim deus in membra diuiditur: sed eandem substantiam patris filij que demonstrat: sic cor et verbum quod profertur ex corde. patrem ostende

et filiu. Quod sequitur dico opa
mea regi illi coaptant intelligen
e. ipe dixit et facta sut ipe man
dauit et creata sut. quod dicente
pre opatus sit filius. omnia enim
que pat facit. eadem et filiu facit
similit et prem manetem in eo
operari dicta p filiu. dico ego opa
mea regi. propheticus chorus
xpi et eccliа sacra dicturus: ne tem
mine videat indignus. et ob con
sciencia peccatoru dicat ei. ut
quid enarras iusticias meas et
assumis testametu meu p os tuu
opa sua regi quem laudaturus
est confitetur. ut si vel bona sunt
ipe suscipiat. uel si mala sut mudz
faciatqz quod iustum est: dic tu ini
quitates tuas ut iustificeris. et iust
tus accusator sui e in principio ser
monis. Idioma aut no solu hebr
re sed latine lingue. e p sin tag
matibus et scripta opuscula dicere
Ergo et iste qui laudes est cantatu
rus dno carme suu et opusculu
consecrat ei et promissis getiliu
ipm inuocat in principio quem
laudaturus est. Lingua mea ca
lamus scribe velociter scribentis
pro quo nos interptati sumus ligu
ua mea stilus scribe velocis. Ex
ma pars prologi velocis est. et
cum pcedentibus iuge quod seqr.
Eructauit cor meu in laudes dei
sermonem bonu. et opuscula mea
quibus eu pdicaturus sum ipi potis
simu consecraui. debeo ergo et ling
ua mea quasi stilu et calamu p
parare: ut pullu in corda quasi or
ganu sonare que sua sut: pbere
linguam illius porganu. Stilus
scribit in cera calamus in membra
nis aut quacuqz matia que apta
est ad scribendu. Mea autem lingua
in similitudinem scribe velocis que
notaru possimus intelligere. quo
dam signoru compendio breuiatu
euangelij strictuqz sermonem.
exarauit in tabulis cordis carnali
bus. Si enim lex p manu mediatoris
digito di scripta est. quato magis
euangeliu qd mansuru est p mea
linguam scriptura spu sancto vi
uis laudes. ad que in ysaia dicit
velocit spolia detrahe cito pdare
velox in corda credentiu sermo de
scribat. Speciosus forma p filiis ho
minu. In hebraico: decore pulchior
es filys hom. finito prohemio hinc
narrationis exordiu est. et fit a

CCCXIV
A

strophа ad xpm amantissimu et di
lectu regem cui dicentis opa consecrata
sut. Quritur aut quomodo pulchior
sit cuctis filys hom: de quo legimus
in ysaia. vidimus eu et no habebat
spem neqz decorem sed erat species eius
in honorata et deficiens a filys ho
minu. Homo in plaga positus sciens
ferre infirmitatem: qui auertit fa
ciem suam. Nec statim scriptura disso
nare videatur ex ibi ignobilitas
corporis ppter qd flagella et sputa et
alapas et clauos et iniurias pati
buli commemoratur. hic pulchritudo
virtutu in sacro et venerando corpe
describit. no quo diuinitas xpi. ho
minibus comparata formosior sit.
hec enim habet comparationem: sed
absqz passionibus crucis vniusis
pulchrior est virgo de virgine. qui
no ex voluntate viri sed ex deo natus
est. Nisi enim habuisset et in vultu
quiddam oculis qz sidereu. nuqua
eum statim secuti fuissent apli. nec
qui ad comphendu venerant corru
issent: denique et in primi testimonio
de quo ait homo in plaga positus et
sciens ferre infirmitatem. reddit
causas quare ista ppessus sit. Qui
auertit faciem sua: id est paululu de
diuinitate subtracta corpus in iniu
rie dereliquit. Quida huc versicu
lum cum superioribus copulant: ut
speciosus forma p filys hom. non
ad xpm sed calamu referatur. Effu
sa e gra in labys tuis: ppterea bndixit
te deus in eternu. In editione vulga
ta pro bndixit vnxit legimus. Sed
sciendum quod error scriptorum septua
ginta translatoribus no debeat im
putari qui hoc loco cum hebraica ve
ritate concordant. legentes illud
ihus proficiebat sapia etate et gra
apud deu et homines et mali loco
admirabantur sup vba gre eius que
egrediebantur de ore eius. et quod
in ptate habebat sermonem: intelli
gere pnt quo sensu dictu sit effusa e
gra in labys tuis. No inuenit gratiam
coram deo in diebus suis et moises
et reliqui pphas: sed omnis gratie
multitudo in labys saluatoris effu
sa est que in breui tempore totum
impleuit orbem. Tamqz sponsus
pcessit de thalamo suo: a summo celo
egressio eius illius. et occursus eius
usqz ad summu eius. Nam et sca maria
que conceperat eu in quo e omnis ple
nitudo diuinitatis habitat corpar
plena gra salutatur. et aplus sciens

b

predicationem suam non in eloquencia secularis sed in virtute dei omnis mundi supasse doctrinas ait et sermo meus et predicatio mea non in persuasibilibus humane sapientie verbis sed in ostensione spiritus et virtutis ut sit fides vestra non in sapientia hominum sed in virtute dei. Denique se reprehendens qui dixerat amplius autem omnibus laboraui. statim intulit. Non autem ego sed gracia dei que mecum est. Et rursum et gracia eius in me est non fuit vacua. Propter autem in saluatore verbum effusionis adiungitur ut significet ego largitatem secundum illud. Effundam de spiritu meo super omnem carnem: et caritatis dei diffusa est in cordibus nostris et nota ut omnia que dicuntur intelligentiam ad personam eius referas qui assumptus ex maria est. quod propter gratiam labiorum in eternum benedictus esse dicatur. tale quid et apostolo predicante. humiliauit et semetipsum factus obediens usque ad mortem: mortem autem crucis. propter quod deus illum exaltauit et donauit ei nomen super omne nomen. Sicut enim ibi forma serui humilia est. et exaltacio nominis ei donacio ad patrem redditur ita hic sit effusio gratie et benedictio ad eum in sempiternum referenda est qui potest humiliari et crescere. Accinge gladium tuum super femur tuum potentissime: specie tua et pulchritudine tua. In hebreo accingere gladio tuo super femur tuum fortissime gloria tua et decore tuo. Istum arbitror locum te optime intelligere. et accinctam xpi gladio militare ut autem scias semper virginitatem gladium semper habere pudicicie per quem truncat opera carnis et superat voluptates: gentium quoque errore deas virgines finxit armatas. Accinxit autem et petrus lumbos suos: ardentem lucernam habuit in manibus. Quod autem femur significet opera nupciarum hijs breuiter exemplis docberis. Abraham mittens ad uxorem filij sui ysaac. dicit maiori domus sue. pone manum tuam super femore meo et adiurabo te per dominum celi. Non dubium quin in persona eius qui de eius semine erat nasciturus. Iacob postquam luctatur cum homine qui ei apparuerat ad torrentem Iabot in mesopotamia derelicta et terram repromissionis ingrediens non ante israhelis sortitus est nomen. quam neruus femoris eius emarcuit. Et ad filium loquitur. Non deficiet princeps de iuda: neque dux de femoribus eius.

Et rursum ipse moriturus ioseph adiurat in femore suo ne eum in egipto sepeliat. In iudicum quoque libro legimus Gedeoni erant filij septuaginta: qui egressi sunt de femoribus eius. Et in cantico canticorum. Ecce lectus salomonis sexaginta potentes in circuitu eius de potentibus israel omnes tenentes gladium docti ad bellum vir et gladius super femur eius. Gloria quoque decoris sui sine specie et pulchritudine diuinitatis sue carnis opera mortificans et natus ex virgine. futurus virginibus virginitatis princeps fuit. Et intende. et prospere procede et regna. propter veritatem et mansuetudinem et iusticiam et deducet te mirabiliter dextera tua. In hebreo. decore prospere ascende propter veritatem et mansuetudinem iusticie et docebit te terribilia dextera tua. Si quod scriptum est in hebreo decore tuo, nequis idipsum vicio librarij repetitum putet. Et est figura qua [illegible] loquitur ad eos quos [illegible] efferuit [illegible] cohortatur ad prelium ut semel accepta bella non deserat et super hostium strages victor incedens preparet sibi regnum in hijs quos de diaboli eripiens potestate suo copulauit imperio. Ego autem constitutus sum rex ab eo: super syon montem sanctum eius. Nulli enim dubium veritatem et modestiam et iusticiam xpm appellari quia dicit. Ego sum via veritas et vita. Et discite a me quia mitis sum et humilis corde. Et quia factus nobis est iusticia et redemptio et sanctitas. Hec autem promulsa dicuntur in corpore: ut exigant in membris. victoria domini seruorum triumphus est. virgum erudicio discipulorum profectus. Et quod sequitur deducet te mirabiliter dextera tua. Aut de signis que in euangelio perfecit. Aut tropheis de eadem qua exercuit in hostibus senciendum est. Cor sapientis in dextera: et cor stulti in sinistra eius. Xpus totus in dexteris est. Antixpus in sinistris: hebraica in propria distat in verbis non distat in sensu. Sagitte tue acute potentissime: populi subter cadent in corde inimicorum regis. In hebraico. absque potentissime reliqua similiter. Et hic versiculus tibi potissimum aptus est. qui cantabat nam vulnerata tu sponsa in cantico canticorum vulnerata caritate ego sum. Nec mirum si sponsus tuus habeat plures sagittas de quibus in centesimo nonodecimo psalmo dicitur sagitte

b in manu potentis ita filii excussorum
his sagittis totus orbis vulneratus et
captus est. Paulus sagitta domini fuit
qui postquam ab Ierosolimis usque ad Illi-
ricum missus arcu domini huc illucque vo-
litavit ad Hispaniam ire festinat ut
velox sagitta sub pedibus domini sui ori-
entem occidentem que prosternat. Et quia
plures sunt potentissimi regis inimici
qui vulnerati fuerant ignitis diabo-
li sagittis. et quasi cuius spiculo per-
cussus in corde sagitte domini mittun-
tur igne cum carbonibus desolatoriis
ut quidquid vitii in corde inimicorum
regis fuerat excoquat. et salua-
toris igne euacuant proditorem. Sedes
tua deus in seculum seculi. virga directionis
virga regni tui. dilexisti iustitiam et
odisti iniquitatem. propterea unxit te
deus deus tuus oleo letitie exultatio-
nis pre participibus tuis. In hebreo thro-
nus tuus deus in seculum: et in eternum.
sceptrum equitatis sceptrum regni tui
oleo exultationis/ dilexisti iustitiam
et odisti iniquitatem. propterea unxit
te deus deus tuus oleo exultationis
pre participibus tuis. duas personas eius
qui unctus est dei et qui unxit intel-
lige. unde et Aquila eloim verbum
hebraicum non nominativo sed casu
sed vocativo interpretatur dicens dee. et
nos per intelligentiam possumus
quod latina lingua non recipit. ne
quis perverse putet deum dilecti et ama-
tissimi et regis bis patrem nominari
quamquam pater in filio et filius in patre et
alterutrum sibi et habitator et thronus
sit tamen in hoc loco ad regem qui
deus est sermo dirigitur et dicitur ei quod
imperium eius. hoc enim intelligo thronum
iuxta illud quod scriptum est. de fructu
ventris tui ponam super thronum tuum. fi-
c nem non habeat Quod quidem et marie
angelus nuntiavit: dabit ei dominus deus
thronum David patris sui et regnabit in
domum David Iacob in secula et regni eius
non erit finis. Nec putemus hoc illi esse
contrarium quod apostolus scribens ad Corinthi-
os ait filium traditurum regnum et subici-
endum ei qui sibi subiecit omnia ut sit
deus omnia in omnibus. Non enim tra-
det patri ut videtur filium separare
sed deo hoc est habitanti in assumpti-
onem corporis deo: ut sit deus omnia in
omnibus et Christus qui ante per paucas
virtutes erat in singulis. per omnes in
omnibus commoretur. Sceptrum autem
et virgam insignium esse regnantis: ipse
propheta significat dicens: Sceptrum
equitatis sceptrum regni tui. Quidam

de Ysaia testimonium proferens exiet virga
de radice Iesse et flos de radice eius as-
cendet hominem qui est assumptus in-
telligunt. cui et deferatur imperium et qui
propter dilectam iustitiam et exosam ini-
quitatem regnare dicatur et unctus
est oleo exultationis pre participibus tuis
suis quasi premium caritatis et odium
iniquitatis in unctio suscepturus. Do-
cemur autem et in utraque parte et amoris
et odii esse in nobis semina: cum ipse
qui primitias masse nostre corporis le-
vavit ad celos et iustitiam dilexerit
et oderit iniquitatem. unde David
Nonne odientes te domine oderam et
super inimicos tuos tabescebam. perfecto
odio oderam illos. Quod sequitur unxit
te deus deus tuus primum nomen dei voca-
tivo casu interpretatus sit. sed non bis no-
minans deum qui supradictum unxerit de-
um In hoc loco fotinus opprimitur sed
arrius caput levat: de evangelio pro-
ferens testimonium ascendo ad patrem d
meum et patrem vestrum: deum meum et deum
vestrum. Sed cum dilectum audiat. cum ac-
cinctum gladio super femur et regnare
propter veritatem et mansuetudinem et
regere ob dilectam iustitiam. et exosam
iniquitatem et unctum esse pre consor-
tibus suis. de quibus scriptum est parti-
cipes Christi facti sumus. si tamen principium
substantie usque ad finem firmum teneamus
nunc aut solum dominum dei ad calumpniam
vocet quasi vindicia que deum sunt divi-
nitati ubi et non humilitati hominis
conveniant audiat actus apostolorum. Ihesum
nazarenum quem unxit deus spiritu sancto
audiat evangelium. Spiritus sanctus superve-
niet in te et virtus altissimi obumbra-
bit tibi. propterea quod nascetur ex te
sanctum vocabitur filius dei. ipsum dominum sen-
tiat intonantem. spiritus domini super me
propter quod unxit me. participes autem
apostolos credentes que significat quibus
unctionis sue vocabulum prebuit: ut
ab uncto vocentur uncti: id est christiani
Myrra et gutta et cassia in [?] vestimentis
vestimentis tuis a domibus eburneis:
ex quibus delectaverunt te filie regum
in honore tuo. In hebraico myrra et
stacte et cassia in [?] vestimentis
tuis de domibus eburneis quibus
letificaverunt te filie regum in honore
tuo. Prefatio ipsa te docuit ideo me
hunc psalmum explanare voluisse quia
ad virginem scribens pro liliis et floribus ti-
tulum repperi. Itaque consequenter et istos ver-
siculos ad te referam cum volumen hoc scribo.
Mortificasti membra tua super terram
et cotidie Christo offerens myrram. Christi

christi bonus odor es. Et propterea stacten id est stillam vel guttam exhibes. Sicut
CCCxlviii
a
narrant et hii qui aromatum novere virtutes. Stacten florem esse mirre.
Quod autem sequitur cassia ipsa est
que ab aliis Cypiti id est fistula nuncu-
patur: vocalis in laudes dei: et omnes
pituitas et reumata voluptatum suo
calore excoquens. Ubi in nostris codici-
bus scriptum est gutta vel stacte: in
hebreo cloth legitur. Unde et Nicho-
demus centum libras mirre et aloes
ad sepeliendum dominum preparavit et spon-
sus loquitur ad sponsam mirra et aloe
cum omnibus unguentis primis et illa
respondit manus mee stillaverunt
mirram. digiti mei mirra pleni.
Proinde et tu mortis opera christo in bap-
tismate consepulta et huic mundo
mortua et nichil aliud nisi de celes-
tibus cogitans: loquere ad sponsum
tuum. Manus mee stillaverunt mirram
et digiti mei mirra pleni. Legimus
et unguentum sacerdotale cuius et David
meminit. Sicut unguentum in capite
quod descendit in barbam barbam Aa-
ron. quod descendit in oram vestimen-
ti eius in quo cum ceteris aromatibus
miscetur stacte. Offerunt et magi mir-
ram et in primi loco inter vestimentorum
eius christi est suscipere mortem eius
et in suam carnem monstrare. Hec
indumenta para sponso tuo. his carnis
assumpte vestibus compitus incedebat.
Cumque huiuscemodi texueris vesti-
menta efficieris ipsa templum domini
et letificabis eum de domibus eburneis
sive ut melius in hebreo scribitur de
templo dentium: et laudes domini cantes
totaque seculo mortua. Angelorum imi-
taberis choros. Ebur enim et dentes
in signum esse mortis et vocis ipsa nomina
natura testatur. Et consequitur adiunctum.
b
Quibus letificaverunt te filie regum
in honore tuo. Rex regum et dominus
dominantium sponsus tuus est. Reges isti
qui sub tanto rege sunt. reguli patris
tui qui te evangelica genuere doc-
trina. Horum tu filia honorificaris
in omnibus vestimentis et odoribus
bonis et templo eburneo. Cui tanta super-
dictum est effusa est gratia in labiis tuis
et accingere gladio tuo super femore
potentissime. et sagitte tue acute
et thronus tuus deus in seculum. Pro eo
quod nos transtulimus de domibus ebur-
neis quia in greco scriptum est apora-
on quidam latinorum ob verbi ambigu-
itatem. a gradibus interpretati sunt cum
baris verbum sit et ytonon palestine

et usque hodie domus ex omni parte
conclusae et in modum edificate tur-
rium ac menium publicorum baris ap-
pellantur. Astitit regina a dextris
tuis: in vestitu deaurato. Quodque
sequitur circumdata varietate: ex-
cepta editione vulgata. nullus inter-
pretum transtulit. In hebraico scriptum est co-
niux in dextera tua: in diademate au-
reo. Ubi nos coniugem vertimus ibi
apud hebreos legitur segal. pro quo
aquila sinkeuton simmachus et quinta
editio palaaken. id est concubinam.
septuaginta et theodocion et sexta
reginam interpretati sunt. Deinde ut
ego posui in diademate aureo sym-
machus posuit in auro primo aquila
quinta et sexta in metira. vel in auro
ofir. Que filie regum sunt et in
sponsi parantur amplexus primo mir-
ram et guttam. et cassiam et do-
mus eburneas delectant eum: cuius
c
thronus seculi est. Que autem iam
super petram christum stabili radice fun-
data est catholica ecclesia una columba
perfecta et maxima stat a dextris eius
et nichil in se sinistrum habet: ad
sensum transiens et tunc plena virtuti-
bus sive ut nos transtulimus in dia-
demate aureo. est enim regina:
regnatque cum rege. Cuius filias pos-
sumus intelligere. et in cognomine crede-
ntium animas et ipse virginum choros.
Offir genus auri est vel a loco in die
vel a calore nomine indito. Septem
quippe apud hebreos auri voca-
bula sunt. Uxorem quoque et concu-
binam intelligamus de cantico
salomonis que sine sponso suo vel
marito dormire non potest. Audi filia
et vide et inclina aurem tuam
et obliviscere populum tuum et domum
patris tui et concupiscet rex decorem
tuum quoniam ipse est dominus deus tuus: et
adorabunt eum. In hebreo Audi filia
et vide et inclina aurem tuam. et
obliviscere populi tui: et domus
patris tui. et concupiscet rex decorem
tuum. quia ipse dominus tuus. et adora-
bis eum. Hucusque propheta lingua
quam calamo scribentis velociter occupa-
rat. locutus est spiritus sanctus ipsum regem
et bellatorem et dominum sponsumque
compellens. Ex persona patris inducitur
loquentis ad sponsam filii sui et
cohortantis eam ut veteris gentilita-
tis et ydolatrie errore contempto
primum hiis que dicantur attendat.
et primum quod de alienigena filia no-
minetur: deinde videat vel ipsa

que dicuntur uel mistica contemplatione tondi-
cionem ex visibilibus intelligens
invisibilia et factus intelligens
creatorem et diligenter in se met aure
suam. et que dicuntur memorie te-
neat. Cumque audierit viderit et
inclinauerit aurem intelligentie
que dicitur obliuiscatur primum populum suum
et domum abraham de chaldea egre-
diens. relinquat terram natiuitatis
et cognationes suas. Nemo dubi-
tat patrem nostrum antequam adoptaremur
a deo fuisse diabolum de quo saluator
ait. vos a diabolo patre nati estis
Cum ergo ait antiquum patris fueris
oblita et talem te exhibueris de-
positis pristinis sordibus ut super fra-
triculem dealbata conscendas:
et postquam possit diligere filius meus
: tunc concupiscet rex decorem tuum
Et ne putes unum esse de turba a
quo amanda es: ipse est rex tuus
et dominus tuus: Quia vero multi dum
qui reges et domini sunt. sunt quadam
potestate reges et domini tamen eiusdem
nature cuius sunt illi in quos dominantur
et regnant. indico tibi quod et deus
tuus sit: et debeas adorare eum
Septuaginta interpretes non dixerunt
adorabis eum sed adorabunt eum
ut sit sensus iste. Cui te amatu-
rus est qui tua filia ex gentibus con-
gregata exposuimus unusquisque ad
se referat animaque credentis quod
prioribus vitiis delictis adoptetur
in filiam inclinet aurem suam obli-
uiscatur veteris conversationis: et cum
apostolo dimittat mortuum patrem et ta-
lem se praebeat que ametur a rege
ipse enim est dominus eius cui flectere de-
beat genu et deposita superbia iugum
humilitatis assumere. Interrogemus
iudeos que sit ista filia ad quam dominus
loquitur: non dubito quin synagogam
respondeat. Et quomodo dicitur syna-
goge et israhelitico populo dimitte po-
pulum tuum et domum patris tui. Num-
quid reliquit gentem hebream
et abraham antiquum patrem. Si
dixerint de vocatione significari
abraham. Quia caldeus reliquit
quis est iste rex qui amatiuus est
abrahe decorem. Certe alius est
qui loquitur audi filia et alius de
quo legitur concupiscet rex deco-
rem tuum. Qui alius non solum rex
sed et dominus deus est: quia adoran-
dus est filia tyri in muneribus vul-
tum tuum deprecabuntur diuites plebis
In hebreo. et o filia fortissimi: in

muneribus faciem tuam deprecabuntur
diuites populi. Verbum hebraicum Sor.
quod in ezechiele iuxta septuaginta
legimus interpretati sunt et tyrus et tribu-
latio et fortissimus siue fortissima et
silex. id est lapis durissimus unde et
in presenti loco error ortus est. Aquila
enim et septuaginta et theodotion et
quinta editio tyrum interpretati sunt. simplici-
ter verbum hebraicum posuit sor. Sim-
machus krataian. id est fortissima
Nos idipsum ad dominum retulimus. ut illa
tamen supra dixerat audi filia et vide
filia fortissimi nuncupetur. aut certe ipsa
fortissima sit quia imitata est forte
patrem cuius vultum. in diuersis muneribus
deprecabuntur diuites plebis diuites ple-
bis diuites in cunctis opibus bonis
et scientia: siue qui diuites putantur
in seculo: sapientes huius seculi et phi-
losophorum disciplinis eruditi uel quod
melius est qui ante diuites fuerunt
habentes eloquia domini et testamentum et prophetas
id est populus israel ut enim ante salua-
toris aduentum. hii qui de tyro erant
id est de populo gentili et proseliti
esse cupiebant deprecabantur diuites
populi israel et per eos introducebantur
templum. sic post aduentum domini quicumque
ex israel credere voluerint diuites quo-
dam familiaritate et protectione
domini veniet ad filiam tyri et offeren-
tes varia dona virtutum et confessionis
in christo deprecabuntur eam ut salutem
quam perdiderant in iudeam inueniant
in gentibus. Omnis gloria eius filie re-
gis ab intus in fimbriis aureis circum-
amicta varietatibus: In hebreo omnis
glorie filie regis intrinsecus: fasciis au-
reis: circumamicta varietatibus vesti-
ta est. pro eo quod in septuaginta scrip-
tum est. esoten et nos uel ab intus
uel intrinsecus interpretati sumus: in qui-
busdam exemplaribus inuenitur ese-
bon: quod cogitatos sonat ex quo
ostenditur omnem gloriam eccle-
sie supra dictum est. Audi filia et vide
et o filia tyri. et nunc appellatur filia re-
gis esse intrinsecus et in cogitationibus
id est in interiori homine et in circumci-
sione non manufacta sed spiritu. habere
conscientie fiduciam apud deum et to-
ta pulchritudine posita magis in
sensuum nomine. quam in flore verborum
Quomodo autem in stamine ex quo de-
pendent fimbrie subtegmine intexitur
et tota vestimenti contextus in stamine
est: ita in aureis sensibus scripturarum
in quibus vestimentis ecclesie intexitur
insistentur aliqua de natura et moribus

et hoc ipm significat vestis aaron
auro. purpurata. cocco bisso. Iacinc/
to q3 contexta. quam fecerūt mulieres
quibus deus ad texendum dedit sa/
pientiam. Et ut intelligere possim9
omnem ornatum filie regis intrisec9
ipsa loquitur in canticis. Introduxit
me rex in cubiculū suū. In quo diuiso
ostio labiorum. deū patrem in bem/
orare. In nono quoq3 psalmo. titulq
in ebr. pro absconditis filij. variam
habuit ioseph tunicam. qua ei texuit
ecclia de hijs fimbrijs saluatoris
emorroisa vna tetigit saluatorem
et sanata est. Quod autem in he/
breo scribitur fascijs aureis vestitur
id ipm significat quod supra. omis
gloria filie regis intrisecus fascijs sen/
suū diuinorum. interiora membra obuol/
uuntur ecclie. et tota veteris regit'
ambitio. Harum fasciarum nō potest
obliuisci sponsa. scdm Jeremiam que
mamas ligant et pectus in quo cogi/
tationes sunt protegunt. Adducent'
regi virgines post eam pxime eius
afferentur tibi. Afferentur in leticia et
exultatione adducentur in templū
regis. Iuxta septuaginta post versiculq
adhuc de filie canitur ornatu. se/
quens ad ipm sponsū regemq3 dī cī/
porro iuxta hebraicū. toti ad sponsā
dicit usq3 ad eū locū vbi scriptum est. po/
nes eos principes in vniuersam terram
et legit' in scutulatis ducentur ad re/
gem virgines. sequunt' eam amice eius
ducentur illuc. ducent' in talamū
regis. Multa esse distantiam anima/
rum in xpo credentiū declarat canti/
cum canticorum in quo scriptum est sex/
aginta sunt regine et octuaginta co/
cubine. et adolescentule quarum nō
est numerus. vna est columba mea
pfecta mea. pxima mea. de qua dicit
viderūt eā filie et btificauerūt eam. re/
gine et concubine. et laudauerūt eam
Que ergo pfecta est. et sancta ē cor/
pore et spū et columba et proxima me/
retur vocari. hec est filia de qua sup/
dictū est. Astitit regina a dextris tuis
in vestitu deaurato. Que autem sup/
gressi sūt sex dies mūdi et futura reg/
na suspirant. Regine appellantur.
Si qua vo circumcisionem quidem hr
octaue diei. sed adhuc que nec dū
por sponsi amplexibus copulat' ut
ad liberos parere. Adolescentula di/
ego puto de istis virginibus que secu'
ecclesiam et in pme ponunt' gradu et
te esse et oms qui in virginitate cor/
poris et anim pseuerant pximas

autem et amicas. viduas esse et
in coniugio continentes que oms cum
leticia et exultatione ducuntur ad
templū et in thalamū regis. In tem/
plum quasi sacerdotes. In thalamū
quasi sponsa regis et sponsi. hoc
templum et Johanes vidit in apoca/
lipsi et psalta desiderat. vnam pecij a
dno hanc requiram ut in habitem
domo dni oms dies vite mee. Et iterum
Dne dilexi decorem domus tue et locū
habitationis glorie tue. Et in alio loco
qua transibo in locū tabnaculi admira/
bilis usq3 ad domū dei. in voce exulta/
tionis et confessionis. sonus festa cele/
brantium. Scutulata aūt quibus sponso
suo regina compont'. ipsa sūt que in
septuaginta legimus circumamicta va/
rietate. Pro patribus tuis nati sunt
tibi filij. constitues eos principes
sup omem terra. In hebraico. pro patrib9
tuis erūt tibi filij. pones eos principes
in vniuersa terra. et expressus psona neq
cū de filia. rursus sed ad filiā sermo
intelligi pot. Et ex spū sco et ex filiorū
thore. Si ergo ad sponsam sermo
dirigitur. sponsa autem de nationibus
congregata est cui sup dicit'. obliuiscere
populū tuū et domū patris tui. debe9
sponsam patris nosse et psequent' no/
uerim9 et filios. pro patribus tuis de
quibus in Jeremia locuta es. qua/
sita possiderūt patres nri ydola et nō
est in eis qui pluat. pro platone
protectis diuersorum dogmatum magistris
nati sūt tibi filij quos constituisti
principes tuos et fecisti in populis
preceptores. aut ēre aliter. O ecclia filij
tui quos genuisti tibi vertentur in patres
tuos cū dedisti pulis fecisti eos ma/
gistros et in sacerdotali gradu omi testi/
monio celsiores. Sin aūt patres et
dicere intelligim9 abraham ysaac et
iacob et reliquos patriarchas filios
qui ei in patrū honore nati sūt. Apostolos
intelligimus qui missi sūt ad omnio
generatio usq3 ad extremū terre et bapti/
zare credentes in noie trinitatis. Sed
quitur quo ecclia de gentibus patres
hre possit. abraham ysaac et iacob
cum ei supdictū sit obliuiscere popu/
lū et domū patris tui. Legamq3 ewan/
geliū nolite dicere patrem habemus
abraham. potens ē enim deus de la/
pidibus istis hoc ē de duro corde susc/
itare filios abraham. Et in alio loco
Si filij estis abrahe opa abrahe
facitis et in genesi ad ipm abrahā
loquit deus. In semine tuo bndicent'
oms gentes. Sicut enim ille in principio

ex fide iustificatus est. Ita et nos iusti-
ficamur in eadem fide. Si habueri-
mus fidem et opera patris nostri abrahe
potest hoc ipsum et ad salvatorem dici
vel apte vel a psalmi choro et ab spiritu
sancto. pro patribus tuis. stirpe videlicet
Judeorum. qui te reliquerunt et negaverunt
nati sunt filii apostoli et de nationibus
credentes quos constitusti principes
in omni terra. Memor ero nominis tui
in omni generatione et generationem
propterea populi confitebuntur tibi in
seculum et in seculum seculi. Quod nos interpretati
sumus confitebuntur tibi symmachus
transtulit laudabunt te. Regina que
steterat a dextris regis in vestitu de-
aurato et iussa fuerat oblivisci po-
puli et domus patris sui. Et cum illi
dictum erat. pro patribus tuis nati sunt
tibi filii constitues eos principes super
omnem terram. Intelligens quanta de-
coranda sit gloria et quibus premiis
sublevanda. Convertit ad sponsum
voces suas et pollicetur recorda-
tionem se nominis sponsi in generatione
et generatione quod promisit videmus
expletum. Ipsa christiana nobis omnibus
christianorum nomen imposuit nomen
novum in quo benedicentur omnes
familie gentium. Recordatur autem
non in una generatione sed in omni-
bus vel in cunctis significans nati-
onibus vel duas generationes Judeo-
rum atque gentilium. Et quia hoc
parum est si in duabus generationibus
nominis domini recordetur propterea populi
qui in ecclesia fuerint confitebuntur
et laudabunt dominum in eternum et in seculum
seculi. Quando et tu o filia princi-
pia sanctorum iuxta choro inter vir-
gines deduceris ad regem et ex
domibus eburneis delectabis spon-
sum in honore tuo tunc recordare
et mei qui huius psalmum tibi domino
revelante intelligentiam cecini et
dixi Memor ero nominis tui ut que
partem intellexisti eminus intelli-
gas si vita comes fuerit et totum
canticum canticorum. Epistola sancti
Jeronimi presbiteri de tarsis xvii. A-
liud Jeronimus de reprehensione
tractatus Reticii galli

Nuper cum Reticii
Augustudunensis episcopus
quondam a Constantio
imperatore sub Silvestro
episcopo ob causam montensium missus est
Rome Comentarios in canticum can-
ticorum plenissimum quod hebrei

vocant sirasirim vehementer mira-
tus sum virum eloquentem preter in-
eptias sensuum ceterorum tarsis urbem
putasse tharsum in qua paulus
apostolus natus sit. et aurum ofaz pe-
tram significare. qui cephas in evan-
gelio ita petrus sit appellatus. Ha-
buerat utique et in ezechiele idipsum
verbum ubi de quatuor animalibus scri-
bitur et species rotarum sicut species
tharsis. et in daniele de domino et cor-
pus eius ut tharsis quod aquila
chrisolitum Jacinctum simachus interpretati
et in psalmis spiritu violento conteres
naves tharsis et inter lapides qui in
ornatu sacerdotis tribuum nominibus
sculpti sunt eiusdem lapidis nomen
inseritur et omnis fere scriptura
hoc referta vocabulo est. De ofaz
vero quid dicam cum supradictus daniel
propheta initio anno cyri regis persarum
post tres ebdomadas Jeiunii ac
penitencie dicat extuli oculos meos
et vidi et ecce vir unus vestitus
baddim et renes eius cincti auro
ofaz. plura quippe apud ebreos auri
quod in genesi nasci cum lapide
carbunculo predicatur. Queras si
tharsis lapis chrisolitus sit aut ia-
cinctus ut diversi interpretes volunt ad
cuius coloris similitudinem dei species
predicatur. quare Jonas propheta tharsis ire
velle dicatur et salomon et Josaphat
in regnorum libris naves habuerint
que de tharsis solite sint exercere com-
mercia. Ad quod facilis responsio est
omonymon esse vocabulum quod et
indie regio ita appellatur. et ipsum
mare quia ceruleum sit et sepe solis
radiis percussum colorem supradictorum
lapidum trahat a colore nomen acceperit
licet Josephus tau litera commutata grecos
putet tharsum appellasse pro
tharsis. Innumerabilia sunt que in
illius commentariis sordere visa sunt.
Est quidem sermo compositus et galli-
cano cothurno fluens. Sed quid
ad interpretem cuius professio est non quo
ipse disertus appareat sed quo eum
qui lecturus est sic faciat intelligere
quo intellexit ille qui scripsit. Rogo
non habuit decem origenis volu-
mina non interpretes ceteros non certe ali-
quos necessarios hebreorum ut aut interro-
garet aut legeret quid sibi vellent
que ignorabat. Sed tam male ex-
istimasse videtur de ceteris posteris ut
nemo possit de eius erroribus iudi-
care. Frustra igitur a me eiusdem
viri commentarios postulas. cum michi

nullis multo displiceant plura quam placeant
Quod si opposuerit an ceteris dederim
audies non omnes eisdem debere vesti
bus Jhesus in deserto plures ordeaceis pa
nibus pascit frumentaceis pauciores Co
rinthii in quibus fornicacio audiebatur
et talis fornicacio audiebatur et talis
qualis nec in gentes adhuc quidem
lacte pascuntur quia nec dum poterant
solidum cibum capere. Ephesii autem in qui
bus nullum crimen arguitur ab ipso domino
celesti vescuntur pane et sacramentum
quod seculis absconditum fuerat ag
noscunt. Neque vero eorum qui a me exemu
plar acceperint vel auctoritate vel e
tate ducantur cum et daniel puer senes
iudicet et amos pastor caprarum in sa
cerdotum principes invehatur. Ad pau
lam et Eustochium sermo beati Jero
nimi de assumpcione beate marie virginis

cccc

a

Cogitis me

o paula et eustochium
ymo caritas christi me co
pellit qui vobis dudum
tractatibus loqui consueveram ut no
vo loquendi genere saltem que vobiscum
degunt virginibus latino utens e
loquio cohortacionis gratia sermonem
faciam. de assumpcione beate et
gloriose semper virginis marie more
eorum qui declamatorie in ecclesiis solent
loqui ad populum. quod utique genus
docendi nec dum attigeram. Sed quia
negare nequeo quicquid iniungitis ni
mia vestra devictus dilectione experiar
que hortamini affectum infancium more
balbucientium qui quecumque audierint
fari gestiunt cum nec dum possunt adple
ni verba formare maxime. quia propter
simpliciores quasque ad me depro
mere compellitis ut habeant sermone
latino quibus se occupent laudibus
ex eadem die quibus vero diuinis pa
tent lectionibus presertim cum et ea
dem in multis festiuitatibus mul
torum sanctorum patrum studia inno
tuerint eloquio quo dictat quidem
uberius ubique in sacris diuinis pre
dicata leguntur. Quid enim aliud
sonant evangelia nisi nascentem
dominum ex maria virgine. et omnia
eius incrementa quousque fuit in mun
do dumtaxat diuinis efferunt preconi
is. Porro ab exordio sancti evangelii
gabrielem archangelum colloquen
tem marie audistis et deinceps
omnia plenius legistis. Ad presepe quo
que o paula te teste nato puero mul

titudinem angelorum inter crepundia
noui partus et querelas nescii plora
tus pro festinantis. gloria in excelsis
deo. et in terra pax hominibus bone
voluntatis cantantem audisti. et ra
diantem stellam vidisti. pastoribus insuper
evangelizantibus credidisti. Magos
preterea tria deferentes munera in vi
sione beatis oculis conspexisti. ipsa
eadem munera bene intelligendo
votis omnibus fide deo obtulisti ma
et cum eisdem magis deum puerum
in presepe adorasti. Sed forte conquesta
me delatorem quod te prodiderim cla
mabis. Ad quod ego. Si celatum
esse volebas teste consciencia. in nar
rare ante presepium ubi plurimum lacrima
ta es non deberes. quoniam ut verum fatear
christi preconia eciam si voluero adiura
tus neque tuas laudes omnino tacere
queo. Idcirco tue te interrogent filie
quas lacte nutris tu ea melius re
serabis que nescio si per speciem aliqua
aut in spiritu vidisti. Unde vos o filie
pulsate matrem precibus. pulsate ad
hostium invitantis amici. si quomodo
tandem vobis aperiantur que resera
ta sunt matri. Verumtamen de hiis
quid plura dicam. Omnia salvatoris gesta
et beate marie obsequia. nec non
actus vite ex evangelio didicistis
Et nunc quid super ut aliquo doctore
requiratis. De assumpcione tamen eius
qualiter assumpta est. quia id vestra depos
cit intencio. presencia absens scribere
vobis curaui que abundancia patris devo
tus obtuli. ut habeat sanctum collegium virginum
in die tante solempnitatis munus la
tini sermonis in quo distat tenera
infancia lactis exprimi dulcedinem
et de exiguis eximia cogitare. qua
liter favente deo per singulos annos
tota hec dies expendatur in laude
et cum gaudio celebretur. ne forte
venerit in manibus vestris illud apocri
fum de transitu eiusdem virginis dubia
pro certis recipiatis. quod multi latinorum
pietatis amore studio legendi carius
amplectuntur. presertim cum ex hiis nichil
aliud experiri possit pro certo nisi quod
hodierna die gloriosa migravit a corpore

b

Monstratur autem sepulchrum eius
cernentibus nobis usque ad presens in val
lis Josaphath medio. que vallis est
inter montem syon et montem oliveti
posita quam et tu o paula oculis con
spexisti. ubi in eius honore fabricata
est ecclesia miro lapideo tabulatu in
qua sepultam fuisse ut scire potestis

ab omnibus ibidem predicatur. sed nunc va-
cuum esse cernentibus ostenditur.
Hec ideo dixerim quia multi nostrorum
dubitant, utrum assumpta fuerit simul
cum corpore, an obierit relicto corpore.
Quomodo autem uel quo tempore aut a qui-
bus personis sanctissimum corpus eius
inde ablatum fuerit, vel ubi transpositum,
utrumne resurrexerit nescitur. Quamuis non-
nulli astruere velint eam iam resus-
citatam et beata cum Christo in mortalitate
in celestibus vestiri. Quod et de beato
Johanne ewangelista eius ministro
cui virgini a Christo commissa est virgo plu-
rimi asseuerant quia in sepulchro non
nisi manna inuenitur. quod et scaturi-
re cernitur. Verumtamen quod horum ve-
rius censeatur ambigimus. Melius tamen
totum deo cui nichil impossibile est
committimus. quam aliud temere diffinire
velimus auctoritate nostra quod non probamus,
sicuti et de hiis quos cum domino teste
ewangelio resurrexisse credimus.
sed utrum redierint iterum in puluerem
certe non habemus nisi quod legimus,
quia multa corpora sanctorum qui dor-
mierant surrexerunt et venerunt in
sanctam ciuitatem scilicet ierusalem et
apparuerunt multis. De quibus non nulli
doctorum senserunt et etiam in suis re-
linquerunt scriptis quod iam in illis com-
pleta sit perpetua resurrectio. fatentur
enim quod veri testes non essent nisi et
vera esset eorum resurrectio. Vnde et beatus
Petrus dixisse legitur cum de dauid lo-
queretur in testimonium. Et sepulchrum
inquit eius apud nos est. quasi non
ausus sit dicere quod ipse aut corpus
eius apud nos est. sed tantum sepulchrum in
quo conditus fuerat. Hinc aiunt
resurrexisse et ipsum cum ceteris sanctis
et ideo vacuum remansisse monumen-
tum veluti nunc beate marie cernitur. Quod
sane fieri et de aliis quibuslibet locis
scripturarum affirmare conantur. quod iam
cum Christo regnent resuscitati in eter-
na societate. Quod quia deo nichil
est impossibile nec nos de beata
maria fieri abnuimus quamquam propter caute-
lam salua fide pio magis desiderio
opinari oporteat quam inconsulte dif-
finire quod sine periculo nescitur. Vnde
de hiis ex quibus certi sumus tantisper
loquamur ad exhortationem nostram
qualicumque sermone ad edificationem
et laudem nominis dei. ut et religio
seruetur pro famulatu et deuotio
augeatur pro affectu. Quoniam hec que
sola interemit vniuersam hereticam
prauitatem sola sit post deum que

nos confirmet in omni veritate sua que
commendet meritis et precibus auxilietur,
ut et ipsi digni inueniamur in eius
laudibus. Quod si queritur post ascensi-
onem domini quid egerit. Verum profecto
est, quia virgo sancta corpore ac mente
permansit. quam sane angelus gabriel
ac si celestis paranymphus intactam cus-
todiuit et Johannes apostolus et ewangelista
cui Christus eam de cruce commisit virgo
virginem seruauit suisque deseruiuit ob-
sequiis. non quod eximius ille sanctorum
chorus apostolorum eam deseruerit. inter
quos post resurrectionem intrans et ex-
iens familiarius contulit de Christi in-
carnatione. tanto siquidem verius
quanto ab initio plenius per spiritum sanctum
cuncta didicerat et perspexerat oculis
vniuersa. licet et apostoli per eundem spiritum sanctum
omnia cognouerint et in omnem edocti
peruenerint veritatem. Quia sane
beatam virginem etsi omnes venerati
sunt discipuli eique famulabantur officio
dilectionis. Johannes tamen amplius
et specialius vsque ad finem vite qui
sibi commissam accepit in sua quasi
matrem filius. cui benignus magister de
cruce. mulier inquit ecce filius tuus.
ad discipulum autem ecce mater tua vt virgo
virgini coheret ut deseruiret officio
obsequii in cura adoptionis. Non enim
pudicissima virginitas alicui discipu-
lorum rectius quam virgini commendatur
et esset ad inuicem grata societas
et floridus aspectus. nec non et ve-
nustus quo sanctitatis comparans alternatim pu-
dicitiarum splendor decoratus. Vna si-
quidem virtus virginitatis in ambobus
sed altera prerogatiua in maria. Altera
quidem quia fecundior sed ipsa. Ipsa
vero sed altera, quia etsi ipsa eadem
que in corruptio. tamen fecunditas inte-
gritatis longe gloriosior quam virginitas
Idcirco et fecunditas in illa tota dici-
ta est et virginitas. Alioquin nusquam
secundum naturam nascendi virginitas vbi
fecunditas predicatur neque fecunditas
vbi virginitas integra conseruatur.
Ideoque totum super excellit de illa que di-
cuntur. quia sunt diuina atque ineffabi-
lia. vnde virginitas et fecunditas
prolis superueniens nouitas est quamquam
humanum eius ex carne quod nascitur
uerumptamen et si magnificentior
multum virginitas in maria propter gratie
excellentiam. vna tamen virginitas
carnis et vna virtus. que ad inuicem
quasi cognata sociatur. Hinc quoque
Johannes quidquid est quod maria genuit
ewangelizando suo commendat eloquio

quod in principio erat verbum. et verbum erat apud deum et deus erat verbum hoc quippe verbum quod erat in principio et apud deum erat et deus erat verbum ipsum deum genuit beata et gloriosa virgo maria. ex se carnem factum. Idcirco et virginitas longe sacratior et fecunditas ut ita dicam multo ineffabilior quam suo potuerit ille explicare eloquio. Verumtamen quanto virginitas cognatior virginitati tanto beatus evangelista ceteris excellentior et virginior verbo. Id quidque est quod virgo genuit. totum prout potuit homo per semetipsum nobis reseravit manifestius et docuit. Ceterum ad exemplum humane vite conversatio eius post ascensionem christi generaliter cum apostolis fuit quousque dispergerentur. sicuti lucas meminit dicens quod regressi quidem a monte oliveti Jerosolimam venerunt et ascenderunt in cenaculum ubi manebant petrus et johannes jacobus et andreas philippus et thomas Bartolomeus et matheus jacobus alphei et symon zelotes et judas jacobi hij omnes inquit perseverantes unanimiter in oratione cum mulieribus et maria matre ihesu ~~et maria matre ihesu~~ et fratribus eius. Secundo ihesu attendite cum quibus virgo vacat in scola virtutum et meditatur in lege mandatorum dei. ut et ipsa sit forma discipulorum christi et exemplum perfectionis omnibus virginibus Conversatur autem cum testibus resurrectionis. et ipsa testis conversatur cum senatoribus celi infra curiam paradisi sub spiritus sancti disciplina et magisterio totius divine maiestatis Invenitur proxima iterum primos summi regis coheredes quorum vita iam non erat iam de terris in quibus christus probabatur sed de celis. hinc a sanctis dixisse leguntur in cenaculo quo pascha dignissime celebratur. Ibi quippe manebant cum maria matre ihesu unanimiter aspirati in caritate perseverantes in oratione donec induerentur virtute ex alto Ceperant enim iam orare qui dudum cum domino conversantes virtutibus et miraculis pascebantur Et bene perseverabant quia diu dudum cum domino in oratione nichil hesitantes donec acciperent munera spiritus sancti que poscebant. Quos et vos o filie imitamini. que in scola christi permanere vovistis perseverate in orationibus unanimiter. vincentes quousque intrare possitis gaudia eterne

vite. quo beata virgo feliciter hodie intravit alternantibus hymnidicis angelorum choris in sua pascha eterne iucunditatis ubi una societas omnium civium. ubi dulcis solempnitas angelorum. ubi post labores et erumpnas felix et suavis refectio animarum. Hodie namque gloriosa semper virgo maria celos ascendit. rogo gaudete quia ut ita fatear ineffabiliter sublimata cum christo regnat in eternum Regina mundi hodie de terris et de presenti seculo nequam eripitur. Iterum dico gaudete. quia secura de sua immarcessibili gloria ad celi iam pervenit palatium. Exultate in qua et gaudete et letetur omnis orbis. quia hodie nobis omnibus eius intervenientibus meritis salus aucta est vobis quoque diligentibus eam honor et virtus una cum reliquis virginibus satis amplior prestatur et gracia. Idcirco dilectissime letamini et laudate quia si deum ore prophetico in sanctis suis laudare iubemur multo magis eum in hac celebritate beate virginis matris eius oportet cum hymnis et canticis diligentius extollere et dignis deo jubilare preconiis. ac ministeriis honorare muneribus. Nulli dubium quin totum ad gloriam laudis eius pertineat quidquid digne genitrici sue impensum fuerit ac solempniter attributum. Ex quo timeo satis et valde pertimesco dum vestris cupio parere profectibus ne forte sicut in prioribus ita et indignus laudator inveniar. profecto quia nec sanctitas vel facundia suppeditat ut beatam et gloriosam virginem digne laudare queam quia ut verum fatear quidquid humanis dici potest verbis minus est a laude celi qua divinis est et angelicis excellentius predicata et laudata preconiis prophetis quidem premonstrata a patriarchis figuris et enigmatibus prefigurata ab ewangelistis exhibita et monstrata ab angelo venerabiliter atque officiosissime salutata. Preterea qualis et quanta esset ab eodem divinitus declaratur cum ait Ave maria gratia plena dominus tecum benedicta tu in mulieribus Talibus quippe namque decebat virginem oppignerare muneribus ut esset gracia plena que dedit celis gloriam terris deum pacemque refudit fidem gentibus finem viciis. vite ordinem moribus disciplinam Et bene ad virginem angelus mittitur. quia semper est angelis cognata virginitas profecto in carne preter carnem vivere

nō terrena vita est sed celestis vnde
in carne angelicam vitam querere
acquirere maius est michi q̄ hr̄e. Esse
enim angelorum felicitatis est esse vo
v̄ginem v̄tutis. Dum hoc obtinere
viribus nr̄is cum grā quod habet
angelus ex natura. vincit tamē
et esse v̄ginem ut angelum diuini mu
neris est officium nō humani. Aue in
quit grā plena Et bene plena quia
ceteris p partes p̄statur marie vo sim̄l
se tota infudit plenitudo grē hoc
quippe est quod dauid p p̄tes p̄sta
marie vo sim̄l se tota infudit ple
nitudo grē hoc quippe est quod da
uid autem descendet sicut pluuia
in vellus itaqȝ cum sit de corpore nes
cit corporis passionem sic et v̄gi
nitas in carne vitia carnis nescit
Celestis plane ymb in virgineum
vellus placido se infudit elapsu
et tota diuinitatis vnda se contulit
in carne qn̄ v̄bum caro factum est. ac
deinde p crucis patibulum expressu
sus omnibus pluuiā salutis effudit
et stillicidia grē humanis p̄stitit men
tibus dn̄s tecum inquit mirares
Et iam erat cum v̄gine qui ad vir
ginem mittebat angelum et p̄ces
sit nuncium suum deus sed a deo nō re
cessit Nec teneri potuit locis qui
omnibus hētur in locis. et totus
vbiqȝ est sine quo nichil totum Er
go v̄bum p̄is nunquā carpere diste
deus homo pro nobis fieri digna
tus est secreto suo misterio quod ipse
nouit Qui qm̄ totum suscepit qd̄ ē
hominis hō totus est et totum acci
piens quod dei est. omnino aliud q̄
deus qui natus est ex maria ēē nō
potuit. Scit enim deus omnia et p̄t
propterea quia ita est sicut sciat po
tuit intacto v̄ginis sine sui corrupti
one miscere atqȝ vniri ut vnus es
set xp̄us deus et homo vna p̄sona
vnaqȝ suba ob quod dei genitrix
electa et p̄electa Iure ab angelo grā
salutatur et p̄dicatur plena. vere
plena: p qua largo sp̄us sci ymber
p̄fusa est omnis natura et ideo satis
eam deuotissime p̄mum angelus ve
neratur et salutat. Mirare itaqȝ et
ipse qualis aut quanta sit quam salu
tat. Non enim simplex vel consueta e
rat ista salutatio sed omni admirati
one dignissima Siquidem venera
tionis fuit delata oblatio munerus
familiaris obsequij quia si et in s̄cis
patribus et p̄phetis grā fuisse credit
nō tamē eatenus plena in maria

vero totius grē que in xp̄o est pleni
tudo venit. Cumque aliter sit ideo in
quit bn̄dicta tu inter mulieres idē
plus bn̄dicta q̄ omnes mulieres
Ac p hec quicquid maledictionis in
fusum est p euam totum abstulit
bn̄dictio marie in sup et grām re
fudit xp̄i ortus quam nō habuit p̄us
omnis mundus. Igr̄ qd̄ natura nō
habuit. vsus nescivit ignorauit
ratio mens nō capit humana pauet
celum. stupet terra. natura omnis
etiam celestis miratur hoc totum
est quod p gabrielem marie diuinitus
nunciatur. et p xp̄m adimpletur Qua
de causa de tali tantoqȝ loqui me
indignum fateor sed et puto quod ne
mo qui p̄sumat nisi qui quanta
sint que panduntur penitus igno
rat. Tamē et si ad hec nemo ydo
neus inuenitur. nobis omnibus ces
sare nō debet quilibet etiam peccator
a laudibus. cuius explere nō sat
quod sentit/ vnde sermo diuinus
cum de peccatore ageret in psalmis
sacrificium inquit laudis honorifica
bit me/ p̄tinus addidit et illic est
iter quo ostendam illi salutare
dei Ac si patenter diceret/ Illic iter ē
laudis ad eternam laudem sine fi
ne mansura sed nemo apprehendet
illud nisi ego p̄monstrauero. p̄pterea
karissimi quia iter salutis nr̄e in lau
dibus est saluatoris hortor vos et
commoneo in hac sacra solempnita
te genitricis dei marie nolite ces
sare a laudibus. Quod si v̄go es gau
de quia meruisti ēē et tu quod lau
das tu cura ut sis que digne lau
dare possis. Quod si continens et
casta es venerare et lauda: quia
nō aliunde constat ut possis ēē casta
quam ex grā xp̄i que fuit plenissime
in maria quam laudas. Quod si con
iugata es tu aut peccatrix nichilo
minus confitere et lauda quoniam
inde venia omnibus profluxit et grā
ut laudent Et cuius nō sit speciosa
laus in ore peccatoris noli cessare a lau
de quia inde tibi p̄mittitur venia
vnde et omnibus ut laudes aliquid
nisi iuxta modulum ingenij nr̄i dnm̄
laudare in s̄cis suis studeamus quo
modo enim s̄cdm quod carnimus
iuxta multitudinem magnitudinis
eius laudare poterimus. Omnino quippe
p̄termittendum nō ē quod impleturi
sumus quandoqȝ s̄cdm quod dicitur
beati qui habitant in domo tua
dn̄e in s̄cla seculorum laudabunt te

Jntrandum vero quia ĩmẽsus est quod to-
te nõ possimus nec facundia va-
lemus exequamur vocis et medull'
cordis quia magnus et bonus est at-
q3 ĩmẽsus tantus ac talis quãtum
et qualem ipe se nouit ore ac spũ
confiteam̃ ad iusticiã et salutem.
Hinc ḡo omnes pariť festiuitatem glo-
riose semp̃ v̄ginis marie deuotis-
sime celebremus quia hec est dies
p̃clara in qua meruit exaltari sup̃
choros angeloꝝ et puenire ultra q̃
iure humanitatis est natura vbi non
suba tollitur sed glorie magnitudo
monstrat̃ cum eleuat̃ in dexteram
p̃ris vbi xpus pronobis introiit poti-
fex scũs mecum ad celi palatiũ. hec
est inq̃ dies in qua vsq3 ad throni
celsitudinem intemerata mr̃ et v̄go
processit atq3 in regni solio sublima-
ta. post xpm̃ gl'osa resedit. Sic itaq3
vbiq3 confidenť scã dei canit eccl'ia
quod de nullo alio sanctoꝝ fas ẽ cre-
dere ut ultra angelorum et archan-
geloꝝ dignitatẽ merito sit tenderit
quia et si similitudo rep̃ntit̃ sus
veritas negatur. hoc quippe p̃ui-
legiũ nõ nature ẽ sed grẽ beate vir-
ginis marie de qua natus est ipe deus
et homo ideo et ipã plus ẽ mitis et
nõ natura quã v̄go et homo vnde et
si cetere v̄gines imitantur mariã
illam usq3 ad conceptum partus et
gabrielis noue salutacionis obsequiũ
deinceps totũ diuinũ q̃d operatur in
ea teste angelo. spũs scũs et v̄tus al-
tissimi obumbrat. Ante hoc ipsum
sane v̄ginis vterus quamuis mundus
c̃pius inpolutus et in alienus a con-
tagione pcĩ. c̃pius scũs tamẽ adhuc
vilitate humanitatis induitur ut
ita dicam. Et si lana candidissima
sineq3 coloris dealbata ad quã sang-
uinem accessisset spũs scũs quasi ipa
eademq3 lana cum inficitur sangui-
ne conchilii uel muricis v̄titur in
purpuram. v̄sa est et ipã sine co-
tu in ...em vt nõ sit iam admoduũ
quod fuãt. sed purpurã verissima ad
indumentũ et gloriam summi regis di-
uinitas aptissime dedicata. ut nulli
deinceps ea vti vsu feminco liceue-
rit nisi. Quippe ut ita loquar btã
et gloiosa v̄go maria co p̃mutata
est in õ c̃pius dudũ incomparabilis
esset vniusis que sub celo sunt vir-
ginibus. ut de cetero posset in se susci-
pe diuinitatis admixtioẽ salua v̄tq3
natura. Tamẽ cum gratia rpletur

cum spũ scõ p̃fuditur cui v̄tute al-
tissimi obumbrat̃ fit preciosior mul-
tis sublimior fastigiis pulchior
sanctitate gloriosior suoꝝ p̃roga-
tiuis meritorum. ita ut nullis iam
vsibus sit ipã eademq3 mancipa-
da nisi diuinis. vnde o sanctissime
v̄gines et si imitari oportet tãtam
ac talem v̄ginem tamq3 p̃claram
venerari multũ conuenit et vltra
angelicam quodamodo dignitate
quãtũ fas est cum gaudio dignissi-
me offerri que ut diximus nõ teme-
re p̃ xpi graciam sup̃ choros angelo-
rum exaltata deuotissime hodie
p̃dicatur quia p̃cessit eam dñs
et saluator nr̃ ex ea vera fide ge-
nitus ad celestia ut pararet ei sicut
ipse suis repromisit discipulis me-
thereis mansionibus locum. hinc
quoq3 dauid p̃pha olim gratulabun-
dus xpo canit A summo inquit celo
egressio eius et occursus eius vsq3
ad summũ eius ascendit ergo eande
gl'am resumpturus licet nõ amiserat
quã prius habuerat anq3 mundus fi-
eret ascendit et p̃parauit hinc sanc-
tissime ac glo[rio]sissime v̄gini locum
ĩ mortalitatis ut cũ eo regnare pos-
set in p̃petuũ. Et hec ẽ eius p̃ntis
diei festiuitas in qua gl'osa et felix
ad ethereũ puenit talamũ. Que
profecto festiuitas sicuti btã ma-
ria incomparabilis est v̄ginibus ce-
teris. ita incomparabilis istaẽ omni-
um festiuitatibus et admiranda
est etiam angelicis v̄tutibus. p̃p
quod ex p̃sona supnoꝝ ciuiũ in eius
ascensione admirans spũs scũs ait
in canticis Que est ista que ascen-
dit p̃ desertum sicut v̄gula fumi ex
aromatibus. Et bene quasi v̄gula
fumi quia gracilis et delicata que
diuinis extenuata disciplinis et e-
iũ contremata intus in holocaustũ
incendio pii amoris et desiderio
caritatis. vt v̄gula inquit fumi
ex aromatibus mirreis quia multis
repleta erat v̄tutum odoribus ma-
nans ex ea flagrabat suauissimus
odor etiam spiritibus angelicis ascen-
debat autem di genitrix de deser-
to p̃ntis seculi virga de radice yesse
olim exorta sed mirabantur electoꝝ
anime p̃ gaudio que nam esset q̃
etiam meritoꝝ v̄tutibus angeloꝝ
vinceret dignitatem. De qua rur-
sus idem spũs scũs in eisdem canticis
que est ista que ascendit inquit

quasi aurora consurgens pulchra ut
luna electa ut sol terribilis ut astrorum
acies ordinata Admiratur autem
spiritus sanctus quia omnes de ascensu huius
virginis admirantes facit / quod qua
si novum diluculi aurora rutilans as
censu suo resplendeat multis fre
ta et vallata sanctorum agminibus
unde dicitur terribilis ut castrorum
acies ordinata / Siquidem terribilis
sibi facta virtutibus ut castrorum aci
es admodum ordinata hinc inde
sanctorum angelorum fulta presidiis · pulchra
ut luna · Immo pulchrior quam luna
quia iam sine defectu sui chorus stat
celestibus illustrata fulgoribus · Electa
ut sol fulgore virtutum · quia ipse eam
elegit sol iustitie ut nasceretur ex ea
Ad cuius perfecto exequias quantum fas
est credere famulabantur angeli et
universe celorum ordo veneratur et
adorat super se elevatum cum pre inse
de maiestatis domini / Legimus ergo
quod sepe ad funera et ad sepulturas
quorumlibet sanctorum angelos advenisse
et exequiis eorum obsequia prestitisse
necnon et animas electorum usque ad
celos cum ymnis et laudibus detu
lisse ubi et utriusque sexus chori con
memorantur frequenter Auditi lau
desque cecinisse interea / Et quod presi
catus est multo non numquam lumine
resplenduisse Insuper et adhuc vivic
tes incarne ibidem cum odoris fla
grantiam divinitus persensisse / Quod
si ad certificandum spem dilectissime et
ad corroborandam fidem in domini as
tantium salvator noster xpistus obmissa suo
rum amplius comprobanda talia et
tanta dignatus est exhibere per suos
celi ministros circa defunctos / quanto
magis credendum est hodierna die
miliciam celorum cum suis agminibus
festive obviam venisse genitrice dei cum
que ingenti lumine circum fulsisse
et usque ad thronum olim sibi etiam
ante mundi constitucionem paratum cum
laudibus et canticis spiritalibus per
duxisse · Nulli dubium quin omnem
illam celestem ierusalem tunc exultasse
ineffabili leticia tunc iocundatam
esse inestimabili caritate · tunc cum omni
gratulatione iubilasse quam festivitas
hec que nobis hodie revolvitur annua
illis omnibus facta est continua in e
in mito · Creditur enim quod salva
tor omnium ipse quantum datur intelligi
per se totus festivus occurrit et cum
gaudio eam secum in throno colloca
vit Alias autem quomodo implesse est

dicitur quod in lege ipse precepit honora
inquit patrem tuum et matrem tuam
Porro quod patrem honoraverit ipse
sibi testis est · cum ad iudeos ait Ego
gloriam meam non quero est qui querat
et iudicet · sed honorifico patrem meum
et vos inhonorastis me / De matre vero
evangelista cum rediret venerat
ait nazareth · Et erat subditus illis
Sed alia est natura qua deus pater secundum
se honoratur alia qua idem paren
tibus subditur In utraque tamen unus
idemque xpistus recte creditur eo quod
verbum caro factum est et habitavit in
nobis unus emanuel quod est no
biscum deus · hanc quippe unionem
divinitatis atque humanitatis inconfu
sam indivisam que fides catholica
servat / Quam sane intelligendo
cognoscat naturalis atque secundum sub
sistenciam convenio unitatis ut ne
que confusio in alterutram duarum substan
ciarum per temeritatem recipiatur neque divisio
Sit namque credere honorare est
matrem domini que et deum nobis genuit
et hominem · Neque hominem sine deo
neque sine homine deum · sed deum et
hominem unum et unum ihesum xpistum Alio
quin dei genitrix dici non posset · quod
multi hereticorum negare conati sunt
nisi deum vere genuisset incarnatum
Et propterea duas in xpisto recte confitemur
nativitates unam videlicet de patre
sine initio et sine tempore sempiter
nam et coeternam deo patri · alteram
de matre cum tempore carnem in seculo com
induens et matrem spontanea vo
luntate ad nos descendit natus homo
deus / Ac per hoc iuxta veritatem et
matris gestatur utero qui semper deus
agnoscitur / Hinc etiam theotocon
eam veraciter confitemur dei scilicet ge
nitricem · Necnon et xpistotocon Non
quod verbum carnem secum detulerit
neque olim preparatam carnem copulatum
sit · sed tunc quando verbum caro factum
est ex carne virginis divinitatis atque hu
manitatis substantia in utero ita confusse
unitur ut una persona sit deus et homo
xpistus Ex duabus siquidem naturis si
ne confusione alterius non nisi inveri
mus ihesus dominus manens deus in for
ma dei qui semetipsum exinanivit
formam servi accipiens manens v
nus idemque in forma servi quam
accepit · Totus quippe deus in car
ne virginis de qua natus est et totus
homo / Hinc quoque apostolus in quo ha
bitat inquit · omnis plenitudo di
vinitatis corporaliter / Quapropter consilio

h

estote prudentes sicut serpentes et
simplices sicut columbe. ut ex pru-
dencia perfecte intelligencie anulu[m]
fidei vere et margaritam pro qua om[n]ia
reliquistis integram inviolatamque
servetis ne dote simul et arram sp[on]s[us]
sit quod absit predatis diligentius ita
quoque perurgante si quomodo simplicitas
columbe que fuit in maria illesa
inviolataque in nobis custodiatur de
qua salomon in canticis quasi in
eius laude veni columba mea in-
maculata mea Jam enim hyemps
abijt et recessit. Et deinde inquit
veni de libano veni. Nec immerito
ergo de libano venire iubetur quia
libanus candidacio interpretatur/ Erat
enim candidata beata maria multis me-
ritorum virtutibus et dealbata nive
candidius spiritus sancti muneribus
simplicitatem columbe in omnibus
representans quoniam quidquid in ea gestum est
totum puritas et simplicitas totum
veritas et gracia fuit totum misericordia et iusti-
cia que de celo prospexit. Et ideo in-
maculata quia in nullo corrupta:
/Circumdedit enim virum in vtero
sicut Jeremias suus testatur et non a-
liunde accepit. faciet inquit dominus no-
vum super terram et mulier circumdabit
virum. vere novum et omni novitatum
supereminens novitas virtutum. quando
deus quem capere non potest mundus neque
videre aliquis ut vivere possit sic
ingressus est hospitium ventris ut
corporale claustrum nesciret sicque ges-
tatus ut totus deus in eo esset et sic
inde exivit ut ezechiel testatur omnino
clausa vnde canitur in eisdem canti-
cis de ea. Ortus conclusus fons sig-
natus emissiones tue paradisus. vere
ortus deliciarum in quo consita sunt uni-
versa florum genera et odoramenta
virtutum. Sicque conclusus ut nesciat
violari atque corrumpi vllis insidiato-
rum fraudibus/ fons itaque signatus
sigillo totius trinitatis ex quo fons vi-
te manat in cuius lumine omnes videmus
lumen quia iuxta apostolum ipse est qui illu-
minat omnem hominem venientem in
hunc mundum./ Cuius profecto emissio
vteri supernorum civium omnium est paradisus
de isto namque ventris agro patriarcha
ysaac longe adorans aiebat di-
cens/ Ecce odor filij mei sicut odor
agri pleni quem benedixit dominus/ Quamvis pu-
tent parum intelligentes quod po-
tes sancti minus de xpo intellexerunt
misterium incarnationis eius et ipsi eadem

saluati sunt gracia vnde constat ipsus
non prejudicasse sacramentum vnitatis
hominis ac dei ita ut iam esset in eo
per vnitatem persone ab inicio seculi
qui nec dum erat natus de maria
virgine quod multis scripturarum declaratur
indicijs. vnde dominus ad judeos. Ante
quam abraham inquit fieret ego
sum. Quibus vtique verbis ostendit
qui loquebatur in eo semper fuisse myst-
terium vnitatis quia ut commendaret an-
abraham inquit ego sum. Nam a-
braham antequam fieret humanitatis
brevitas. ego sum autem eternitatis
nature declaratur. In qua nimirum
eternitate iam se fuisse qui loque-
batur per sacramentum sue incarnationis
insinuat. Quod apostolus judas vo-
lens dilucidare apertius. Jhesus inquit
populum ex egipto saluans secundo eos
qui non crediderunt perdidit. Et alibi
paulus. Neque temptemus xpm sicut
quidam ex eis temptaverunt. non quod
iam esset ihesus aut xpus natus ex
maria sed quia in illo vnita filio dei
iam vnitas persone commendatur que oc-
culta erat in filio/ Quod et alibi
evidentius. Qui elegit nos inquit
ante constitucionem mundi in xpo
quia profecto quidquid deus fecit ab
inicio xpus totum fecit per vnitatem
sacramenti. Et ideo iam ihesus erat
in filio qui populum educebat. et
xpus in eo qui temptabatur quoniam
semper per sacramenti vnitatem in deo
fuisse non dubitatur/ Alioquin nisi ita
credideris aut xpus deus non erit
omnino aut contra prophetam deus recens
esse videbitur. Sed ne talibus qua-
tiamur calumpnijs scrutande sunt
scripture in quibus vnitas in xpo
commendatur persone que non prejudi-
cat ipsius ne vnus semper dicatur
hinc quoque beatus petrus loquens
de patribus ayt. per graciam domini nostri ihesu
xpi credimus saluari quemadmodum
et illi/ Namque illos dominus solus duce-
bat et non erat cum eo deus alienus
vnde nec nobiscum deus recens quia
vnus idemque est qui et eorum ductor
fuit et noster per passionem carnis sue
redemptor. vnus siquidem sua in
carne vnus in patre atque vnus in
spiritu nec admittit omnino ut alius fi-
lius hominis alius filius dei intel-
ligatur qui nec tempore presbitur nec
passione superatur sed totus deus in
xpm et xpus in deum transijt ut quidquid
dei filius est xpm dicatur. et quidquid
in carne xpus pertulit. id deus pertulisse

i

recte credatur. Alioquin si ad idem re-
spicias et ad sensus humanos nequa-
quam ita tenus potuerunt in se con-
venire deitas et humana condicio.
Convenerunt tamen in xpo et unus
ex ambobus emanuel. Unde michi
videtur quod altitudinem tanti miste-
rii diligenter intelligere et videre non
potuerunt qui aut duos filios certe
aut alium xpm quam dei filium existima-
vere. Quapropter nec nos hominem
seorsum colimus quod fas non est nec ado-
ramus sed deum magis incarnatum
qui ipsum sibi corpus animatum uni-
vit ita ut deus verbum caro fieret et
non alium quelibet sed in semetipsum
qui unus et verus dei filius semper e-
rat. Predicto non alium quam eundem ipsum
quoque dei filium et colimus et adoramus quod
nichil in se pro assumpto homine
est coactus nichil quod verbum caro fuit
immutatus vel in mutatus. Et ideo unus
idemque semper cum deo patre filius ado-
ratur non novus non recens ex tempore
non alienus a natura vel genere. Quod
si tibi novum videtur propter quod hominem
assumpsit noveris quod hoc semper
cum eo et in eius consilio fuit ut sic
fieret et nunc quando plenitudo temporis
venit id factum est quod in xpo semper fu-
it. Talibus quippe odores sancti dudum
afficiebantur odoramentis talibus
inspirabantur de xpo presagiis quod
nasciturus esset in mundo in quo esset
omnium salus et benedictio eterne heredita-
tis. Iste siquidem sunt fidei vestes. Iste
quibus odores sancti vestiebantur. Iste quas
rebecca immo spiritus sanctus secum domi
habuit quibus induit jacob filium su-
um. Alias autem nisi ab spiritu sancto
servata domi et prolata essent quid
mirum odoris in eisdem patet ysaac
hausisset ita ut diceret cum persensisset
vestimentorum flagrantiam: Ecce odor
filii mei sicut odor agri pleni quem
benedixit dominus. Sed forte dicturus est a-
liquis quid ad rebeccam spiritus sanctus
pertinet. Cum multis in locis persone pro
deo figurate accipiantur. Veritatem
et spiritus sanctus in hebreo ruha femino
genere dicitur non quod sexus in deum
monstretur. Ymo ne forte suspicetur
sub regula sum lingua rum spiritus
sanctus huiusmodi accipit. In hebreo sci-
licet ut dixi feminino genere legitur
in greco vero ne sexus in eo credatur
pronomine neutro invenitur et in latino
masculinum esse decernitur. Cui mi-
nistrum spiritus rebeccam bene in-
telligitur. Et ideo totum est misterio

quod geritur ut per vestimentorum flagra-
ciam xpus annuncietur. Quem nos omnes
quicumque baptizamur induimur in quo
benedixit nos non qualicumque sed omni
ut apostolus ait benedictione spirituali in
celestibus. Unde et angelus marie
loqui incipiens a benedictione ex-
orsus ait: Benedicta tu in mulieri-
bus et benedictus fructus ventris tui.
Cuius profecto in spiritu longe odorem
trahens senex ysaac benedicebat
filium in quo celestis omnis benedictio in-
do effloruit. Et bene a deo plenus
ager dicitur. Quia plena gracia vir-
go maria pronunciatur. De cuius utero
credentibus fructus vite effulsit. Et
nos inquit ewangelista de plenitu-
dine eius accepimus graciam pro
gracia. Quapropter obsecro vos o filie
talem ac tantam graciam ne in vacuum
recipiatis que est in xpo ihesu in quo
est deus et homo sic unitus in una
eademque persona ut legatur quandoque
pe in divinis locis homo deo coeternus
propter unionem substancie ac deinde deus
homini videatur conpassus. Cum nec
mutabilis sit homo nec passibilis
deus tamen sic unitus est suo cor-
pori ut nullam paciatur fieri inter deum
et hominem humana opinione dis-
tanciam. Ne forte quod absit alius
filius dei alius filius hominis credatur
propterea tamen quia scriptura divina sic con-
nectit et incorporat deum et hominem
ut nec in tempore ad modum hominem
quis a deo nec in passione possit ab
homine deum discernere. Unde si ad
tempus respicias invenies semper filium
hominis cum filio dei. Si ad passio-
nem invenies semper cum filio eundem
dei filium ita unitum et individuum quantum
ad vocem scripture pertinet ut nec ho-
mo a deo separari tempore nec ab homine deus
valeat passione. Siquidem ut hec
apercius intelligatis ipsius xpi verba
discutite. Nemo ascendit inquit
in celum nisi qui de celo descendit
filius hominis qui est in celo. Quis
queso est qui loquitur? Xpus utique.
Ubi rogo tunc erat cum hec loque-
batur? Intra scilicet. Et quomodo se
de celo antequam nasceretur descendisse
testatur etiam et tunc loquitur in ce-
lo se esse fatetur eundemque se filium
hominis dicit cum utique de celo nisi
deus descendere non potuit. Et cum in-
ter loquendum non nisi unus idemque xpus
fuit et hec mira et admirabilis
novitas ymmo omnium novitatum sup-
eminens novitas unitatis. Quam

l

nisi diligenter prudens virgo ab exor-
dio sancti evangelii animadvertas
magis errare in omni scriptura vide-
beris divina quam intelligere ve-
ritatem. Constat igitur unum eundem-
que Christum secundum utrasque formas operatum
humanitatis scilicet ac divinitatis et
propter hoc duas extitisse operationes. Opera-
ta est enim utraque forma vel natura
cum alterius communione quod proprium
habuit, verbo siquidem operante
quod verbi est et carne exequente
que carnis erant coruscante signis de-
ei verbo in eadem operatione. Unus et
idem deus atque homo in una substantia
vel persona sine divisione commixti-
one creditur et per cognita una ydemp-
titas predicatur. Verumptamen deus
verbum est et non caro, quamquam carnem
rationabiliter animatam assumpserit
hancque sibi unione naturali et se-
cundum substantiam coniunxit. Similiter et
caro est animata et non verbum, licet
dei verbum caro conspecta sit et visa.
Unde et Johannes quod fuit ab initio
et quod audivimus inquit et vidimus
et perspeximus et manus nostre tractave-
runt de verbo vite. Profecto cum nemo
deum verbum videre aut tractare possit
manibus nisi per sacramentum sibi uniti ho-
minis, que nimirum unitio tam mi-
ra est ut discerni nequeat. Alioquin
quod fuit ab initio verbum quomodo
recte dicitur hoc totum esse quod
apostoli audierant et viderant quod ma-
nibus tractaverant, nisi quia Christus
unus idemque erat. Ac per hoc quod
viderant quod tractaverant verbum
vite erat et nichil aliud ex duabus
naturis quam unam mixta subsistencia
vel personam. Hinc est quod unus
idemque manens filius unigenitus
indisseparatus in utrisque naturis con-
spicitur et que sunt utriusque substantie na-
turaliter operabatur secundum unicuique in-
sitam essentialem qualitatem vel
naturalem proprietatem, qui si na-
turam haberet singularem et in-
commixtam non ageret utrumque. Nunc
autem Emanuel deus unus est et
in eo ipso utraque idem deus et homo
que utriusque nature sunt veraciter
gessit secundum aliud et aliud que gesta
sunt operans. Ergo secundum quod deus
idem ipse que divina sunt, secundum
quod homo idem ipseque humana sunt
se ipsum volens ostendere quod deus idem
ipse et homo sit, et ideo idem ipse tam
que divina sunt agit quamque hu-
mana similiter loquitur. Et non alius

m

quidem miracula operatus est, alius
perpetravit humana, passionesque
sustinuit, sed unus idemque Christus
dei filius atque hominis filius qui et
divina gessit et humana. Siqui-
dem inseparabiliter atque indivise
omnes Christus habuit actiones, secundum
intelligentiam tamen ipsorum operum qualitates
contemplandum est semper, ad que
provehatur humilitas carnis et ad que
inclinetur altitudo divinitatis,
ita ut per omnem textum sancti evange-
lii videatur nichil caro sine verbo
agere, neque verbum sine carne quic-
quam efficere. Unde quod concipit
et parit virgo, sicut non sine potentia
verbi est, ita non sine virtute carnis quod
nascitur. Quod pannorum fasciis iacet
involutum et in presepio reclinatur.
Porro quod stella duce a magis a-
doratur sicut deitatis est, ita hu-
manitatis quod in egiptum per fugam
ne capiatur abducitur. Sic itaque
omnia virtutum opera consideranda sunt
ut reddamus deo que dei sunt et homini
que hominis sunt, quoniam sicuti
est unus qui Lazarum verbo potentie
sue vocavit ut exeat foras a monumen-
to, sic idem ipse unus est qui flevit
humanitatis affectu. Sic quoque per cuncta
oportet considerare quatenus et
plena divinitas in Christo intelligatur
homini unita et plena humanitas
in deum assumpta. Hec idcirco dixe-
rim tantisper de fide incarnationis
Christi, quia plures orientalium arguerunt
suis fetibus obvoluti per suo imbi-
lare nos velint obscuritatis eloquio
vel greco turbine latinam confundere
puritatem. Sunt enim prudentes vir-
gines sunt et fatue. Et ideo dilectissime
imitamini quam amatis imitamini beatam
et gloriosam virginem cuius hodie
initium festi colitis, de qua dicitur: Ma-
ria autem conservabat omnia verba hec
que de Christo dicebantur conferens
in corde suo. Conferte ergo in cordibus
vestris et vos Christi que de ipso eodem
quod domino catholice dicuntur ut et fidem
integram servare possitis et memoriam
eius debite venerari, quoniam nullus
honor eius alius nisi cum ille sue
honoratur qui nasci dignatus
est ex ea. Ceterum rogo quecumque estis
filie, quecumque mentis cogitate at-
tentius et perpendite diligentius
quibus afficiebatur beata et intemme-
rata virgo doloribus post Christi
ad celos ascensum, expletis omnibus
que de ipso erant ab angelis predicta

n et a prophetis multipharie et multis
que modis presignata diuinis decla
rata oraculis virtutibus exhibita et
que humanitatis sunt ostensa presagi
is. Queso siqua sunt in vobis viscera pietatis
considerate quo cruciebatur amore quo
ve desiderio estuabat hec virgo dum re
uolueret animo cuncta que audierat quo
viderat que cognouerat. Puto quod quid
quid cordis est quicquid mentis quicquid
virtutis humane si totum adhibeas non
sufficiat ut cogitare valeas quanto
indesinenter tremebat ardore pii amoris
quantis mouebatur repleta spiritu sancto secre
torum celestium incitamentis quia et si
diligebat xpistum ex toto corde et ex tota
anima et ex tota virtute non immerito
cotidie inflammabatur penitus ardens
desideriorum affectibus tanto siquidem
validius quanto diuinis illustrabatur in
tus visitationibus. quia totam reple
uerat spiritus sancti gratia. totam incandue
rat diuinus amor ita ut in eo nichil
esset mundanus quod violaret affectus
sed ardor continuus et ebrius profusi
amoris. Nam et xpistus ab omnibus
est amandus ex toto corde et ex tota
anima atque ex tota virtute querendus
maxime tamen ab ea ardentius cuius
et dominus erat et filius. Fortassis ergo
pre nimio amore in loco quo sepultus
dicitur in eodem eam habitasse cre
dimus quatenus pius pasceretur internis amoris
obtutibus. Dicit namque locus medius
est hinc inde constitutus ut adire
posset ascensionis eius vestigia et
locum sepulture ac resurrectionis seu
omnia in quibus passus est loca in
uisere non quod iam viuere quereret
eum mortuus sed ut suis consolaretur
aspectibus. Hoc quippe habet im
paciens amor ut que desiderat
semper in venire se credat ignorat
iudicium racione caret modum nescit nec
aliud cogitare quam quod diligit. Amor
non accipit de impossibilitate solati
um neque ex difficultate remedium Q
scilicet beata virgo quamuis iam in spiritu esset
tamen dum in carne vixit carneis
mouebatur sensibus et ideo quam
sepe locorum recreabatur visitationibus
et que genuerat mentis complectabatur
amplexibus. Denique amor xpisti desi
derium pariebat. desiderium vero glisces
quasi nouis reparabatur ardoribus
in tantum ut credam nonnumquam quod omnia
etiam et semetipsam transcenderet
quia omnino amor impaciens quod amat
non potest non videre / hinc est hinc est quod
omnes sancti omnia que meruerat

paruus
o propaias duxere si dum que ama
uerunt non viderent sicut et vene
rabilis virgo beata maria non dum
dignum pro immineris et immensis
beneficiis reddebat interdum obsequium
sanctitatis. dum beneficiorum intus po
sita non poterat videre largitorem
Et ideo dilectissime hodie eleuatur
super choros angelorum ut possit spe
ciem vultumque videre saluatoris quem a
mauerat quem cupierat ex toto desi
derio cordis. Quod si gaudium fit in
celo de quolibet peccatore conuerso multo
magis putandum procedente virginis
exaltatione et gloria quod exaltatio
sit in superius cuius minime festiuitas
omnium supernorum ciuium est gratulacio
prestium quia eius celebritatis laus
et fauor est saluatoris vnde cre
dimus ut supradictum est quod non hunc
tantum diem solempnem duximus pro eius
honore annuum. verum etiam continuum
et eternum iocunditatis leticie ac vene
racionis obsequio cum omni colunt
amoris et gaudii tripudio. Nec immerito
igitur omnis illa celestis ciuitas con
gratulatur et veneratur matrem cuius
super se adorat filium regem Ante que
tremunt potestates et terra omne genu
dehinc in minorem ad celos ascensione
multo admirantes in intuitu sectorum
contemplatores celestium in canticis
vidi inquiunt speciosam ascendentem
quasi columbam de super riuos aquarum
Et vere speciosa quasi columba. quia illius
speciem columbe ac simplicitatem
premonstrabat que super dominum venit
et docuit iohannem quod hic est qui
baptizat. Et bene desuper riuos a
quarum quia super refectionis aquam
educauerat eam dominus et in ferat
Ex qua multi deducti riui. omnem
irrigant terram deliciarum et infundunt
ortum voluptatis ex quibus cotidie
lota et perfusa beata dei genitrix
ascendit hodierna die speciosa valde
et admirabilis cuius inestimabilis
odor erat nimis et ideo ineffabilis
Ad cuius profecto flagranciam omnis
illa celestis ierusalem leta decurrit quam
circumdant flores rosarum et lilia con
uallium eo quod omnes anime martirio ru
bricate eam eterne dilectionis con
plectuntur amplexibus et virginitatis
splendore candidate ac lilia in valle
humilitatis enutrite circumdant eam
veneracionis gratia obsequentes Rac
io quoniam beata dei genitrix et martir
et virgo fuit quamuis in pace vitam fi
niuit. hinc quoque quod vere passa

p

sit symeon propheta loquens ad eam. et
tuam inquit animam pertransibit gla
dius. Ex quo constat quod alii quoque
sancti etsi passi sunt pro christo in carne
tamen in anima quia immortalis est
pati non potuerunt. Beata dei genitrix
quia in ea parte passa est que in
passibilis habetur. Ideo ut ita fatear
quia spiritualiter et atrocius passa est quam
in ipso gladio passionis christi plusquam
martir fuit. Unde constat quia plus
omnibus dilexit propterea et plus do
luit in tantum ut animam eius totam
pertransiret et possideret vis doloris ad
testimonium eximie dilectionis. Que
quia mente passa est plusquam martir
fuit. Nimirum et eius dilectio amplius
fortis quam mors quia mortem christi suam
fecit. Nunc autem circumdant eam flo
res rosarum indesinenter admirantes
eius pulchritudinem inter filias Ierusalem
in qua rex posuit thronum suum quia
concupivit eius speciem et decorem.
Fuit enim plena caritate et dilectione.
Idcirco sequitur post eam purpuratorum
exercitus et candidatorum grex. Quia
si diligentius aspicias nichil virtutis
est nichil speciositatis nichil cando
ris glorie quod ex ea non resplendeat.
Et ideo circumdent eam flores
rosarum et lilia convallium ut virtutes
virtutibus fulciantur. et formositas
decore castitatis augeatur. Nam omnis
splendor et gloria quanto illustratur
fulgore sublimius tanto apparet
prestancior claritate quorum subiectorum
et eximior predicatur. Sic et beata dei
genitrix civius plantatio ac si rose
in Iericho specialius refulsit et candor
virginitatis splendidius eminuit cum
circumdatur officio caritatis. submit
titur secretum claritatis ut eius ampli
us gloria commendetur que super ange
lorum choros elevata iam beatissima
predicatur. Nam angelorum quamvis celsi
or natura sit non tamen gratia maior
quia et ipsi gratuita gratia ne corru
erent sunt salvati. Unde David inquit
verbo domini celi firmati sunt et spiritu
oris eius omnis virtus eorum. Quod
si spiritu dei omnis virtus eorum subsistit
constat beatam et gloriosam virginem
in quam supervenit spiritus sanctus et deus
totus illapsus portatur novem men
sibus in utero ampliora promeruisse
virtutum premia et percepisse graciam
ab angelis etiam collaudatam ymni
et si mirabilis eorum virtus est et firmi
tas perpetuitatis mirabilior tamen
in maria quam obumbravit virtus

q

altissimi ut ultra omnem virtutem
sit angelicam quod factum est in ea et
admirabile cunctis seculis sacrami
num. Et per hoc etiam angelis eximi
maior prestatur gratia cum instaurantur
omnia ab eo quem venerantur et ado
rant super se christum regem dominum natum
ex eadem virgine. Hinc et maria
cunctis tanto venerabilior quanto
graciosior et quanto virtute altissimi
extollitur ad sublimia tanto clarior
resultat in gloria. Plena siquidem gra
cia plena deo plena virtutibus non
potest non possidere plenitudinem graciam clari
tatis eterne. quam plenissime accepit
ut mater fieret salvatoris. Quia vide
runt omnes filie syon et beatissimam
predicaverunt et regine laudaverunt
eam quoniam tantam viderunt
quantam nullus narrando explicare
mortalium. quanto magis deum qui ta
lem ac tantam fecit eam ut ipse fie
ret per eam. Unde David Et homo in
quit natus est in ea et ipse fundavit
eam altissimus. Beata igitur talis
ac tanta nativitas. beata et superno
rum civium societas et admirabilis
caritatis eorum unanimitas ubi ne
mo angelorum nemo archangelorum
non dico beate virginis marie verum neque
alicuius sanctorum invidet gloriam
sed totum in altero possidet unusquisque
quod ceteris prestatur omnibus ut de
omnibus et in omnibus glorificetur
deus honoretur et adoretur ab omni
bus ubi non sexus non etas non digni
tas generis sed meritorum qualitas sola
discernitur ubi plurimum stella a stella
differt claritate quamvis omnes sint
in suo ordine suscitandi. Quod si
est alia claritas solis alia lune et a
lia claritas stellarum una tamen clari
tas est qua illustrantur omnia. Ideo
beata dei genitrix que adhuc tantis
interra predicatur laudibus non immerito
creditur hodierna die exaltata et
glorificata quantum novit ille qui eam
elegit in sua sapientia qua disposuit
omnia. Quod si in domo patris mansiones
multe sunt splendidiorem nemo cre
dimus hodie filium prestitisse quam sibi
olim edificavit sublimiorem columpnis
septem. In qua nimirum domo paratur
impetus certamini dei et federantur
premiis celestia. In eo namque utero vir
ginis sponso in morum tali virginitas
tas consecratur ut sit totum celes
te ginecium. Et ideo karissimi celebrate
sollempniter virginis festum que
celestem vobis vitam interius ondit

r quoniam qui nō nubent neqȝ nube-
runt sicut angeli in celo Nec mirū
si angelis comparant virginitas que
angelorum dnō federe copulatur
in patriam. Et si quelibet virginitas
tm̄ exigitur. ut angelis compararetur
multomagis bt̄a et gloriosa virgo ma-
ria que singular̄ commendatur priui-
legio et in mensa dicatur merito.
Jdcirco dilectissime amate quā coli-
tis et colite quā amatis. quia tunc ve-
ram colitis et amatis si imitamini velut
decorde toto quam laudatis. Hec
namqȝ vita vobis decelo fluxit quā
professe estis. Supra vsum nature
vita hec est quā tenetis et ideo de ce-
lo venit sponsus quā sequi vna cum
matre debetis Nec in mito viuendi
vsum decelo quesistis que vobis dece-
lo sponsum petistis Jdeo conuersatio vr̄a
in celis semꝑ sit. quia vbū dei quod
amatis nō nisi in sinu prius inuenit.
Licet ergo vbiqȝ totus sit. et nō longe
ab vno quoqȝ nrm̄. tamē nō nisi cas-
to rursus hauritur pectore. Prope
est enim inquit moyses in ore meo tuo
et in corde tuo tm̄ cū recto si quesie-
ris corde. Vnguentum enim effusum tu
est nomen eius. ꝑptea ait sic adoles-
centule dilige animo quod p nob
effusum est. Habetis namqȝ habete
ste virgines sponsum virginē virginitat
et castitatis amorem qui matrem vir-
ginem. Jdeo elegit ut ipa omnibus
eet exemplū castitatis que quasi in
speculo refulget forma virtutis. Ha-
betis igitur in ea magisteria proba-
tis expressa quid primū eligere quid re-
spuere quid sequi debeatis. Prima
eius virtus est fundamentū om̄ virtutū
et custos humilitas ipa de qua gloriatur.
Quia respexit inquit humilitatem
ancille sue. ecce enim ex hoc btām me
dicent om̄s generationes. Ergo primū
discendi initium est nobilitas ma-
gri. deinde meritis laboris optimi
fructus beatitudinis. Quid ergo no-
bilius mre dm̄ quid splendidius ea
quā splendor elegit et hic glorie Quid
castius que corpꝰ cristi sine contagi-
one corpis generauit. Et tamē in
ea solam humilitatem respexisse dnm
profitetur que custos est ceterarum
virtutum Collocauerat enim in tuto
stationis portu sublimia meritorum suo-
rum extra et ideo diuinitus illustra-
tur. Vnde dn̄s ait. Ad quē autē re-
spiciam nisi ad humilem et quietum
et trementem sermones meos. fecit
enim quod promiserat et respexit

b humilitatem ancille sue vnde et btā iā
ab omni seclō predicatur Jdcirco et vos o
filie si vere virgines esse cupitis humi-
litatem sectamini et matrem que se
ancillam vocat corde ac moribus
imitari parate que didicit ab ipō
sponso cui vos deuouistis humilitatem
quā ex se docuit vos vnde ait Jdem
discite a me quia mitis sum et humi-
lis corde. Nō ergo beata dei geni-
trix a filio suo dnō nr̄o didicit celos
fabricare. nō angelos creare nō mira-
cula deitatis in signia operari sed
tm̄ humiliari ceteraqȝ virtutū documenta
intra humilitatis custodiam aggregare
vnde cum ea semꝑ singularis virtu-
tum pudicitia comes inremota ma-
sit quia omnino pudor indiuiduus vir-
ginitati esse debet. sine quo recte
castitas vera seruari nō pot. Nunquam
ergo beata maria sine pudoris sui
custode processit Et ideo si placet vo-
bis femine talis et tanta virgo placē-
at et opus virtutis cuius vita om̄i dis-
ciplina est cuius mores instituta sunt
ecclesiarum que precellit cunctos superem-
net vniuersis propterea quecumqȝ
virgo sibi abea optat primū et implo-
rat auxiliū debet imitari exemplū
Rogo uos o virgines Rogo uos et vi-
due imitamini paulam matrem vidu-
arum exemplar continencie et casti-
tatis imitamini et eustochiū quam
habetis vobiscum virginem et formā
perfecte integritatis Quod si minus in
illis est quam in matre dm̄ in maria quia
est habens prole fecundā et virgine
ppetuam. quia sicut in comparatione
dei nemo bonus ita et in comparatione
mris dm̄ nulla invenitur pfecta quamuis
virtutibus eximia comprobetur vnus
ē pater nr̄ qui in celis ē vnus et magister
vna est et forma virginitatis in ma-
ria cui vos omnes vt ymaginem re-
formetis integritatis faciem debetis
imprimere in sculptura spūs sancti.
Quoniam hec ortus conclusus fons
signatus puteus aquarum viuentium
Ad quam nulli potuerunt doli erumpe-
re neqȝ preualuit fraus inimici sed per-
mansit sancta mente et corpore
multis donorum priuilegiis sublima-
ta Jdcirco hanc imitamini moribus
sequimini castitate. huius implorate
auxiliū. Quod si me quia ita loquor
presumptionibus velit arguere in
mdoz aliquis qd vobis scripserim ar-
guat caritatem atqȝ dilectionem
quia rogantibus vobis ne hoc qui-
dem inexpertus iudicaui negandū

t Malui enim excipere ruborem quam non
equi iussionem vestram quarum preci
bus nonnumquam deus ipse obedire vi
detur presertim cum habeatis vobiscum
quas imitari virtutis est tum quibus
discere potestis. Assumam autem porcionis
quam magisterium ad laudem huius
diei requisistis. Unde excusare non
debui propter observanciam gravitatis
ne impartirem devocioni vestre que
mandastis. Quod si docere nequivi
saltem ad laudem tante virginis ex
hortari omnimo curavi quatenus non
deesse vobis quem diligitis in die
tante festivitatis. Sed iungerer vo
tis quomodo mente ad ea vobiscum
elevari valeat vestris suffragantibus
meritis. Ad quem pervenit beata et in
temerata virgo maria; Ecce hodier
na die ad illum preclarum et splen
didissimum thronum archangelorum
ipsa per humilitatem per integritatem car
nis ascendit. Unde intemperantia
olim eximias angelorum et superbi
a deiecit. Quapropter gaudete. Gaude
te inquid quia vobis via patefacta
celorum. Claustris enim eadem prodit
tur nobis nobis tamen iam presto
sunt que cum angelis incorrupcionem
servatis. Quevis licet de hoc mundo sitis
favente deo iam in hoc mundo non estis
quia et si sathan vos tenere meruit te
nere omnino non potuit. Beata itaque
maria hodie iam ab omnibus gen
tibus longe lateque predicatur et vobis
que secute estis exemplum tante vir
ginitatis beatitudo condonatur
celestis quas non illecebre sollicitat
corporis non collumio precipitat volup
tatis non estus inflamat intentive
carnis ymmo angelica imitatio de
lectatur intus. quorum in futuro equa
litas repromittitur in celis Beate ergo
estis filie sed et beate vidue que ce
libem vobiscum ducunt vitam in xpo
quia secundum apostolum liberate a lege viri
sic permanserit. Beatior inquit erit
si sic permanserit secundum meum consilium
puto enim ait quod et ego spiritum dei ha
beam evidenter volens exprimere
quid inter sit inter eam que adhuc iunc
ta est viro et inter eam que iam solu
ta verumtamen beatior predicatur. Quod si
utraque beata quia in xpo beatior
tamen quecumque iam soluta est et
celestia sectatur Ideo vidue semper virgi
nibus bene copulantur ut ait apostolus
Mulier innupta et virgo cogitat que
sunt domini ut sit sancta corpore et spiritu
Quodam modo enim magisterium virginitatis

v viduarum glorificat ex et confortatur exem
plis que cum viri castum servaverunt
connubium. docent integritatem ma
gis servandam deo virginibus et quod
ipse modum non infeidus virtutis est
a coniugio abstinere quod aliquando de
lectaverit quam coniugii delectamenta
nescire. In utroque siquidem continentie
fortitudo laudatur et celestis vite
predicatur virtus. Idcirco cognacionem
iam cum xpo utereque ordo sortitur
unde dominus. Si quis fecit voluntatem
patris mei qui in celis est ipse meus
frater soror et mater est ubi non sexus
non condicio non etas discernitur. Sed
qui fecit inquit voluntatem patris mei
qui in celis est. Unde quia libera
facultas cunctis prestatur estote ki
me ad quod vos xpi gratia vocavit
estote matres xpi ac sponse estote
sorores ac propinque quia quod car
ne non potuistis. gratia totum condo
natum est vobis. Et ideo diligite
matrem domini que vobis sponsum ge
nuit immortalem cuius et vobiscum
soror est ipsa. quia voluntatem
patris fecit ut esset mater. propinqua
quidem vobis non carne sed spiritu
ut unitas commendetur ecclesie et
societas corporis xpi intelligatur
ex quo dominus volo pater quia et ego et
tu unum sumus ut et ipsi unum in no
bis sint. Que profecto unitas per
unum mediatorem dei et hominum effici
tur. facite ergo voluntatem patris et vos
et unum esse possitis. Ornate lampa
des vestras occurrite sponso. quia iam
ad hostium pulsat. et matrem si eam
diligitis sequimini. Intus autem pa
rate et ornate lampades vestras quia
filie regis estis. Omnis ergo gloria
vestra ab intus sit et intus habete
quod foris luceat. ne forte in has
sollempnitates precipue sponsus ve
niat extinguatur. Nam celebri
tas huius diei non nisi accensis lam
padibus intus vel foris recte colitur
Ideo emendum est oleum dum va
cat ne cum sponsus venerit quod absit
vacue inveniamini. propterea
que sursum sunt sapite ubi pervenit
virgo et non que super terram. quia
vestra conversacio si estis quod iam
novistis in celis fore debet. Illuc
dirigite mentem illuc abscondite
vitam donec furor pertranseat domini quo
beata dei genitrix hodie pervenit
Ibi utraque sponsum habetis ibi pon
tificem ibi omnia quecumque quesistis
Illuc dirigite mentem ut cum xpus

vgims filius apparuerit in fine se//
culi cum ipso et vos appareatis in//
gloria amen

d assumpcione
CCC
a

Scientes fres

dilectissimi auctori nro
multu nos debere con//
ditos plus redemptos
redempcionis nre con//
mercium veneremur et illu sacratis//
simu vterum ex quo hominu deus vni//
tus apparuit et si non honoramus
minus saltem celebremus obsequiis.
sciencius errorum nri tenebras partim
eius fulgore resparsas. quia que p
prothoplasti negligenciam pme//
ntris tam arrogancia quam gula pdi//
derat huius sacre vgims partus
no solum restauravit dirutam sed e//
ciam fbmit sempina. Et ideirco tue//
tis pcomissis veneremur aulam
que dinn auctorem suum concepit ex//
celsum nobis redempcionem oste//
dit in seculo Et quia ad inicium ei//
minis nre ecclesie forma constituit//
ipsa eam int procellas seculi freme//
tes aspiciat ipa int cursus inndia//
les continua orone confoueat.
Neqz enim dubium illam que meruit
pro liberandis proferre preciu posse
libertatis impetrari suffragium. Ita int
hec oratio nrgis ad dnm digatur
vt qui p honore nomis sui viscera
illa que sanctificaturus intruit se//
dulitate debita veneramur proficit
nobis ad remediu qd p ea se nobis
dedit pau merito bta maria singu//
lari a nobis pconio attollitur que
singulare comercium mundo pbuit
merito int feminas hec etiam leta//
batur cum singularem medicina
pudica aluo gestabat. Dolebat q//
dem pondera ventris que pudore
no pdiderat castitatis. Mirabatur
insignia. que nulla nouerit viri
contagia. O bene fecunda vgini//
tas que nouo in auditoqz genere
et mater dici posset et vgo. pepit
eum a quo concepit. portauit a q°
creata extitit. Siquidem ipse est
auctor marie. qui e ortus ex maria
Sic in enarrabili modo bta maria
et mr. et vgo est dum fructus pg//
nacionis extitit. integritatis expen//
dium no incurrit. Apud qua ita ce//
lestis prudencia negocii ipius con//
dicionem disposuit ut magis obe//
dienciam exhiberet in mandato

b

cum honorificenciam sua agnosceret
ex angelo. Neqz enim fidem derogat
miracis que dignitatem intelligit
nunciante sibi angelo et dicente.
Spus enim scus supueniet inte et vtus
altissimi obumbrabit tibi Ideoqz et
quod nascetur ex te scm vocabitur
filius dei. Credidit ad inomita qd
audiuit. meruit sanctificata quod
credidit. demiqz tm sese ad celi fasti//
giu subleuauit vt vbum in principio
apud dm id est di filiu de suma celi ar//
ce susciperet. Cumqz se primiciu diui//
nitatis archanu carni nre fragili//
tatiqz committeret. Latuit in homine
diuinitas ut diuinitati humanitas
no periret et sub hec velamento assumpte
carnis absconditus preciosius rede//
mit pditos quam si defensaret ab inmi//
nente hoste captiuos Immensa pi//
etas et sup qua fieri posset pducanda
maiestas. viscera puelle aura sci
spus implebat et incorrupta vgims vul//
ua vbi semine cessante turgebat
Replebantur magis archana viscera
sacri spus fecunditate repleta et
erat spes in partu quia no fuerat
voluptas in coytu. Stupebat precio//
sissima genitrix et apud se tacita
rerum nouitate mirabatur. Vre//
bat estu cogitacionis ambigue. et
pausa rerum nouitate obstupesce//
bat mirabiliter Sciens enim sua inte//
gritatem mirabatur ventris vberta//
tem. Felix maria. O genitrix gloriosa
O puerpa sublimis cuius visceribus
auctor celi terreqz committitur. Felici//
a. oscula labris impressa lactentibus
eum int crebra iudicia ceptantis
infancie vtpote verus ex te filius
tibi int alluderet cum verus ex pre
dns inpareret Nam auctorem tuu
ipsa conspiciens edidisti in tempore
puberem. que habueras ante tem//
pora conditorem. Felix puerperiu
letabile angelis expectabile scis
nrum pditis congruu pfligatis qui
post multas assumpte carnis iniuri//
as et ad vltimum vberatus flagris
potatus felle patibulo affixus vt
te vam inrem ostenderet vim se honorez
paciendo tormenta monstrauit Tu
vero bta gloriosaqz maria. int ista
et pp ista laudabilis que sic fecun//
ditatis meruisti donu que vginitatis
no amisisti suffragium Tu es enim
bndicta int mulieres tu plantarium
vgini castimonie quo sequeris agnu
quocuqz precesserit Tu vgineos cho//
ros et abmittentiuis carnis illecebris

c

alienos p[ro]ba[n]tia lilia rosasq[ue] vina tecu[m]
ad fonte[m] p[er]hennis vite potandos in
uitas. Tu in illa beatoru[m] felicissima re
gione s[e]c[un]d[u]m ordinis dignitate[m] inde
pta os plandis roscidis oberrans int[er]
p[ar]adisi amenitatis gramineos choros
teneo poplite p[er]gens feliciq[ue] palma
violas et martissibiles carpis. Tu conci
nentibus sine fine angelis coniuncta archa
gelisq[ue] sociata indefessa voce clami
tare sanctus no[n] desinis. Sed quid di
cam paup[er] ingenio cu[m] de te quid quid dix
ero minus p[er]fecto est qua[m] dignitas
tua meretur. Si m[at]rem gentiu[m] vocem
p[re]cellis. Si formam dei appellem dig
na existis. Si nutricem celestis panis
vocitem lactis dulcedine reples lacta
ergo m[at]er cibum n[ost]r[u]m. lacta panem
celestem. Lacta cibu[m] angelorum. lac
ta eu[m] qui talem te fecit ut ipse fie
ret in te qui tibi munus fecunditatis
attulit conceptus et decus virginitatis
no[n] abstulit natus qui p[r]i[us]q[uam] nasceret[ur]
te m[at]rem creavit ex qua nasceretur ut
illic procedet tamqua[m] sponsus de tha
lamo suo quo mortalibus oculis pos
set videri. Q[ua]nta fuit hec dignatio
ut careretur ex te qua[m] crauit portare
tur manib[us] quas formavit. sugge
rit tua ubera que impleuit. Quas
itaq[ue] laudes claritati dei decimas
quas gr[ati]as ei agemus. qui nos ita di
lexit ut p[ro]p[ter] nos homo fieret ut utero
m[at]ris conditionis intraret ut contume
lias nati infantis subiret atq[ue] cuncta
hu[m]anitatis inopia[m] sustineret. Age tes
g[ra]o qua[n]tu[m] sufficimus creatori n[ost]ro gr[ati]as
assumptione[m] p[re]ciosissime genitricis
eius cum gaudio celebremus. Digniu[m]
nanq[ue] est cum su[m]ma gratulatione
famulari p[er] quam in ecclesia virgines
pullularunt. Siquidem ipsa virgo
extitit ante coniugiu[m] virgo in coniugio.
virgo p[re]gnans. virgo pariens. virgo lactans
et dicata m[ari]to et m[at]er no[n] denuto. Hec
quippe m[at]ri omnipotens filius nullo
modo natus virginitatem abstulit cu[m]
nasciturus elegit. Exultent ergo virgi
nes. virgo peperit xp[istu]m. Nichil credo
quod noverit putent ex[ter]minatu[m]
quia mater sit virgo post partum. Exultent
vidue festum virginis celebrantes
Anna vidua virgine m[at]rem agnouit
Exultent coniugate solempnia beate
marie frequentantes elizabeth co
iugata a virgine m[at]re d[omi]ni e[st] salu
tata. Exultent pueri continentiam
voventes puero. Ipse integritatem
puericie conservavit qui sue m[at]ri
fecunditatem attulit virginitatem

no[n] abstulit. Ipsi gloria p[er] infinita s[e]c[u]l[a]
seculorum amen. Sermo sancti
Jeronimi ad paulam et Eustochiu[m]
de annunciatione salvatoris p[er] angelu[m]
ad mariam s[e]c[un]d[u]m est idem cu[m] preceden[ti]
de assumptio[n]e beate marie etc.

C um omnis devocio xp[ist]iane religi
onis de illo fonte ema
narit quo vniversitatis
conditor hominu[m] que
p[ro]p[ri]a sede locaverit ad restaurandam
dampna celestis patrie decepto co[n]
doluit et benignissime p[er] filiu[m] suu[m]
consuluit no[n] inmerito maria virgo
hui[us] misterii cooperatrix creditur
que revera archana sui cordis et o[mn]is
corporis aditus ita castificavit ut
in ea redemptor m[ea]r incarnari elege
rit. quap[ro]p[ter] letetur omnis orbis quia
hodie eius interventionibus incrust[ans]
salus aucta est om[n]i fideliu[m] p[er] angelu[m]
illi initiata cepta est nobis quo
q[ue] diligentibus eam honor et virtus
simul et gr[ati]a p[re]statur. Ideo dilectissi
me letamini et laudate. quia si deu[m]
ore p[ro]phetico in suis s[an]c[t]is iubemur laudare
multo magis in hac celebritate b[ea]te
virginis et annunciacione eius qui
ante secula genitus hodie in maria
conceptus est. Oportet enim ymnis
et canticis cum diluscans extolle[re]
et dignis deo iubilare p[re]conijs. ac
misticis honorare muneribus. Nulli
dubiu[m] quin totum ad gl[ori]am laudis
eius p[er]tineat quidquid genitrici dig
nu[m] fuerit inpensum fuerit ac solemp
nit[er] exhibitum. Ex quo timeo satis
et valde p[er]timesco dum meis cupio
hanc honorare p[re]conijs ne forte si
cut improb[us] ita et indignus lau
dator inveniar. profecto cum nec
sanctitas nec facundia suppeditat
ut gloriosam et b[ea]tam virgine[m] dig
ne laudare queam. Cum ut v[er]um
fatear quidquid humanis pot[est] dici v[er]bis
minus est a laude dei q[uia] divinis
est ut angelicis excellencius p[re]dica
ta et laudata p[re]conijs. A p[ro]phetis q[ui]
dem p[re]nunciata. a patriarchis figuris
et enigmatibus p[re]signata. ab eua[n]
gelistis exhibita et monstrata. ab
angelo venerabilit[er] atq[ue] officiosissi[m]e
salutata. Preterea qualis et qua[n]ta
esset ab eodem divinitus declarat[ur].
nam ait. Ave gracia plena d[omi]n[u]s tecu[m]
b[enedic]ta tu in mulierib[us]. Talibus enim de
cebat virginem obpignerare mu
neribus ut esset gratia plena que

cccc1
a

celis dedit gloriam, fris dnm, patriq3
refudit, fidem gentib9, finem viciis,
vite ordinem, moribus disciplinam
Et bene angelus ad virginem mittit
quia semp est angelis cognata vir
ginitas, profecto in carne preter carne
vivere no terrena vita est sed celestis
Vnde in carne angelicam gloriam
acquirere maioris meriti est qm habere
Esse enim angelum felicitatis est esse
vo virginem virtutis. dum hoc obtine
re viribus nititur cum gratia qd habet
angelus anatura. Vtrumq3 tamen
et esse virginem et esse angelum di
uini muneris est officium no humani
Aue inquit gra plena que ceteris
pparces prestatur. Marie vo simul se
tota infudit plenitudo gre hoc qppe
est quod dauid canit. Descendet sicut
pluuia in vellus. vellus itaq3 cum sit
ecorpore nescit corporis passionem
Sic et virginitas cum sit in carne vicia
carnis nescit. Celestis plane ymber
in virginem vellus placido se infun
dit clapsu et tota diuinitatis vnda
se contulit in carnem, quia verbum caro
factum est et habitauit in nobis. Et de
inde per crucis patibulum expressum
terris omnibus pluuiam salutis effudit
et stillicidia gre humanis prestat menti
bus. Dns tecum inquit. Mira res
iam erat cum virgine qui ad virgine
mittebat angelum et precessit nuncium
suum deus, sed adeo no recessit nec te
neri potuit locis, qui omnibus habet
in locis et totus vbiq3 est sine quo
nichil est totum ergo verbum prius nun
quam a patre descendens homo fie
ri dignatus est secreto suo mimis
terio quod ipse nouit cum qui totum
suscepit quod est hominis homo totus
est, retinens quod dei est omo aliud
esse quam deus qui natus est ex maria
no potuit. Dat enim deus omia et pot
propterea quia ita est sciuit se et potuit
in vtero virginis sine sui corupcione
miscere atq3 vnire vt xpus vnus
esset deus et homo. vna psona vna
q3 suba ob quod dei genitrix electa et
preelecta iure ab angelo salutatur. et
gra pdicatur plena vere plena p
quem largo sancti spus ymbre p
fusa est omis creatura et ideo satis de
uotissime primum angelus veneratur
et salutat. Miratur itaq3 ipse qua
lis et quanta sit quam salutat. Non ei
simplex fateor uel consueta fuit sa
lutatio ista, sed omi admiratione dig
na. Siquidem venerationis fuit
delatio, oblacio muneris, famulatus

obsequij, quia et si in sctis patribus ~~et~~
~~si in sanctis patribus~~ et pphetis gratia
fuisse creditur no tamen eatenus
plena. In maria quoq3 totius gratie
que in xpo est plenitudo venit qm qm
aliter et ideo inquit. bndicta tu inter
mulieres, ac per hoc quicqd maledictis
infusum peccatum totum abstulit
benedco marie. Insup et gratiam
refudit xpi ortus. quam no habuit
prius omnis mundus. Igitur quod na
no habuit. vsus nesciuit, ignorat
ratio, mens no capit humana, pauet
celum, stupet terra, creatura omnis eti
am celestis miratur. hoc totum est
quod p gabrielem marie diuinitus
nunciatur et p xpm adimpletur. Qua
de cum de tali tantaq3 loqui me indig
num fateor. sed puto qd nemo p sufficiat
nisi qui quanta sint que pandant
penitus ignorat. Tamen si ad hoc ne
mo ydoneus inueniatur votis om
bus. cessare no debet quilibet etiam
peccator a laudibus, qmuis explere no que
at quod sentitur, vnde sermo diui
nus tam de peccatore agere in psalmis
Sacrificium inquit laudis honorifica
bit me et illic iter quo ostendam illi
salutare dei, ac si patenter dicat. Illic
iter laudis est ad eternam laudem sine
fine mansuram, sed nemo apprehe
det illud nisi ergo premonstrauero
hoc ergo de laude virginis et presentis
diei festo a qua nra redempcio et
sce ecclie incorporizacio sumpsit in
icium dixisse sufficiat. Cernimus vero
de humanitate dni nri ihu qua tpaliter
natus est de pfata matre virgine et eius
diuinitate qua ante secula genitus
est a patre mixtim pro capacitate nra
loquamur. Hanc quippe vnionem huma
nitatis atq3 diuinitatis inconfusam
indiuisamq3 fides catholica seruat,
quam sane intelligendo ~~intelligendo~~
cognoscat naturalis atq3 scdm subam co
nexio vnitatis, ut neq3 conuersio in
alteruram duarum subarum ptem re
cipiatur, neq3 diuisio. Dic namq3 est
dere honorare est mrem dni que
et dm nobis genuit et hominem
Neq3 hominem sine deo, neq3 sine
homine deum, sed dm et hominem
vnum et vnum ihm xpm, alioquin dei geni
trix dici no posset quod multi hereti
corum negare conati sunt nisi deum
vere genuisset incarnatum, et propterea
duas in xpo vere confitemur natiuita
tes, vnam videlicet de patre sine inicio
et sine tempore sempiternam et coeter
nam deo patri. Alteram de matre

CCCCy
a

induces

cum tempore qui miseratione indu-
cens et misericordiam spontanea
voluntate descendit. Natus homo
deus ac per hoc iuxta veritatem unus
gestatur in utero, qui semper deus
agnoscitur. Hinc etiam theotocos
eam vatic confitetur dei sicut ge-
nitricem, nec non et xpothocon non quod
verbum carnem secum detulit nec
olim prestante carni copulatum sit.
Sed tunc quando verbum caro factum est ex
carne virginis divinitatis atque humani-
tatis substantia in utero ita inconfuse unitur
ut et una persona sit deus et homo
xpistus. E duabus siquidem naturis
sine confusione alius non nisi unus
in veritate ihesus dominus manens deus
in forma dei, qui semetipsum exina-
nivit formam servi accipiens, ma-
nens deus in forma idem quod unus
in forma servi quem suscepit totus
quippe deus in carne virginis de
qua natus est et totus homo. Hinc
quoque apostolus in quo habitat inquit
corporaliter omnis plenitudo divinitatis.
Quapropter o filie estote prudentes
sicut serpentes et simplices sicut co-
lumbe, ut ex prudencia perfecte in-
telligencie anulum fidei vestre et
margaritam pro qua omnia reli-
quistis integram inviolatamque ser-
vetis. Ne dotem simul et arram spiritus
sancti quod absit perdatis diligentius
itaque procurate. Si quomodo simpli-
citas columbe que fuit in maria
illesa inviolataque custodiatur de qua
salomon in canticis quasi in laude
veni inquit columba mea immacula-
ta mea. Jam enim hyemps transiit ymber
abiit et recessit. Ac deinde inquit.
veni de libano veni. Nec immerito igitur
de lybano venire iubetur. quia liba-
nus candidatio interpretatur. Erat enim
candidata multis nitorum virtutibus
et dealbata nive candidius sancti spiritus
muneribus simplicitatem columbe
moribus repretans quoniam quod
quid in ea gestum est totum puritas
et simplicitas totum veritas et gratia
fuit totum misericordia et iusticia que de
celo prospexit. Et ideo immaculata
quia in nullo corrupta circumdedit
enim virum in utero sicut Jeremias
sanctus testatur et non aliunde accepit
faciet inquit dominus novum super ter-
ram et mulier circumdabit virum vere
novum et omni novitatum super eminens
novitas virtutum quando deus quem terre
non potest mundus neque videre aliquis
et vivere possit sit ingressus est hospicium

ventris ut corporalis claustra nesciret
Sicque egressus ut in eo deus esset
Et sit inde exivit ut ezechiel fatetur
omnino clausa unde canticum in eisdem
canticis de ea. Ortus conclusus fons
signatus emissiones tue paradisus ve-
ortus deliciarum in quo consita sunt
universa florum genera et odoramenta vir-
tutum. Sicque conclusus ut nesciat
violari neque corrumpi ullis insidiarum
fraudibus fons itaque signatus si-
gillo tocius trinitatis ex quo fonte
vita manat in cuius nomine omnibus vi-
debimus lumen, quia iuxta Johannem ipse
est qui illuminat omnem hominem
venientem in hunc mundum Cuius
perfecto emissio uteri cunctorum omnium fru-
ctuum est paradisus. De isto namque ven-
tris agro patriarcha ysaac longe
odorans ait. Ecce odor filii mei sicut
odor agri pleni quem benedixit dominus
Quamvis putent parum intellige-
tes quod priores sancti minus de xpo
intellexerunt misterium incarna-
tionis et tamen ipsi eadem salvati
sunt gracia. Qui vivit et regnat
per omnia secula seculorum Amen

Jeronimus ad eum qui dicit se pe-
nitentem et in seculo conversatur

Ad te surgo hominem quem christo esse
fidelem, ad te increpacio
mea festinat quem sci-
o esse superbum, penitere
te asseris, qui totus in seculo conver-
saris. penitere te asseris, qui ea que
noveras iterum sumis, scire te desidero
quid peniteas, nescio quid sit tua
penitencia, peniteri te asseris qui dum iusti-
cia dei preventus es super induxisti
superbiam. peniteri te asseris, qui
dum alienam carnem sequeris
sic fatigeris. Canis reversus sicut ad
vomitum sicut canis et famidus,
aut sus a calore effata in limum terre
prostrata, Que sit tua penitencia
non invenis. ambulavi in locum pe-
nitentie et non inveni penitenciam tuam
Tu qui scilicet destruxeras iterum ibidem
invenires, qui carnis superbiam de-
posueras submittis humerum et iterum
portes, Qui avaricie dederas dor-
sum, denuo illi obviam reverteris
Qui vanitati remedium dederas,
iterum reverteris in graciam eius, qui
pompam seculi fugatus iterum in ma-
nus illius incidisti. Ambulas autem
superbus et elatus cervice. nescis super-
bum esse quod nobis esse superbia

et quid honestas cum iactatione con
tulit nobis cum dan fuisse Transierunt
omnia illa tamquam umbra, fidelem
te meministi qui per aquam baptismi
fueras renovatus, sicut scriptum est
lavamini mundi estote afferte nequicias
ab animis vestris. Illos ad lavandum
hortatur, tu autem cum esses mundus sor
didus factus es. Non potes iam denuo
lavari, sicut dixit petrus ad dominum. domine
non solum pedes sed et manus lava
me totum. Qui semel lotus est de
nuo non indiget lavari. Si vis autem
ut iterum emundetis da elemosinam et
ecce omnia tua munda sunt. bona ele
mosina est que purgat omnem sordem.
humilia te in omnibus et coram deo
invenies graciam. subditus esto et
obsecra eum ne emuleris, ut nequi
ter faciat, nam qui malignantur exter
minantur. Ora dominum cottidie cum
lacrimis, ut forte peccata tua solvantur
quoniam deus superbis resistit humilibus
autem dat graciam. Memorare fili
um in longinquo positum luxuriose vi
vendo substanciam in meretricibus dispen
sasse postea humilis factus reversus est
in semetipsum et ait. Quanti panibus
mercenarii in domo patris mei habun
dant et ego fame pereo. Surgam
itaque et vadam ad patrem meum et
dicam illi. pater peccavi in celum et
coram te, iam non sum dignus vocari
filius tuus. fac me sicut unum de mer
cenariis tuis. pater autem cum vi
disset humilitatem filii et nimis in
opia defessum misericordia commotus est. pro
filio humili occidit vitulum saginatum.
Memento ergo fili quoniam et xpistus
pro te mortuus est qui ante fuerat
vitulus saginatus. filius autem illius
maior contristatus est quare occisus fu
erat xpistus qui erat vitulus saginatus.
Pater autem corripiebat eum dicens
fili tu mecum es et omnia mea tua sunt,
et omnia que sunt mea sunt. Gaude
re oportet quia hic filius meus mor
tuus fuerat et revixit et inventus
est. O quam beatum populum pro quo xpistus
mortuus est. quale gaudium pater
portat quando quod mortuum fuerat
revixit et quod perierat inventum est.
Ecce iam sanus factus es noli peccare
ne tibi aliud deterius contingat. At
tende ergo unde cecideris et plage
et age penitenciam. Si quo minus veniet
et dominus tibi et movebit candelabrum
tuum de loco suo nisi penitenciam egeris.
Memorare fili xpistum reliquisse no
naginta novem iustos et quesisse

unum hominem peccatorem inventum in
invio humeris suis reportasse vel
illam mulierem que perdiderat drag
mam hoc est ecclesiam hominem peccatorem
et accendisse lucernam hoc est xpistum qui
est lumen iusticie et inventum in
stercore coronasse amicas vel vicinas
ecclesias gratulasse super inventum hominem
peccatorem a stercore erectum collocasse
se cum cum principibus populi sui
hoc est cum apostolis et prophetis. Ecce
quid faciat penitencia hominis peccatoris
qui dum in stercore iacet cum princi
pibus invenitur. penitentem ho
minem dico qui planget quare fe
cit malum et rogat dominum, ut etiam
non faciat quod amiserat. penitentem
hominem dico qui diebus ac nocti
bus ingemescit et peccata sua elemosi
nis redemet. penitentem hominem
dico qui post concupiscencias suas non
vadit et a voluntate sua se prohibet.
penitentem hominem dico qui diligit
quod ante neglexit et quod fecerat o
bliviscatur ad hereant mente que bona
sunt et que mala sunt deleantur. Si
penitenciam non egeris incides in manus
domini secundum magnitudinem eius. divi
te a malo et fac bonum inquire pacem
sequere eam sicut scriptum est. Omnis
bona et cecavi bona. fac ergo dig
nos fructus penitencie. et non dixe
ris non peccavi. Et quid accidit in
triste. Non addicies peccatum super peccatum et
dicas miseratio domini magna est. Scito
autem quoniam misericordia et ira ab illo est. Revertere
ad dominum et plange dicendo. Tibi soli
peccavi et malum coram te feci. De
licta iuventutis mee et ignorancie
mee ne memineris domine. Ne avertas
faciem tuam a me et ne declines
ira a servo tuo. Adiutor meus es
tu domine ne derelinquas me neque de
spicias me deus salutaris meus.
Ne proicias me a facie tua et spiritum
sanctum tuum ne auferas a me. Sana a
nimam meam quia peccavi tibi. Li
bera me de ore leonis, et averte ocu
los meos ne videant vanitatem.
Illumina faciem tuam super servum tuum et
salvum me fac in tua misericordia. Adhesi tes
timoniis tuis domine noli me confundere
ne tradideris me in manus tribula
ncium me. Custodi me domine ut pupillam
oculi sub umbra alarum tuarum pro
tege me. peccatum meum cognitum tibi fe
ci et iusticias meas non abscondi.
Confitebor tibi domine deus in toto cor
de meo. domine exaudi orationem meam
et clamor meus ad te veniet. No

No autas faciem tuam a me in quacu
q3 die tribulor inclina ad me aurem
tuam. Inquacumq3 die invocavero te
velociter exaudi me. Fac mecum dne
signu in bonu ut videant qui ode
runt me et confundantur. Remitte
me dne ut frigerer prius q abeam
et amplius no ero. Ecce pnia homis
humiliantis se. quoniam no veniam
hebit qui taliter no ingemiscit. Quis
no audeat illum et moveatur qm q
se humiliat exaltabitur et qui se exaltat
humiliabitur. Quid gloriaris in mali
cia qui potens es iniquitate. Melius
est te no vovere et reddere q vovere et
no reddere. peccantem te dicis et
tamen libidine delectaris pcta tua no
desinunt ambulare. et tu dicis q se
deant. peccatori autem dixit deus qre
tu enarras iusticias meas et assumis
testm meum per os tuu. Tu vero odisti
disciplinam et proiecisti sermones
meos retrorsum. Si videbas furem
currebas cum eo. et cu adulteris por
cionem tuam ponebas. Os tuu ha
bundavit nequicia et lingua tua
concinnavit dolos. Sedens adversus
fratrem tuu detrahebas et adversus filiu
matris tue ponebas scandalu. Hec fe
cisti et tacui existimasti iniquitate
q ero tui similis. Arguam te et sta
tuam contra faciem tuam. Intelligi
te hec qui obliviscimini dnm ne qn
rapiat et no sit qui eripiat. Sacrificiu
laudis honorificabit me et illic est
iter quo ostendam ei salutare meu.
Ecce qualis commutacio dni in homi
nem peccatorem. tu qui dicis qui te asse
ris penitere vbi est pnia tua. Exclu
sa est p superbiam et contemptum se
qui demum permisisti. Audi fili retra
he pedem tuu de seculo. fidem remu
tiaveras ut fidelis dno votareris q
querens in seclo cui renunciasti. Penite
ergo de omni pompa iniquitatis. Ap
phende fidem quam ante pdideras
ut consentires diabolo et tenebris
et dnm qui lux est post dorsum relin
queras. Memorare fili quid cu mam
volo et no sacrificiu. Miserebitur tibi
dns si hec cum legeris facias ut per
obedienciam penitenciam sequaris
vnu si de toto penitenciam egeris si
dnm poculis habueris si omissa vo
ragine pocium venenosi calicem salu
taris accepis si die ac nocte in lege
dni meditaveris si omnem sollicitudi
nem tuam super illum miseris tunc
gaudebis et exultabis in dno qui
vicisti malignum tunc erit merces

tua copiosa in celum quia taliter in
opa dni laborasti tunc erit dns adiu
tor tuus in die iudicii tunc stabis cu
magna fidencia. tunc stabis ad dexte
ram dni cum sanctis suis et dicet vobis veni
te bndicti pris mei percipite regnu
paratum qd vob pparavit pr meus
qui e in celis. Iniustis autem dicet
ite in ignem eternu. quē pparavit pr
meus dyabolo et angelis eius ubi
ignis no extinguitur. et vermis eorum
no morietur. Tunc ibunt iusti in vi
tam eternam impii autem et peccatores
in ignem eternu etc. Incipit epla bti
Jeronimi pbri ad Summiam et
Fratelam de psalterio quod de
lxx^ta^ interpretacione corruptu sit

CCCCIIII

a

Dilectissimis
fribus Summe et Fre
tele et ceteris qui nobiscu
dno serviunt. Jeronimus
vere in nobis aplicus et pheticus
sermo completus est et in omnem
terram exivit sonus eorum et in fines
orbis terre vba eorum. Quis hoc cre
deret ut barbara gethorum lin
gua hebraicam quereret veritate
et dormitantibus ymo contendenti
bus grecis ipa germania spus sti e
loquia scrutaretur. In veritate cog
novi qd no est psonarum acceptor deus
sed in omni genere qui timet deum
et opatur iusticiam acceptus e illi.
Dudum callosa tenendo capulum
manus et digiti tractandis sagit
tis aptiores. ad stilum calamumq3
molescunt et bellicosa pectora vr
tuntur in mansuetudinem xpianam
Nunc et ysaie vaticiniu cernimus ope
completum. Concident gladios suos
in aratra et lanceas suas in falces
et no assumet gens contra gente
gladiu et no discent ultra pugnare
Et in sermone eodem. pascetur lupus
cum agno et pardus requiescet
cum edo et vitulus et leo et taurus
pascentur simul et puer parvulus
ducet eos et bos et vrsus in ros pas
centur simul et puer parvulus ducet
eos eorum erunt pariter. et leo et
bos comedent paleas no ut simpli
citas in feritatem transeat. sed ut
feritas discat simplicitatem. Que
ritis a me rem magni opis et ma
ioris invidie in qua scribentis no in
genium sed erudicio comprobetur. ut
dum ipe cupio iudicare de ceteris
iudicandum me omnibus prebeam
et in ope psalterii iuxta digestionem

b

sedulo uic. ubicumque inter latinos grecosque contencio est quid magis hebreis conveniat significacionem pro quo illud breviter admoneo ut sciatis aliam esse edicionem quam origenes et cesariensis eusebius omnesque grecie tractatores koine id est communem appellant atque vulgatam et a plerisque que nunc luciana dicitur. aliam lxx^ta interpretum que et in exaplois codicibus reperitur. et a nobis in latinum sermonem fideliter versa est et ierosolime atque in orientis ecclesiis decantantur. Super qua re et sanctus filius meus sepe quesierat. Et quia se occasio fratris nostri firmi presbiteri dedit. qui michi vestram epistolam tradidit duobus scribens in commune respondeo et me magno amicicie libero fenore quod quanto magis solvimus plus debemus. Sicut in novo testamento si quando apud latinos questio exoritur et est inter exemplaria varietas recurrimus ad fontem greci sermonis quo novum scriptum est instrumentum. ita et in veteri testamento si quando inter grecos et latinos que diversitas est ad hebraycam confugimus veritatem. ut quidquid de fonte proficiscitur hoc queramus in rivulis. Koine autem ista hoc est communis edicio. ipsa est que et lxx^ta. Sed hoc interest inter utramque quod koine pro locis et temporibus et pro voluntate scriptorum vetus corrupta edicio est. ea autem que habetur in exaplois et quam nos vertimus ipsa est que in eruditorum libris incorrupta et inmaculata lxx^ta interpretum translacione reservatur. Quod quid ergo ab hac discrepat nulli dubium est quin ita et ab hebreorum auctoritate discordet. prima de quinto psalmo questio fuit. Neque habitabit iuxta te malignus. Pro quo habetur in greco ute paruk si si uponeros sine poneres onos ut vulgata edicio continet. sed pro hoc posuerit habitacionem que grece dicitur katikia. Quod quidem malicio loco fecisse convincitur. heu michi quia incolatus meus prolongatus est. Et in xiiij^o psalmo versum pro incolatu habitacionem posuit. domine quis habitabit in tabernaculo tuo. Et sciendum quod si voluerimus dicere domine quis incolet tabernaculum tuum. vel aliud e quinto neque incolet iuxta te malignus perdes euforiam. et dum interpretacionis kakozelian sequimur omnem decorem translacionis amittimus et hanc esse regulam boni interpretis ut ydiomate lingue alterius sue lingue exprimat proprietatem. Quod et tullium in pytagora platonis et economicon xenofontis et

et in demostenis ctesifontis contra eschinem oracione fecisse convincimus et plautum terencium cecilium que eruditissimos viros in grecis comediis transferendis. Nec ex eo quis latinam linguam angustissimam putet. quod non possit verbum transferre de verbo cum etiam greci pleraque nostra circuleant ut transferant et verba hebraica non interpretacionis fide sed lingue sue proprietatibus nitantur exprimere. De eodem psalmo. Dirige in conspectu tuo viam meam. pro quo habetur in greco katevthinon enopion su ten odon mu hoc est dirige in conspectu tuo viam meam. Quod nec lxx^ta habent nec aquila nec symachus nec theodocion. sed sola koine edicio demum et in hebreo ita scriptum repperi oser laphanai darcha quod omnes voce simili transtulerunt. dirige in conspectu meo viam tuam secundum illud quod in oracione dominica dicitur pater noster qui es in celis sanctificetur nomen tuum. non quod nobis orantibus sanctificetur quod per se sanctum est sed quod petimus ut quod per naturam suam sanctum est sanctificetur in nobis. Ergo et nunc propheta postulat. ut via domini que per se recta est eciam sibi recta fuit. De vi^to psalmo. Erubescant et conturbentur vehementer omnes inimici mei et dicitis in greco vehementer non haberi. Sed hoc in edicione vulgata. Ceterum et in hebreo habet mod id est vehementer et omnes pharaa similiter transtulerunt. De septimo psalmo iudica me secundum iusticiam meam. pro quo habetur in greco katatenai kaio synesis. id est iuxta iusticiam. Sed in hoc male. In hebreo enim sedece habet quod interpretatur iusticia mea et non sedechab quod iusticiam suam sonat. Sed omnes interpretes iusticiam meam voce simili transtulerunt. Nec cuiquam videatur temerarium quod iudicari secundum iusticiam suam postulet cum sequens versiculus hoc ipsum significet et secundum innocenciam meam super me. et xvij^o psalmi hoc exordium sit. Exaudi domine iusticiam meam et xvij^mo quoque dicitur retribuet michi dominus secundum iusticiam meam. et secundum puritatem manuum mearum reddet michi. In xxv^mo quoque psalmo scriptum est proba me domine et tempta me. ure renes meos et cor meum et in iiij^to dicitur. Cum invocarem exaudivit me deus iusticie mee et lxxx^mo v^to custodi animam meam quoniam sanctus sum Jacob quoque loquitur in genesi exaudiet me cras iusticia mea. De viij^o psalmo quoniam videbo

CCCCv
a

celos tuos et dicitis qr tuos in greco non
habeat. uni est. sed in hebreo legitur
Samacha quod interpretatur celos tuos
et de editione theodotionis in lxx ta
interpretibus additum est sub asterisco. Cuius
rei breuiter vobis sensum aperiam vbi
quid minus habetur in greco ab hebrai-
ca veritate origenes de translatione theo-
dotionis addidit et signum posuit aste-
risci id est stellam que quod prius abscon-
ditum videbatur illuminet et in me-
dium proferat vbi autem quod in hebreo
non est in grecis codicibus inuenitur
obelum idest iacentem virgulam prepo-
suit quam nos latine veru possumus
dicere quo ostenditur iugulandum
esse et confodiendum quod in autenticis
libris non inuenitur. Que signa et
in grecorum latinorumque poematibus in-
veniuntur. De xvi° psalmo oculi tui videant
equitates pro quo in greco vos legis-
se dixistis hoi ofthalmoy idest oculi
mei. Sed rectius oculi tui. quia et
supra dixerat. de vultu tuo iudicium meum
prodeat ut oculi dei in propheta operante
non praua sed recta conspiciant. In ipso Cus-
todi me ut pupillam oculi dicitisque
in greco legi custodi me domine quod nec
in hebreo nec in nullo habetur interprete
In eodem Exurge domine preueni eum et
subplanta eum pro quo in greco sit
prostasonaytoys idest preueni eos
et subplanta eos Sed melius si legatur
numero singulari. Siquidem de impio
dictum est. de quo statim sequitur. eripe
animam meam ab impio. Nullique
dubium quin diabolum significet. De xvii°
psalmo. grando et carbones ignis. et que-
ritis. cur grecus istum versiculum secundum
non habeat interpositis duobus versibus
Sed sciendum quia de hebraico et
theodotionis editione in lxx ta inter-
pretibus sub asterisco additum sit In eodem
qui perfecit pedes meos tamquam ceruorum
pro quo scribitis in greco inueniri o-
scyelafoy idest tamquam cerui sin-
gularem numerum pro plurali Sed in he-
breo pluralis numerus positus est Sui-
ialot et omnes interpretes pluralem nu-
merum transtulerunt. In eodem Et de-
disti michi protectionem salutis tue
pro quo in greco legisse uos dixistis
sotirias mu idest salutis mee
Sed in hebreo iesacha salutis tue
significat non mee quod et omnes inter-
pretes transtulerunt. In ipso Subplan-
tasti insurgentes in me subtus me
pro quo in greco plus inuenisse uos
dicitis omnes insurgentes Sed omnes

additum est. In eodem viuit dominus et be-
nedictus deus meus et dicitis in greco
non haberi meus. Quod non sub aste-
risco sed ab ipsis lxx ta de hebraica
veritate translatum est. et cuncti inter-
pretes in hac parte consenciunt In eodem
liberator meus de gentibus iracundis
pro quo in greco inuenisse uos dici-
tis ab inimicis meis fortibus siue po-
tentibus et quia semel veritati stu-
demus siquid uel interferentis festina-
cione uel scribencium vicio depravatum est
simpliciter confiteri et emendare debemus
In hebreo nichil aliud habet nisi hoc
liberator meus ab inimicis meis Ita
autem iracundis addiderunt et pro
gentibus tam in hebreo quam in cunc-
tis interpretibus inimici positi sunt et mi-
ror quomodo pro inimicis gentes
mutatum sit. De xviii° psalmo Exultauit
ut gygas ad currendam viam suam
et dicitis quod in greco suam non ha-
beat. Sed hoc nos additum sub veru
repperimus et in hebreo non esse mani-
festum est. De xviiii° psalmo. Tribuat tibi
secundum cor tuum et dicitis in greco
uos hunc versiculo additum nomen domini
repperisse. Quod superfluum est quia
ex superioribus apokunu subauditur
vnde cepit et psalmus exaudiat te
dominus in die tribulacionis. ut et hic
sub eodem sensu dicatur. Et exaudi
nos in die in qua inuocauerimus
te pro quo legisse uos dicitis in qua-
cumque die. Sed superius cum hebrayca
veritate concordat vbi scriptum est
biom idest in die. De xxi° psalmo
Tu autem domine ne elongaueris
auxilium tuum a me. et quod dicitis
in greco misse uos non meum. Quod
et verum est et ita corrigendum Breue
enim siquid scriptorum errore mutatum
tum est. stulta contendimus contencione
defendere. In eodem vniuersum semen
iacob magnificate eum. pro quo
in greco scriptum sit doxasate auto
id est glorificate eum Sed sciendum
quod vbicumque in greco glorificate eum
Sed sciendum quod vbicumque in greco
glorificate scriptum est latinis interpretes
magnificate transtulerunt secundum illud
quod in exodo dicitur Cantemus
domino gloriose enim magnificatus est
pro quo in greco scribitur glorificatus
est. Sed in latino sermone si transfe-
ratur sit indecora translacio Et nos
emendantes olim psalterium vbicumque sen-
sus idem est veterum interpretum consue-
tudinem mutare noluimus ne nimia

nouitate lectoris studium terreremus de
xxij° ps Calix meus inebrians quam
preclarus est. pro quo in greco legisse
vos tuus calix dicitis Sed hoc in ko
ina errorem obtinuit veterum. Et
lxx^ta et hebraicum et omnes interpretes
calix meus habent quod hebraice
dicitur chosi. Alioquin calix tuus esse
diceretur chosach. de xxiiij° ps Con
fundantur omnes iniqua agentes et
dicitis quod omnes in greco non habeat
Et bene Nam nec in hebreo habet
Sed in lxx^ta sub veru additum est. In
eodem Innocentes et recti adheserunt
michi quia sustinui te. et dicitis in
greco vos repperisse domine quod superfluum
est. De xxvj° ps et nunc ecce exal
tauit caput meum sed ecce superfluum est
In eodem exquisiuit te facies mea
pro quo in greco sit positum quesiuit
te facies mea sed melius supra.
De xxvij° ps Exaudi vocem deprecatio
nis mee pro quo vos inuenisse di
citis exaudi domine Sed et hoc additum
est de xxviij° ps. Et in templo omnis
dicet gloriam pro quo in greco sit pasa
Quod si transferre voluerimus ad ver
bum omnis qui in kakozelian inter
pretacionis incurrimus et fit absurda
translatio In eodem dominus diluuium
habitare facit. pro quo legisse uos
dicitis dominus diluuium inhabitat Quo
rum prius ad gratiam pertinet credentium
secundum adeius in quo credunt habita
culum Sed quia iasaphat verbum ambi
guum est et potest utrumque sonare Nam
et sessio et habitatio dicitur. et in ipso
psalmo de gratia baptismatis dicebatur
vox domini super aquas multas et vox domini
confringentis cedros et reuelabit condensa
et in templo eius omnis dicet gloriam
de ipsis sentire volumus qui glorifi
cant deum et interpretati sumus dominus di
luuium inhabitare facit de xxx° psalmo
quoniam tu es protector meus. Rursum
et in alio loco additum nomen domini est
Et ne eadem super inculcem obseruaue
re debetis nomen domini et dei sepissime
additum. et id uos debere sequi quod
de hebraico et de lxx^ta interpretibus e
mendauimus. In eodem ego autem
dixi in excessu mentis mee pro quo
in latinis codicibus legebatur in pa
uore meo et nos iuxta grecum transtu
limus ente ekstasi mou id est in ex
cessu mentis mee. Aliter enim ekstasin
latinus sermo exprimere non potest nisi
mentis excessum. Aliter autem me in
hebraico legisse noueram in stupore
et admiratione mea. De xxxj° psalmo

Nec est in spiritu eius dolus pro quo in
greco legisse vos dicitis ento stomati
autu id est in ore eius dolus quod
solus Symachus posuit. Alioquin
et lxx^ta interpretes et theodocion et
quinta et sexta et aquila et ipsum hebray
cum in spiritu eius habet quod hebra
yce dicitur bruchó Si enim autem esset in
ore eius scriberetur suffito. In eodem
conuersus sum in erumpna mea In
greco mea non esse suggeritis quod
ex hebraico et de translacione theodo
cionis sub asterisco additum est et in
hebraico legitur lassadi. De xxxiiij°
psalmo Omnia ossa mea dicent domine
pro quo in greco bis domine inuenisse
vos dicitis. Sed sciendum quod multa
sunt exemplaria apud hebreos que
ne semel quidem domini habent.
De xxxvj° psalmo Et viam eius
volet In greco volet nimis vos legisse
dixistis quod additum est nec apud
quemquam habetur interpretum. De xxx
viij° psalmo verumptamen vane conturbatur
Sed hoc quo omnis homo et dicitis
vos in greco non inuenisse conturbatur
Sed hoc sub veru in lxx^ta additum
est et hinc apud plerosque exoritur
quod scriptorum negligentia virgulis
et asteriscis subtractis distinctio
vniuersa confunditur. de xxxix° psalmo
et legem tuam in medio cordis mei
pro quo in greco repperisse vos dicitis
in medio uentris mei. Quod et
in hebreo sic scriptum est battos meai
sed propter eufoniam apud latinos in
corde translatum est et tamen non de
bemus subtrahere quod verum est
In eodem domine in adiutorium meum
respice. pro quo in greco repperisse
uos dicitis Speuson id est festina
sed apud lxx^ta prosches id est respice
scriptum est. De xl° psalmo Et si ingredie
batur ut videret. et dicitis quod in
greco positum sit non tam manifestissime
et in hebreo et in cunctis interpretibus
scriptum sit et lxx^ta transtulerint kai
eis erxeto tou idein
De xlj° psalmo
Salutare uultus mei deus meus pro
quo vos dicitis et deus meus pro quo
inuenisse. Sed sciendum hoc in isto
psalmo bis inueniri et in primo po
situm esse salutare vultus mei et deus
meus ita dumtaxat ut et coniunctio de
hebreo et theodocione sub asterisco
addita sit. In eodem Exprobauerunt
michi qui tribulant me pro quo
uos inuenisse dixistis inimici mei
enim et apud lxx^ta interpretes scriptum
sit ut liberent me et apud hebreos

sorarai id est hostes mei. In eodem Spera in deum quoniam adhuc confitebor illi et dicitis adhuc in greco non inveniri quod sub asterisco additum est Ita enim et in hebreo scriptum reperimus thiod quod significatur otiep latine quod dicitur quoniam adhuc. hoc ipsum etiam in xlii° psalmo est intelligendum De xliii° psalmo. Et non egredieris in virtutibus nostris pro quo in greco repisse vos dicitis et non egredieris deus. sed superfluum est. In ipso posuisti nos in similitudinem gentibus. Sed si dictum fuisset in latino in similitudine gentibus kaka fonon esset. et propterea absque dampno sensus interpretationis elegancia conservata est. Alioquin in hebraico ita scriptum repperi. posuisti nos proverbium in gentibus. In eodem. Exurge adiuva nos. pro quo more solito in greco nomen domini additum est. De xliiii° Sagitte tue acute. pro quo in greco legisse vos dicitis acute potentissime Sed hoc male et de superiori versiculo additum est in quo legitur. accingere gladio tuo super femur tuum potentissime De xlvii°. Quoniam ecce reges terre congregati sunt. pro quo in greco legisse vos dicitis. quoniam ecce omnes reges eius congregati sunt. Quod superfluum esse lectionis textus ostendit et in veteribus codicibus latinorum scriptum erat reges terre quod nos sustulimus quia nec in hebreo nec in lxx^ta^ reperitur. In ipso sicut audivimus sic vidimus pro quo in greco repisse vos dicitis sic et vidimus quod superfluum est. Legitur enim in hebreo chonraamin quod interpretatur optosei domen. hoc est sicut vidimus. In eodem suscepimus deus misericordiam tuam in medio templi tui. pro eo quod nos de hebraico et de lxx^ta^ interpretibus vertimus templi tui in greco legisse vos dicitis populi tui quod superfluum est. In hebraico scriptum est echalaheh id est tinnaysu hoc est templi tui et non ammmas quod populum tuum significat. De xlviii° homo cum in honore esset. pro quo in greco invenisse vos dicitis et homo in honore cum esset. Sed sciendum quod iste versiculus bis in hoc psalmo sit. et in priori additam habeat et coniunctionem in fine non habeat. In eodem Et dominabuntur eorum iusti pro iusti cyteis id est rectos in greco vos dicitis. Sed hoc propter eufoniam ita in latinum versum est. Alioquin et in eo loco ubi scriptum legimus in libro cyteis iustorum librum intelligimus et non debemus sic verbum de verbo exprimere ut dum sillabam sequimur perdamus intelligenciam. In eodem de manu inferi cum liberaverit me pro quo in greco legisse vos dicitis cum acceperit me quod quidem et nos ita de lxx^ta^ vertimus et miror a quo in vestro codice depravatum est. De xlviiii° psalmo Sedens adversus fratrem tuum loquebaris pro quo in greco repisse vos dicitis catatua deafuka telabeis et putatis non bene versum quia diximus adversus fratrem tuum loquebaris et debuisse nos dicere adversus fratrem tuum detrahebas quod viciosum esse et in nostra lingua non stare etiam stultis patet Nec ignoramus quod kaladia dicatur detractio. Quam si voluerimus ponere non possumus dicere adversus fratrem tuum detrahebas quod si fecerimus rursus contensiosus verborum calumpniator inquiret quare non diximus katatua deafusu hoc est adversus fratrem tuum. Hec superflua sunt et non debemus nos impolita verborum interpretatione torquere. cum dampnum non sit in sensibus quia una queque lingua ut ante iam dixi suis proprietatibus loquitur. In ipso Nequando rapiat ut non sit qui eripiat. Quod et a nobis versum et in nostris codicibus sic habetur Et miror quomodo vicium librarii dormitantis ad culpam referatis interpretis nisi forte sunt hoc nequando rapiat ne sit qui eripiat et ille pro [ ] nec et scripserit. In eodem Sacrificium laudis honorificabit me pro quo in greco scribitur doxasei me id est glorificabit me. De quo et supra diximus in evangelio in eo loco ubi in greco legimus pater doxason me te sosmon doxenei tompara su protuton sosmon renesai. pater clarifica me. Noluimus ergo immutare quod antiquus legebatur quia idem sensus erat. De liiii° Expectabam eum qui salvum me facit et dicitis vos invenisse in greco expectabam deum qui salvum me facit quod additum est. In eodem A pusillanimitate spiritus et in greco invenisse vos dicitis apoo atrixias quod proprie pusillanimitas dicitur Et sciendum est quod pro saytixia aquila et symmachus et theodotion et quinta edicio interpretati sunt apopaos id est a spiritu et in hebreo scriptum est meruchaa cuius sensus ita apud omnes legatur. festinabo ut salver a spiritu tempestatis et turbinis In eodem

Q-m si mi micus maledixisset jngreco omamsen hoc est exprobasset positu est sed int maledicta et obp̃bria sensum nõ discrepare ꝑ spicuu est // De lv° Quoniam multi bellantes ad uersum me ab altitudine diei time bo et dicitis in greco uos inuenisse nõ timebo quod additu est/ Et est or do Q-m multi dimicant aduersum id circo ego ab altitudine diei timebo hoc est nõ bellantes aduersum me sed tuu excelsum timebo lumen. Jn ipso Jnira populos confringes proquo in greco dicitur ouorte alois kataxes id est confringes Et apud latinos ꝑ eo qd est deicies id est kathaxes. male error obtinuit katheataxeis id est confringes. Nam et in hebreo horet habet id est kathabibaxon quod nos possumus dicere depone et Simmachus interpretatus est catadede:

b De lvii° Quia deus susceptor meus proquo in greco positum est susceptor meus es tu. Sed sciendum in hebreo nec e scriptum nec tu et apud lxx.ta solos inueniri. Jn ipso deus meus voluntas eius preueniet me/ proquo in greco scriptum est tocaros aytu id est misericordia eius preueniet me quod et verius est Sed in hebreo scriptum est ynia mea preueniet me. Jn eodem. Deus ondit michi int' i nimicos meos pro quo in greco scriptu est deos meos sed deus meus additu est Jn eodem ne occidas eos neqn obliuiscantur populi tui. pro quo in greco scriptum est legis tue. Sed in lxx.ta et in hebreo non habet populi tui sed populi mei et a nobis ita v̄su est: Jn eodem. Et sciant quia deus dnator Jacob finiu t're proquo in greco scriptum est et et finiu t're Sed et coniunctio addita est Et est ordo. Sciant quia deus dnator Jacob et finiu t're. de lix° Quis deducet me usque in ydumeam proquo in greco ht aut quis deducet me sed superfluu est/ de lx° Quoniam tu deus meus exaudisti orationem meam proquo legitur in greco quia tu deus exaudisti me quod nõ hetur in hebreo nec in lxx.ta interpretibus et in latino additu est Jn eodem psallam nomi tuo in seculum seculi proquo in greco sit in seculu Et in hebreo semel ht laet id est inetnu et nõ lolam quod est in seclm: de lxi° quia deus adiutor nr in eternu. proquo in greco e deus adiutor nr. Ergo in eternum o belus est. De lxii° Sitiuit tibi anima mea. proquo in greco sit Sitiuit in te anima mea. Sed in hebreo nõ ht atha quod significat te sed lath qd ostenditur tibi quod et oms interpretes transtulerunt Ergo scdm lingue ꝓprietatem v̄sum est in latinu. de lxiii° Sagitte puulorum facte sunt plage eoru proquo in greco Sagitta puulorum Sed si sic dicimus nõ resonat in latino. Sagitte puulorum facte plage eorum proquo melius habet in hebreo percuciet eos deus jaculo repentino et inferentur plage eorum. de lxiiii° Qui conturbas profundu maris sonu fluctuu eius

c Jn greco additu sebitis quis sustinebit quod superfluu est. Subauditur enim qui conturbas profundu maris et conturbas sonu fluctuu eius Jn eodem parasti cibu illoru qm ita e preparatio eius. et dicitis q in greco nõ sit eius tu in hebraico techina manifeste preparationem eius significat. Eius autem id est t're de qua supra dixerat visitasti t'ram et inebriasti eam. De lxv° holocausti medullata offeram tibi cum incenso arietum. proquo dicitis in greco inuenisse uos cu incensu et arietibus sed male. Jn hebreo enim scriptu est eius atorohblim quod interpretatur metaymiamatos krion id est cum incensu arietum. Jn eodem propterea exaudiuit deus. proquo in greco inuenisse uos dicitis exaudiuit me deus quod superfluu est: De lxvii° Et exaltate in eo scriptu eius proquo in greco inuenisse uos dicitis exultate in eo scriptu eius. Qd ita v̄sum est et a nobis sed a quo introducto vicio corruptu sit scire nõ possum. Jn eodem etenim nõ credunt inhabitare dnm. proquo in greco legisse uos dicitis kaitazam ton testes tukatos kenokai. Nos enim tn̄ stulum et enim nõ credentes inhabitare dnm ut sit sensus ut pendeat ex superioribus et qui nõ credebant dnm inhabitare posse mortalibus. Jn eodem Benedictus

d dns die cottidie proquo in greco inuenisse uos dicitis dns benedictus deus sed melius et verius quo sup Jn eodem viderunt gressus tuos deus proquo in greco scriptu sit visi sunt gressus tui deus. Jn hebreo ita habz rachna alikathas qd aquila et Simachus et theodotion interpretati sunt viderunt itinera tua deus

et quod sequitur: itinera dei mei regis qui
est in sancto. Ergo a nobis ita legendum est:
viderunt gressus tuos deus. Et scriptoris vi-
cium relinquendum qui nominativum posuit
pro accusativo, licet in lxx^ta et in exem-
plaris ita reperimus etheorasan tas pori-
as soys, eo quod est viderunt. In multis
codicibus habetur etheoretheson
son, quod et obtinuit consuetudo. In eodem:
gressus dei mei et regis mei. Quod di-
citis mei in rege non appositum, apertis-
simum est mendacium. Secundo enim ponitur
et dei mei et regis mei blandientis af-
fectu, ut et qui omnium deus et rex est
suus specialiter deus fiat et rex merito servi-
tutis. Denique et in hebreo scriptum
habet heli molchi, quod deum meum
et regem meum significat. In eodem:
regna terre cantate deo, psallite domino. Et
dicitis hoc in isto versiculo non esse scriptum
psallite domino, quod statim sequitur dia-
psalma: psallite deo qui ascendit super
celum celi ad orientem. Cum iste versi-
culus magis habere debeat iuxta
hebraicam veritatem: cantate deo,
psallite domino. Et illud quod sequitur in
principio versus alterius: psallite deo,
non sit in libris autenticis sed obelo
prenotatum. Ergo et vos legite magis
ea que vera sunt, ne dum additum

CCCCVIII
a

suscipitis, quod a propheta scriptum est re-
linquatis. De lxviii^o: laudabo nomen
dei cum cantico. Proditis repisse vos
in greco dei mei, sed mei superfluum est.
De lxx^o: deus ne elongeris a me. Quod
dicitis in greco positum deus meus su-
perfluum est. In eodem: deus docuisti me
ex iuventute mea. Et in hoc quod a-
pud grecos invenisse vos dicitis deus
meus superfluum est. In eodem: donec
annunciem brachium tuum. Et dicitis in
greco vos repisse mirabilia tua, quod
de superiori versiculo est: et usque nunc pro-
nunciabo mirabilia tua. Bene ergo
habet hic brachium tuum. De lxxi^o: Et
adorabunt eum omnes reges. Illud
quod in greco invenisse vos dicitis
reges terre superfluum est. In eodem: Be-
nedictus dominus deus israel. Dicitis in
greco bis deus non haberi, cum in he-
breo sit et apud lxx^ta manifestissime
triplex domini deique nuncupatio misteri-
um trinitatis sit. In eodem: Et bene-
dictum nomen maiestatis eius in eter-
num. Hoc ergo quod in greco invenisse
vos dicitis in eternum et in seculum seculi
superflue accrescens, scitis appositum
quod nec hebreus habet nec lxx^ta
interpretes. De lxxii^o: prodiet quasi
ex adipe. Et dicitis vos apud grecos

b

invenisse exeleusetai, id est prodiet,
quod est fiet. Nam et apud lxx^ta
interpretes ita scriptum est: exelthoi hos ek
steatos. In eodem:
Quomodo scit deus. In greco dicitis
non esse deum, cum et apud lxx^ta scriptum
sit pos egno o theos, et omnes interpretes
similiter de hebreo transtulerunt. In eodem:
intelligam in novissimis eorum,
pro quo in greco legisse vos dicitis
et intelligam. Sed hic et coniunctio super-
flua est. In eodem: defecit caro mea
et cor meum, pro quo male plurimi
ordinem quidam tenent: defecit
cor meum et caro mea. In eodem: ut
annunciem omnes predicationes tuas. Et
sciendum quod in hebreo malachoth
scriptum habet, quod aquila angeli-
as, id est nuncios tuos, lxx^ta tas epagge-
lias sou, id est predicationes vel promissa
interpretati sunt, licet laus et predicatio
verum utrumque significet. De lxxiii^o:
Ut quid deus repulisti in finem, pro quo
apud grecos male legitur ordine
commutato: ut quid repulisti deus in
finem, pro quo apud grecos male
legitur ordine commutato. In eodem:
Quanta malignatus est inimicus
in sancto. Miror quis in vestro codice
emendando perverterit, ut pro sancto
sanctis posuerit, cum et in nostro codi-
ce in sancto inveniatur. In eodem: In-
cendamus omnes dies festos dei a terra,
pro quo in greco scriptum est katapa-
usomen, et nos ita transtulimus: qui-
escere faciamus omnes dies festos
dei a terra. Et miror quomodo e latere
annotationem nostram nescio quis te-
merarius scribendam in corpore puta-
verit, quam nos pro eruditione legen-
tis scripsimus hoc modo: non habet ka-
tapausomen, ut quidam putant,
sed katakausomen, ut quidam putant,
id est incendamus. Et quia retulit
michi sanctus presbiter Firmus, qui huius operis
exactor fuit, inter plurimos hinc habi-
tam questionem, plenius de hoc dispu-
tandum videtur. In hebreo scriptum
est Sarhuchol medahy helbaares,
quod aquila et simmachus verterunt
enepresan pasas tas syntaxeis tou
ischyrou, id est incenderunt omnes sollempnita-
tes in terra. Quinta katakausomen
sand, id est conbusserunt. Sexta katalu-
somen, id est conburamus. Quod

c

et lxx^ta iuxta exemplorum veritatem
transtulisse perspicuum est. Theodotion
quoque enepresamen vertit, id est suc-
cendamus. Et tamen sciendum quid
hebraica veritas habeat. Hoc enim

qd lxx^ta transtulerunt propter vetustatem in ecclesiis decantandum est et illud ab eruditis sciendum propter noticiam scripturarum. Unde si quid pro studio ex latere additum est non debet poni in corpore ne priorem translationem pro scribentium voluntate conturbet. In eodem Contribulasti capita draconum in aquis tu confregisti capita draconis. Sic lectionis ordo sequitur ut in priori versu tu non habeat sed in secundo et aque pluraliter in hebreo scribant non singulari sicut et aquila verbum ebrayicum ammaym tam ad hoc id est aquarum interpretatus est. In eodem Ne obliviscaris voces inimicorum tuorum pro quo in greco tomketonkay id est deprecantium te scriptum dicitis. In hebreo sorarach legitur qd aquila hostium tuorum simmachus bellantium contra te et lxx^ta et sexta editio inimicorum tuorum interpretati sunt. Et est sensus pendens ex superioribus Memor esto improperiorum tuorum. eorum que ab insipiente sunt tota die. Ne obliviscaris voces inimicorum tuorum. id est voces que te blasphemant tibi que in populo tuo detrahunt unde sequitur superbia eorum qui te oderunt ascendit semper id est dum tu differs penas illi perficiunt in blasphemiis. De lxxiiij^o Narrabimus mirabilia tua pro quo male apud grecos legitur. Narrabo omnia mirabilia tua. De lxxv^o Omnes viri diviciarum in manibus suis et non ut vos ancestio quo te depravatum legitis in manibus tuis. In eodem Terribili et ei qui aufert spiritum principum et dicitis qd ei non sit scriptum in greco verum est sed nisi aufert spiritum principum apposuerimus ei latinus sermo non resonat. Neque enim possumus recte dicere terribili et qui aufert spiritus principum. De lxxvi^o Et meditatus sum nocte cum corde meo et exercitabar et scopebam spiritum meum pro quo in hebreo legimus recordabar psalmorum meorum in nocte cum corde meo loquebar et scopebam spiritum meum. pro exercitatione adolexian id est decantationem quandam et meditationem lxx^ta transtulerunt et pro eo qd nos diximus scopebam illi posuerunt escalon quod simachus transtulit anecemon id est scrutabar sive querebam et quia similiter. proprie autem eskaismos magtulitra in sariendo dicitur id est sarculando et quomodo ibi queruntur herbe sarculo que serentur sic et iste tractum cogitationum suarum metaforicos a sarculo demonstravit Et sciendum quod eskalon semel eskalon frequentius significat. A generatione in generatione hoc

quod in greco sequens invenisse vos dicitis eo firmavit verbum recte non habet in latino quia et in nullo habetur interpretum. De lxxvij^o Et narrabunt filiis suis pro quo in greco habet anayyelosin qd est annunciabunt. Sed sciendum quod in hebreo rasaphphorij scriptum est qd aquila simachus narrabunt transtulerunt. In eodem Et occidit pingues eorum Sic habet et in hebreo hoc est bamas minehem quod aquila interpretatus est enapacius ayton simachus tusay parotezus ayton lxx^ta et theodotion et quinta editio ennis pyos ynayton quod quidam non intelligentes pyosin putaverunt scriptum peosyn. In eodem Dilexerunt ore suo et lingua sua mentiti sunt ei. Et in hebreo ita scriptum est ysaxbulo et omnes voce simili transtulerunt satulyto id est mentiti sunt ei. Quis autem voluerit pro ei ponere eum et viciare exemplaria non est mei iudicii. In eodem Et operimus fiet patris eorum et non disperdet eos dicitis quod eos in greco non habeat quod et verum est. Sed nos ne sima pendeat latinum sermonem complevimus. Si quis autem putat diasferi non perditionem sonare sed corruptionem recordetur illius tituli in quo scribitur eis totelos mediasferes hoc est in fine ne disperdas et non ut plerique kakexaos interpretantur ne corrumpas. In eodem Et induxit eos in montem sanctificationis sue montem quem acquisivit dextra eius. pro quo aput lxx^ta legitur okos tutoekmkaton deyylayti et non ut vos ponitis oektesato. hoc est que acquisivit dextera eius Ergo melius secundum hebraycam veritatem interpretatus est simachus montem que acquisivit dextra eius. In eodem Et avertentur se et non servaverunt pactum quemadmodum patres eorum. Scio quod pactum non habeat in hebreo sed qui omnes voce simili transtulerunt esyncetesan et apud grecos synteke pactum dicitur ex uno verbo significatur non servaverunt pactum licet lxx^ta etetesan posuerint. In eodem In terra qua fundavit in secula. pro quo scriptum invenisse vos dicitis. in terra fundavit eam in secula. In hebreo ita scriptum est ut vertit et simmachus eis tengen et meliosen encis tonciona. Si autem non de terra dicitur qd fundata sit. sed de alia que fundata videatur in terra probent ex prioribus et sequentibus quis sensus sit ut nostrio quid qd non dicitur fundatum videatur in terra Si in autem sanctuarium in terra fundatum putant. debuit scribi in terra fundatum

cccix a

b

allud in secula. In eodem Et intellecti-
bus manuum suarum deduxit eos Non
hnt entesy ut scribitis in uno singulari
sed entais numero plurali qd intellige-
cias sonat sicut habetur in hebreo
acthatunuuth qd est intellectibus
De lxxviij°. posuerunt Jerusalem in
pomorum custodiam qd grece oso
raro silaskion dicitur. nec aliter pot
uti cum a nobis translatum est. Signi-
ficat autem speculam quam custodes a
grorum habere consueverunt. ut de am-
plissima urbe parvum tuguriunculum vix re-
manserit hoc secundum grecos. Ceterum in
hebreo lithm scriptum habet quod a-
quila vertit acervorum id est acervum et
tumulos lapidum quibus vinee et agri
purgari solent. De lxxviij° Et plantasti
ti radices eius hnt et dicitis quod
in greco hnt non habeant et bene Na
in nostris codicibus non habetur Et miror
quis Impiorum nostros libros falsavit
De lxxxij° hereditate possideamus san-
ctuarium dei et dicitis quod in greco sit scriptum
kanrsuomeo meneautis id est possi-
deamus nobis que superflua questio
est. Quando enim dicitur possideamus
intelligitur et nobis. De lxxxiij° Cor
meum et caro mea exultavit in deum
vivum pro quo in greco scriptum dicitis
exultaverunt In hoc nulla contencio est
Si enim legimus exultavit. intelligitur
cor meum exultavit et caro mea exul-
tavit. Sin autem exultaverunt duo pariter
exultaverunt id est cor et caro Et que-
so vos ut huiusmodi ineptas et superfluas
contenciones declinetis ubi nulla
est sensus immutatio In eodem. Bea-
tus vir cuius est auxilium abs te. Quod
quia nos in latina lingua interpretatione
vitavimus ut dicitis reprehendimur
Cui enim non pateat si dicere volueri-
mus cui est auxilium eius aptissimum in tuum
sit et quando prefertur cui. sequi non
debeat eius. Nisi forte vitij arguamur
quod vitavimus vicium. In eodem
in valle lacrimarum pro quo dicitis in greco
scriptum ee klaytmonos id est plora-
tionis. Sed sine ploratu sive planc-
tum sive lacrimas dixerimus unus est
sensus Et nos sequimur hoc ut ubi de
sensu nulla est immutatio latini ser-
monis eleganciam conseruemus
De lxxxiiij° Benedixisti domine terram
tuam pro eo quod est bndixisti in
greco scriptum dicitis eydokese et que-
ritis quomodo hoc verbum exprimi debeat
in latino Si contenciose verba scruta-
mur et sillabas possumus dicere beneplacu-
it domine terra tua. et dum verba sequi-
mur sensus ordine perdimus. Aut certe addendum
est aliquid ut eloquij ordo servetur
et dicendum conplacuit tibi domine terra
tua. Quod si fecerimus rursum a nobis
queritur quare addiderimus tibi cum in
greco non sit nec in hebreo Eadem
igitur interpretandi sequenda est regula
quam sepe diximus ut ubi non sit dampnum
in sensu lingue in qua transferimus
eufonia et proprietas conseruetur In eo-
dem misericordia et veritas obviaverunt sibi
et dicitis quod in greco sibi non habeat nec in
hebreo habet et apud lxx^ta^ obelo pre-
notatum est. Que signa dum per scriptorum
negligenciam aplesstatis quasi superflua
relinquuntur in agmine in legendo error
exoritur Sin autem non fuit additum
sibi misericordia et veritas non sibi sed alijs oc-
currisse credentur nec iusticia et pax
sibi dedisse osculum sed alteri. De
lxxxvij° Et non proposuerunt te in conspectu
suo et dicitis quod in vestro codice te non
habet Addite ergo te et emendato
errore librarij vestri quoque errorem
emendabitis. In eodem et tu domine deus
miserator et misericors In greco vos
invenisse dicitis foberos quod signi-
ficat terribilis timendus formidandus
Ego puto idipsum significari horren-
dum non ut vulgus existimat despi-
ciendum et squalidum secundum illud in fri-
gidus horror membra quatit et hor-
ror ubique animo simul ipsa silentia
terrent et monstrum horrendum ingens
et multa hijs similia In eodem Tunc
locutus es in visione sanctis tuis pro quo
in greco filijs tuis invenisse vos dici-
tis Sed sciendum quod in hebreo laa
sidath habet qd omnes tudosyns soy
id est sanctis tuis transtulerunt et sola
sexta editio prophetis tuis interpretata est
sensum magis quam verbum exprimens et
in Roma tamen pro sanctis filios reppperi In
eodem tu vero repulisti et despexisti
pro quo in greco exudenosas invenisse
vos dicitis unius littere mutatio fe-
cit nobis errorem. Non enim respex-
isti sed despexisti et pro inethulo dix-
isti interpretati sumus nisi forte exude-
nosas non putatis transferendum despex-
isti sed secundum disertissimum istius tem-
poris interpretem adnichilasti vel an-
nullasti vel nullificasti et si qua alia
possunt inveniri aput imperitos por-
tenta verborum. De lxxxviij° A seculo et
usque in seculum tu es deus et dicitis qd
in greco non est deus quod apud eos
deesse manifestum est. Nam et in he-
braico et omnes alij interpretes et lxx ta
similiter transtulerunt apotuaionos

nos suei ote quod hebraice dicitur
meolam adolam atehel // Jn eodem
Quoniam superuenit mansuetudo
et corripiemur. Jn greco aut dicitis man//
suetudo super nos. Sed et hoc superfluum
est. De xc° dicet dno susceptor meus
es tu. et dicitis quod in greco es non habeat.
Ego uobis amplius dicam quod apud
hebreos nec es habeat nec tu sed apud
latinos propter eufoniam et uerborum conseque//
ntiam positum sit. De xciij° Beatus
homo quem tu erudieris dne dicitis
in greco non esse tu et uerum est sed apud
latinos propter eufoniam positum est. Si
enim dicas beatus homo quem erudieris
dne compositionis elegantiam non habe//
bit. Et quando dicitur dne et apostrofa
sit ad dominum nichil nocet sensui si ponatur
et tu. Jn eodem. Et in malicia eorum
disperdet. Sciendum quod et in hebreo et
in cunctis interpretibus positum sit in malicia
eorum disperdet eos. Si aut voluerimus
legere malicia eorum disperdet id quod
in lxx^ta legitur in finem consumet eos
et superfluum erit et viciosum. De xcvij°
Recordatus misericordie sue. pro quo in greco
uenisse uos dicitis misericordie sue iacob.
Sed hic iacob nomen superfluum est. De
c° Oculi mei ad fideles terre ut sede//
rent mecum. pro quo in greco inuenisse
uos dicitis Sublimitates claritates nete//
um. Quis non talem fugiat interpreta//
tionem. ut uerbum ad uerbum exprimens
dicat ut sederent ipsi mecum. De
ci° Vigilaui et factus sum sicut passer
solitarius in tecto et dicitis in greco uos
inuenisse epidomati. quod antiqui
codices latinorum interpretati sunt in edificio.
doma in orientalibus prouinciis ipsum
dicitur quod apud nos tectum. Jn pa//
lestina enim et in egipto uel scripti sunt
diuini libri uel interpretati non habent in
tectis culmina sed domata que rome
uel solaria uel mediana uocantur
id est plana tecta que transuersis trabi//
bus sustentantur. Denique et petrus
in actibus apostolorum quando ascendit
in doma. in tectum edificii ascendis//
se credendus est. Et quando precipitur
nobis ut faciamus parietum quasi//
dam eminencias ne facilis in preceps
lapsus sit. Et in ewangelio que in greco
auditis aure dicite super domata id
est super tecta. Et in ysaia. Quid uobis
est quod omnes ascendistis in tecta vana
et multa huiusmodi. Jn eodem factus sum
sicut nicticorax in domicilio quod similiter
habetur in greco et queritis quid signi//
ficet nicticorax apud latinos. Jn hebreo
pro nicticorace verbum bos scriptum est

quod aquila et lxx^ta et theodocion et
quinta edicio nicticoracem interpretati
sunt. Simmachus vppupam. sexta edicio
noctuam quod et nos magis sequimur.
Denique vbi apud nos et grecos legitur
factus sicut nicticorax in domicilio apud
hebreos dicitur factus sum sicut noctua
in ruinosis. Plerique bubonem conte//
ctose significari putant // Jn facie
ire et indignationis tue pro quo in
greco inuenisse uos dicitis a facie ire
tue tum manifestissimum sit quod et apud
hebreos et apud lxx^ta interpretes sic habet
apo proso tu tes ores kay tumy moysu
Jn eodem Quoniam placuerunt seruis
tuis lapides eius et terre eius misere//
rebuntur. propterea in hebreo et ita appo//
situm est quod omnes xoym transtulerunt
et potest tam puluis quam humus id
est terra interpretari. De c ij° Non in perpetuum
irascetur. pro quo in greco uos in//
uenisse vos dicitis non in fine sed verbum
hebraycum nes et perpetuum et finem et
victoria pro locorum intelligitur qualita//
te // De c iij° Qui facis angelos tuos
spiritus: pro quo in greco inuenisse uos dici//
tis o piuon tus as Selus ay tu id est qui
facit angelos suos. A quibus breuiter
querite quo cum ad dominum sermo sit quasi
ad alium loquens propheta repente mutetur
maxime cum sit incipiat dne deus
magnificatus es uehementer confes//
sionem et decorem induisti et qui te//
gis in aqua superiora eius id est celi qui
ponis nubem ascensum tuum qui ambu//
las super pennas ventorum et statim sequitur
qui facis angelos tuos spiritus et minis//
tros tuos ignem vrentem qui fundas//
ti terram super stabilitatem suam et
post paululum ab increpacione tua fugient
a uoce tonitrui tui formidabunt et in
loco quem fundasti eis. qui emittis
fontes in conuallibus et illud ut educas
panem de terra panem de terra. Si ergo
omnia ad secundam personam sunt id est ad
dominum quomodo in vno versiculo tercia persona
subito et contra ordinem introducatur. Jn
eodem a uoce tonitrui tui formidabunt
habet et in hebreo tonitrui tui. Et mi//
ror quomodo apud latinos scriptores errore
subtractum sit. Jn eodem hoc mare mag//
num et spaciosum manibus dicitis in
greco manibus non haberi. et ego noui
Sed ex hebraico et theodocionis edicione
in lxx^ta sub asterisco additum est. Deni//
que et in hebreo ita scriptum est zaiansa
dollu arabidam quod aquila sic in//
terpretatus est Aytenta bassan metaan
kayeyrix oros xersin. quod quasi ex//
pansis manibus habeat et in secucta

suscipiat In eodem vt educas panem
de terra. pro quo in uenisse uos dicatis
ut educat Sed non pot aliud ad ipsum
et aliud de ipso dici aut omnia quasi ad
deum loquebatur propheta aut omnia ad
alium de eo referebat. Cum aut plera que
ad ipsum dicantur et ea que ambigua
sunt ad ipsius personam dirigenda sunt
In eodem herodii domus dux est eorum
pro herodio quod in hebreo dicitur
asida simmachus cyktema id est
miluum interpretatus est. denique et ita nos
ita vtimur in latinum vbi aues nidifi-
ciant miluum abies domus est. quod
scilicet semper in excelsis et arduis ar-
boribus nidos facere consueuerit vnde
et septa editio manifestius interpretata
est miluo cypressi ad nidificandum. pro
abietibus aut et cypressis in hebreo
ponitur baruism quod magis abietes quam
cypressos significat. In eodem petra
refugium erinacys pro quo in hebreo po-
situm est sphanim et omnes epururylyus
voce simili transtulerunt exceptis lxx^ta qui
lepores interpretati sunt. Sciendum autem
animal esse non maius catis hominis
habens similitudinem muris et vrsi vnde in
palestina arkomys dicitur et mag-
na est in istis regionibus huius generis
habundantia semperque in cauernis petrarum
et terre foueis habitare consueuerunt. de
cxiiij^o dedit terra eorum ranas pro quo in
greco exerien uos legisse dixistis quod
pot interpretari ebulliuit terra eorum ranas

CCCCxi
a

Sed et hic nulla est in sensu mutatio et
nos antiquam interpretationem sequentes
quod non nocebat mutare noluimus
In eodem Et contriuit lignum finium eorum
pro quo in greco inuenisse uos dicatis
omne lignum Sed et hoc additum est et
superfluum In eodem quia memor fuit ver-
bi sui quod habuit ad abraham puerum
suum. pro quo in greco uos legisse di-
citis ondietheto id est quod disposuit
ita enim in hebreo et lxx^ta habetur inter-
pretibus ennes tetulun tuay intu tupros
arra amtondos donaytu. Ergo quod
in greco dicitur ondietheto in hoc loco
et superfluum est et radendum. De c^o v^o
Confitemini domino quoniam bonus pro quo in
greco uos legisse dicatis quoniam crestos
id est suauis Sed sciendum quod crestos et
in bonum et in suaue verti pot. denique
et in hebreo ita scriptum est chitos quod
omnes voce simili transtulerunt quia bo-
nus Ex quo perspicuum est quod crestos bonus
intelligatur. In eodem non fuerunt inco-
res multitudinis mee eius dicatis quod in
greco inueneritis et non fuerunt meo-
res Et coniunctio superflua est In eodem

Et irritauerit descendentes in mare ru-
brum. pro quo in greco inuenisse vos
dicatis kyparepikranan et putatis
verbum verbo debere transferri et amari-
cauerunt. Sed hec interpretatio amu-
lacioni consimilis est et est sine ad
inebulacionem legite ezechiel et in-
uenietis parapikrasmos irritacionem
et exacerbacionem semper eo positum vbi
dicitur vkos parapykraznon id est
domus exasperans. In eodem Et vi-
dit cum tribularentur et audiuit orationem

b

eorum Quod ergo hoc in greco inuenisse
uos dixistis superfluum est de c^o vi Et sta-
tuit procellam eius in auram Et silu-
erunt fluctus eius hoc ergo quod pro
isto in greco inuenisse uos dicatis kaie
pytunesen te nikat nydy lites kayes
te superfluum est In eodem et deduxit
eos in portum voluntatis eorum pro quo
dicatis inuenisse uos in portum volunta-
tis sue. Sed in hebreo non habet ephay
quod voluntatis sue significat. sed epha-
sam quod voluntatis eorum sonat. de
c^o vij^o Exurge gloria mea. Quod di-
catis in latino non esse ecce in isto psalmo
non habet quia nec apud hebreos nec
apud vllum interpretum reperitur sed habetur
in quinquagesimo sexto psalmo de
quo michi videtur a quodam in isto
loco esse translatum In eodem michi
aliengene amici facti sunt pro quo in
greco inuenisse uos dicatis ypeytaye
san hoc est subditi sunt Sed hoc in lviij^o
psalmo scriptum est Imprimis autem ita apud
omnes inuenitur translatores emualino
fiann filiasan id est amici facti sunt
quod hebraice dicitur herode. de c^o
ix^o Virgam virtutis tue emittet dominus
ex syon dicatis uos in greco codicibus
non legisse virtutis tue quod manifeste
et in hebreo et lxx^ta interpretibus ha-
betur In eodem dominare in medio
inimicorum tuorum dicitis in greco legi
et dominare sed hoc nec in hebreo habetur
nec apud lxx^ta superfluum est. de c^o
x^o Confitebor tibi domine in toto corde
In greco inuenisse uos dicatis in toto
corde meo Sed et hoc hic superfluum est
de c^o xiij^o Et in diebus meis inuo-
cabo te dicatis quod in greco non
sit et bene et vestris quoque codicibus
eradendum est In ipso placebo domino
in regione viuorum pro quo in greco le-
gisse uos dicatis placebo coram domino

c

sed hoc est superfluum. de c^o xvij^o Et in
nomine domini vltus sum in eos
dicitis quia in grecis codicibus glo-
ria inueni sed in latinis sub asterisco
legendum est. de c^o xviij^o Et meditabar

in mandatis tuis que dilexi et in greco vehementer additum legisse vos dicitis sed hoc superfluum est. In eodem leuaui manus meas ad mandata sed hoc superfluum est. In eodem Cogitaui vias meas. In greco vias legisse vos dicitis sed hoc est superfluum est et rectius meas legitur. In eodem Et auerti pedes meos in testimonia tua. In greco legisse vos dicitis Et auertisti sed hoc superfluum est. In eodem Ego autem in toto corde meo legisse vos dicitis sed hoc in eo superfluum est. In eodem anima mea in manibus meis semper et legem tuam non sum oblitus. pro quo in greco legisse vos dicitis Anima mea in manibus tuis semper. Sed sciendum et apud hebreos et apud lxx^ta^ et apud omnes alios interpretes scriptum esse in manibus meis et non in manibus tuis quod hebraice dicitur bacaphi et omnes apud grecos ecclesiastici interpretes istum locum sic edisserunt Et est sensus hic sensus Cotidie periclitor et quasi in manibus meis sanguinem meum porto et tamen legem tuam non obliuiscor. In eodem Exitus aquarum deduxerunt oculi mei quia non custodierunt legem tuam pro quo in greco legisse vos dicitis quia non custodiui legem tuam sed hoc superfluum est quia et in hebreo legitur riui aquarum fluebant de oculis meis quia non custodierunt legem tuam. In eodem pronuntiabit lingua mea eloquium tuum. pronunciabit in greco foeyetay vos legisse dixistis quod verbum siue dicas pronunciabit siue effabitur siue loquetur idipsum significat. denique et nos de hebreo ita vertimus loquetur lingua mea sermonem tuum. De c^o^ xviii^o^ domine libera animam meam a labiis iniquis a lingua dolosa. In greco legisse vos dicitis et a lingua dolosa. Et superfluum est. De c^o^ xxvi^o^ Beatus vir qui implebit desiderium suum ex ipsis. In greco dicitis vir non haberi quod manifestissime et in hebreo et in lxx^ta^ interpretibus continetur. De c^o^ xxix^o^ propter legem tuam sustinui te domine dicitis vos in greco inuenisse nomen meum. Et nos confitemur plura exemplaria sic inueniri. Sed quia veritati studemus quid in hebreo sit simpliciter debemus dicere pro nomine siue lege apud eos legitur thyra quod aquila interpretatus est foben hoc est timorem Simachus et theodotion nomon id est legem. putantes thora propter litterarum similitudinem ioth et uauch que tantum magnitudine

distinguuntur. Quia editio eorum interpretata est. Septuaginta verbum. De c^o^ xxxi^o^ Sicut iurauit domino votum vouit deo iacob pro eo quod nos interpretati sumus votum vouit in greco euxato legisse vos dicitis et putatis interpretari debuisse orauit Sed hoc male. Euxe enim prolocorum qualitate et ordinem et votum significat secundum illud Redde domino vota tua id est tasa sassu. De c^o^ xxxv^o^ Qui fecit luminaria magna. dicitis quia in greco inueneritis magna solus. Ibi ergo legendum est et hic quasi superfluum non scribendum. De c^o^ xxxvii^o^ Quoniam magnificasti super omne nomen sanctum tuum In greco repperisse vos dicitis super omnes Sed in lxx^ta^ interpretibus ita legitur oticmetalat nasepparanto ononteay yomi. sicuti et nos in latinum vertimus Ceterum apud hebreos ita esse cognoscite quia magnificasti super omne sanctum verbum tuum iuxta editionem aut latinam hic sensus est Quoniam magnificasti super omne nomen hoc est quod in celo et in terra dici potest sanctum filium tuum. De c^o^ xxxviii^o^. Quia non est sermo in lingua mea. pro quo in greco legisse vos dicitis quia non est dolus in lingua mea quod solum sexta editio interpretata est Ceterum et apud lxx^ta^ et apud omnes interpretes et ipsum hebraicum uel lalian uel lyon id est eloquium et verbum scriptum habet denique hebraice mala dicitur. De c^o^ xxxix^o^ funes extenderunt in laqueum pro quo in greco vos inuenisse dicitis funes extenderunt in laqueum pedibus meis sed in hoc loco superfluum est In eodem pro eo quod est habitabunt recti cum vultu tuo in greco repperisse vos dicitis et habitabunt Sed hic et coniunctio superflua est. De c^o^ xl^o^. dissipata sunt ossa nostra secus infernum pro quo in greco legisse vos dicitis ossa eorum Sed et hoc superfluum est. De c^o^ xlvi^o^ nec in tibiis viri beneplacitum est ei. pro ei domino legisse vos dicitis quod non habetur. Illud autem quod et vos in fine cedule quesistis et filius meus amicus frequenter efflagitat quomodo greca interpretanda sunt verba breuiter annotaui Neomenia mensis exordium est quod nos secundum latine lingue proprietatem kalendas possumus dicere quia apud hebreos mensis secundum lune cursum supputatur et apud grecos luna mene dicitur neomenia quasi luna noua appellatur. Hemnis autem de scriptum significat Thronus sedem uel solium Nicticoray ut diximus nocturnam kaynomia non ut latini interpretati sunt musca canina dicitur xy grecum karam sed mus

CCCCXII
A

b

d

hebraicam intelligenciam perdipton
gon debet scribi oy ut sit koynonma
id est omne genus mistarum quod et
gula pammicton id est omnidam
mistam interpretatus est dapecterion
pro quo latinus asciam vertit nos ge
nus ferramenti interpretatam quo lapides
doluantur. denique ex hebreo ostenditur
ita dixisse/ et nunc sculpturas eius
pariter bipennis et dolatoriis deraserunt
dapecterion ergo dolatorium dicipot

Explicit epistola ad Summam et
Fretelam

Incipit epistola beati Ieronimi ad da-
masum de fide catholica

CRedimus in
unum deum patrem omnipote-
tem Et in unum dominum nostrum
ihesum xpistum filium dei/ et in
spiritum sanctum deum Non tres deos
sed patrem et filium et spiritum sanctum unum
deum colimus et confitemur Non sic unum
deum quasi solitarium/ nec eundem
quia ipse sibi pater sit ipse et filius/ sed
patrem esse qui genuit/ et filium esse qui
genitus sit Spiritum vero sanctum non genitum
neque ingenitum/ non creatum neque factum/
sed de patre filioque procedentem/ patri et
filio coeternum et coequalem et coopera-
torem/ quia scriptum est verbo domini celi
firmati sunt id est a filio dei. et spiritu
oris eius omnis virtus eorum Et alibi Emit-
te spiritum tuum et creabuntur et renovabis
faciem terre Ideoque in nomine patris et
filii et spiritus sancti unum confitemur deum/
in cuius etiam nomine ab ipso domino nostro
ihesu xpisto baptizari iussi sumus/ quia
deus nomen est potestatis non proprietatis
Proprium nomen est patri pater/ et proprium
nomen est filio filius Et proprium nomen
est spiritui sancto spiritus sanctus In hac trini-
tate unum deum colimus. quia ex uno
patre quod est unius cum patre nature unius
substancie et unius potestatis Genuit
pater filium non voluntate non necessitate
sed natura/ filius ultimo tempore ad nos
saluandos et implendas scripturas
descendit a patre qui numquam desiit esse
cum patre/ et conceptus est de spiritu sancto/ et
natus ex maria virgine/ perfectum susti-
piens hominem/ id est carnem et animam
et sensum/ ut amisit quod erat/ sed
cepit esse quod non erat Ita tamen
quod perfectus in suis et verus in nostris
Nam qui deus erat homo natus est/
et qui homo natus est operatur ut deus
Et qui operatur ut deus ut homo moritur
Qui ut homo moritur ut deus
resurgit Qui devicto mortis imperio
cum ea carne qua natus est et passus
et mortuus fuerat resurrexit/ Ascendit
ad patrem/ sedetque ad dexteram
patris in gloria quam semper habuerat
et habet In huius morte et sanguine
credimus emundatos nos ab eo resusci-
tandos die novissima in hac
carne qua nunc vivimus/ et habemus
nos consecuturos ab ipso premium boni
meriti/ aut penam pro peccatis eterni
supplicii/ hec lege/ hec crede/ hec re-
tine/ huic fidei animam tuam subiuga
sic a xpisto domino premium consequeris
et vitam eternam

Explicit epistola de fide catholica
Beati Ieronimi ad damasum

cccclxiii

a

Incipit vita Sancti pauli primi heremite edita a sancto Jeronimo etc.

Inter multos
sepe dubitatum est a quo
potissimum monachorum here-
mus habitari cepta est.
Quidam enim altius repe-
tentes a beato helya et johanne sumpsere
principia. Quorum et helias plus
nobis videtur fuisse quam monachus et jo-
hannes ante prophetasse cepisse quam
natus sit. Alii autem in quam opinionem
vulgus omne consentit asserunt An-
thonium huius propositi caput quod ex
parte verum est. Non enim tam ipse monachus
fuit quam ab eo omnium meditata sunt
studia. Amathas vero et machari[us]
discipuli Anthonii e quibus superior corpus
magistri sepeliunt etiam nunc affirmant
paulum quendam thebeum principem
rei istius. Non tamen nomine quam opinione
nos quoque probamus. Nonnulli habent
et alia prout voluntas tulit legendi
iactitantes sub terraneo specu crinitum
calcaneo tenus hominem. Et multa
que prosequi odiosum est incredi-
bilia fingentes. Quorum quia impu-
dens mendacium fuit. Nec refellenda
quidem sententia videtur. Igitur quia de
Anthonio tam greco quam romano stilo
diligenter memorie traditum est pauca
de pauli principio et fine scribere dis-
posui magis quia res omissa fuit
quam fretus ingenio. Quomodo autem
in media etate vixerit aut quas
sathane pertulerit insidias nulli ho-
minum compertum videtur. Sub decio et
valeriano persecutoribus quo tempore
cornelius rome Cyprianus cartha-

b

gine. felici cruore dampnati sunt. mul-
tas apud egiptum et thebaydam
ecclesias tempestas seva depopula-
ta est. voti tunc christianis erat pro christi
nomine gladio percuti. Verum hostis cal-
lidus tarda ad mortem supplicia
quirens animas cupiebat jugu-
lare non corpora. Et ut ipse qui ab eo
passus est cyprianus ait volentibus
mori non permittebatur occidi. Cuius et
crudelitas notior fiat duos memorie
causa exempli subiciemus. perseve-
rantem autem in fine martirem et in-
culos flammas que victorem iussit
melle perungi. et sub ardentissimo so-
le ligatis post tergum manibus resupi-
nari. Scilicet ut muscarum aculeis
cederet qui ignitas sartagenes
ante superasset. Alium juvenili
etate florentem in amenissimos
ortulos precepit adduci. Ibique inter
candencia lilia et rubentes rosas
cum leni iuxta murmurare aquarum
serperet rivus et molli sibilo arborum
folia ventus stringeret super stratum
plumis lectulum supinari. Et
ne se inde posset excutere blandis
sertorum nexibus irretitum relinqui.
Quo cum egredientibus cunctis
meretrix speciosa venisset. cepit de-
licatis stringere colla complexibus
et quod dictu quoque scelus est mani-
bus attractare virilia ut corpore
in libidinem concitato se meretrix
impudica superjaceret. Quid ageret
miles christi quo se verteret. Quem tor-
menta non vicerant superabat vo-
luptas. Tandem celitus inspiratus
precisam morsibus linguam inosculan-
tis se faciem expuit ac sic libidinis
sensum succedens doloris magnitu-
do superavit. Per idem ergo tempus

c

quo talia gerebantur apud inferiorem
thebaidam cum sorore sua iam viro
tradita morte amborum parentum in he-
reditate locupleti paulus ~~relictus~~
~~est anorum parentum in hereditate locu-~~
~~pleti paulus~~ relictus est annorum
circiter quindecim litteris tam grecis
quam egipciacis adprime eruditus. per
mansueti animi deum valde amans.
Et dum persecutionis detoneret pro-
cella in villam remotiorem secre-
tiorem fugit. Verum quid pectora huma-
na non cogis auri sacra fames. Soro-
ris maritus cepit prodere velle quem
celare debuerat. Non illum non adolescentis
uxoris lacrime non communio sangui-
nis non spectans cuncta ex alto deus
absceleri revocavit. Aderat insta-
bat crudelitate quasi pietate utebatur.
Quod ubi prudentissimus ado-
lescens intellexit ad montium deserta
confugiens dum persecutionis finem
prestolatur. necessitatem in voluntate
vertit aut paulatim procedens rur-
sumque subsistens atque idem ~~potius~~
sepius faciens repperit saxeum monte
ad cuius radicem precedens rursusque
haut grandis spelunca lapide clau-
debatur. Quo remoto ut est avi-
diosa cupiditas hominum avidius oc-
culta cognoscere animadvertit intus
grande vestibulum. Quod apto de-
super celo patulis diffusa ramis ve-
tus palma contexerat fontem
tamen modo fons eadem que genu-
erat terra sorbebat. Erant preterea

pertensum uel porresum montem
haut pauca habitacula, in quibus
scabree incudes et mallei quibus
pecunia insebat. hunc locum egiptiorum
littere ferunt furtiuam monete offi
cinam fuisse ea tempestate. qua
do pre iunctus anthonius est. Igitur
adamato quasi a deo sibi offerente
habitaculo omnem ibi in orationibus
solitariam duxit etatem. cibum et

d vestimentum palma prebebat. Quod
ne cui impossibile esset videatur
ihesum testor et sanctos angelos eius in
hac parte heremi que iuxta syriam
sarracenis iungitur et vidisse me
monachos et videre e quibus vnus
triginta iam pannos clausus prima
tim et quinta sabbati atque ordeaceum
panem et lutulenta aqua viuit
usque ad presens tempus. Alterum in cisterna
veteri quam gentili sermone sy
ri cubam votant quinque caricis per
singulos dies gustante. hec incre
dibilia videbuntur eis qui non credide
rint omnia possibilia esse credentibus. Sed
ut ad redeam vnde digressus sum
Cum iam centesimo tertiodecimo
anno etatis sue beatus paulus celes
tem vitam ageret interris et nona
genarius in alia solitudine An
thonius moraretur ut ipse asserere
solebat. hec in mentem cogitatio
ascendit. nullum vltra se monachorum
consedere. Atque illi per noctem qui
escenti reuelatum est esse alium inte
rius heremum multo se meliorem ad quem
visendum debet properare. Illico cum
pente luce venerabilis senex in
firmos artus baculo regente sus
tentans cepit ire uelle quo nesci
ebat. Etiam media dies coquente
desuper sole feruebat. nec tamen
accepto itinere deducebatur di
cens. Credo in deo meo quia quod
michi seruo suo promisit ostendit
Nec plura hys conspicatur hominem
equo mixtum cui opinio poetarum
ypocentaurum vocabulum indidit
Quo viso salutaris impressione sig
ni armat frontem. Et heus tu
inquit Anthonius quanam in parte

·cccclxiii· a dei seruus hic habitat. At ille bar
barum nescio quid infrendens et
frangens potius verba quam proloquens
inter horrentia ora setis blandum que
sunt aliquem et dextre manus pro
tensione cupitum indicat iter. At sic
per patentes campos voluntas se im
mittens fuga, ex oculis mirantis
euanuit. vnum hoc vtrum diabolus
ad terrendum eum simulauit ut solet
heremus monstruosorum ferax anima
lium istas quoque gignit bestias in
certum habemus. Stupens itaque an
thonius et de eo quod scrutum viderat
voluens. vlterius progrediebatur. nec
mora inter saxosam conuallem aut
grandem homunculum vidit aduncis
naribus. fronte cornibus asperata
cuius extrema corporis pars in caprarum
pedes desinebat aufractus. Et hoc
anthonius spectaculo scutum fidei
et loricam spei ut fortis preliator arri
puit Nichilominus memoratum ani
mal palmarum fructus ad viaticum quasi
pacis obsides offerebat. Quo cog
nito gradum pressit Anthonius et
quisnam esset interrogans. hoc abeo
responsum accepit. Mortalis ego
sum et vnus de accolis heremi quos
varis delusa errore gentilitas fau
nos satyrosque et incubos colit.
Et Anthonius vbi vadis. Rudit
legatione fungor gregis mei. pre
camur ergo ut pro nobis commune
dominum deprecaris que pro salute mundi
venisse cognouimus et in omnem
terram exiit sonus eorum. Talia
coloquente longeuus viator vberi
faciem lacrimis rigabat. quas
magnitudo letitie indices cordis

b effundant. Gaudebat quippe de
xpisti gloria et de interitu sathane
simulque admirans quod eius possit
intelligere sermonem. et baculo hu
mum percutiens aiebat. Ve tibi alex
andria que pro deo portenta vene
raris. ve tibi ciuitas meretrix in
qua totius orbis demonia con
fluxere. Quid dictura es. Bestie
xpistum colunt. et tu pro deo portenta
veneraris. Nec dum verba finierat
et quasi pennigero volatu pe
tulcum animal aufugit. hoc ne
cui ad incredulitatem moueat
scrupulum sub rege constantino vni
uerso mundo teste defenditur. Nam a
lexandriam huiusmodi homo viuus ad
ductus magnum populo spectacu
lum prebuit. Et post cadauer exani
me calore estatis dissiparetur sa
le infusum. ad antiochiam ut
ab imperatore videretur allatum est
Sed ut propositum prosequar. Antonius
ceptam regionem pergebat ferarum
tantum vestigia intuens et heremi latam
vastitatem. Quid ageret. Quo
uerteret gradum nesciebat. Iam al
tera fluxerat dies restabat vnum
ut deseri se a xpisto non posse confideret

Postquam nox secundam moram exegit tenebras et dubia adhuc luce haud procul intuetur lupam sitis ardoribus anhelantem ad radicem montis irrepere. Quam secutus oculis et iuxta speluncam cum fera abisset accedens cepit introspicere nichil curiositate proficiente tenebris arcentibus visum. Verum ut scriptura ait perfecta dilectio foras mittit timorem suspenso gradu et anhelitu temperato callidus explorator ingressus est ac paulatim progrediens sepiusque subsistens sonum aure captabat. Tandem per cece noctis errorem procul lumen intuitus dum avidus properat offensoque pede lapidem in strepitu concitavit. post cuius sonitum beatus paulus hostium quod patebat recludens sera obfirmavit. Tunc vero anthonius pre foribus corruens usque ad sextam et eo amplius horam aditum precabatur dicens. Qui sim et unde venerim nosti. Scio me non mereri conspectum tuum tamen nisi te videro non recedam. qui bestias recipis hominem cur repellis. Quesivi et inveni. pulso ut aperiatur michi quod si non impetro hic moriar ante postes tuos. Certe tu sepelies vel cadaver meum Talia perstabat memorans fixusque manebat. ad quem responsis paucis ita edidit heros. Nemo sic petit ut minetur nemo cum lacrimis iniuriam facit. et tu miraris si non recipiam cum moriturus advenerís. Sic arridens paulus patefecit ingressum. Quo aperto dum in mutuos inseruntur amplexus propriis se salutavere nominibus gracie domino in commune referuntur. Et post sanctum osculum residens paulus cum anthonio ita exorsus est. En quem tanto labore quesisti putridis senectute membris operit inculta canicies. En vides hominem pulverem mox futurum verum quia caritas omnia sustinet narra michi queso ut se habeat humanum genus. an in antiquis urbibus nova tecta consurgant quo mundus regatur imperio an supersint aliqui demonum errore rapiantur. Inter has sermocinationes suspiciunt alitem corvum in ramo arboris consedisse. qui inde leniter subvolans integrum panem ante mirancium ora deposuit. post cuius

abscessum. Eya inquit paulus dominus nobis prandium misit vere pius vere misericors. Sexaginta iam anni sunt ex quo dimidii semper fragmenta panis accepi verum ad adventum tuum militibus suis christus duplicavit annonam. Igitur in domini gratiarum actione celebrata super vitrei marginem fontis uterque consederunt. hic vero quis frangeret panem aborta contencio pene diem duxit in vesperam. paulus more cogebat hospitii anthonius iure repellebat etatis. tandem consilium fuit ut apprehenso e regione pane dum ad se quisque nititur pars sua remaneret in manibus. Dehinc paululum aque in fonte ore libantes et immolantes deo sacrificium laudis noctis transegere vigilias. Cumque iam terris esset redditus dies. beatus paulus sic ad anthonium locutus est. Olim te frater in istis regionibus habitare sciebam. olim te conservum meum michi promiserat dominus. Sed quia iam dormicionis tempus advenit et quod semper cupiebam dissolui et esse cum christo. peracto cursu superest michi corona iusticie. Tu missus a domino es qui humo corpusculum meum tegas immo terram terre reddas. Hiis auditis anthonius flens et gemens ne se desereret atque ut comitem talis itineris acciperet precabatur. Et ille non debes inquit querere que tua sunt sed que aliena. expedit siquidem tibi sarcina carnis abiecta agnum sequi. Sed et ceteris expedit fratribus ut tuo adhuc instituantur exemplo. Quam ob rem perge queso nisi molestum est et pallium quod tibi athanasius episcopus dedit ad volvendum corpusculum meum defer. Hoc autem beatus paulus rogavit non quo magnopere curaret utrum tectum putresceret cadaver aut nudum quippe qui tanti spacii temporis contextis palmarum foliis vestiebatur. Sed ut se recedenti meror sue mortis levaretur. Stupefactus ergo anthonius quod de athanasio et pallio eius audierat. quasi christum in paulo videns et in pectore eius deum venerans ultra respondere nil ausus est. sed cum silencio lacrimans exosculatis eius oculis manibusque ad monasterium quod postea a sarracenis occupatum est regrediebatur. Neque vero gressus sequebatur

d

CCCCxv.
a

cum Anthonii sed cum corpus ma-
ne ieiuniis senles etiam cum fra-
gent aio vincebat etatem. Tan-
dem defatigatus et anhelus, ad
habitaculum suum confecto itinere
peruenit, cui cum duo discipuli qui
ei iam longo tempore ministrare
consueuerant occurrissent dicentes
vbi tam diu moratus es pater. Re-
dit ve michi peccatori, qui falsum mo-
nachi nomen gero vidi helyam
vidi iohem in deserto et vere in
paradiso paulum vidi ac sic ore com-
presso et manu verberans pectus
de cella pallium protulit. rogantibus
que discipulis ut plenius quid nam
rei esset exponeret. Ait tempus
loquendi. tunc egressus foras ut
ne modicum quidem cibum sumens
per viam qua venerat regrediebatur
illum sitiens. illum videre desiderans
illum oculis ac mente contemplans
Timebat enim quod euenit. ne se
absente debitum xpo spiritum redderet. Cum-
que iam dies illuxisset alia, et trium
horarum spatio iter remaneret vidit
inter angelorum cateruas inter prophetarum
et apostolorum choros niueo candore
paulum fulgentem in sublime con-
scendere. Et statim in faciem suam
procidens sabulum capiti superiaciebat
et plorans atque eiulans aiebat
Cur me paule dimittis. Cur ab-
sis insalutatus. tam tarde notus
tam cito recedis. Referebat postea
beatus anthonius tanta se veloci-
tate quod reliquum erat vie cu-
currisse ut ad instar auis peruola-
ret. Nec inmerito. Nam ingressus
speluncam vidit genibus compli-
catis erecta ceruice extensisque
in altum manibus corpus exani-
me. Ac primum et ipse viuere eum credens
pariter orabat. postquam vero nulla
ut solebat suspiria precantis au-
diuit in flebile osculum ruens in-
tellexit quod etiam cadauer sancti deum cui omnia
viuunt officioso gestu precaretur. Igitur
obuoluto et prolato foras corpore
psalmis quoque ex xpiana tradicione
cantatis expletis contristabatur
Anthonius quod sarculum quo terram
foderet non haberet. Fluctuans
que vario mentis estu et secum mul-
ta reputans dicebat. si ad monas-
terium reuertar quatuor dierum iter est. Si
hic stetero moriar ut dignum est. et
iuxta bellatorem tuum xpe ruens
extremum halitum fundam. talia in eo dicto
uoluente. ecce duo leones ex interiori

heremi parte currentes volantibus per
colla iubis ferebantur. Quibus
aspectis primum abhorruit. Rursus-
que ad deum mentem referens quasi
columbas videret mansit intrepidus.
Et illi quidem directo cursu ad ca-
dauer beati senis substiterunt adula-
tibusque caudis circa eius pedes
accubuere fremitu ingenti rugi-
entes. prorsus ut intelligeret eos
plangere quo modo poterant. De-
inde haut procul ceperunt humum pe-
dibus cauare harenamque certatim
egerentes vnius hominis capa-
cem locum effodere. Et statim qua-
si mercedem pro opere postularent
cum motu aurium ceruice deiecta ad
Anthonium perrexerunt manus eius
pedesque lingentes ut ille cum ad-
uerteret benedictionem eos a se
deprecari. Nec mora et in lauda-
cione xpi effusus quod muta anima-
lia se sentirent ait. Domine sine cuius
nutu nec folium arboris defluit nec
vnus passerum ad terram cadit da
illis sicut scis. Et manu annuens
eis ut abirent imperauit. Cumque illi
recessissent sancti corporis oneri senil-
les curauit humeros et deposito eo
in fossam desuper humum congregans
tumulum ex more composuit. post-
quam autem dies illuxit alia ne
quid pius heres ex intestati bonis
non possideret tunicam sibi eius ve-
dicauit. quam in sportarum modum
de palme foliis sibi ipse texuerat
Ac sic ad monasterium reuersus. dis-
cipulis ex ordine cuncta replicauit
diebusque sollempnibus pasche et
penthecostes. semper pauli tunica
vestitus erat. Libet in fine opus-
culi interrogare eos. qui vti patrio-
nia sua ignorant qui domos
marmoribus vestiunt. qui vno lini
filo villarum insuunt precia vel pretia
huic seni nudo quid vnquam defue-
rat vos in gemmis bibitis ille con-
cauis manibus nature satisfecit
vos in tunicis auro contextis ille nec
vilissimi quidem mancipii vestri in-
duenta habuit. Sed econtrario illi
quidem pauperculo paradisus patet
vos auratos gehenna suscipiet
Ille xpi vestigia nudus licet serua-
uit vos vestiti sericis indumentum
xpi perdidistis. Paulus vilissimo
puluere coopertus iacet resurrecturus
in gloria. vos operosa saxi sepulcra
premunt cum vestris opibus arsuros

b

c

d

[illegible] de leonibus sepultura pauli

parcite vos queso pater saltem divitiis quas amatis Cur et mortuos vestros auratis obvolvitis vestibus. Cur ambicio inter luctus lacrimasque non cessat. An cadavera divitum nisi in serico putrescere nesciunt. Obsecro quicumque legeris ut Jeronimi peccatoris memineris. Cui si dominus optionem daret multo magis eligeret tunicam pauli cum meritis eius quam regum purpuras cum penis suis. Prologus vite sancti hylarionis edite a sancto Jeronimo

Scripturus vitam beati hylarionis habitatorem eius invoco spiritum sanctum ut qui illi virtutes largitus est michi ad narrandas eas sermonem tribuat et facta dictis exequantur. eorum enim qui fecere virtutes ait crispus. tanta habentur quantum eam verbis potuere extollere preclara ingenia. Alexander magnus macedo quem vel arietem vel pardum vel hircum caprarum daniel vocat. Qui dum ad achillis tumulum pervenisset. felicem te ait iuvenis qui magno frueris precone meritorum homerum videlicet significans. porro michi tanti ac talis viri conversatio vitaque dicenda est ut homerus quoque si adesset vel invideret materie vel succumberet. Quamquam enim sanctus Epyphanius salanine Cypri episcopus qui cum hylarione plurimum conversatus est laudem eius brevi epistola scripserit que vulgo legitur. Tamen aliud est locis communibus laudare defunctum. Aliud defuncti proprias narrare virtutes. unde et nos favore magis illius quam iniuria ceptum ab eo opus aggredientes maledicorum voces contempnimus. Qui olim detrahentes paulo meo nunc forsitan detrahent et hylarioni. illum solitudinis calumpniantes huic obicientes frequentiam. ut qui semper latuit non fuisse. quia multis visus est vilis existimetur. fecerunt et hoc maiores eorum quondam pharisei quibus nec iohannis heremus ac ieiunium nec domini salvatoris turbe cibi potusque placuere. verum destinato operi imponam manum et Scilleos canes obturata aure transibo.

Hylarion ortus vico thabatha que circiter quinque millia a gaze urbe palestine ad austrum situs est Cum parentes haberet ydolis deditos rosa ut dicitur de spinis floruit a quibus missus alexandriam gramatico traditus est. Ibique quantum illa patiebatur etas magna ingenii et morum documenta prebuit in brevi. carus omnibus et loquendi arte gnarus. quodque his maius est omnibus credens in domino ihesu non circi furias non arene sanguine non theatri luxuria delectabatur. Sed tota illi voluntas in ecclesie congregatione erat. Audiens autem celebre tunc nomen anthonii quod per omnes egipti populos ferebatur incensus visendi eum studio perrexit ad heremum. Et statim ut eum vidit mutato pristino habitu duobus ferme mensibus iuxta eum mansit contemplans ordinem vite eius morumque gravitatem quam creber in oratione quam humilis in suscipiendis fratribus severus in corripiendis alacer in exhortandis esset et ut continentiam cibique eius asperitatem nulla umquam infirmitas frangeret. porro frequentiam eorum qui cum ad eum ob varias passiones et impetus demonum concurrebat ultra non ferens nec congruum esse ducens pati in heremo populos civitatum sed sibi magis incipiendum esse ut cepisset anthonius. illum quasi virum victorie premia accipere se necdum militare cepisset. reversus est cum quibusdam monachis ad patriam. Et parentibus iam defunctis partem substantie sue fratribus partem pauperibus largitus est nichil sibi omnino reservans et timens illud de actibus apostolorum anamye et saphire vel exemplum vel supplicium maximeque domini memor dicentis. qui non renunctiat omnibus que possidet non potest esse meus discipulus. Erat autem tunc annorum quindecim sic nudus et armatus in christo solitudinem que in septimo miliario a maiuma gaze emporio per litus euntibus egiptum ad levam flectitur ingressus est. Cumque essent cruenta latrociniis loca et propinqui amicique eius imminens periculum denuntiarent contempsit mortem ut mortem evaderet. Mirabantur omnes animum mirabantur omnes etatem nisi quod flamma quedam pectoris et scintilla fidi arbitror dici et scintilla fidi in oculis re

lucebant. Levia erant gemma deli-
catum corpus et tenue et ad omnem
iniuriam impatiens. Quod levi
vel frigore vel estu posset affligi
Igitur sacco tantum coopertus et pelliceas
habens ependuten et circlastem
que illi beatus Anthonius profi-
ciscenti dederat saguque rusticum
inter mare et paludem vasta et
terribili solitudine fruebatur. Qui-
decim caricas tantum post solis oc-
casum comedens. Et quia regio la-
trociniis infamis erat nunquam
in eodem loco mansitas quid fa-
ceret dyabolus quo se verteret. qui
gloriabatur. In celum conscendam super
sidera celi ponam thronum meum, et
ero similis altissimo. Cernebat
se vinci a puero et prius ab eo fun-
so calcatum. quem per etatem calca-
re potuisset. Titillabat itaque sen-
sus eius, et pubescente corpore so-
lita voluptatum incendia suggerebat
Cogebatur tirunculus xpi cogitare
quod nesciebat et eius rei ani-
mo pompam volvere, cuius experimen-
ta non noverat. Iratus itaque sibi
et pectus pugnis verberans quasi
cogitationes cede manus posset ex-
cludere. Ego inquit te faciam
aselle ut non calcitres. nec te or-
deo alam sed paleis te conficiam
et siti et fame onerabo pondere per
estum indagabo et frigore inci-
bum potius quam lascivias cogitas
herbarum ergo succo et paucis caricis
post triduum vel quatriduum defici-
entem animam sustentabat.
Orans frequenter et psallens et
rastro humum fodiens. ut ieiuniorum
laborem. labor operis duplicaret
Simulque fiscellas iunco texens emu-
labatur monachorum egipti discipli-
nam et apostoli sententiam dicentis. Qui
autem non operatur non manducet. Sic
attenuatus et in tantum exesus corpore
ut ossibus vix hereret. Quadam noc-
te infantum cepit audire vagitus
balatus pecorum mugitus boum
planctum quasi mulierculam rugitum leonum
...gitus. murmur exercitus, et prorsus
variarum portenta vocum ut sonitu quam
aspectu territus cederet. Intellexit
demonum ludibria et provolutus
genibus crucem xpi signavit in fron-
tem talique armatus casside et
lorica fidei circumdatus. Iacens for-
tius preliabatur ut animo videre desi-
derans quos horrebat videre et solli-
citus oculis huc illucque circumspiciens

Cum interim ex improviso splen-
dentem lunam cernit reda ferventi-
bus super se irruere. Cumque cla-
masset ihesu, ante oculos eius re-
pentino hyatu pompa omnis ab-
sorta est. Tunc ille ait equum et as-
censorem deiecit in mare. Et hii
in curribus et hii in equis nos
autem in nomine domini dei nostri magnifi-
cabimur. Multe sunt temptationes
eius et die noctuque varie demonum
insidie. Quas si omnes narrare ve-
lim modum excedam voluminis.

Quotiens illi
mulieres nude cubanti
quotiens esurienti lar-
gissime apparuere da-
pes. Interdum orante lupus ululans
et vulpecula ganniens transiliebat
psallentique gladiatorum pugna spec-
taculum prebuit et unus quasi inter-
fectus et ante pedes illius corru-
ens sepulturam rogavit. Orabat
semel fixo in terram capite et ut
natura hominum abducta ab oratione
mens nescio quid aliud cogitabat
insilit dorso eius festinus agitator
et latera calcibus terruens fla-
gello verberans. Eya inquit cur
dormitas chachinnansque desuper
si defecisset an ordeum vellet acci-
pe sciscitabatur. Igitur a sexto decimo
usque ad vicesimum annum etatis sue
estus et pluvias brevi tuguri-
culo declinavit quod iunco et carice
texuerat. Exstructa deinceps
brevi cellula que usque hodie per-
manet latitudine pedum quatuor
altitudine pedum quinque. hoc est
statura sua humiliorem porro lon-
gitudine paulo longiorem quam
eius corpusculum patiebatur et sepul-
crum potius quam domum crederes.
Capillum semel in anno pasche die
totondit super nudum humum stratumque
iunceum usque ad mortem cubita-
vit. Saccum quo semel fuerat
indutus nunquam lavans et superfluum
esse dicens munditiam in cilicio
querere. Nec mutavit alteram tuni-
cam nisi cum prior scissa esset. Scrip-
turas quoque sanctas memoriter
tenens post orationem et psalmos
quasi deo presente recitabat et quia
longum est per adversa tempora car-
pim ascendens in eius edicione com-
prehenda breviter ante lectoris ocu-
los vitam eius pariter exponens

De abstinentia

De cruce

CCCCLXVII a

et deinceps ad narrandi ordinem
regrediar etc.

a **Vicesimo primo**
anno usque ad vicesimum
sextum anni tribus an-
nis dimidium lentis sexta-
rium madefactum aqua frigida come-
dit et aliis tribus panem aridum cum
sale et aqua. porro a vicesimo sep-
timo usque ad tricesimum herbis agre-
stibus et virgultorum quorundam ra-
dicibus crudis sustentatus est.
a tricesimo autem primo ad tricesimum
quintum sex uncias ordeacei panis
et coctum modice olus absque oleo
in cibo habuit. Sentiens autem
caligare oculos suos et totum corpus
impetigine et pumicea quadam
scabredine contrahi ad superiorem
victum adiecit oleum. Et usque ad sex-
agesimum tertium vite sue annum hoc
continentie cucurrit orandum nichil
extrinsecus aut pomorum aut legu-
minis aut cuiuslibet rei gustans.
Inde cum videret se corpore defati-
gatum. et propinquam putaret mortem
b A sexagesimo quarto anno usque ad
octuagesimum pane abstinuit in-
credibili fervore mentis ut eo tempore
quasi novus accederet ad servitutem
domini quo ceteri solent remissius vi-
vere. fiebat autem ei de farina et
cum minuto olere sorbitiuncula cibo
et potu vix quinque uncias appen-
dentibus sicque complens ordinem
vite. Numquam ante solis occasum
nec in diebus festis nec in gravissima
valitudine solvit ieiunium. Sed
iam tempus est ut ad ordinem rever-
tamur etc.

c **Cum habitaret**
adhuc in tuguriunculo
annos natus decem
et octo latrones ad
eum nocte venere vel estimantes
habere aliquid quod tollerent vel in
contemptu sui reputantes fieri si
puer solitarius eorum impetus non
pertimesceret. Itaque inter mare et pa-
ludem a vespera usque ad solis or-
tum discurrentes numquam eius cu-
biculi locum invenire potuerunt.
porro clara luce reperto puero quasi
per locum. quid inquiunt faceres si la-
trones ad te venirent. Quibus il-
le respondit nudus latrones non
timet. Et illi: certe inquiunt occidi po-
tes. possum inquit possum et ideo
latrones non timeo quia mori pa-
ratus sum. Tunc admirati constan-
ciam eius et fidem confessi sunt
noctis errorem cecatosque oculos
correctionem deinceps vitam polli-
centes. viginti et duos iam in so-
litudine habebat annos fama
tantum notus omnibus et per totas pales-
tine vulgatus urbes etc.

c **Cum interim**
mulier quedam eleu-
therio politana cernens
despectui se haberi ob
sterilitatem. iam enim per annos quindecim
nullos coniugii fructus dederat. prima
irrumpere ausa est ad beatum hylarionem
et nichil tale suspicantis est repente
genibus advoluta. Ignosce inquit audacie
mee. quid avertis oculos quid roga-
tem fugis. noli me mulierem a-
spicere sed miseram. hic sexus ge-
nuit salvatorem. Non habent sani o-
pus medico. sed qui male habent.
tandem subsistit. et post tantum tem-
poris visa muliere interrogavit causam
adventus eius ac fletus. et post-
quam didicit, levatis ad celum oculis
fidere iussit. euntemque lacrimis prosecutus
Exacto anno venit cum filio. Hoc
signorum eius principium aliud maius
signum nobilitavit.

a **Aristenete**
helpidii qui postea pre-
fectus pretorio fuit. uxor
valde nobilis inter suos
et inter christianos nobilior. rediens
cum marito et tribus liberis a beato
anthonio gaze propter eorum infirmita-
tem remorata. Ibi enim sive corrup-
to aere. sive ut postea claruit
propter gloriam hylarionis servi dei emi-
nus pariter accepti omnes a medicis de-
sperati sunt. Iacebat ululans mater. et
quasi inter tria filiorum discurrens ca-
davera quem primum plangeret nesci-
ebat. Agnito autem quod esset quidam
monachus in vicina solitudine obli-
ta matronalis pompe tantum se matrem
noverat vadit comitata ancillu-
lis et eunuchis vixque ei a viro sua-
sum est ut asello sedens pergeret.
d Ad quem cum venisset precor te ait
per ihesum clementissimum dominum nostrum
obtestor per crucem eius et sanguinem
ut reddas michi tres filios glorificetur
in orbe gentium nomen domini salva-
toris. Ingrediatur servus eius in
gazam et marnas corruat. Renuente

Incipiunt miracula beati hylarionis primo de muliere sterili procreante

De curatione trium fratrum fere mortuorum

illo et dicente nunquam se egressum
de cellula ut haberet consuetudinem ut
non modo ciuitates sed nec villam
quidem ingrederetur. prostrauit se
humi crebro clamitans. Hylarion
serue christi redde michi liberos meos
quos anthonius tenuit in egipto a-
te fuerunt in syria flebant cuncti
qui aderant. sed et ipse negans fle-
bat. Quid multa non prius mulier
recessit quam ille polliceretur se post
solis occasum gazam introiturum. Qui
postquam venit singulorum lectulos et
arencia membra considerans inuocauit
ihesum et o mira virtus christi de tribus fon-
tibus sudor pariter erupit. Eadem
hora acceperunt cibos lugentemque
matrem cognoscentes. benedicentes
sancti manus deosculati sunt. Quod
postquam auditum est. et longe lateque
percrebuit certatim ad eum de syria et
egipto confluebant. Ita ut multi
christiani fierent. et se monachos pro-
fiterentur. Nec dum enim monasteri-
a erant in palestina. Nec quisquam
monachum ante sanctum hylarionem
nouerat. Ille fundator et eruditor
huius conuersationis et studii in hac
prouincia fuit. habebat dominus ihesus
in egipto senem Anthonium in pa-
lestina hylarion et minorem fa-
ciebat vinculo estrino torruere
vrbis egipti

d Ec hoc iam de-
cem anni sunt ceca mulier
adducta est ad beatum hy-
larionem oblataque ei a
fratribus iam enim multi cum eo monachi
erant omnem substantiam se expendisse
dixit in medicos. Cui ait. si que in
medicos expendidisti dedisses pau-
peribus curasset te verus medicus
ihesus. Clamante autem illa et mi-
sericordiam deprecante expuit in o-
culos eius statimque saluatoris ex-
emplum virtus eadem secuta est.

a Auriga quoque
gazensis in curru percussus
a demone totus obriguit
it ut nec manum agita-
ret. nec ceruicem posset
flectere. delatus ergo in lectulo cum
solam linguam moueret ad preces
audit se non posse sanari, nisi prius
crederet in ihesum, et se sponderet
errorem pristine conuersationis re-
nunciaturum credidit spopondit sa-
natus est magisque de anime qua
de corporis salute exultauit etc.

b Preterea for-
tissimus iuuenis nomine
marsitas de territorio Jero-
solime tantum sibi applaude-
bat in viribus ut quindecim fru-
menti modios diu longeque porta-
ret, et hanc haberet palmam for-
titudinis sue. si asinos vinceret
hic afflatus pessimo demone, non
cathenas non compedes non claustra
hostiorum integra patiebatur, mul-
torum nasum et aures morsibus
amputauerat. horum pedes illo-
rum crura fregerat. Tantumque
sui terrorem omnibus incusserat
ut oneratus cathenis et funibus in
diuersa intentum quasi ferocissimus
taurus ad monasterium pertraheretur
quem postquam fratres videre perterriti sunt
Erat enim mire magnitudinis nun-
ciaruntque patri. Ille sicut sedebat ius-
sit eum ad se pertrahi et dimitti so-
lutoque inclina ait caput et veni.
b Tremere ille cepit et ceruicem flecte-
re nec aspicere contra ausus omnique fe-
rocia deposita pedes sedentis lam-
bere. Adiuratus itaque et coactus
demon qui iuuenem possederat
septima die egressus est

c Sed nec illud
tacendum est quod orionis
vir primarius et ditissimus
vrbis Aila que rubro
mari imminet a legione possessus
demonum ad eum adductus est ma-
nus ceruix latera pedes ferro onera-
ti erant furorisque seuiciam torui
oculi minabantur. Cumque deam-
bularet sanctus cum fratribus et de scriptu-
ris nescio quid interpretaretur. eru-
pit ille de manibus se tenencium
et amplexans eum post tergum in
sublime eleuauit. Clamor ortus
ab omnibus. timebant enim ne con-
fecta ieiuniis membra collideret
Et sanctus arridens. silete inquit et
michi meum dimittite palestritam
at sic reflexa super humeros caput ma-
nu eius tetigit. apprehenso crine an-
te pedes suos adduxit. Stringens ere-
gione ambas manus eius. et plan-
tas vtroque calcans pede simulque in-
geminans. torquere demonum tur-
ba. Cumque ille eiularet et reflexo
a ceruice capite terram vertice tangeret. domine
inquit ihesu solue miserum Solue
captiuum. Et vnum et plures vincere tuum

CCCCxviii
a
de ceca illuminata

de possesso a demonibus

est. Rem loquor inauditam ex uno
enim hominis ore diuersas voces. et quasi
confusus populi clamor audiebatur.
Curatus itaque et hic non post multum
temporis. cum uxore et liberis venit
ad monasterium. plurima quasi gratias reddituris
dona afferens Cui sanctus non legisti
ait quid giezi. quid symon passi
sint. quorum alter accepit precium. alter obtu
lit ut ille venderet graciam spiritus sancti
hic mercaret. Cumque orionus flens
diceret accipe et da pauperibus. Respondit
tu melius potes distribuere qui per ur
bes ambulas et nosti pauperes. Ego
qui mea reliqui cur aliena appetam
Nemo melius sua erogat quam qui
sibi nichil reseruat. Tristi autem
et marena iacenti Noli inquit con
tristari fili quod facio pro me et pro
te facio Si enim hec accepero et ego
offendam deum et ad te legio reuertetur

Quis non

possit silencio preterire
quod zanannis ma
iumitis aut longe
a monasterio eius lapides ad edificandum
dum de ora maris cudens. totus
paralisi dissolutus est et ab operis
socijs delatus ad sanctum. statim ad opus
reuersus est. Et enim litus quod pa
lestine egiptoque pretenditur per naturam
molle arenis in saxa durescentibus
asperatur paulatimque arescens ibi gla
rea perdit tactum cum non perdat aspectum
Sed et ytalicus eiusdem opidi mu
niceps xpianus aduersus gazenses
duumuirum marne ydolo deditum et
circenses equos nutriebat. hoc siqui
dem in romanis urbibus iam exinde
seruatum a Romulo. ut propter felicem sa
binarum raptum deorum consalio quasi
eos dee quadrige septene circuitu
Et equos partis aduerse fregisse victo
ria sit. Hic itaque emulo suo habente
maleficum qui demonum quibusdam
deprecacionibus huiusmodi prepediret equos
et illius incitaret ad cursum. ve
nit ad beatum hylarionem et non tam
aduersarium ledi quam se defendi ob
secrauit. Ineptum est visum vene
rando viro in huiusmodi magis
oracionem perdere Cumque subrideret
et diceret Cur enim non magis equos
precium pro salute anime tue pauperibus
erogas. Ille respondit functionem esse

publicam et hoc se non tam velle quam
cogi. nec posse hominem xpianum uti
magicis artibus. sed a seruo xpi
pocius auxilium petere. maxime
contra gazenses aduersarios dei et
non tam sibi quam ecclesie xpi insul
tantes Rogatus ergo a fratribus qui
aderant caphum fictilem quo bi
bere consueuerat aqua iussit im
pleri eique tradi. Quem cum accepisset
ytalicus et stabulum et equos et auri
gas suos carceriumque repagula asper
sit. Mira valde expectacio Nam
et aduersus hoc ipsum arridens dif
famauerat et fauores ytalici sibi
certam victoriam pollicentis exaltabat
Igitur dato signo hij auolant. illi
prepediuntur sub horum curru rote
feruent illi precium volancia terga
vix cernunt. Clamor vulgi nimi
us ceruit et ethnici quoque ipsi con
crepabant. Marnas victus a xpo
est porro furentes aduersarij hila
rionem malefici xpianorum ad
supplicium poscerent Indubitata er
go victoria et illis et multis retro
circensibus plurimis fidei occasio
fuit etc.

Eeiusdem

gazensis impuris opi
di virgine dei vicinus
iuuenis deperibat Qui
cum frequenter tactu iocis nutibus
sibilis et ceteris huiuscemodi que so
lent moriture virginitatis esse prin
cipia nichil perfecisset. perrexit in em
phinisis ut confesso vulnere suo
magicis artibus rediret armatus ad
virginem Igitur post annum doctus
ab esculapij vatibus non remedian
tibus animas sed perdentibus venit
presumptum animo stuprum gestiens
et subter limen domus puelle que
dam tormenta verborum et portentuo
sas figuras sculptas in eris cipri
lamina defodit. Illico insanire vir
go cepit et amictu capitis abiecto
rotare crinem stridere dentibus in
clamare nomen adolescentis. mag
nitudo quippe amoris se in furorem
verterat. perducta ergo a parentibus ad mo
nasterium seni traditur. Vlulante
statim et confitente demone vim sus
tinui in vitus adductus sum quam
bene memphi somnijs homines de
ludebant. O cruces o tormenta que
patior exire me cogis et ligatus
subter limine teneor. Non exeo nisi

cccxix
a

nisi me adolescens dimisserit. Tunc
senex grandis dei aut fortitudo ubi
est qui funio et lamina strictus te//
neris. Dic quare ausus es intra//
re puellam dei ut servarem inquit
eam virginem. tu servares prodi//
tor castitatis. Cur non potius in eum
qui te mittebat ingressus es. Ut
quid respondit intrarem in eum qui
habebat collegam meum amoris
demonem. Noluit autem sanctus an//
tequam purgaret virginem vel ado//
lescentem vel signa iubere perqui//
ri. ne aut solutus incantacionibus
recessisse videretur aut ipse ser//
moni eius accomodasse fidem asse//
rens semper fallaces esse demones
et ad simulandum callidos. sed ma//
gis reddita sanitate increpavit vir//
ginem. cur fecisset talia per que de//
mon intrare potuisset. Non solum
autem in palestina et vicinis e//
gipti vel syrie urbibus. sed etiam
in longinquis provinciis percrebuerat
Namque candidatus constancii im//
peratoris rutilus coma et candore
corporis indicans provinciam. Inter saxo//
nes et alamannos gens eius non
tam lata quam valida. apud histori//
cos germania nunc francia dicitur
b Antiquo ab infancia possessus
demone, qui noctibus cum ulu//
lare ingemiscere fremere dentibus
compellebat. Secretam ab impera//
tore evectionem petiit causam
ei simpliciter indicans. et acceptis
a consulari quoque palestine litteris
cum ingenti honore et comitatu
deductus est. Qui cum a decurionibus
illius loci quesisset ubi habita//
ret hylarion monachus terri//
ti gazenses et putantes eum ab
imperatore missum ad monasterium
perrexit ut et honorem commendato
exhiberet. Et si quid ex preteritis in//
iuriis hylarionem essent offensi
novo officio delerent. deambula//
bat autem tunc senex in arenis mol//
libus et secum de psalmis nescio
quid murmurabat. videns que tantam
turbam venientem substitit et
resalutatis omnibus manuque eis
benedicens. post horam ceteros
abire precepit. Illum vero cum servis
suis et apparitoribus manere. Ex
oculis enim eius et vultu cur venisset
agnoverat. statim ergo ad interro//
gacionem suspensus est homo ut
vix terram pedibus tangeret. et
in prane rugiens syra ederet dece//
barbaro. et qui frameam tantum et la//
tinam linguam noverat syra ad
purum verba resonaret. ut non stridor
non aspiracio non ydioma palestini
deesset eloquii. Confessus est itaque
quo in eum intrasset ordine et ut
interpretes eius intelligerent qui grecam//
cam tantum et latinam linguam no//
verant grece tantum eum interrogavit
quo similiter et in verba eadem respon//
dente multasque incantatorum occa//
siones et necessitates magicarum arci//
um obtendente. Non curo autem
quomodo intraveris. sed ut exeas
in nomine ihesu christi impero. Cumque cu//
ratus esset simplicitate rustica de//
cem libras auri offerens ordeaceum
c ab eo accepit panem. Audiens
quod qui tali cibo alerentur aurum
pro luto ducerent. Parum est de
omnibus loqui bruta quoque animalia
cotidie ad eum furencia protrahe//
bantur. In quibus bruttum camelum in//
normis magnitudinis, qui mul//
tos iam obtriverat Triginta et eo
amplius viri distentum solidissimis
funibus cum clamore adduxerant.
Sanguinei erant oculi spumebat
os volubilis lingua turgebat et
super omnem terrorem rugitus per so//
nabat inmanis. Iussit eum igitur
dimitti senex. Statim qui eum
adduxerant et qui cum sene erant
usque ad unum diffugerunt. porro ille
solus perrexit obviam. et sermone
syro. Non me inquit terres dyabo//
le tanta mole corporis et in vulpe//
cula et in camelo unus atque idem
es. Et interim porrecta manu
stabat ad quem cum furens et quasi
devoratura eum belua pervenisset
statim corruit submissumque caput
terre coequavit mirantibus cunctis
qui aderant. post tantam fero//
ciam tantam subito mansuetudi//
nem. Docebat autem eos senex ho//
minum causa dyabolum etiam iu//
menta corripere, et tantum eorum ardere
odium, ut solum ipsos sed ea quoque
que ipsorum essent cupe interire.
huius que rei proponebat exemplum
ut antequam beatum Iob temptare permit//
teretur, omnem substantiam eius interfecerit
Nec movere quempiam debere quod
iussione domini duo milia porcorum
a demonibus interfecta sint. Siquidem
eos qui viderant non potuisse aliter
credere exisse de homine multitudinem

obsessus a demone aliena lingua loquitur

nisi grandis portorum nimis quasi a multis actu pri corruisset etc.

d

EMPUS me deficiet si voluero universa signa que sunt ab eo perpetrata dicere. In tantum a domino datus fuerat gloriam ut beatus quoque Anthonius audiens conversationem eius scriberet ei libenterque eius epistolas sumeret. At si quando de Syrie partibus ad se languentes perrexissent diceret eis. Quare vos tam longe vexare voluistis cum haberetis ibi filium meum Hylarionem. Exemplo itaque eius per totam Palestinam innumerabilia monasteria esse ceperunt. Et omnes monachi certatim currere. Quod ille cernens laudabat dominum gratiam profectum animi singulos cortabatur dicens. Preterire figuram mundi huius et illam esse veram vitam que presentis vite emitur incommodo. Volens autem eis exemplum dare etiam humilitatis et officii statutis diebus ante vindemia lustrabat cellulas monachorum. Quod postquam cognitum est a fratribus omnes ad eum confluebat et comitati tali duce circuibant monasteria habentes viaticum suum quia in medium usque ad duo milia hominum congregabantur. Sed procedente tempore unaquaeque villa vicinis monachis ad susceptionem sanctorum gaudens cibos offerebat. Quantum fuerit in eo studii nullum fratrum quamvis humilem quam pauperem preterire vel illud indicio est quod vadens in desertum cades ad unum ex discipulis suis invisendum cum infinito agmine monachorum pervenit Elusam. Eo forte die quo anniversaria solempnitas omnem oppidi populum in templum veneris congregaverat. Colunt autem illam ob luciferum cuius cultui sarracenorum natio dedicata est. Sed et ipsum opidum ex magna parte uim barbarorum est propter loci situm. Igitur audito sanctus

cccxx a

Hylarion preteriret. Multos enim sarracenorum arreptos a demone frequenter curaverat. Gregatim ei cum uxoribus et liberis obviam processere submittens colla et voce syra barech id est benedic inclamantes. Quos ille blande humiliterque suscipiens obsecrabat ut deum magisquam lapides colerent

simulque ubertim flebat celum spectans et se pollicens si Christo crederent ad eos crebro esse venturum. Mira domini gratia non prius abire passi sunt quam futurae ecclesie lineam mitteret et sacerdos eorum ut erat coronatus Christi signo denotaretur.

a

LIO quoque anno cum exiturus esset invisenda monasteria et digereret in scedula apud quos maneret quos in transitu visitare deberet. Scientes monachi quendam de fratribus parciorem simulque cupientes vitio eius mederi rogabant ut apud eum maneret. Et ille quid inquit vultis vobis in iniuriam et fratri vexationem facere. Quod postquam frater ille parcus audivit erubuit. Et annitentibus cunctis vix ab invito impetravit ut suum quoque monasterium in mansionum ordine poneret. Post diem ergo decimum venerunt ad eum custodibus iam in vinea quasi ville essent ab eo dispositis qui cum lapidibus et glebarum iactu fundeque vertigine accedentes deterrerent sine esu uve mane omnes profecti sunt ridente sene et dissimulante scire quod evenerat. Porro suscepti ab alio monacho cui Saba vocabulum est. Debemus quippe parci tacere vocabulum largi dicere. Quia dominicus erat dies invitabantur omnes ab eo ad vineam ut ante horam cibi uvarum pastu laborem

b

vie sublevarent. Et sanctus maledictus inquit qui prius refectionem corporis quam anime quesierit. Oremus psallamus reddamus domino officium et sic ad vineam properabitis. Completo itaque ministerio in sublimi stans benedixit vinee sue et suas ad pascendum dimisit oves. Erant autem qui pascebantur non minus tribus milibus. Cumque centum lagenis estimata fuisset integra adhuc vinea post dies viginti trecentas fecit. Porro ille parcus frater multo minus solito colligens etiam id quod habuerat versum in acetum est. Sero doluit hoc multis quoque fratribus senex ante futurum dixerat. Detestabatur autem precipue monachos qui infidelitate quadam in futurum reservarent sua et diligentiam haberent vel sumptuum vel vestium aut alicuius rei cum seculo transeuntis etc.

EMque unum de

fribus in quinto ferme a se miliario manentem quia cum porrat ortuli sui nimis cautum timidumque custodem et pusillum habere nummorum a boculis suis abegerat. Qui volens sibi reconciliari senem frequenter veniebat ad fratres et maxime ad hesichium quo ille vehementissime delectabatur etc.

VADAM ERgo die ciceris fascem virentis sicut in herbis erat detulit quem cum ad vesperam hesichius posuisset in mensa exclamavit senex se putorem eius ferre non posse. similque unde esset rogavit. Respondente autem hesichio quod frater quidam primicias agelli sui fratribus detulisset Non sentis inquit putorem teterrimum et in cicere fetere avariciam mitte bobus mitte brutis animalibus et inde an comedant. at cum ille iuxta preceptum in presepe posuisset exterriti boves et plus solito mugientes Ruptis vinculis in diversa fugerunt. Habebat enim senex hanc graciam ut ex odore corporum vestiumque et earum rerum quas tetigerat sciret cui demonia vel cui vitio subiacerent etc.

IGitur sexagesimo tercio vite sue anno cernens grande monasterium et multitudinem fratrum secum habitancium turbasque eorum qui diversis languoribus et inmundis spiritibus occupatos ad se deducebant ita ut omni genere hominum solitudo per circuitum repleretur. flebat cotidie et incredibili desiderio conversacionis antique recordabatur. Interrogatus autem a fratribus quid haberet cur se conficeret. Aiebat rursum ad seculum redii et recepi mercedem meam in vita mea. En omnes palestine et vicine provincie existimant me alicuius esse momenti Et ego sub pretextu monasterii ac dispensatione fratrum vilem suppellectilem habeo. Servabatur ergo a fratribus maxime quod ab hesichio qui miro amore veneracioni senis deditus erat. Cumque ita dixisset lugens biduum Aristenete illa cuius supra fecimus mentionem prefecti tunc uxor. sed non iam prefecti ambitum habens venit ad eum volens eciam ad anthonium pergere. Cui ille flens vellem ait ipse quoque ire si non carcere huius monasterii clausus tenerer et si eundi fructus esset. Biduum enim hodie est quod totus mundus tali est parente orbatus. Credidit illa et substitit et post paucos dies veniente nuncio Anthonii dormicionem audivit. Mirentur alii signa eius et portenta que fecit. mirentur incredibilem abstinenciam. scienciam. humilitatem ego nichil ita stupeo quam gloriam et honorem calcare potuisse. Concurrebant episcopi presbiteri clericorum et monachorum greges matronarum quoque christianorum grandis temptacio et hinc inde ex urbibus et agris vulgus ignobile. Sed et potentes viri et iudices ut benedictum ab eo panem vel oleum acciperent. At ille nichil aliud quam solitudinem meditabatur. In tantum ut quadam die proficisci statuerit. et adducto asello nimis quippe exesus ieiuniis vix ingredi poterat. iter arripere conaretur. Quod cum percrebuisset quasi vastitas et iudicium palestine indiceretur. plusquam decem milia hominum diverse etatis et sexus ad retinendum eum congregata sunt. Immobilis ille ad preces et baculo arenas discuciens loquebatur. fallacem deum meum non facio nec possum videre subversas ecclesias. calcata christi altaria. filiorum meorum sanguinem. Universi autem qui aderant intelligebant revelatum ei quiddam esse secreti quod nollet confiteri. et nichilominus custodiebant eum ne proficisceretur. Decrevit ergo publica omnes omnium voce contestans non cibi se non potus quippiam sumere nisi dimitteretur. Et post septem dies inedie tandem relaxatus. ac valedicens plurimis cum infinito agmine prosequencium venit betilum ubi suasis turbis ut reverterentur elegit quadraginta monachos qui haberent viaticum et possent ieiunantes ingredi id est post solis occasum cibum sumere. Quinta ergo die venit pelusium visitatisque fratribus qui in vicina heremo erant et in loco qui lich dicitur morabantur perrexit post triduum ad castrum thuaboton ut videret dracontium episcopum et confessorem qui ibi exulabat. Qui incredibiliter consolatus tanti vi

CCCCXXI a

penitenciam postulavit. post tridui multo labore babilonem pervenit ut inviseret philonem episcopum et ipsum confessorem Constancius enim rex arrianorum favens heresi. utrumque in illa loca deportaverat Inde egrediens post biduum venit ad opidum frodicon ubi convento dyacono baysane. Qui locatis drogmadibus camelis ob aque in heremo penuriam consueverat euntes ad anthonium ducere. Confessus est fratribus instare diem dormicionem beati anthonij et vigilem noctem in quo defunctus fuerat loco a se ei deberi debere. Tribus ergo diebus per vastam tibus solitudinem tandem ad montem altissimum pervenerat repertis ibi duobus monachis ysaac et plusiano quorum ysaac interpres antonij fuerat. Et quia se prebet occasio. et ad id loci venimus dignum videtur brevi sermone habitaculum tanti viri describere. Saxeus et sublimis mons per mille circiter passus ad radices suas aquas exprimit quarum alias arene ebibunt alie ad inferiora delapse paulatim rivum efficiunt. Super quem ex utraque ripa palme innumerabiles multum loco et amenitatis et commodi tribuunt videres senem huc atque illuc cum discipulis beati anthonij discurrere. hic agebant psallere hic orare hic operari hic fessus residere solitus erat. has vites has arbusculas ipse plantavit. Illam areolam manibus suis composuit hanc piscinam ad irrigandum ortulum multo sudore fabricatus est. Istum sarculum multis ad se fodiendum illum pluribus annis habuit Jacebat in stratu eius. et quasi calens adhuc cubile deosculabatur Erat autem cellula non plus mensure per quadrum tenens quam homo dormiens extendi poterat Preterea in sublimi vertice quasi per cocleam ascendentibus et arduo valde adivisu eiusdem mensure cellule visebantur. In quibus venienciu et discipulorum suorum concubinum fugiens moratus est. vim hec in vivo saxo exciso hostia tantum addita habebant. postquam autem ad ortulum venerunt. videtis inquit ysaac hoc pomerium arbusculis consitum et oleribus virens. Ante hoc

ferme triennium cum honagrorum grex vastaret primum eductoribus stare iussit bacilloque tondens latera quere ait comedetis quod non seruistis. et exinde exceptis aquis ad quas portandas ventabant Nunquam eos nec arbusculas nec olera contigisse. Preterea rogabat senex ut sibi locum tumuli eius ostenderent. Qui cum seorsum eum adduxissent utrum nec monstraverint ignoratur causam occultandi iuxta preceptum antonij referentes. Ne pergamus qui illis locis ditissimus erat sublato ad villam suam sancti corpore ad martirium fabricaretur.

Gitur regressus afroditon duobus tantum detentis secum fratribus in vicina heremo moratus est. Tanta abstinencia et silencio ut tunc primum se cepisse christo servire diceret. porro iam triennium erat quod clausum celum illas terras areferat. ut vulgo dicerent. Antonij mortem eciam elementa lugere. Non latuit fama hylarionis accolas quoque loci illius et certatim viris ac mulieribus secus hora luridi et tabe confecti fame pluvias a servo christi id est a successore anthonij deprecabantur. Quod ille cernens mire doluit. elevatisque ad celum oculis et utrasque in sublime erigens palmas. statim impetravit quod rogaverat Ecce autem siciens atque regio postquam pluvijs irrigata est. tantam serpentum et venenatorum animalium ex improviso ebulliit multitudinem ut percussi innumerabiles nisi ad hylarionem cucurrissent statim interirent. Benedictoque ita oleo unguisse agricole atque pastores tangentes vulnera certam salutem presumebat. videns autem se ibidem miris honoribus affici perrexit alexandriam. Inde ad interiorem causam transiturus Et quia nunquam postquam ceperat esse monachus in urbibus manserat. divertit ad quosdam fratres in bruchio haud procul ab alexandria Qui cum nimio gaudio suscepissent senem eciam vicina vox esset repente audiunt discipulos eius asinum sternere illumque parare proficiscitur cuius se mori qui tanto carere hospite testabantur. Quibus ille

cccxxii

respondit pedo abire festino ne nobis molestiam generem. Certe ex posterioribus cognoscetis non frustra subito me recessisse. Igitur altera die gazenses cum lictoribus profecti nam pridie eum venisse noverant intrantes monasterium cum illum non repperissent invicem loquebantur. Nonne vera sunt que audivimus magus est et futura cognoscit. Urbs enim gaza postquam profecto de palestina hylarione Julianus in imperium successerat destructo monasterio eius precibus ad imperatorem datis et hylarionis et hesicii mortem impetraverat amboque ut quererentur toto orbe scriptum erat. Egressus autem de bruchio per inmam solitudinem intravit oasam ibique anno plus minus uno exacto quia illuc quoque eum sui fama prevenerat quasi iam moriente latere non posset ubi multi illum et opinione et vultu noverant ad solas navigare insulas cogitabat ut quem terra vulgaverat saltem maria celarent etc.

Eodem ferme tempore Adrianus discipulus eius de palestina pervenit dicens Julianum occisum christianum imperatorem regnare cepisse reverti eum debere ad monasterii sui reliquias. Quod ille audiens detestatus est et conducto camelo per vastam solitudinem venit ad maritimam urbem libie paretonium ubi adrianus infelix volens palestinam reverti et pristinam sub nomine magistri querens gloriam multas ei iniurias fecit. Ad extremum convasatis fratribus et que ei missa detulerat nesciente eo profectus est. Super hoc quia alter locus referendi non est hoc tantum dixerim in terrorem eorum qui magistrum despiciunt. Quod post aliquantum temporis morbo regio computruerit. Habens ergo zananum secum ascendit classem que syliciam navigabat. Cumque venundato ewangelii codice quem manu sua adolescens scripserat dare naulum disponeret in medio ferme adriatico naucleri filius arreptus a demonio clamare cepit et dicere. Hilarion serve dei cur nobis in pelago tutos esse non licet. Da michi spatium donec ad terram veniam ne hic precipitatus in abissum. Cui ille. Si deus meus tibi concedit ut maneas mane si autem ille te eicit quid michi invidiam facis homini peccatori et mendico. Hoc autem dicebat ne naute et negotiatores qui in navi erant secum ad terras pervenissent proderent. Nec multo post purgatus est puer patre fidem dante et ceteris qui aderant nulli super nomine eius locuturos. Ingressum autem pachinum promunctorium sylicie obtulit nauclero ewangelium pro subvectione sua et zanani qui nolens accipere maxime cum videret eos excepto illo codice et hiis que vestiti erant amplius nichil habere ad extremum iuravit se non accepturum. Sed et senex fiducia pauperis conscientie et in eo magis letabatur quod nichil haberet seculi et ab accolis illius loci mendicus putaretur. Porro recogitans ne negotiatores de oriente venientes se notum facerent ad mediterranea fugit loca id est in vicesimo a mari miliario. Ibique in quodam deserto agello lignorum cotidie fascem colligens imponebat dorso discipuli quo que in proxima villa venundato et sibi alimonia et hiis qui forte ad eos veniebant panis pauxillulum emebant. Sed vere secundum quod scriptum est non potest civitas latere super montem posita etc.

Scutarius quidam dum in basilica beati petri rome torqueretur proclamavit in eum immundus spiritus. Ante paucos dies siciliam ingressus est hilarion servus dei et nemo eum novit et putat se esse secretum. Ego vadam et prodam illum. Statimque cum servis suis ascensus in portum navi appulsus est pachinum et ducentes secum demonium ante tigurium senis prostratus illico curatus. Hoc initium signorum eius in sicilia. Innumerabilem deinceps ad eum egrotantium sed et religiosorum hominum adduxit

multitudinem junctī ut de p̄ma
tibus timens quidā morbo inter
cutis. atq; eadem die qua ad eum
venit curatus est. Qui postea of
ferens ei infinita munera audiuit
dictū saluatoris ad discipulos Gra
tis accepistis. gratis date. dum
hec ita geruntur in sycilia hesichi
us discipulus eius toto senem or
be querebat. Lustrans littora de
serta penetrans et hanc tm̄ ha
bens fiduciam quia vbicumq; eet
diu latere nō posset. Transacto
iam triennio audiuit monthoe
a quodam judeo uilia populi scruta
vendenti. prophetam xp̄ianoꝝ
apparuisse in sicilia tanta mirā
cula et signa facientem ut de ve
teribus sanctis putarēt. Interroga
tus itaq; habitu eius incessu et
lingua maximeq; etate discere
nichil potuit. Ille eīn qui hec re
ferebat famā ad se tm̄ hominis
testabatur. Ingressus ergo adriati
cū cursu uenit pachinū et in q̄
dam curui littoris villula fama
senis exstisitatus consona omniū uo
ce cognouit ubi esset. quid ageret
Nichil tam in eo cunctis ammiranti
bus q̄ post tanta signa atq; mira
cula nec fragmen quidā panis
a quoquā in illis locis accepisset
Et ne longū faciam. sanctus vir he
sichius ad magistri genua prouolutus
est plantas eius lacrimis rigans
tandem ab eo subleuatus post bi
dui tridiuiq; sermonem audiuit a
zanano nō posse senem iam in
illis habitare regionibus sed vel
le ad barbaras quasdam pergere
nationes vbi nomē et sermo suꝰ
notus foret duxitq; eum ad epi
tauꝝ dalmatie opidū vbi paucis
diebus in vicino agello mansitans
nō potuit abscondi. Siquidem dra
co mire magnitudinis. quos gen
tili sermone boas vocant ab eo q
grandes sint ut boues glutire so
leant omnem late vastabat p̄
vinciam et nō solum armēta et
pecudes. sed agricolas quoq; atq;
pastores tractos ad se vi spūs ab
sorbebat. Cui cum pyram iussisset
pparari et oratione ad xp̄m missa
euocato populo precepisset struem
lignoꝝ scandere ignem supposuit
cunctaq; spectante plebe īmane
bestie corpus concremauit. vnde
estuans quid faceret quo se v̄teret
aliam parabat fugam et soli

tarias terras mente plustrans me
rebat quod tacente de se lingua
miracula loquerentur. Ea tem
pestate et terremotu totius orbis
qui post Juliani mortem accidit
maria egressa sunt terminos suos et
quasi rursum deus diluuiū mina
retur uel in antiquū chaos trā
sirent omnia. Naues ad prerupta
de latere montiū pependerunt. Quod
cum viderent epidauritani fre
mentes fluctus et vndarū molem
et montes gurgitum littoribus
inferri verentes quod iam euenisse
cernebant ne opidum funditus
subuerteretur egressi sunt ad senē
et quasi ad prelium proficiscentes. po
suerunt eum in littore. Qui cum
tria crucis signacula pressisset in
sabulo manusq; contra tenderet
incredibile dictu est in quātū al
titudinem intumescens mare an
eum steterat ac diu fremens q̄si
ad inuicem indignans paulatī
ad semet relapsum sit hoc epi
daurū. et omnis illa regio vsq;
hodie predicat. matresq; docent
liberos suos ad memoriam in pos
teros transmittendam. vere illud
quod ad aplos dcm̄ est Si credide
ritis dicetis monti huic transi in mare
et fiet. etiam juxta literam impleri
pot. si tamen quis habuerit aploꝝ
fidem. et talem qualem illis ha
bendam dns imperauit. Quid
enī interest vtrū mons descendat
in mare an immensi vndarū mō
tes repente obriguerint. et ante
senis pedes saxei et ex alia parte
molliter fluxerint. Mirabatur omnis
vrbs/ et magnitudo signi salonis
quoq; perstrepuerat. Quod intelli
gens senex in breui limbo clam
nocte fugit et inuenta post bidu
um oneraria naui perrexit Cipꝝ
Cumq; inter maleas et cithara
pyrate derelicta classe in littore
que nō antennis sed contis regit
duobus aut paruis inlibus pa
ronibus occurrisset. demum hinc
inde fluctus verentes remiges oē
sq; qui in naui erant trepidare/ fle
re/ discurrere preparare contos et
quasi nō sufficeret vnus nuncius
certatim senī pyratas adesse di
cebant. Quos ille procul intuens
subrisit et conuersus ad discipulos
modice inquit fidei quare trepida
tis. Nunquid plures sunt hii quam
pharaonis exercitus et tamen omes

deo volente submersi sunt. Loquebatur et nihilominus spumantibus rostris hostiles carine iminebant. Iactum tamen lapidis medio stetit tergo in hora nauis et porrectu contra venientes manu huiusque venisse ait sufficiat. O mira rerum fides. statim siluere nauicula. et impellentibus contrarius ad puppim impetus redit mirabantur pyrate post tergum se redire nolentes toto corporis nisu ut ad nauigium peruenirent. velocius multo quam venerunt ad littus referebantur. Pretermitto cetera ne videar in narratione signorum volumen extendere. hoc solum dicam quod dum prospero cursu inter cicladas nauigaret. hinc inde clamantium de urbibus et vicis ad littora concurrentium immundorum spirituum voces audiebant. Ingressus ergo pafum urbem cypri nobilem carminibus poetarum que frequenti terre motu ipsa nunc ruinarum tamen vestigiis quid olim fuerit ostendit. In secundo ab urbe miliario habitabat ignobilis gaudens quod quietus viueret paucis diebus. Verum non ad plenum viginti transierant dies cum per omnem illam insulam quicumque immundos habebant spiritus. clamare ceperunt venisse hylarionem seruum christi. et ad eum se debere properare. hoc salamina hoc curium hoc lapitha et urbes relique conclamabant. pleriqueque asserentes scire se quidem hylarionem et verum illum esse famulum dei sed ubi esset ignorabant. Intra igitur triginta nec multo amplius dies ducenti ferme tam viri quam mulieres ad eum congregati sunt. Quos cum vidisset dolens quod se non paterentur quiescere quodammodo in ultionem sui seuiens tanta eos orationum instancia flagellauit ut quidam statim alii post biduum triduum vel omnes vero intra unam ebdomadam curarentur. Manens itaque ibidem biennio. et semper de fuga cogitans eschium ad se verno tempore reuersurus palestinam misit ob salutationem fratrum et monasterii cineres visendos. Qui cum reuertisset. cupiens rursum ad egiptum nauigare. hoc est ad ea loca que vocantur bucolia eo quod nullus ibi christianorum esset sed barbara tantum et ferox natio suasit ut in ipsa magis insula ad secretiorem locum conscenderet. Quem cum diu lustrans omnia repperisset. perduxit eum duodecim milibus a mari procul inter secretos asperosque montes et quo vix reptando manibus genibusque possit ascendi. qui introgressus contemplatus quidem est terribilem valde et remotum arboribusque hinc inde circumdatum habentem etiam aquas de supercilio collis irriguas et ortulum pacientem et pomeria plurima quorum fructum nunquam in cibum sumpsit. Sed antiquissimi iuxta templi ruinam et quod ut ipse referebat et eius discipuli testabantur tam innumerabilium per noctes et dies demonum voces resonabant ut exercitum crederes. Quo ille valde delectatus quod scilicet haberet in proximo habitauit ibi per annos quinque et sepe inuisente se eschio in hoc extremo iam vite sue tempore refocillatus est. Quod propter difficultatem asperitatemque loci et umbrarum ut referebatur multitudinem aut nullus aut rarus ad se posset uel auderet ascendere.

Quodam autem die egressus ortulum videt hominem toto corpore paraliticum iacentem ante fores. Interrogauitque hesichium quisnam esset uel quomodo fuisset adductus. Qui respondens ait procuratorem fuisse ville ad quem ortulus quoque in quo ipsi erant pertineret. Et ille collacrimans tendensque ad iacentem manum. tibi inquit dico in nomine domini nostri ihesu christi surge et ambula. Mira velocitas adhuc verba in ore loquentis voluebantur. et iam membra solidata ad standum hominem subrigebant. Quod postquam auditum est. et iam difficultatem loci et iter inuium plurimorum vicit necessitas. Nichil preterea cunctis villis obseruantibus quam ne quo laberet. disseminauerat enim hoc de eorum odio. eodem loco manere non posse. Quod ille non leuitate quadam aut puerili sensu victus faciebat. sed honorem fugiens et importunitatem. semper silencium et vitam ignobilem desiderabat. Igitur octuagesimo etatis sue anno cum absens esset eschius quasi in testamentum breuem manu propria scripsit

eplam · omis diuicias suas ei delin-
quens eugeliu scilicet tunicam sac-
cinam · cucullam et palliu Nam
minister eius ante dies paucos o-
bierat · venerut ad egrotantem
de papho multi religiosi viri maxie
qd eu dixisse audierant iam se
migraturu ad dnm et de corporis
vinculis liberandu · Sed et con-
stancia quedam sancta femina
cui generu et filiam unctioe olei
de morte liberauerat · quos oms
adiurauit · ut ne puncto quide hore
post mortem reservaretur sed statim
eum in eodem ortulo terra operient
sicut vestitus erat in tunica ciliciina
et sago rustico · Iamq3 modicus
calor tepebat in pectore nec pt se-
sum quicq viui homis superat ·
Et tame apertis oculis loquebatur
Egredere quid times · Egredere
quid dubitas anima · Septuagita
pene annis seruisti xpo et mortem ti-
mes · In hec vba exalauit spm
Statimq3 humo obruta an vrbi
sepultu qua mortuu nunciauit

Quod post quam palestine scs
vir audiuit Esichius
perrexit Cyprum et si-
mulans se velle habitare in eode
ortulo ut diligencius custodie suspi-
cionem accolis tolleret cu ingenti
vite sue periculo post decem ferme
menses corpus eius furatus est
Quod maioma deferens totis mo-
nachoru et opidoru turbis prosequn-
tibus in antiquo monasterio con-
didit Illesa tunica cuculla et pallio
et toto corpore quasi adhuc viueret
integro Tantisq3 fragante odori-
bus ut delibutu unguentis putaretur
Non michi videtur in calce libri ta-
cenda et constancie illius mulieris
deuotio · Que perlato ad se nuncio
quod corpusculu hylarionis palesti-
ne erat ex animata est vam in
seruo dei dilectionem morte q3
comprobans · Erat em solita peruigi-
les in sepulchro eius noctes ducere
et quasi cum presente adiuuandas
orones suas sermocinari Cernes
vsq3 hodie miram inter palestinos
et cypros contencionem · his corpus
hylarionis · Illis spm se certatibus
et tamen vtrobiq3 cotidie magna
signa fiut · sed magis in ortulo Cy-
pri forsitan q plus locum illu di-
lexerat ·

Incipit vita captiui monachi qui vocabatur malchus edita a sto Jeronimo et est talis recta

Qui nauali prelio dimicaturi sunt
ante in portu et in
tranquillo mari
flectunt gubnacula
remos trahunt manu ferrea et
vncos preparant dispositumq3 per ta-
bulas militem pendente gradu
et labente vestigio · stare firmiter
consuescunt ut quod in simulacro
pugne didicerint in vero certamie
non pertimescant Ita et ego qui diu
tacui silere me facit quippe · cui
meus sermo supplicium est · prius ex-
erceri cupio in paruo opere · et veluti
quandam rubiginem lingue ab-
stergere ut venire possim ad histori-
am latiorem · Scribere em disposui
si tamen dns mi vitam dederit
et si vituperatores mei saltem fu-
gientem me et casu prosequi de-
fecerint ab aduentu saluatoris
vsq3 ad nram etatem id est ab aplis
vsq3 ad huius temporis fecem · Quo-
mo et per quos xpi eccla nata sit
et adulta persecucionibus creuit mar-
tiriis coronata sit · Et postq ad
xpianos principes venit potencia
quidem maior sed diuiciis minor
sit · verum hoc alias nunc quod im-
minet expliceamus · Maronianis tri-
ginta fere milibus ab antiochia
vrbe syrie · aut grandis ad orie-
tem distat viculis · qui non post
multos vel dns vel patronos du
ego adolescentulus morarer in
syria ad pape euagrii kmi mei
possessionem deuolutus est Quem
ideo nunc nominaui ut ostenderem
vnde q scripturus sim · Erat igitur
illic quidam senex nomie malchus
que nos latine regem possumus
dicere syrus natione et lingua
theubaston eius loci indigena
Anus quoq3 inerat eius contub-
nio valde decrepita etiam mor-
ti proxima videbatur Tam studiosi
ambo et religiosi et sic eccle li-
men terentes ut zacharias et
Elizabeth de euangelio crederentur
nisi q Johannes in medio non erat
de his cum curiose ab accolis loci
illius quererem · que nam esset
eorum copula in unoni sanguis an
spiritus eos oms voce consona scos
et deo placitos · et mira nescio

Malchus iste fuit pro here-
dit reseruatam expulsus
ab abbe captus a sarra-
cenis cu quada muliere finge-
te se eius uxore sed permanens in
castitate demum reuersus
ad religiosam vitam

CCCCxxiiij

que respondebant. Qua cupiditate illectus ad orientis hominem et aliosius abeo exsassitans rerum fidem hec abeo ego accepi. Ego inquit mi nate non bem agelli colonus solus parentibus fui qui cum me quasi stirpem generis sui et heredem familie ad nuptias cogerent. Monachum potius velle esse respondi. Quantis pater minis quantis mater blandimentis prosecuti sunt ut pudiciciam proderem hec res sola indicio est. Quod et domum et parentes fugi. et quia ad orientem ire non poteram propter vicinam persidiam et romanorum militum custodiam. ad occidentem potius verti pedes paululum aliquid portans viatici. quod me inopia tamen defenderet. Quid multa perveni ad heremum calcidos. que inter immos et boream magis ad austrum sita est. Ibi repertis monachis eorum me magisterio tradidi manuum labore victitans. lasciviam quoque carnis refrenans ieiuniis. post multos annos incidit michi desiderium ut ad patriam pergerem. dum adhuc viveret mater. Jam enim mortuum patrem audieram ut consolarer viduitatem eius. Exinde vendita possessiuncula partem erogarem pauperibus partem monasterio constituerem. Quid erubesco confiteri infidelitatem meam partem in sumptum mei solacii reservarem. Ob hoc clamare cepit abbas meus. dyaboli hanc esse temptationem et sub honeste rei occasione antiqui hostis astuciam deprehendit. hoc est reverti canem ad vomitum suum. Sic certum multos monachorum esse deceptos numquam dyabolum aperta fronte prodere. Proponebat preterea michi exempla de scripturis plurima. Illud quod in initio Adam quoque et Evam spe divinitatis supplantaverit Et cum abbas persuadere non posset. provolutus genibus obsecrabat ne se desererem. ne me perderem ne aratrum tenens post tergum respicerem. Ve michi misero. vicimonitorem pessima victoria deputans illum non meam salutem sed suum solacium querere. prosecutus ergo me de monasterio est quasi funus efferret. Et ad extremum valedicens. video ait te fili sathane notatum. Causas non quero causas excusationes non recipio. Oves que de ovili egrediuntur lupinis stati

morsibus patent. De beroeam edissam pergentibus vicina est heremus publico itinere per quam sarraceni incertis semper temporibus huc atque illuc vagantur. Que suspitio frequentiam in illis locis viatorum congregat ut imminens periculum mutuo declinetur. Erant in eodem comitatu meo viri femine senes iuvenes parvuli utriusque sexus circiter septuaginta. Et ecce subito equorum camelorumque sessores ismahelite irruerunt crinitis vittatisque capitibus ac seminudo pectore pallia et latas caligas trahentes pendentes ex humero pharetras et laxos arcus vibrancia quoque hastilia longa portabant non enim ad pugnam sed ad predam venerunt. Illico rapimur dispergimur et per diversa distrahimur. Ego interim longo postliminio hereditarius possessor. et sero mei consilii memor penitens cum altera mulierculla in unius heri servitutem sorte venio ducimur ymmo portamur sublimes in camelis et per vaste heremi semper ruinam timentes. pendemus potius quam sedemus. Cibus semicrude carnes et lac camelorum potus erat. Tandem grandi amne transmisso pervenimus ad interiorem solitudinem ubi dominam eiusque liberos ex more gentis adorare iussi. cervices flectimus hic quasi carcere mutato habitu id est nudus ambulare disco Nam aeris magna temperies preter pudibunda nichil aliud velari paciebatur. Traduntur interim michi pascende oves et in multorum malorum comparatione hoc fruor solacio. quod dominos meos et conservos rarius video videbar michi habere aliquid sancti Jacob recordabar moisi. quia et ipsos in heremo pecorum quondam fuisse noveram pastores vescebar recenti caseo et lacte. Orabam iugiter canebam quoque psalmos quos in monasterio didiceram. delectabat me huiusmodi captivitas mea agebam quoque deo gratias invenit quod monachum quem in patria fueram perditurus in heremo invenieram. O nichil unquam tutum apud dyabolum. O multiplices et ineffabiles eius insidie. Sic quoque me latentem eius invenit invidia. Dominus namque meus videns suum gregem crescere nichil in me deprehendens fraudulencie. Sciebam enim

CCCXXV
a

apud hunc precipue dominus sit quasi deo
fidelis serviendum Et volens me
remunerare quo fidum sibi magis
faceret tradidit michi illam con
servam meam aliquando captivam
Et cum ego refutarem dicerem que
me christianum nec michi licere uxo
rem viventis accipere. Siquidem
vir eius captus nobiscum ab alio
domino fuit adductus. Rursus ferus
ille et implacabilis in furorem
versus evaginato me cepit me pe
tere gladio. et nisi festinus
brachium tendens mulierem pre
occupassem illico fudisset sangui-
nem meum. Iam igitur venerat
tenebrosior solito et michi ni-
mium matura nox. duco in speluncam
semirutam novam coniugem et pro
nubente nobis tristicia detestamur
alterutrum nec fatemur. tunc vere
sensi captivitatem meam. prostra-
tusque humo. heu me monachum
cepi plangere quem perdebam di-
cens. Huc ne miser servatus sum
adhoc me mea scelera perduxerunt
ut in canescente iam capite virgo
maritus fierem. Quid prodest
parentes patriamque relinquere
rem familiarem contempsisse pro
domino si hoc patior quod ut ne paterer
illa contempsi. nisi quia forsitan
hoc sustineo quia patriam deside-
ravi. quid facimus anima perdi-
mus an vincimus. expectamus
dei manum an proprio mucrone confo-
dimur. Verte in te gladium. tua ma-
gis est mors timenda quam corporis
habet et pudicicia servata mar-
tyrium suum. Iaceat insepultus christi
testis in heremo. Ipse michi ero per-
secutor et martir. Sic itaque fatus
eduxi in tenebris micantem gla-
dium. et contra me verso vale inquam
infelix mulier. Habeto me potius
martirem quam maritum. Tunc illa

b

provoluta pedibus meis. Precor te
ego inquam per ihesum christum et per huius hore
necessitatem adiuro ne effundas sangui-
nem tuum sed meum sanguinem. vel
si mori placet in me prius verte
mucronem et sic nos potius co-
niugamur. Etiam si vir meus
ad me redierit servare cupio
castitatem. quam mea captivi-
tas docuit vel interirem antequam
perderem Cur moreris. ne michi
iungaris ego moriar si iungi ve-
lis. habeto ergo me coniugem
pudicicie et magis anime copulam
amato quam corporis Et sperent domini
maritum christus noverit fratrem. facile
persuadebimus nuptias si nos vide-
rint sic amare. Fateor inquit ob-
stupui et admiratus et admiratus
sum feminam. atque ita demum vir-
tutis coniugem sic amavi nunquam
tamen illius corporis nudum intuitus
sum. nunquam membra attigi. timens
in pace perdere quod in prelio paulo ante
servaveram. Transeunt in tali ma-
trimonio dies plurimi. amabiliores
nos dominis fecerunt nupcie latentes
Nulla fuge suspicio interdum mense
toto aberam fidus gregis pastor
in solitudine post grande intervallum
dum solus in heremo sedeo et pre-
ter celum terramque nichil video
tacitus volvere intra memetipsum
cepi et inter monachorum contu-
bernium recordabar maxime vultus
patris monasterii qui me erudierat
tenuerat perdiderat. Sicque cogi-
tans aspicio formicarum gregem an-
gusto calle fervere videns onera ma-
ista
iora quam corpora. Alie herbarum quedam
semina forcipe oris trahebant alie
egerebant humum de foveis et a-
quarum meatus aggeribus exclude-
bant. Alie venture hiemis me-
mores ne madefacta humus in
herbas horrea verteret illa semina
precidebant. alie celebri luctu corpora de-
functa portabant. Quodque ma-
gis mirandum est ut in tanto ag-

c

mine egrediens non obstaret in-
tranti. quin potius si suas sub fasce
vidissent oneris concidisse suppo-
sitis humeris adiuvabant. Quid
multa pulchrum spectaculum michi illa
visio prebuit. unde recordatus sum
salomonis formice solerciam nobis
insinuantis et pigras mentes sub
tali exemplo suscitantis. Cepi tede-
re captivitatis et monasterii cellulas
querere ac formicarum illarum sollicitu-
dinem ubi laboratur in medio et
cum nichil cuiquam proprium sit om-
nibus tamen omnia sunt. Regressum ad
cubile occurrit michi mulier. tristi-
ciam animi vultus dissimulare
non potuit. Rogat cur ita exani-
matus sim. audit causas. hortatur
ad fugam non aspernatur silencium
fidem prebuit et susurro medie spei
et metus fluctuantes. Erat
michi in grege duo hirci mire mag-
nitudinis. quibus occisis utres fa-
cio eorumque carnes viatico preparo
Et primo tempore putantibus nos

dnis secreta rimari. Invadimus ut
et partem cibariorum portantes cum pre-
missis ad flumen, nam decem mi-
libus aberat. Inflatis utribus a-
quis nos credimus, paulatim pe-
dibus subremigantes ut deorsum
flumine defluente multo longius
quam conscenderamus in altera
nos exponeret ripa et vestigi-
um sequentes perderent. Sed inter-
hec madefacte carnes, ex parte dilabi
pollicebantur. Bibimus usque ad sa-
cietatem futuræ nos siti preparan-
tes. Currimus et post tergum as-
picimus et magis noctibus promo-
vemus, que propter insidias late vagantium
sarracenorum et propter ardorem solis
nimium. Paveo miser etiam
referens, et quamvis securus toto tamen
corpore perhorresco. Post diem tercium
dubio aspectu procul aspicimus du-
os camelis sedentes venire concitos.
Statimque mens mali presaga ce-
pit putare dominum meditari mortem,
solem cernere nigrescentem.
Dumque timemus et vestigiis nos
per arenam proditos intelligimus,
offertur ad dexteram nostram spelun-
ca sub terra penetrans. Igitur tien-
tes venenata animalia. Solent
quippe vipere reguli scorpiones
ceteraque huiusmodi fervorem solis decli-
nantia umbras petere. Intrantes
quidem speluncam in ipso introi-
tu sinistre nos credimus fovee,
nequaquam ultra progredientes, ne
dum mortem fugimus mortem
incurramus. Si iuvat dominus miseros
habemus salutem. Si despicit
peccatores habemus sepulchrum.
Quid putas nobis fuisse animi
quid terroris cum ante speluncam haud
procul starent dominus et conservus
et e vestigio paulatim iudice duc-
tus iam ad nostras latebras perve-
nissent. O multum gravior expecta-
ta quam illata mors. Rursus cum
clamore et timore lingua balbutit
quasi clamans dominus. Mittit servum
ut nos de spelunca protrahat, ipse
camelos tenens et evaginato gla-
dio nostrum expectat adventum. Inte-
rea tribus vel quatuor cubitis
puero introgresso nobis ex occul-
to tergum eius videntibus. Nam
oculorum natura huiusmodi est ut post
solem umbras intrantibus ceca
sit omnia vox per antrum magna in-
sonuit: Exite furciferi, exite mo-
rituri, quid statis, quid moramini,

exite dominus, patienter vos expectat.
Adhuc loquebatur et ecce per tenebras
aspicimus leenam invadere homi-
nem et gutture suffocato cruentum
intro trahere. Ihesu bone, quid
nobis tunc terroris, quid pariter
gaudii fuit. Expectabamus quidem
nostrum hostem perire domino nesciente.
Qui cum videret illum moras facere,
suspicatus est duos uni resistere.
Sed iram differre non valens sicut
tenebat gladium ad speluncam ve-
nit et clamore rabido servi incre-
pat socordiam. Prius autem a fera inter-
emptus est, quam ad nostras latebras
perveniret. Quis hoc umquam
credet, ut intus pro nobis bestia
dimicaret. Sublato autem illo me-
tu similis ante oculos nostros ver-
sabatur interitus, nisi quod erat tu-
cius leonis rabiem quam iram ho-
minis sustinere. Expavimus in-
trinsecus et nec movere quidem
ausi eramus. Prestolabam adven-
tum rei. Inter tanta pericula pudi-
cicie tantum pro muro continenci-
am septi. Leena insidias caves
et visam se esse sciens, apprehen-
dens mordicus catulos et inhere-
ntem efferens nobis concedit hos-
picium. Nos tamen non satis creduli
statim erumpimus sed expectavimus
diu et egredi cogitantes illius
nobis semper figurabamus occursum.
Sublato ergo terrore et illa trans-
acta die egredimur ad vesperam. In-
venimus quoque camelos quos propter ni-
miam velocitatem dromedari-
os vocant prestitos cibos more vol-
vere et in alveum missos. Iterum
retrahe quibus astensis et tamen
sitarcia refecti decimo tandem
die ad Romanas terras per vasta
heremi spacia pervenimus. Oblati-
que tribuno rei ordinem pandimus.
Inde transmittimur ad Sabianum Me-
sopotamie ducem, camelorum
accepimus precium. Et quidnam ab-
bas ille meus dormierat in domino.
Ad hec ergo loca delatus me mo-
nachis reddo in eodem monasterio,
hanc trado virginibus diligens
eam tamquam sororem. Nec tamen
ei credens quasi sorori. Hec mihi
senex Malchus adolescenti retu-
lit, hec ego vobis refero fratres in-
nostatis historiam castitatis. Hec
expono virginibus virginitate,
vos narrate posteris ut sciant inter
gladios et deserta et bestias pudiciam

iniquã esse captiuam / et hominem deo deditum posse mori nõ posse superari

Explicit vita captiui monachi qui dicebatur Malchus edita a sancto Jeronimo &c

Incipit Tabula libri virorum illustrium Sancti Jeronimi pbri

Explicivnt capitula libri virorum il- lustrium et cetera

Incipit prologus libri virorum il- lustrium et est talis &c

Hortaris dexter et tranquillum se- quens ecclesiasticos scriptores in ordine di- geram ut quod ille in ennumerandis genti- lium litterarum viris fecit illustribus ego in nostris faciam id est a passione xpi usque ad xiiij Theodosij impera- toris annum omnes qui de scripturis sanctis memorie aliquid prodide- runt tibi breuiter exponam. Fecerunt quidem hoc idem apud grecos he- rmippus pypatheticus Anthigo- nus Carissius Satirus doctus vir et longe omnium doctissimus Aristox- onus musicus Apud latinos at varro. Santra nepos hyginus et ad cuius nos exemplum vir pro- uocauit tranquillus. Sed non est mea et illorum similis condicio. Illi enim historias veteres annales que replicantes potuerunt esse de inge- nti prato non paruum opusculi sui coronam texere. Ego quid actu- rus sum qui nullum priorem sequens

pessimum ut dicitur magistrum memet ipsum habeo. Quamquam et eusebius pamphili in decem ecclesiastice historie libris maximo nobis ad iumento fuerit et singulorum de qui- bus scripturi sumus volumina etates auctorum suorum sepe testentur. Itaque dominum ihesum precor, ut quod Cycero tuus qui in arte rethorice eloquentie stetit non est facere dedignatus in bruto oratorum latine lingue tex- ens cathalogum id ego in eccle- siasticis scriptoribus enumerandis digne to hortatione tua impleam. Siqui autem de hijs qui huiusque scriptitant a me in hoc volumine pretermissi sunt: sibi magis quam mihi imputare debebunt. Neque enim ce- lantes scripta sua de hijs que non legi nosse potui et quod alijs for- sitan notum michi in hoc terrarum angulo fuit ignotum. Certe cum scrip- turis suis claruerint non magno- pere mei silencij dispendia suspirabunt. Discant ergo celsus porphirius + Julianus rabidi adversus xpianum ca- nes discant sectatores eorum qui putant ecclesiam nullos philosophos et eloquentes nullos habuisse doc- tores, quanti et quales viri eam fundauerunt struxerunt adornauerunt et desinant fidem nostram rustice tantum simplicitatis arguere suamque potius imperitiam recognos- cant et cetera. Finit prologus In- cipit capitulum primum sancti petri apostoli

Symon petrus filius Johannis provin- cie galilee vico bethsai- da frater Andree apostoli et princeps apostolorum. post episcopatum Anti- ocensis ecclesie et predicationem disp- sionis eorum qui de circumcisione cre- diderant in ponto galacia capado- cia Asia et bithinia secundo Claudij An- no ad expugnandum symonem magum Romam pergit. Ibique xxv annis cathe- dram sacerdotalem tenuit usque ad vltimum annum Neronis i. xiiij A quo et affixus cruci martirio corona- tus est, capite ad terram verso et in sublime pedibus eleuatis asserens se indignum quod sic crucifigeretur ut dominus suus. Scripsit duas epistolas que canonice nominantur. Quarum secunda a plerisque eius esse negatur propter sti- li cum priore dissonanciam. sed et eua- gelium iuxta Marcum qui auditor eius et interpres fuit huius dicitur

libri autem eius e quibus unus acto//
rum eius scribitur. Alius ewangelij
tamquam predicacionis, quartus apoca//
lipsis, quintus iudicij inter apocriphas
scripturas reputantur. Sepultus ro//
me in vaticano iuxta viam triumpha//
lem totius urbis veneratione celebratur

Sequitur Capitulum Secundum

Iacobus qui
appellatur frater domini cog//
nomento iustus ut non
nulli existimant Joseph
ex alia uxore, ut autem michi videtur
marie sororis matris domini cuius Johannes
in libro suo meminit filius, post
passionem domini et resurrectionem
statim ab apostolis Jerosolimorum episcopus
ordinatus. una tantum scripsit epistolam de
vij canonicas est, que et ipsa ab a//
lio quodam sub nomine eius edita
asseritur. licet paulatim tempore
procedente optinuerit auctoritatem. He//
gesippus vicinus apostolorum temporum
in quinto commentariorum libro de Jacobo
narrans ait. Suscepit ecclesiam Je//
rosolime post apostolos frater domini Jacobus
cognomento iustus multi quidem
Jacobi vocabantur. hic de utero matris
sanctus fuit vinum et siceram non
bibit. carnem comedit nullam. numquam
attonsus est nec unctus unguento
nec usus balneo huic soli licitum e//
rat ingredi sancta sanctorum Siquidem
vestibus laneis non utebatur. sed li//
neis solusque ingrediebatur templum
et flexis genibus pro populo de//
precabatur. Intantum ut camelorum duriciam
traxisse eius genua credantur dicit
et alia multa que enumerare
longum est. Sed et Josephus in xx.
libro Antiquitatum refert et Clemens
in vij ypotiposeon i. disputatio//
num uel informationum. Mortuo
festo qui Judeam regebat missum
a Nerone esse successorem eius
albinum Qui cum nec dum ad provin//
ciam pervenisset Ananus inquit
pontifex adolescens Anani filius
de genere sacerdotali accepta occa//
sione concilium congregavit et com//
pellens publice Jacobum ut xpistum dei
filium denegaret. Contradicentem
lapidari iussit qui cum precipitatus
de pinna templi confractis cruri//
bus adhuc semivivus tendens
ad celum manus diceret domine ignos//
ce eis quod enim faciunt nesciunt fullo//
nis fuste quo vestimenta torqueri
solent in cerebro percussus interijt

Tradit enim Josephus tante eum sanctita//
tis fuisse et celebritatis in populo
ut propter eius necem creditum sit je//
rosolimam esse subuersam. hic est
de quo apostolus paulus scribit ad gala//
thas Alium autem apostolorum vidi ne//
minem nisi Jacobum fratrem domini et
apostolorum super hoc crebrius acta testantur
Ewangelium quoque quod appellatur
secundum hebreos et a me nuper in
grecum sermonem latinumque translatum
est quo et origenes sepe utitur
post resurrectionem salvatoris refert. dominus
autem cum dedisset syndonem
servo sacerdotis iuit ad Jacobum et
apparuit ei Juraverat enim Jacobus
se non comesturum panem ab illa hora
qua biberat calicem domini donec
videret dominum resurgentem a dormi//
entibus Rursusque post paululum
Afferte ait dominus mensam et panem
statimque additur Tulit panem
benedixit et fregit et dedit Jacobo
iusto et dixit ei frater mi comede
panem tuum, quia resurrexit filius
hominis a dormientibus xxx.
itaque annis Jerosolimis rexit ecclesiam
i. usque ad vij. Neronis annum et
iuxta templum ubi et precipitatus
fuerat sepultus est. titulum usque
ad obsidionem titi et ultimam a//
driani notissimum habuit. Quidam
e nostris in monte oliveti eum pu//
taverunt conditum Sed falsa eorum
opinio est Capitulum tertium

Matheus qui
et levi ex publicano
apostolus primus in Judea
propter eos qui ex circumcisi//
one crediderant ewangelium xpisti
hebreis litteris verbisque composuit Quod
qui postea in grecum transtulerit non
satis certum est. porro ipsum hebraicum habetur
usque hodie in cesariensi Bibliotheca
quam pamphilus martir studio//
sissime confecit michi quoque a naza//
reis qui in bersabee berea urbe
Syrie hoc volumine utuntur describendi
facultas fuit In quo animaduerten//
dum quod ubicumque ewangelista sive
ex persona sua sive ex persona domini
salvatoris veteris scripture testimonijs
abutitur non sequatur
lxx translatorum auctoritatem Sed
hebraicam e quibus illa duo sunt
ex egipto vocavi te filium meum
et quoniam nazarenus vocabitur

Sequitur capitulum Quartum

i

Iudas frater

iacobi paruam quidē
que de vij. canonicis
est eplam reliquit
et quia de libro enoch qui apocri
phus est in ea assumit testimo
niū aplcris sc reicitur tū auctem
vetustate iam et vsu meruit et
int' scas scripturas cōputatur Ca. quītū

p

Paulus aplus

qui an saulus ex numero
pij aplorum de tribu
beniamin et opido iu
dee gliscalis fuit quo a Romanis cap
to cū parentibus suis tharsum cilicie
commigrauit a quibus ob studia le
gis missus Ierosolimam a Gama
liele viro doctissimo. cuius luchas
meminit eruditus est Cum aut
int'fuisset neci prothomartiris
et acceptis a pontifice templi eplis
ad persequendos eos qui xpo credi
derant damascū pergeret Reuela
tione conpulsus ad fidem que in
actibus aplorum scribitur in vas electi
onis de persecutore translatus ē. Cū
qz primū ad predicationē eius Sergius
paulus pro consul Cypri credidisset
ab eo qz eum xpi fidei subegerat
sortitus est nomen et al' qui iuncto
sibi Barnaba multis vrbibus pa
gratis reuertens qz Ierosolimā a pe
tro iacobo et Iohanne gentiū apls
ordinatur. Et quia in actibus a
plorum plenissime de eius cōuersa
tione scriptum est. hoc tm dicam
qz post passionem dni xxv. āno
i. ijo Neronis eodem tempore quo
festus procurator Iudee succesit felici
Roma vinctus mittitur et biennī
ū in libera manens custodia. aduersus
iudeos de aduentu xpi cottidie dis
putauit. Sciendū autem in prima
satisfactione nedū Neronis imperio
roborato nec in tanta erupente
scelera quanta de eo narrant hys
torie paulū a nerone dimissum
ut ewangeliū xpi in occidentis
quoqz partibus predicaret sicut ipse
scribit in ija ad thimotheū eo tem
pore quo et passus est de vinculis
dictat eplam In prima mea satisfac
tione nemo m' asserunt Sed oms
me dereliquerunt nō eis imputetur
dns aut michi affuit et confortauit
me ut per me predicatio compleretur
et audirent oms gentes et liberatus
sum de ore leonis Manifestissime
leonem pp crudelitatem neronis
significans et in sequentibus libe
ratus sum de ore leonis. Et stati
Aurum et argentum vestrum eruginauit

et erugo eorum

et erugo eorum in testimonium vobis
erit et manducabit carnes vestras si
cut ignis. Epulati estis in luxuriis et
in tristis corda vestra in die occisionis
Sciebant enim quod quisquis se in presenti
tempore flesset in futuro non fleret
hoc et ipse dominus dicit. Beati qui lugent
quoniam ipsi consolabuntur a christo. Qui lu
gent inquit hoc tempore ipsi post
modum consolabuntur a christo. Ri
dentibus vero dicitur ve vobis qui
ridetis nunc quia lugebitis. Sed ne
quis putet quod dominus generaliter omnibus
ridentibus comminetur cum alibi di
cat scriptura. vir autem sapiens taci
tus ridebit. Est ergo sine crimine risus
et est risus in crimine. Sapientis
risus nichil in se criminis habet. Ille
vero indignus est qui sanctos et eos qui
se deo exhibent irridet. de quo dictum
esse puto. Qui irridet inopem ad
iracundiam provocat eum qui fecit
illum qui fecit illi. Sed quis est iste
inops cuius subsanationis causa
dominus provocatur ad iram. nisi ille
qui humanas terrenas opesque idcirco
contempsit. ut illi placeret pauper
cui difficile opulens placere potuisset
Sed cito illis irascitur dominus. qui propter
se pauperem factum irridere non metuunt
Irridebunt enim scribe et pharisei
christum qui divicias contempserit sic
ut scriptum est. hec audientes scribe
et pharisei qui erant avari irride
bant eum. Habemus et nos scribas
habemus etiam phariseos qui nunc
christi discipulos spernentes divicias ir
rident. sicut illi irrisere dominum et
magistrum Sed dicendum est eis quod tunc
temporis dictum est illis vos estis qui
iustificatis vos coram hominibus
quod enim hominibus altum est abhomi
natio est apud deum. Non oportet
ergo nos quorundam risu et subsa
natione conteri cum etiam ipsum
dominum talibus non ignoramus ir
risum sed exultare potius et gau
dere debemus si et nos illa omnia
que et dominus noster ante pertulit perferamus
recepturi etiam pro ipsa subsanatione
mercedem. Qua nichil est quod
nobis pro christi nomine sine premio ir
rogetur. vide ergo quam beati sunt
atque felices. quibus etiam insipien
cium risus proficit ad salutem Ita enim
dominus diligentes se diligit ita se timen
tes honorat ut nec irrideri eos gra
tuitu sinat quibus et pro subsanati
one tribuit consolacionem hec igitur tu
sapiens sanctaque anima vide ne

insipiencium et infidelium fabulis terrea
ris quo minus ea que sunt legis
facias. Neque de gehenne ignibus nos
hominum fabule poterunt liberare vel
risus. sed christi timor atque iusticia. Nolo
te nec in hac parte confundi si tibi
pro christi nomine vel deo pe aptius et va
nis hominibus derogetur. quibus
et interitum felicitas prestat. sed gau
de potius et letare sciens tibi repo
sitam etiam pro ipsa derogatione
mercedem Nam satis iniquum et im
pium est si tu tibi pro eius nomine nec
detrahi paciaris qui propter te tanta per
pessus est. Qua vero grave est pro
domino sustinere omnia que advenerint
in hac vita sive dampna sive deroga
ciones. suspiciones. detractiones vel
cetera. quoniam ille cum deus et dei filius
esset pro salute tua obprobria hominum
iniuriasque sustinuit valde ab eo
alienus est qui nec detractiones
saltem sustinere contentus est
Nam quo eum amare dicimus
si pro eo nichil sustinere patimur
Quod si in nobis est ipsius vera di
lectio. quecumque pro eius nomine
contumelias irrogentur. exigua ce
semus et dicimus. parva sunt ista
que patimur maiora illa pro vita
nostra pertulit Nichil nobis dignum pro
eius nomine irrogatur. Quod
si sine ipsius memores simus. In
telligemus ait enim non est discipulus
super magistrum nec servus super dominum suum
Si patrem familias belzebub vocave
runt quanto magis domesticos eius
Et nos ergo discipuli si domestici christi
sumus. debemus obprobria detrac
cionesque amplecti sustinere libenter
et equo animo ferre que pro nobis
magister et dominus pertulit noster. Qui vero
hec sustinere non vult nec discipulum
eius depromat esse nec servum nec fi
lium nec domesticum Ille enim innocens
inmaculatus intactus in quo nulla
potuit peccati macula reperiri de quo
propheta predixerat. qui peccatum non fecit
nec dolus inventus in ore eius pro
nobis sacrilegis et peccatoribus et eterno
supplicio mancipatis tamquam atro
cissimus reus ab iniquis iudicio sis
titur flagellis ceditur sputaminibus
irridetur. et nos propter eum confun
dimur erubescere qui propter nos tanta
perpessus est. Ille enim pro salute nostra
dorsum verberibus sputaminibus
faciem maxillas palmis non con
fundi parare. et nos pro eo leve
etiam confundimur audire convicium

CCCCxlvi

h e fib fiy ledy

Gaudeamus potius et letemur si pro
tam magnis eius et pro nostra salu-
te passionibus uel parua sustineamus
Ceterum que nobis spes est si ob eum
audire blasphemiam aut sustinere
confundimur qui nostri causa de celis
descendit ad terras et ut nos exalta-
ret humiliauit se et cum inmortalis
esset mori contentus est ut nos de eter-
no mortis laqueo liberaret. Corona-
tus est spinis ut nos qui ante spinei
et infructuosi steteramus fructum bone
arboris apportaremus. felle et
aceto potatus est ut in nobis iam
nec fellis amaritudo nec aceti esset
asperitas filius hominis factus est ut
nos dei filios faceret. vide ergo si pro
isto confundi debemus aliquid sustinere
vere illa est anima felix et angelis
adequanda que pro nomine et opere
xpi tanta quanta pro nobis ille sus-
tinuit uoluerit sustinere. Ceterum
grande periculum est iusticie eius eru-
bescere exemplo viuere qui iram in ius-
ticiam non erubuit sustinere. deinde
si equo animo perferamus eum per quem
nobis quis detrahere videtur iniuste
laudari nos potius quam accusari probamus
Nam quid aliud faciunt cum vana de sanctis
dicunt nisi ut ea dicunt que facimus
ieiunos abstinentes sobrios. qui iam
delicijs non delectamur et epulis qui
diuitias spernimus et preciosis non gloria-
mur in vestibus qui auri cupiditate mi-
nime captiuamur qui non adipiscimur
argentum et quecumque humana vani-
tas videtur amplecti contempnimus
nullus hic confusionis est locus
nullus verecundie aditus. Illi magis
erubescere debent atque confundi
qui ea que sanctis displicent con-
cupiscunt. Erubescant ergo ebriosi
voces vorates iniusti raptores adul-
teri et quicumque suis gloriantur in ma-
lis quos gehenne ignis expectat
et quibus supplicia preparantur eterna
facientes autem domini voluntatem con-
fundi non debent. in quibus mala
confusionis sunt opera. Quam indignum
est atque preposterum. ut iusti confundantur
in bonis et peccatores glorientur in ma-
lis videat ergo anima deo deuo-
ta ne insipientium risus eam aut
stultorum hominum vanissimus sermo con-
fundat et a suo proposito retrahat
in quo magis per dies singulos pro-
ficere debet in melius. videat
ne quis animo eius a se reuocet. ne
quis ab eius dilectione diuellat. propter
quem omnem seculi gloriam reputa-

uit contempsit cui nichil dignum prime
comparauit que parentibus filijs quem
liberis prefert quem coniugijs preferunt
continentes. Crescat in nobis cotidie
amor xpi crescat fides quia magna
nos pro dei amore merces expectat
tamen ne ab eius cultura uel opere semel
deuota mens se retrahat ne ei dicatur
hec aduersum te pauca quod caritatem
tuam priorem reliquisti. vide certum est
non hominibus placere sed xpo nec
humanam laudem querere debere sed
diuinam. Quid nobis prodest si
illi nos laudent quibus placere pec-
catum est. Quid vero obest si vituperent
Quorum non plus vituperatio prodest
quam obest laudatio Audiamus ma-
gis quid ille vas electionis doctor
gentium et quo nos ne hominibus pla-
cere vellemus hortatur exemplo Si ho-
minibus inquit placere vellem xpi
seruus non essem Unde nulli dubium
est eos xpo seruire non posse qui ho-
minibus optant potius quam xpo pla-
cere Contenti ergo interim simus
hominibus displicere tamen ut xpo pla-
ceamus nec eorum laudibus delecte-
mur qui non alios quam sibi similes lau-
dant. Nos potius laudent prophete
et apostoli laudet in euangelio suo xpistus
tunc erimus vere felices. si a talibus
laudari digni fuerimus. Omnes enim hoc
voce laudabimur si quecumque dominus per
prophetas uel apostolos videtur precepisse
seruauerimus. Nos igitur detra-
hentibus cunctis et vituperantibus
vniuersis. simus sobrij. simus humiles et
pudici et deum semper fideli corde pro-
feramus ut ipse semper in nostra mente sit
et lex eius nostro semper in pectore ut
possimus prophetica loqui voce. Pro eo
ut me diligerent detrahebant
michi. ego autem orabam pro eis
Et alibi humiliaui in ieiunio animam
meam et factum est michi in obprobium
Et posui vestimentum meum cilicium. et
factus sum illis in parabolam. Et iterum
Genua mea infirmata sunt a ieiu-
nio et infirmata est caro mea propter
oleum. Et ego factus sum obprobrium
illis viderunt me et mouerunt capita
sua adiuua me domine deus meus
vides ergo omnes prophetas et sanctos
propter hoc semper hominum subsanationes
pertulisse qui deo vellent fideliter
deseruire. hoc et apostolus dicit fidelis
sermo. In hoc enim laboramus et
maledicimur quia speramus in deum
viuum. qui est saluator omnium maxime
fidelium. Quid plura nisi ut sepe

iam diximus. cursum que in timore
dei cepimus consumemus. Simus
ergo in amore dei forma custodien-
tes nequis in nobis aliquid scurri-
litatis reprehendat aut vanitatis
sed magis quidquid est gravitatis et
modestie. quia xpianam vita omnibus
in speculo posita est. Qui eciam
si quippiam titubavit iam teti-
disse iactatur. et amplius eciam
dicatur quam videtur. Simus ergo sa-
pientes quietes quieti nunquam vanita-
tem iniqua opera hominum lingua nostra
loquatur. sed sine intermissione le-
gem dei meditetur. Timet si quis
stetit sue salutis inimicus qui sub-
sanet et detrahet. hec non solum
metuamus sed potius gaudeamus
et hinc nos aliquatenus console-
mur si mereamur odio magis se-
culi vivere quam xpi Caveamus quo-
que ambulare inde centes et inquiete
sicut et sanctus apostolus monet dicens
Rogo autem vos ab omni fratre ambu-
lante inordinate et non secundum tradi-
cionem quam acceperunt a nobis
Cum hec a nobis omnia omnino nostra
virtute fuerint custodita. Quicumque
putavit derogandum nobis esse
prophetice simus sive memores. per quam
dominus sui nominis causa perturbatos
hortatur dicens. Et tu fili hominis
ne timueris eos neque paveas a fa-
cie eorum quoniam insanient et co-
venient adversus te. In gyro et in
medio scorpionum tu habitas. verba
eorum ne timueris et a facie eorum
ne paveas. Et alibi dicit Audite
me qui nostis iudicium populus meus
in quorum corde lex mea est. Nolite
timore obprobria hominum. et blasphe-
mias eorum ne metuatis quia sicut
vestimentum ita per tempus deficiet
et ut lanam comedet eos tinea
Justicia autem mea in eternum manet
salutare vero meum in seculum seculi
Quandiu in omnibus ne alius lau-
dem velimus servare quam xpi ut
et nos cum propheta possimus dicere
Apud te laus michi in ecclesia mag-
na. Et iterum tamquam prodigium factus
sum multis. et tu adiutor fortis
Et iterum maledicent illi et tu bene-
dices. qui insurgunt in me con-
fundantur servus autem tuus le-
tabitur in te. hec ad consolacionem
in dei timore devotis mentibus prout
ingenii tenuitas potuit prosecuti
sumus breviter. Nunc superest. ut aliquid
amplius faciat mens devota. quam

nostra parvitas sufficiat amonere. Sa-
lutate omnes qui diligunt dominum nostrum
ihesum christum cui cum patre omnipoten-
te sit laus virtus et gloria cum spiritu
sancto. et nunc et semper et in omnia
secula seculorum Amen / Explicit Inci-

pit epistola gloriosissimi Jeronimi
doctoris preclarissimi ad quandam
virginem sive mauritii filiam de
excellencia virginitatis et quod non suf-
ficiat sola virginitas sine aliis virtutibus

Quantam in celestibus beatitudi-
nem virginitas sancta pos-
sideat. post scriptu-
rarum testimonia ecclesie eciam con-
suetudine edocemur qua discimus
peculiare illi subsistere meritum cuius
specialis est consecratio Nam cum
universa turba credencium paria do-
na gracie percipiat et hiisdem omnes be-
nedictionibus glorientur. Iste ali-
quid proprium preceteris habent. dum de
illo sancto et inmaculato ecclesie grege
quasi sanctiores puriores que hostie
pro voluntatis sue meritis a spiritu sancto
eliguntur et per summum sacerdotem dei
offeruntur altaris. digna revera
domino hostia tam preciosi animalis obla-
cio. et nullius ymaginis quam sue
ymaginis hostia placitura. de huius-
modi enim apostolum dixisse reor. ob-
secro autem vos fratres per misericordiam dei
ut exhibeatis corpora vestra hostiam
viventem. sanctam deo placentem
possidet ergo virginitas et quod alii
habent. et quod alii non habent. dum et
communem et peculiarem obtinet gra-
ciam ut proprio ut ita dixerim conse-
cracionis privilegio gaudet. Nam
et xpi sponsas virgines dicere eccle-
siastica nobis promittit auctoritas
dum sponsarum modo eas domino con-
secrat. velud ostendens eas vel maxi-
me habituras spirituale connubium. que
subterfugerint carnale consorcium
et digne deo per misterium comparatur
spiritualiter copulantur que eius di-
lectionis causa humana connubia spre-
verunt. In his quam maxime comple-
tur illud apostoli. Qui autem adheret deo
unus spiritus est. Grande et inmorta-
le et pene ultra naturam corpoream
superare luxuriam et concupiscencie
flammam adolescencie flatibus estu-
antem animi virtute restringere et
spirituali conatu vim genuine oblec-
tacionis excludere. vivere que contra
humani generis legem desplicere solacia

coniugii dulcedinem contempnere liberorum· queque presentis vite sunt comoda pro nichilo spe futurorum et spe future beatitudinis computare· magna hec ut dixi et ammirabilis virtus est et non immerito pro magnitudine laboris sui ingenti premio destinatur· dabo inquit spadonibus dicit dominus et in domo mea et in muro meo locum nominatum meliorem filiis et filiabus· istud nomen eternum dabo illis et non deficient· de quibus spadonibus repetit dicens· Sunt enim spadones qui se ipsos castraverunt propter regnum celorum· Magnus est quidem pudicitie labor sed maius premium· Temporalis custodia sed remuneratis eterna est de hiis

d

etiam beatus Johannes loquitur· hii secuntur agnum quocumque ierit· Quod ita intelligendum puto nullum eis locum in celesti aula claudendum et cuncta divinarum eis mansionum habitacula reseranda· Sed ut illustrius virginitatis meritum clareat· et quam deo digna sit manifestius intelligi possit Illud cogitetur quod dominus et salvator noster deus· cum propter humani generis salutem hominem dignaretur assumere non aliud quam virginalem uterum elegerit· Et ut huiusmodi plurimum sibi complacere monstraret et pudicitie bonum utrique sexui intimaret· virginem matrem habuit virgo mansurus· In se viris, sed in matre feminis prebuit virginitatis exemplum· quo demonstraretur in utroque sexu beatam integritatem divinitatis habere et plenitudinem meruisse· dum totum in matre fuit quidquid habeatur in filio· Sed quid ego satago excellens et sublime meritum pudicitie revelare et gloriose virginitatis bonum ostendere cum debat [?] re plerosque probasse non esse sitiam et eius beatitudinem manifestissimis rombus [?] conprobasse et nulli sapienti in dubium venire in dubium posse eam rem tam maioris esse meriti quam sit amplioris laboris· Quisquis etiam pudicitiam aut minoris premii aut parvi existimat certum est illum aut ignorare aut non voluntarium ferre laborem· Inde illi semper castitati derogant· qui eam aut non habent aut habere coguntur inviti· Nunc itaque quoniam paucis licet tam laborem quam meritum integritatis

cccxlviii
a

ostendimus ne res que grandi virtute constat ingenti premio destinata careat fructu suo possit diligentius exquirendum est· Quanto enim quecumque species preciosior fuit tanto maiori sollicitudine custoditur Et quoniam multe sunt que bono proprio carent· nisi aliquorum rerum inveniant auxilio ut nulli species nisi terrarum custodia et favore telluris conserventur et ut verius dixerim munitatur naturalem gratiam perdit et subsistere perceptam non potest Sicut et vinum species quod nisi boni odoris vas sit et crepatis terebro pertibus [?] foveatur germine vini suavitatis amittit Et tenerius providendum est ne forte et virginitati aliqua sint necessaria sine quibus nequaquam afferre fructum sufficiat et tantus nichil prodest labor dum vane prodesse creditur quod absque virtutibus necessariis possidetur Nisi enim fallor ob celestis regni premium pudicitie servatur integritas quod sine vite eterne merito, neminem consequi posse certum est· Eterna vero vita· non nisi preceptorum divinorum custodiam promereri potest scriptura dicente· Si vis ad vitam venire serva mandata· vitam ergo eternam non habebit nisi qui cuncta mandata legis servaverit et qui vitam non habuerit celestis regni non potest esse possessor· in quo non mortui sed vivi quique regnabunt· Nichil enim virginitas sola proficiet que celestis regni gloriam sperat nisi et aliud habuerit cui promittitur perpetua vita per quam celestis regni premium possidetur·

b

Ante omnia ergo pudicitia et integritas servatur et eius remuneratore a deo equitate sperantibus mandatorum sunt custodienda precepta ne gloriose castitatis et continencie labor in irritum deducatur Supra mandatum vel preceptum esse virginitatem sapiens ex lege nullus ignorat· Apostolo dicente de virginibus autem preceptum domini non habeo consilium autem do· Cum ergo optinende virginitatis consilium dat· non preceptum statuit supra mandatum vel preceptum eam esse professus est· Quicumque ergo virginitatem servant maius faciunt quam preceptum sit· Tunc enim proderit magis fecisse quam iussum est si quod iussum est feceris nam quomodo plus fecisse gloriaberis· si minimus aliquid non facias· Cupiens dominum implere consilium· ante omnia serva mandatum· volens virginitatis premium consequi amplectere meritum vite ut tua castitas remunerari possit· Nam

Sicut vitam prestat observatio manda-
torum. Ita e contrario generat prevarica-
cio mortem. Et qui per prevaricacionem
in morte fuit deputatus. virginitatis
coronam sperare non poterit neque
pudicicie premium expectare constitu-
tus in pena. Tres enim sunt species
per quas regni celestis possessio in-
troitur. prima est pudicicia. secunda mundi
contemptus. Tercia vero iusticia. Que
ut concepe plurimum se possidentibus
prestant. Ita penitus divise difficile pro-
desse. dum una queque earum non propter se
tantum sed propter aliam efflagitatur. Inpri-
mis igitur queritur pudicicia. ut fa-
cilius subsequatur mundi contemptus.
quia ab illis mundus contempni le-
vius potest qui in rerum nexibus non
tenentur. Mundi vero contemptus
expostitur ut iusticia consequatur.
quam difficile implere possunt qui se-
cularium bonorum cupiditatibus et
mundanarum voluptatum negociis im-
plicantur. Quisquis ergo possidet
primam speciem pudicicie. et secundam que
est mundi contemptus non obtinet
pene sine causa possidet primam. qui
secundam non habet / propter quam quesita
est prima. Si primam et secundam habeat
cui tercia que est iusticia desit. frus-
tra laborat quoniam superiores due propter
terciam precipue requiruntur. Quid
enim propter mundi contemptum prodest pu-
diciciam habere. et propter quod eam habeas
non habere. vel cur res mundi contempnas
si iusticiam propter quam pudiciciam et
mundi contemptum habere te convenit
non custodias. Quia ut prima species
propter secundam est ita et prima et secunda
propter terciam. Que si non fuit nec prima
nec secunda proficiet. dicas forsitan
doce me ergo quid sit iusticia ut
eam si cognoverim facilius imple-
re sufficiam. dicam breviter ut valeo
et verborum utar simplicitate cum rerum que-
stio de qua agimus talis est que dis-
sertionibus facundie sermonibus ne-
quaquam debeat observari. sed sim-
plicioris eloquentie narracionibus
pandi. Omnibus enim in commune necessaria
communi debet sermone monstrari.
Iusticia ergo non est aliud quam non pec-
care aut legis precepta servare. Pre-
ceptorum vero observatio duplici genere
custoditur. ut nichil eorum que pro-
hibentur facias. et cuncta que iu-
bentur implere contendas. hoc est
quod dicit. Recede a malo et fac
bonum. Nolo enim in hoc putes con-
stare iusticiam ut malum non facias

nisi et bonum non facere / malum sit
et in utroque prevaricatio legis con-
tinetur / quia ipse qui dicit recede a ma-
lo et ipse dicit fac bonum. Si a ma-
lo recesseris et non feceris bonum
transgressor es legis que non tantum in
malorum actuum abhominatione
sed in bonorum operum perfectione com-
pletur. Neque enim hoc solum tibi pre-
cipitur ut vestitum non spolies suis
indumentis sed ut spoliatos operias
tuis indumentis. Neque ut habenti pa-
nem non auferas suum. sed ut non
habenti tuum libenter impercias. Neque so-
lum ut pauperem non repellas hos-
picio suo sed ut pulsum et non habentem
recipias tuo. Preceptum est enim nobis
flere cum flentibus. Quomodo
cum illis flemus si in nullo eorum
necessitatibus participamur. Nec a-
liquid eis inhiis propter quas lacri-
mantur causas prebeamus auxilium.
Neque enim fletuum nostrorum deus infructu-
osum humorem querit sed quia
lacrime doloris iudicium sunt. vellem
te ita alterius angustias sentire
ut tuas. et quo tibi in tali tribulacione
si esses subveniri cupes ita alteri
ipse subvenias propter illud. Quecumque
vultis ut faciant vobis homines
bona ita et vos facite illis. Nam
cum flente flere et nichil cum pos-
sis flenti conferre subsanacionis
non pietatis iudicium est. denique sal-
vator noster cum Maria et Martha La-
zari sororibus flevit et in me semet
affectum lacrimarum constare de mon-
stravit et vere pietatis iudicia
in eorum opera subsecuta sunt cum suscitatis
Lazarus cuius causa lacrime fu-
derunt / sororibus vivus redditur
et hoc fuit pie flere cum flentibus
occasiones fletus auferre. Sed qui
potens inquies fecit sed nec tibi ti-
bi aliquid impossibile imperatur.
Implevit omnia qui quod potuit
fecit. Sed ut dicere ceperamus non
sufficit christiano a malis se abstinere
nisi etiam bonorum operum officia perfe-
cerit. Quod illo vel maxime tes-
timonio comprobatur. quo com-
minatur dominus eterni ignis reos fore
qui quamvis nichil mali gesserint
non fecerint omne quod bonum est di-
cens. Tunc dicet rex hiis qui ad si-
nistram. discedite a me maledicti
in ignem eternum. que preparavit pater
meus dyabolo et angelis eius
Esurivi etenim et non dedistis michi
maledicti. quia homicidium quia

CCCCxlix

non sufficit se abstinere a
malo nisi faciat bonum

adulterium / aut quia furtum fecistis
non quia malum fecerunt sed quia
bonum non fecerunt condempnantur
et eternis gehenne suppliciis addu-
cuntur. Nec quia que prohibita
fuerant admisissent. sed quia
que precepta fuerant noluerunt ad-
implere. vnde aduertendum est quam
spem habere possunt qui adhuc aliquid
eorum faciunt que prohibentur. cum ea-
tiam illi eterni ignis rei sunt. qui non
fecerunt que iubentur. Nolo enim in
hoc tibi blandiaris si aliqua non fece-
ris cum scriptum est. qui vniuersam
legem impleuit offenderit autem
in vno factus est omnium reus. Adam
enim semel peccauit et mortuus est
et tu te viuere posse existimas. Il-
lud sepe committens. quod alium dum
semel perpetrasset occidit. an grade
illum commisisse crimen putas. vnde
tam atrociter dampnatus est. videamus
ergo quid fecit contra mandatum
de fructu arboris edit. Quid ergo. propter
arboris fructum deus hominem morte
multauit. Non propter arboris fructum sed
propter mandati contemptum. Ergo non
agitur de qualitate peccati. sed de trans-
gressione mandati. Et qui dixit
ade ut de fructu arboris non ederet.
ipse tibi precepit ut non maledicas. non
mentiaris non detrahas nec detra-
hentes auscultes. ut non omnino iures
ut non concupiscas. non inuideas non
sis tepidus. non sis auarus. nulli
malum pro malo reddas et inimi-
cos tuos diligas. ut pro maledicen-
tibus et persequentibus ores ut perci-
enti maxillam alteram prebeas. ut
non in iudicio secularia litiges ut si quis
tua auferre voluerit gratanter
remittas. ut nec iracundie. nec zeli
nec liuoris malum intra pectus ad-
mittas ut crimen auaricie fugias
ut omnis iactantie ac superbie ma-
lum caueas. et humilis et mitis christi
exemplo viuas malorum consorcia
in tantum deuitans. ut cum fornicatori-
bus atque auaris. aut maledicentibus
aut inuidis aut detractoribus aut
ebriosis. aut rapacibus cibum non ca-
pias que si in aliquo contempseris
si pepercit ade parcet et tibi. Immo
illi magis parcendum fuerat quia
nouellus erat adhuc et nullius
ante peccantis et propter peccatum suum
morientis retrahebatur exemplo
tibi uero post tanta documenta. post

de peccato ade et quomodo ad peccata nostra

legem post prophetas. post euangelia
post apostolos si delinquere volueris
quomodo indulgeri possit ignoro. An tibi
de virginitatis prerogatiua plaudebis
memento adam et euam virgines
deliquisse nec integritatem corporis
profuisse peccantibus. Virgo que pec-
cat. eue non marie comparanda est
Non negamus in presenti tempore reme-
dium penitencie. sed hortamur magis pe-
nitus sperare debere quam veniam.
Turpe est enim illis delicti indulgen-
tiam postulare. que palmam virgi-
nitatis expectant. et illicitum aliquid
incurrere. que se etiam licitis castra-
uerunt. Licitum quippe est matrimo-
nii consorcium inire et ut laudande
sunt que propter christi amorem et celestis
regni gloriam copulam contemp-
serunt nuptiarum. Ita dampnande
non sunt que propter incontinentie volup-
tatem per coniugium deo decrete reme-
dio apostoli abutuntur. Ergo ut diximus
que in dubia licita ut illicita spernunt
eiusmodi autem si iurent si male-
dicant. si detrahant. si capiant
aliena si detrahentes patiuntur au-
dire. si malum pro malo reddant.
si auaricie in proprias initiant crimine
si zeli si liuoris venena possideant
si contra legalia et apostolica institu-
ta indecoris aliquid aut loquantur
aut cogitant. si in carne placendi
studio compte et ornate procedat
et alia quecumque ut solet illicite
faciant quid proderit eis spreuisse
quod licuit et excere quod non licet
Si uis prodesse tibi quod licita contemp-
sisti. vide ne quod eorum que non licet
facias. Stultum est enim timuisse quod
minus est et non timere quod ma-
ius est. Aut abhys non vitari que
prohibentur. que subterfugerint que
concedunt. Dicit apostolus innupta co-
gitat que dei sunt. quomodo placeat
deo. ut sit sancta corpore et spiritu.
Que dei sunt inquit cogitat. non
que seculi non que hominum. sed que
dei sunt cogitat. Que sunt ergo dei
dicit apostolus Quecumque enim sancta que-
cumque amabilia quecumque bone
fame si qua virtus si qua laus dis-
cipline ista sunt dei que sunt vere
apostolice virgines. die noctuque medi-
tantur et cogitant. dei est etiam
regnum celorum. dei est resurrectio mor-
tuorum. dei est immortalis incorrup-
cio. dei sunt plures sanctorum in celesti-
bus mansiones dei est splendor solis
qui sanctis promittitur. dei est fructus

tgesim9 et sexagesim9 et centesi9
hec cogitant. et quib9 puit opibus
pmereri que dni sut cogitant. dni
est etiam lex noui et veteris testam
ti inquibus ores eius eloquia sca
refulgent. Que sique virgines si
ne intermissione meditant^r que
dni sut cogitant ut implea^r in
illis ppheticu illud fundameta
dni in corde mulieris sancte Se^r
quo placeat deo magis no homib9
ut sca sit corpe et spu. No dixit ut
sit sca mebro aut corpore tm s
ut sit sca corpe et spu Membr ei
vna pars corpis est. Corpus em
omni 9pago est mebro. Cum ergo
ut sit sca corpe omnibus mebris ea
m sctificari debere testat^r quia no
prodeit sctificatio ceteroz mebrorum
sed in uenia^r in vno corruptio Etia
no erit sca corpe qd ex omnibus co
stat mebris que uel vni9 fuir co
inquinatoe polluta. Sed ut quod
dico mani festius et lucidius fiat
quecumqz sit omi mebroz purgata
sctificatoe et lingua tm in ea peccet
ut testimonium falsum dicat. nunquid
liberabunt omnia mebra vnu an
gt^r vni iudicabunt^r et reta. Ergo
sine alioz mebroz sanctificatoe
pudicicia nichil prodest. cu i vno
sit vitiu. Quanto magis si diu soz
fatigatoe peroz omia coz. pan
vni9 nichil prodest integritas vnde
et queso te virgo ne sola tibi blan
dians neqz in vnius mebri integri
tate confidas. sed scdm aplm toci9
conserua corpis castitatem. Munda
ab omnibus inquinamtis capud qa
crimen est illud post crismat sctifica
tionem aut croci aut alterius cui9
libet pigmenti succo uel puluere sor
didari. aut auro aut gemmis velut
cum qz scene fatue speciem qo
celestis ornatus splendior effulge
at. Grandis quippe e diuinitatis
contumelia mundam et sclaris ornati
pcla^o. Munda frontem ut humana
no diuina opera erubescat. et illa
confusionem recipiat que no pctm
sed graciam dei parit scriptura diuina
dicente. Est confusio adducens
pctm. et est 9fusio adducens dei g^r
tiam. Munda collum ut no aurea
reticula capillis portet. et suspesa
monilia. sed potius illa ornamta
circumferat de quib9 scriptura dicit
mia et veritas no deficiant a te
Suspende autem illas in corde

velud in collo tuo. Munda oculos du
cos ab omni concupia retrahas. et
ab intuitu paupm nunqua auertas
et ab omnib9 fucis liberos adea que
di sut facta custodias. Munda ling
uam amedacio. quia os qd mentit^r
occidit animam. Munda eam ade
tractione iuramto et piurio Nolo
ppostero ordinem putes qd prius a
iuramto qua ap piurio lingua dixi
debere mundari. quia nec piuriu fa
cilius fugies. si intoto no iures
ut implea^r illa snia cohibe ling
uam tuam a malo et labia tua
ne loquan^r dolum Et memor esto
dicente aplo bndicite et nolite
maledicere Sed et illius rebus
recordare videte nequis alicui ma
lum pro malo reddat. neqz ma
ledictum pro maledicto sed e9rio
bndicentes quia in hoc vocati est
ut benedictionem hereditate pos
sideatis Et illud siquis aut in vbo
no offendit hiem hic pfectus est
Nephas est em ut labia illa quib9
dnm confiteris. rogas bndicis et
laudas alicui9 polluan^r sorde pcti
nescio quia conscia. et lingua qs
dnm rogat qua aut menti^r aut
maledicit aut detrahit. labia
sca exaudit dns et ipis annuit cito
pcibus quas lingua i maculata
pnuciat. Munda aures et no nisi
sermonib9 sanctis et veris. audi
tum pbeant ut nunqu obscena aut
turpia secularia qz vba suscipiant ut
aliqua de alto audiant derogatoz
pp illud quod scriptum e. Sepi aures
tuas spinis et noli audire linguam
nequa libent ut cum eo hre ptem
possis de quo dicit^r quoniam auditu et
visu iustus erat hoc est nec aure
nec oculis delinquat Munda ma
nus ne porrecte ad accipiendum
sint. ac dandu autem collecte nec
ad feriendu pate sed ad omnia mie
et pietatis opa satis prompte. Munda
pedes ne latum et spatiosam via
pgant. que ducit ad splendida scli
et preciosa conuiuia sed ad arduu ma
gis et angustum gradiant^r iter
quod tendit ad celum quia scriptum
est. Iter rctm facite pedib9 vris.
Agnosce tibi adeo artifice no ad
vicia sed ad virtutes mebra forma
ta. Et cu vniuersos artus mundaueris
ab omni sorde pcti et toto fuis sc
tificata corpore tuc tibi intelligas
castitate profuturam et cu oi fidu
cia palmam virginitatis expectes

Quid sit sanctam esse corpore bre
uit quidem sed plane exposuisse
me arbitror. Nunc quod sequitur, et
spiritu nosse debemus. hoc est, ut quod
opere nephas est fieri nec cogitacione
perpetrare. Illa enim est tam sancta corpore
quam spiritu que nec mente nec corpore
delinquit. sciens etiam cordis esse
speculatorem deum et ideo satis agit
ut omnimodo etiam cum aim core
mundum habeat apertum sciens scriptum esse
omni custodia serua cor tuum. Et iterum
diligit dominus sancta corda. accepti sunt
enim inmaculati Et alibi Beati mundo
corde quoniam ipsi deum videbunt
Quod de illis dici arbitror quos sciencia
nulla redarguit culpa peccati, de quibus
et Johannem in epistola dixisse
reor. Si cor nostrum non reprehendit nos
fiduciam habemus ad dominum deum
et quecumque pecierimus accipiemus
ab eo. Nolo existimes te peccatum crimen
fugisse si voluntatem non sequatur
effectus cum scriptum sit. Quicumque
viderit mulierem ad concupiscendum eam
Jam mechatus est eam in corde suo
nec dicas cogitaui quod et non feci. quia
etiam concupiscere nephas est quod
fieri crimen est. vnde et beatus petrus
precipit dicens Animas vestras castificate.
Qui si nullam anime con
strupracionem nosset. nec castificari
ipsam desiderasset. Sed illum locum
quo continetur. hii sunt qui cum mulieri
bus non se coinquinauerunt virgines enim
permanserunt hii sequuntur agnum quocumque
ierit Attencius considerare debes
et animaduertere si solius integritatis
et pudicitie merito isti diuino comita
tui copulentur et pomina celorum
tabernacula discurrunt. An et alia
sunt quibus adiuncta virginitas tante
beatitudinis gloriam consequatur.
Sed vnde hoc sciro poterimus. Ex con
sequentibus nisi fallor in quibus scriptum
est hii empti sunt ex omnibus primi
cie deo et agno. Et in ore ipsorum non
est inuentum mendacium Sine ma
cula enim sunt vides quod non in vno
virgines tantum membrorum dominicas referantur
in hore vestigiis sed illi qui per vir
ginitatem ab omni contagione pec
cati immaculatam gerunt vitam
Ideo vel maxime virgo nuptias
spernit vt deum sectetur est. facilius
quod etiam a iubentibus conuertitur. ab
omni se delicto custodiat et vniuersa
legis mandata perficiat Nam si nubere

cccl

a

d

b

et ea nichilominus faciat a quibus
et nupte esse iubentur, in munes
non nupsisse quid proderit. Quamquam
enim nulli xpianorum peccare liceat
et omnes quicumque spiritualis lauacri sanc
tificacione purgantur. immaculata
decurrere conueniat vitam. ut ecclie
que sine macula sine ruga, sine
aliquo eiusmodi esse describitur
possint visceribus intimari. Multo ma
gis hoc virginem implere necesse est
cum nec mariti nec filiorum nec alius
necessitatis cura prohibet quominus
dominicam preceptum perficiat nec si pec
cet aliqua possit accusatione defen
di. O virgo serua propositum tibi magno
premio destinatum. Preclara est apud
deum virginitas et pudicitie virtus
si non aliis peccatorum et malorum lapsi
bus infirmetur. Agnosce statum
tuum agnosce locum. agnosce propositum
xpi sponsa diceris vide ne quid in
dignum ei. cui desponsata videris
admittas. Cito scribit repudium si inter
vel vnum videat adulterium. Quecumque
humanorum sponsaliorum pignoribus
subarratur statim a domesticis ac fa
miliaribus, ab amicis sponsi sollicite
et diligenter requirit, et scrutatur
quales nuncius habeat mores interro
gat quid potissimum diligat. quid ac
cipiat libenter. quo vsu viuat qua
se consuetudine regat. quibus vtatur
dapibus in quibus maxime rebus de
lectetur et gaudeat. Que cum didi
cerit ita se in omnibus temperat
ut sponsi moribus suum obsequium sua
dilectio, sua iocunditas sua vita con
cordet Et tu quoque xpm sponsum ha
bes a domesticis ac familiaribus eius
sponsi tui mores interroga et sciencie
ac solerter in quibus precipue delectetur
qualem mentem composicionem vestium
diligat cuiusmodi concupiscat orna
tum. dicat tibi eius familiarissimus
petrus qui nec nuptis quidem cor
poralem sed spiritualem permittit orna
tum sicut in epistola sua scripsit. Mulie
res similiter subiecte sint viris suis
Et si qui non credunt verbo per mulierum
conuersacionem sine verbo lucrifiant
considerantes in timore castam con
uersacionem vestram. quarum sit non
extrinsecus capillatura aut circumdacio
auri aut indumenti vestimentorum cul
tus sed absconsus cordis homo in
corruptibilitate quieti et modesti
spiritus qui est in conspectu dei locuplex
dicat et alius apostolus beatus paulus

de sposa [illegible] gat adomesti

qui ad thymotheum scribens eplam
eandem fideliū feminarum disciplinā
testatur. Mulieres simpliciter in habitu
ornato / cum verecundia et sobrie-
tate ornantes se nō in tortis crinibus
auro et aut in margaritis. aut ueste
preciosa. sed quod decet mulieres pro-
mittentes castitatem per bonam co-
uersationem. Sed forte dicas. Cur
hec apli virginibus nō uisserunt. Que
nō necesse iudicabant. ne talis vir-
ginibus commonicio. potius in iuriā
quā emendatio videretur. Sed nec
eas vmquā tante temeritatis fore
crediderunt. ut nec nuptis quidē
concessa carnalia ornamēta et ter-
rena presument Renera ornare
se et componere virgo debet nam
quomodo sponso suo placere poterit
nisi composita et ornata processerit
Ornetur plane. sed interioribus
ornamentis spiritualiter nō corporaliter
componatur. quia dominus nō corporis
sed anime decorem in illa desidat
Ergo et tu que cum animā tuam
diligi et habitari a xpo concupiscis
omni eam diligencia compone. et
spiritualibus indumentis exorna. Nichil
in ea sordium appareat resplendeat
auro iusticie et gemmis refulgeat
sanctitatis et preciosissima marga-
rita pudicicie corruscet et pietatis
tunica vestiatur. probisso et serico
castitatis et misericordie tunica ves-
tiatur et induatur secundum quod scriptum est
Induite vos sicut electi dei / sancti
et dilecti viscera misericordie bonitatem
et cetera. Non decorem alicuius pig-
menti querat sed innocencie sim-
plicitatisque candorem habeat Rose-
um verecundie colorem et pudorem
ruboris possideat. celesti abluatur
nitro scilicet doctrine et lauamentis spiri-
tualibus emundetur nulla in ea ma-
licie. nulla doli macula relinquatur
et nequam male redoleat odore sed
vnguentis suauissimo sapiencie
et sciencie perfruatur. huiusmodi deus quesierit
ornamentum et animam taliter com-
positam concupiscit. Merito ecce
te filiam secundum illud audi filia et
vide. Sed et tu ipsa quociensque
dominicam precem nominas te dei filiam esse
testaris Ergo si filia dei es vide ne
quid eorum facias que deo patri incon-
grua sint. sed age omnia que dei filia
Cognosce quomodo hominis seculi nobilium
filie se gerant. quibus assuescant
moribus quibus se disciplinis insti-
tuant tanta in quibusdam est verecundia
tanta grauitas / tanta modestia. ut
ceterorum hominum cultum intuitu humane
ingenuitatis excedat et nequam
honestatis parentibus suis per lapsum
sui inhonorationis notum faciat
altam sibi quodammodo inter homines
consuetudinis fecere naturam. Et
tu originem tuam respice genus
intuere gloriam nobilitatis adute
ac nō hominis tantum sed dei filiam et
diuine natiuitatis nobilitate de-
coratam. Ita te exhibe ut celestis
natiuitas pareat Et ut ingenui-
tas celestis diuina clarescat. diuina
sit vite noue grauitas. honestas
admirabilis et stupenda verecundi-
a intra paciā virginalis incessus
et vere pudicicie habitus sermo
premotus et suo tempore proferen-
dus vt qui te videat admiretur
et dicat. Que est hec noua inter
homines grauitas. Que pudoris
verecundia. Que honestatis modes-
tia que maturitas. Nō est ista hu-
mana institutio Nec disciplina
mortalis. Celeste mihi aliquid
in humano corpore refulget. puto
quod habitet in quibusdam ho-
minibus deus. Et cum te filiam xpi
cognouerit maiore stupore ter-
rebitur. Et cogitat qualis ille dominus
sit cuius talis ancilla est. Si vis hec
perfectius in xpo. xpi tibi exemplo vi-
uendum est. qui ab omni malia et ne-
quicia ita fuit exneus et ne in
inimicis quidem mite reddet prem
rogabat pro eis. Nolo enim ut eas
animas xpianas existimes esse
que aut fratres aut sorores / non
dico oderint sed etiam proximos
toto corde consciencie coram deo testi-
monio nō diligunt. cum xpiana
xpi similitudine in inimicos etiam
amare necesse habeat. Si sorori cupis
hec consortium amicicie et nequicie
cogitatu pectus munda Nemo te
arte circumueniat nemo fallaci sermone
seducat. Nō nisi sanctos et iustos et
simplices innocentes / et puros ce-
lestis aula suscipiet. Nullum apud
dominum habet locum malicia. Ab omni
nequicia et dolo mundum esse necesse
est esse. qui cupit regnare cum
xpo. Nichil tam contrarium nichil tam
execrabile deo quam aliquem odisse
uel ledere uelle. Nichil tam proba-
bile quam omnes amare. Quod propheta
prospiciens ait. Qui diligitis
dominum odite malum. vide ne aliquam
humanam gloriam diligas ne

cccclij
a

et tua int^{9} cos potcio 9putetur qui
bus dictum est. Quomodo vos potes//
tis credere glam ab inuicem que//
rentes. Et de quib9 pp̄ha dicit Elu//
ge eis mala auge mala glosis rec
ut 9fudamini a gloriatione vra
et obprobrium in 9spcu dei. Noloem
illas respicias que seculi no dm
sūt vgines. Que positi sui ī me//
moros gaudent in delitijs in opib9
delectantur et corporee nobilitatis
origine gloriantur. Que si pfecto
dei filias se esse crederent. nunquā pt//
dinos natales in pre quolibet ad
inmarentur honorato. Si prem dm
se hre sentirent. nobilitatem cr//
nis no amarent. Quis tibi inge//
neus nobilitate blandiris et con
plates. duos homines ab exor//
dio fecit deus ex quibus totius
huam generis silua descendit Chu//
danam nobilitatem no nature eq//
tas pstat/ sed cupiditatis ambicio
ut nulla int cos discrecio ee possit
quos natiuitatis scda generauit. Ꝑ
quam tam diues quā paup/ tam
suus q̄ liber tam nobilis quam ig//
nobilis dei efficit filius et terrena
nobilitas splendore glorie celest
adumbratur. et nusquā omo no
iam comparat. Dum que rethro in
secularib9 honoribus Impares fu//
erant celestis et diuine glorie nobi
litate vestiuntur equalit. Nullus ibi
iam ignobilitatis locus nec dege//
ner quisquam est quem diuine no//
bilitatis ornat nobilitas. Nisi ap
illos qui no putant huanis celestia
pponenda. aut si putant q̄ vanu
est. ut illis in moribus proferant
quos sibi in maiorib9 pares esse
senciut et quasi intra se positos ī
fra existimens quos sibi in celesti//
bus equales crediderit. Tu aute
quecunq3 xpi no seculi vgo es omem
pntis vite glam fuge. ut ome qd
in futuro pmitti consequaris. Con//
tentionu vba et animositatis cās
euita. discordiarp quoq3 et litiu oc//
casiones subterfuge. Nam si iuxta
apli doctrinam. seruu dei litigare no
decet quāto magis ancillam cui9
quo vc timidior est sexus animus
debet ee modestior. Linguam a
maliloquio cohibe. et ori tuo legis
frenos Impone ut tunc si forte loq//
eris qn tacere pnis sit. Caue ne
quid quod in reprehensionem ve//
niat dicas. Lapis emissus est

sermo platus. Quapp diu anq̄ā
proferatur cogitandus est. Beate
quippe sūt que nunq̄ qd reuocare
velint emittūt. pudice mentis debz
etiam sermo ee pudicus/ qui edific
semp magis q̄ aliquando destruat
Audientes scdm hoc quod aplos pcī//
pit dicens. Omnis sermo malus de
ore vro no pcedat. Sed siquis bo//
nus est ad edificationem fidei ut
det gram audientibus. Preciosa do
lingua est. que no nisi in diuinis
rebus nouit verba construere et
scm est os. vnde semp eloquia p//
ferunt. Absencium obtrectatores
quasi malignos sperne auctoritate
detrere quia hoc int pfecti vtutes
hominis pp̄ha 9memorat. Si an
conspcu iusti malignus ad nichu//
lum deducat qui contra proximu
no pbanda detulerat. Non licet
tibi alterius vituperationem pacient
audire. quia nec ab alijs optas
recipi etiam. Iniustum quippe e
qdquid contra sexu euangelium venit
Si aliti quod tibi ab alio fieri moles//
tum est paciaris inferri. Linguam
tuam semp de bonis eloquijs as//
siste et auditu tuu magis ad bo//
norp laudem q̄ ad aliorp vitupa//
tionem accomoda vide ut omia
quecunq3 bene facis pp dm facias
sciens eius rei tm te a dno recceptu//
ram ee mercedem qua eius timoris
et amoris cā pfeceris. Scam ma//
gis esse q̄ videri stude quia nichil
pdest extimari qd non sit. et dupli//
cis pcti reatus est no habere quod
creditur et quod no hēs simulare
In ieiunijs magis quam in epulis
delectare. Illius vidue memor q̄
no discedebat de templo. deo ser//
uiens ieiunijs et oronibus die ac
nocte. Et si vidua quidem iudea
talis erat/ qualem nunc vginem
esse que int xpi dine magis lectio//
nis conuiuiu. Dilige spiritualib9 te
saciari dapibus concupisce. Illos po//
tius require cibos quibus anima
magis quā corpus reficiat. Carnis
et vini spes quasi caloris fomenta
et libidinis incitamenta fuge. Et
tunc si forte vino vteris exiguo cū
stomachi dolore nimio corpis co//
pellit infirmitas. Iracundiam
inuce animositatem cohibe. Quid
quid illud est quod post iram ve//
mencia ruborem ingerit pximo
ut enimus abhominacione de uita
Satis tranquillā satis quietam

esse conuenit mentem et ab omni ptur-
batione furoris alienam que ha-
bitaculum dei esse desiderat. que per
prophetam testatur dicens. Super quem a-
lium requiescam quam super humilem et
quietum et trementem sermones
meos. Omnium operum speculatorem deum
crede. et caue ne quid quod diuinis
oculis indignum sit aut operis aut
cogites. Cum orationem celebrare
desideres talem te exhibe quasi
que sis cum deo locutura. Quando
psalmum dicis tuus uerba loqueris ag-
nosce et in compunctione magis cor-
dis quam in simile uocis dulcedine de-
lectare. Lacrimas enim psallentis deus
magis quam uoces gratiarum approbat
sicut propheta dicit Seruite domino in
timore et exultate ei cum tremore
vbi timor et tremor est ibi non uocis
elatio sed animus flexibilis. et lacri-
mosa dilectio uel delectacio omnibus
actibus tuis diligenciam adhibe
quia scriptum est. maledictus homo
qui facit opus dei negligenter. Cres-
cat tibi cum annis gratia. crescat cum
etate iusticia et fides eo perfectior
videatur esse quo senior. Quia dominus
ihesus xpistus qui nobis exemplum
viuendi reliquit. proficiebat non
etate tantum corporea sed sapiencia
et gracia spirituali coram deo et ho-
minibus. Omne tempus in quo te
non meliorem senseris hoc extima
perdidisse. Ceptum virginitatis propo-
situm ad finem usque conserua quia
non inchoasse tantum sed perfecisse virtus
est. Sic in ewangelio dominus ait Qui
autem perseuerauerit usque in finem
hic saluus erit. Caue ergo ne cui
concupiscendi occasionem prebeas
quia sponsus tuus zelans est. Cri-
minosior est xpisti adultera quam
mariti Esto ergo omnibus forma
viuendi esto exemplum. procede e-
tiam in actu quasi in sanctitatis
sanctificacione proferris virginem te
in omnibus exhibe Nichil compo-
sicionis obiciatur capiti tuo cuius
corpus integrum est. vt et sit inuio-
labilis conuersatio. Et quoniam sicut in
exordio epistole prefati sumus te dei sa-
crificium factam. quod utique sanctificacionem
suam etiam aliis impertit. et quis-
quis ex eo digne sumpserit sanctifica-
tionis et ipse sit particeps Ita ergo et
per te quasi per diuinam hostiam san-
ctificentur ceteri cum quibus te ita in
omnibus exhibeas ut quisque vitam
tuam aut auditu aut visu cognoscet

sanctificationis vim senciat Et
tantum sibi intelligat gracie ex tua
conuersatione transfundi ut dum
te imitari ceperit de sacrificio et
ipse sit dignus Incipit epistola sancti
Jeronimi presbiteri ad Rufinum de vita
et moribus Bonosi etc

Plus deum tri-
buere quam rogatur, et
ea sepe concedere que
nec oculus vidit nec au-
ris audiuit nec in cor hominis as-
cenderunt. licet ex sacrorum misterio
voluminum ante cognouerim tamen
in mea propria nunc probaui rufine karissime
Ego enim qui anxia satis vota
gerebam si vicissitudine litterarum
ymaginem nobis presencie mentire-
mur. Audio te egipti secreta diu pe-
netrare monachorum inuisere cho-
ros et celestem in terris circuire fa-
miliam. O si michi nunc dominus ihesus
cristus uel philippi ad eunuchum
uel abacuk ad danielem translla-
tionem repente concederet quam ego
nunc tua artis stringerem colla am-
plexibus quam illud os quod mecum
uel errauit aliquando uel sapuit impres-
sis figerem labiis. Verum quia non
tam ad me te sic venire quam ego
ad te sic ire non mereor et inua-
lidum etiam cum sanum esset cor-
pusculum crebri fregere morbi
